29, 5 emit -us (*sc. frumentum*). SVET. Aug. 40, 3 **-o** detrahi aliquid (*sc. immunitate tributario Gallo oblata.* 101, 4 *v. l.* 75). Nero 44, 2 inquilinos privatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare -o. Vesp. 18, 1 primus e -o ... rhetoribus annua centena constituit (gramm. 101 p. 129 Quintilianus ... salarium e -o accepit). 23, 1 ob subterfugiendum quandoque ius -i (POMPON. dig. 49, 14, 35 CALL. dig. 49, 14, 1. 2. 3 tit. RVFIN. hist. 9, 10, 11 *et passim in* DIG. *cf. etiam p. 826, 41*). CORP. VI 967 Hadriano ..., qui primus omnium principum et solus, remittendo sestertium novies milies centena milia n. debitum -is, *eqs.* (*cf.* SPART. Hadr. 7, 6 infinitam pecuniam, quae -o debebatur, privatis debitoribus ... remisit). POMPON. dig. 1, 2, 2, 32 adiecit divus Nerva *praetorem*, qui inter -um et privatos ius diceret. IVLIAN. dig. 30, 96, 1 quotiens lege Iulia bona vacantia ad -um pertinent (SCAEV. dig. 32, 38, 3 *et passim in* DIG.). SCAEV. dig. 34, 9, 26 (*de Claudio*) non -o hoc vindicatur (FLORENT. dig. 38, 2, 28 pr. PAPIN. dig. 34, 9, 18 pr. *et passim in* DIG.). MARCELL. dig. 34, 9, 6 reliqua ... ad -um venient (*cf.* PAPIN. dig. 34, 9, 13 pervenire [VLP. dig. 36, 3, 1, 18 *al.*]. PAVL. dig. 22, 1, 17, 6 transierunt. 34, 9, 5, 2 transfertur. MARCIAN. dig. 34, 1, 2, 1 fuerint devoluta). PAPIN. dig. 38, 9, 2 -o vacantia bona ... deferri (VLP. dig. 36, 1, 6, 3. 38, 9, 1 pr.). CALL. dig. 49, 14, 3, 8 *-i* debitorum (PAVL. dig. 40, 9, 16, 3 a debitore -i. *al.* 49, 14, 47 pr. -i debitrix). PAVL. dig. 3, 1, 10 hi qui -i causas agunt. 22, 1, 16, 1 qui a -o emerat (27, 9, 2 VLP. dig. 5, 3, 13, 9 *et al. ap.* ICTOS. CORP. VI 10233. *cf.* IVLIAN. dig. 5, 3, 54 pr. a -o *mercari. v. etiam p. 824, 78*). 39, 4, 9, 8 -us ab omnium vectigalium praestationibus immunis est. sent. 5, 12, 4 -o locus erit (VLP. dig. 49, 14, 29, 1 *al.*). VLP. dig. 39, 4, 11 omnes, qui quod a -o conducunt, recte appellantur publicani. 40, 5, 4, 17 si -us bona admiserit. 43, 8, 2, 4 in -i patrimonio (COD. Theod. 10, 1, 2 [*a. 319*]. *cf. ibid.* 9, 23, 1, 1 [*a. 356*] -i dominio. *et saepius*). 47, 12, 4, 5 Hadrianus ... poenam statuit ..., quam -o inferri iussit (MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 1 MOD. dig. 48, 14, 1, 4 *al.*). LAMPR. Alex. 43, 4 arcarios ... instituit, qui (quae *v. l.*) de arca -i ederent (sederent *v. l.*) munera eademque parciora. CAPITOL. Aur. 11, 2 delationes, quibus -us augeretur, contempsit. 12, 5 -o in causis compendii numquam iudicans favit. LACT. mort. pers. 8, 4 cruentissimus -us ... opibus affluebat. ITIN. Theod. 20 monachi senos solidos ... de -o accipiunt. AMM. 28, 4, 1 -i lucra ... circumcidens. HIER. vir. ill. 54 rem familiarem ob confessionem Christi -us occupaverat. AVG. vit. Possid. 17 -i vehementissimus exactor (*cf.* epist. 138, 15 -i redditores et exactores). SVLP. SEV. chron. 2, 41, 3 sanctius putantes -um gravare quam singulos. NOVELL. Iust. 17, 8 pr. laedatur -us (τὸ δημόσιον). *in sepulcrorum inscriptionibus* (*cf. etiam p. 824, 51 sqq. de re cf. Gustav Hirschfeld, Über Grabinschriften, welche Geldstrafen anordnen, Königsberger Studien I 1887 p. 114. 116; W. Liebenam, Städteverwaltung im röm. Kaiserreiche, Leipzig 1900 p. 57*): CORP. III 2240. 8 si quis voluerit corpus inpon⟨e⟩re, dabit in -um (denarium?) fol(les mille) (III 2634. 7388. V 6244, 10 davit in fescu(m) auri p. I. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 218 *δώσει εἰς τὸν φίσκον* [1010 (*a. 157 p. Chr.*). IV 131]. INSCR. Wiener Denkschr. 53, 2 (1910) 10 p. 6 *ἀποτείσει εἰς τὸν φίσκ⟨ο⟩ν.* 197 p. 90 *θήσι εἰς τὸν φίσκον*). CORP. III 2631 ⟨si quis hoc sepulcru⟩m violare voluerit, da⟨re debebit⟩ -o argenti p. XXX (2632 dabit -o. 6082. 9501. 15016. V 121. VIII 21522. IX 1010. 5860. XI 147 d(abit) f(isco). *cf.* INSCR Graec. Rom. Cagnat I 321, 2 *δώσει τῷ φίσκῳ* [477, 14. 735, 7 *δώσι.* 811, 2. 823, 5. 825, 7. III 104 (*a. 168 p. Chr.*). IV 11[b]*sq.* 11[f] (*syn. ταμεῖον*). 119. 178]. 628, 8 ⟨τ⟩ὶν⟨η⟩ *τῷ φίσκῳ.* III 48 *ἀποδώσει πρ⟨οστίμου⟩ τῷ φίσκῳ* [IV 170]. IV 150, 8 *φίσκῳ τε δώσις ... καὶ τῇ πόλει.* INSCR. Wiener Denkschr. 53, 2 (1910) 92 p. 45 *ἀποτείσει τῷ φίσκῳ* [*syn. ταμεῖον.* 139 p. 66]). CORP. III 6084 inferet -o (8869, 5. V 2390, 9. 8724, 5 inferat -o. VII 292. VI 13387. III 7552, 8 *τῷ φίσκῳ. cf.* 7388 in ⟨fi⟩scum feret. V 1102, 9 inf⟨eret⟩ in ⟨fis⟩co). III 8742 dabit -i viribus *eqs.* (9507. 10016. 12481. 12882. IX 5900. *cf.* COD. Iust. 1, 5, 19, 2. 8, 36, 5 pr. NOVELL. Iust. 112, 2, 1. 143, 1). III 1986 debebit -o. V 1973, 9 debet -o. INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 343 dabit in -o. *ibid.* dabit poenam -i auri p. duum.

distinguitur ab aerario: FRONTIN. aq. 118 Caesaris familia ex -o accipit commoda, unde et omne plumbum et omnes impensae ad ductus et castella et lacus pertinentes erogantur (*opp.* commoda publicae familiae ex aerario dantur). TAC. ann. 2, 47 quantum aerario aut -o pendebant *Sardiani*, in quinquennium remisit *Caesar.* 6, 2 bona Seiani ablata aerario ut in -um cogerentur. 6, 17 bonis ... *damnatorum* divenditis signatum argentum -o vel aerario attinebatur. PLIN. paneg. 36, 3 fortasse non eadem severitate -um qua aerarium cohibes: immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis. 42, 1 locupletabant et -um et aerarium ... Voconiae et Iuliae leges. SVET. Aug. 101, 4 quantum pecuniae in aerario et -is et vectigaliorum residuis. Vesp. 16, 3 summa aerarii -ique inopia. SPART. Hadr. 7, 7 damnatorum bona in -um privatum redigi vetuit omni summa in aerario publico recepta. *pro synonymo est* aerarium: MAVRIC. dig. 49, 14, 15, 5 senatus censuit, ut perinde rationes ad aerarium deferat is, a quo tota hereditas -o evicta est vel universa legata. PAVL. dig. 48, 13, 11, 6 qui ... pecuniam ... ad aerarium professus retinuerit, non esse residuae pecuniae actionem, quia eam privatus -o debeat. 49, 14, 13 pr. edicto divi Traiani ... significatur, ut, si quis, antequam causa eius ad aerarium deferatur, professus esset eam rem ... capere sibi non licere, ex ea partem -o inferr⟨e⟩t, partem ipse retineret (*cf.* MAVRIC. dig. 49, 14, 15, 3 *ubi pro* '-o' aerarium *dicitur*). VLP. dig. 40, 5, 4, 20 si bona fuerint a -o non acgnita eaque addicta libertatis conservandae gratia, an possit -us postea acgnoscere? et magis est, ne possit. plane si non certioratis praefectis aerario bona fuerint libertatis conservandae causa addicta, videndum est, an constitutioni locus sit. PRVD. perist. 2, 90 hoc (*sc. ut Christianorum thesauri depromantur*) poscit usus publicus, hoc -us, hoc aerarium. SALV. gub. 6, 43 calamitas ... -i et mendicitas iam Romani aerarii non sinit, ut *eqs.* COD. Iust. 7, 37, 3 pr. contra aerarium usque ad quadriennium *actiones moveantur*, quo translapso neque adversus -um remaneat aliqua actio. *syn.* publicus *sim.*: PAPIN. dig. 22, 1, 6, 1 cuius bona fuerant publicata, de -o ideo numerari decies centena dotis nomine. PAVL. dig. 24, 3, 36. VLP. dig. 36, 1, 3, 5. 48, 13, 11, 3. 50, 16, 17, 1 COD. Theod. 9, 23, 1, 1, 3 (*a. 356*). 11, 20, 6 pr. (*a. 430*) *et saepius* (*cf. l. 8*). *opp.* publicus: PAPIN. dig. 18, 1, 72, 1 lege venditionis ... facta: 'si quid sacri aut religiosi aut publici est, eius nihil venit', si res non in usu publico, sed in patrimonio -i erit, venditio eius valebit. FIRM. math. 3, 11, 6 quibus de publico aut de -o victus gratia annonae maximae deferantur. *v. etiam p. 824, 71.*

opp. res publica, civitas: PAVL. dig. 39, 4, 9, 3 debitores -i itemque reipublicae. 49, 14, 45, 6. VLP. dig. 20, 4, 8 si pignus specialiter res publica acceperit, dicendum est praeferri eam -o debere, si postea -o debitor obligatus est, quia et privati praeferuntur. 37, 1, 12 pr. et contra -um et contra rem publicam (populum Romanum? *Mommsen*). 40, 1, 4, 8 a -o vel civitate vel a privato. HERMOG. dig. 44, 3, 13 pr. COD. Theod. 12, 11, 12 (*a. 314*) *et saepius. adde*: VLP. dig. 42, 6, 1, 4 adversum -um et municipes. COD. Theod. 12, 1, 48 (*a. 361*) ex rationibus -i aut urbium visceribus. *opp.* privatus *sim.* (*cf. etiam l. 24. 26. p. 825, 10 sq.*): GAIVS dig. 21, 2, 57 pr. ut neque ad -um bona pervenire possint, neque privatim a creditoribus distrahi. PAVL. dig. 22, 1, 17, 5 -us ex suis contractibus usuras non dat; ... cum autem in locum privati successit, etiam dare solet. VLP. dig. 16, 2, 12 idem iuris est non solum in privatis verum etiam in causis -i constitutum. MARCIAN. dig. 40, 15, 1 pr. neque privatim neque -i nomine. SPART. Sept. Sev. 14, 2 vehicularium munus a privatis ad -um traduxit. VOPISC. Aurelian. 33, 4 *feras mansuetas* Aurelianus privatis donavit, ne -um annonis gravaret. EVTR. 10, 1, 2 AMM. 25, 4, 15 COD. Theod. 10, 1, 1 (*a. 315*) *et saepius.* LIB. pontif. p. 145, 14 (*adde opp.* singuli *v. supra p. 825, 40*). *iuxta positum*: populus (Romanus): PAVL. sent. 5, 12 tit. de iure -i et populi (LAMPR. Alex. 16, 1 populi et -i. *cf.* COD. Theod. 10, 19, 13 [*a. 393*] iuri -i et publico). VOPISC. Aurelian. 48, 2 *statuerat* vinum dare, ut nihil redituum -us acciperet, sed totum p. R. concederet. *opp.* ratio Caesaris *vel Caesaris* res privata (*sim.*): PAVL. dig. 49, 14, 45, 11 si principalis rei bona ad -um devoluta sint. VLP. dig. 49, 14, 6, 1 quodcumque privilegii -o competit, hoc idem et Caesaris ratio et Augustae habere solet. COD. Theod. 5, 15, 17 (*a. 364*) *legem de fundis enfyteuticis* quidam ... interpretati ... sunt, ... ut eiusmodi praedia ex rebus privatis nostris eruentes ibi tantummodo satisfacerent legi, ubi non intererat -i vectigalibus, utrumne privato iure an enfyteutico possideret. 11, 27, 1 (*a. 315*) et -um nostrum et rem privatam. 11, 36, 6 (*a. 342*) contra utilitatem -i vel rei privatae. 11, 30, 41 (*a. 383*) rationales privatae rei causis vel sacri aerarii praesidentes examen praesente -i advocatione (advocato *Iustinian.*) suscipiant (*cf. infra l. 74 sqq.*).

-i magistratus (*cf. etiam sub -i genera*): advocatus -i: GLOSS. -i advocatus, φισκοσυνήγορος, -i expeditor. HESYCH. φισκοσυνήγορος, ὁ ταμείων συνήγορος (*cf. Hirschfeld, Verwaltungsb. p. 48 sqq.; Herrlich, de aerario et fisco Romanorum quaestiones, diss. Berol. 1872 p. 25 sqq.*): *v. sub* advocatus *vol. I p. 892, 25 sqq., ubi addas*: APVL. met. 7, 10. MARCELL. dig. 28, 4, 3 (*cf. Hirschfeld l. c. p. 49 adn. 3 i. aerarii praefecti*). CALL. dig. 49, 14, 3, 9 TRYPH. dig. 3, 1, 11, 1 PAVL. dig. 34, 9, 5, 13. VLP. dig. 49, 14, 7 (*bis*). EVTR. 8, 18, 2 CORP. VIII 1439 -i advocato codicillari stationis heredi⟨ta⟩tium (IX 2565). VIII 7078. 11341 (?). 12020. 18909. 23963 (= 822). 24064 -i advoc(atus) patrim(oni) ⟨tractus K⟩arthag(inis). 26582 (*cf.* Dessau 9018; *Thuggae, a 260—268*) f(isci) a(dvocato) at vehicula per Flaminiam, ⟨f.⟩ a. a (et?) trans Padum et partem Norici, f. a. at fusa (*munus ignotum*) per Numidiam, f. a. at patrimonium Karthag. XIV 154. 3643. III 6075. IX 1682 advocato -i summae rei. VI 1704 -i advocatus per Italiam (*cf. Hirschfeld l. c. p. 51 adn. 1; Herrlich l. c. p. 33*). INSCR. Raetiae 176 advoc⟨a(tus) f⟩isci Raetic(i). ENNOD. epist. 1, 26 p. 34, 11. *adde*: SPART. Geta 2, 4 Severum ille ad -i advocationem delegerat (Carac. 8, 3. CORP. V 4332, 6 ad -i advocationes promotus L. Valerius [VIII 2757 *cf. Hirschfeld l. c. p. 50 adn. 1; Herrlich l. c. 34 adn. 103*]. VIII 23219 [= 11341], 3 functo adv⟨oca⟩tione -i Hispaniarum ⟨a⟩lpium et patrimoni tract⟨us⟩ Karthaginis. COD. Iust. 2, 8 (9) tit. 2. 3. 4. CASSIOD. var. 1, 22 *cf. l. 55.* patronus -i: MOD. dig. 4, 6, 33 pr. AVR. VICT. Caes. 33, 31 SVLP. SEV. chron. 2, 51, 2 COD. Theod. 8, 15, 5, 5 (*a. 365*). 10, 8, 5, 5. 20 (*a. 435*). 10, 10, 32, 2 (*a. 425*) COD. Iust. 2, 36 (37), 2. 10, 32, 67, 2. 5 (*bis*) (*a. 529*). CORP. X 1125, 4 -i patrono rationum summarum adlecto. *adde*: PANEG. 7 (6), 23, 1 illum summa -i patrocinia tractantem (*Hirschfeld l. c. p. 52 adn. 2 an* summi?). AVR. VICT. Caes. 20, 30 patro-

[*Bacherler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cinio -i. a ratione -i: CORP. III 1992 M. Iul(ius)... ab ratione -i (*cf. Hirschfeld l. c. p. 29 adn. 3*). a libellis, a commentariis *v. l. 17. 39 sq.* curator -i: CORP. II 2610, 9. VI 32709ª. IX 1617, 13. 2772. 3924 f(isci) cura(torem). X 1763 -i ⟨cur(ator)⟩. procurator -i: CAPITOL. Maximin. 14, 1 *Gordianus* erat -i procurator in Libya (*cf.* VOPISC. Aurelian. 38, 3 procurationem -i). CORP. VI 8515 proc(urator) -orum ⟨et⟩ -i castr⟨ensis⟩ ⟨proc(urator) h⟨ered.⟩ ⟨fisc⟩i libe⟨rtatis⟩. *adde*: CORP. VI 5744, 5 (*saec. I*) adiut(or) tab(ulariorum) f(isci) Alex(andrini). VIII 12609 adiutor tabularior(um) -i castrensis (*v. l. 36*). CORP. VI 5197, 2 disp(ensator) ad -um Gallicum provinciae Lugdunensis. FIRM. math. 3, 5, 14 faciet... procuratores civitatum aut rationes publicas tractantes aut -o (a -o *cett.*) praepositos aut fiscopatronos. praefectus *v. l. 21.*

varia -i genera (*Rostowzew, PW. VI 2402—2405*): -us Asiaticus: CORP. VI 8570 (*aet. Domitiani*) proc(uratori) -i Asiatici (XIII 1800). VI 8577 (*aet. Hadriani*) adiut(or) -i Asiatici. 8571 adiut(ori?) tabul(ariorum) -i Asiatici. 8572 Piero Caesaris verna, ⟨a⟩ commentariis -i Asiatici (*magistratus erant Aug. lib. cf. Rostowzew, PW. VI 2385, 30; Hirschfeld l. c. p. 71 adn. 2*). -us Gallicus: *v. supra l. 10* (*cf. Rostowzew, PW. VI 2385, 37; Hirschfeld l. c. p. 76*). -us Raeticus, Hispaniarum, Alpium: *v. supra p. 826, 70. 77.* ?-us Germaniae: CORP. II 3271 pr⟨a⟩ef(ecto) -i Germaniae (*cf. Hirschfeld l. c. p. 6 adn. 2 'beruht ohne Zweifel auf Interpolation oder falscher Lesung'*). -us Iudaicus: SVET. Dom. 12, 2 praeter ceteros Iudaicus -us acerbissime actus est. INSCR. numm. Cohen II p. 6 n. 54 (*aet. Nervae*) -i Iudaici calumnia sublata (*item* n. 55 *cf. Hirschfeld l. c. p. 73*). -us Alexandrinus: CORP. VI 5744, 5 *v. supra l. 8.* VI 8573 tabular⟨ius⟩ -i Alexandrini (INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 20 *aet. Domitiani*). INSCR. Ephem. epigr. VII 1263 ⟨p⟩roc(urator) ration(um) thesaurorum hereditatium -i Alexandrini. CORP. XV 7974ª fisc(i) Alex(andrini). 7974ᵇ fis(ci) AlE (= Alexandrini). -us Romae: CORP. VI 36610 -i Rome. VIII 1174 advocato -i Romae. -us rationis patrimoni provinciae Baeticae: CORP. XV 14100—14133. -us rationis patrimoni provinciae Tarracone⟨nsis⟩: CORP. XV 14134—14137 (*cf.* 14138). -us patrimoni... Karthaginis: *v. supra p. 826, 66. 72. 77.* -us castrensis: CORP. VI 8515 *v. l. 6.* VIII 12609 *v. supra l. 9.* VI 8514 proc(uratoris) f(isci) c(astrensis). 8516, 7 disp(ensator) -i castrensis (8517, 6. *cf.* 8531). 33737 ⟨-i?⟩ castrensis. -us frumentarius: CORP. VI 544 disp. -i frumentari (634). 33727 (= 8474) Aug lib. a libellis -i frum(entari) (8475 a libellis f. f.). 8476 tabulario rationis -i frumentari. 8477 tabulario fisc. frumentar(i). XIV 2045, 10 praeposito mensae nummul(ariae) f(isci) f(rumentari) Ost(iensis). -us libertatis et peculiorum: CORP. VI 8450ª (*aet. Claudii*) tabula⟨riorum⟩ -i libertatis et peculior(um) (772). 8450 proc(urator) -i libertatis et peculior(um) (8514. 8515 *v. l. 6*). 8450ᵇ librar(ius) ⟨-i⟩ peculio⟨rum et libertatis⟩. -us at vehicula per Flaminiam *eqs. v. p. 826, 70 sq. adde*: PAPYR. Marini n. 73, 61 (*s. V*). barbarico -o (*i. Militärfiskus; cf. Brunner, Deutsche Rechtsgesch. II 39*).

2 *apud alias gentes*: VVLG. I Esdr. 7, 20 de thesauro et de -o regis. *apud Germanos i. q. possessio regis* (*cf. Brunner, Deutsche Rechtsgesch. II 67. 68*): LEX Burg. lib. const. 1, 4 -us noster (102, 3). Rom. 6, 5 advocatus -i vel procuratores. LEX Visig. 5, 7, 12 servi -i nostri (10, 2, 4. 12, 1, 2). 12, 1, 2 rectorem provinciae sive comitem patrimonii aut actores -i nostri. 12, 2, 12 Iudaeus qui Christianum mancipium circumciderit, ...-o aggregatur (*cf.* CONC. Clipp. a. 626/27 p. 199, 9 CONC. Sonn. a. 627—30 p. 204, 28). LEX Sal. 44. 10 in -o reipus ... colligatur. 60 hereditatem -us adquirat (*sim.* capit. 1, 5, 1. 6, 1. 7, 1). -i viribus inferre (sociare): LEX Burg. Rom. 8, 2 LEX Visig. 2, 1, 6. 5, 7, 15. 8, 4, 24. -o inferre (persolvere): LEX Visig. 2, 1, 9. 3, 4, 18. 8, 4, 25. 11, 2, 1. 11, 3, 3. 12, 1, 2. VEN. FORT. vita Radeg. 38, 87 tribunus -i cognomento Domolenus. VITA Alc. Avit. 2 p. 178, 18 quidam ex officio regis Sigismundi, nomine Stephanus, qui super omnem dominationem -i principatum gerebat.

III *metonymice i. q. tributum*: CASSIOD. var. 2, 33, 1 concedimus, ut stagnis ..., paludibusque siccatis sine -o possideas ... rura. 5, 14, 6 -um possessi caespitis persolvere. NOVELL. Iust. 29, 2 -um exigat (*gr. τά τε δημοσια εἰσπράξει*).

syn.: aerarium: *v. p. 825, 78 sqq.* opes (SEN. epist. 76, 13), thesaurus (VVLG. I Esdr. 7, 20).

deriv.: fiscalis, fiscina.

demin.: fiscella, fiscellus (-um), fisc(u)lum. *Bacherler.*

fīsēter, fīsima *v.* physeter, physema *et a* fisi- *ordientia v.* physi-.

fissiculo, -āre [*a* fissum (iecoris) *derivatum. Th.*]. *technice de findendis extis*: APVL. Socr. 6 p. 134 vel somniis conformandis vel extis -andis vel ... nubibus coruscandis ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus. MART. CAP. 1, 9 in fanis, quibus ... denudata pecudum caede -atis extorum prosiciis viscera loquebantur. 2, 151 *numina* aruspicio exta -ant admonentia quaedam vocesque transmittunt.

fissilis, -e [*a* fissus, findere. *Th.*]. GLOSS. *εὔσχιστος*. fessile subile (scissile? solubile? *Götz*, subtile *Bücheler*), est et quod findatur cito (*cf. infra l. 84*). [*raet.* féssel. *M.-L.*] *i. q. plenus fissorum*: PLAVT. Aul. 440 ad focum si adesses, non -e haberes caput (*cf.* 454 *v.* fissum *p. 770, 27*). *qui findi potest* (*maxime de ligno et rebus ligneis; de lapide p. 828, 7*): VERG. georg. 1, 144 primi cuneis scindebant -e lignum (SERV. auct. aut scindendo -e [*v. p. 828, 14*] faciebant aut ibi scindebant, ubi -e erat. PLIN. nat. 16, 67 *l. 4.* 16, 187 *l. 8.* PRVD. c. Symm. 2, 285). Aen. 6, 181 cuneis ... -e robur scinditur. PLIN. nat. 16, 42 materies... piceae ad -es scandulas cupasque et pauca alia secamenta. 16, 67 *acer* -i ligno, cortice livido, scabro. 16, 157 *calamus* -is, praeacuta semper acie. 16, 184 pulpae *arboribus* -bus insunt. 16, 186. 34, 178 arrhenicum ... gracili venarum discursu, -e. 36, 131 sarcophagus lapis -i vena scinditur. *accedit abl.*: PLIN. nat. 16, 187 lignum *laricis* ... inventum pictorum tabellis immortale nullisque -e rimis. *i. q. fissus*: OV. Ib. 609 ut ... Milo robur diducere -e temptes nec possis captas inde referre manus. COLVM. 4, 33, 4 genus -is adminiculi manet diutius quam teres palus. 9, 1, 3 sive teres arboris truncus, sive ut crassitudo postulavit, -is stipes ... efforatur. SERV. auct. georg. 1, 144 *v. p. 827, 84. i. q. fissura factus*: CYPR. GALL. gen. 253 ne -bus dissultent robora rimis.

fissio, -ōnis *f. a* findere. *i. q. actio findendi*: CIC. nat. deor. 2, 159 cum terrae subigerentur -e glebarum. *i. q. fissura*: FIRM. math. 8, 7, 5 in -e ungulae Tauri si fuerit horoscopus, ... (*cf.* fissura *l. 36*).

fissipes, -edis [*a* fissus *et* pes, *cf. σχιζόπους. Th.*]. *qui fissos pedes habet*: AVSON. 394, 3 p. 252 P. tertia -des renovavit Luna iuvencas. *translate*: AVSON. 396, 49 p. 252 P. -dis per calami vias.

fissum, -ī *n. v. sub* findo.

fissūra, -ae *f.* [*a* findere. *Th.*]. GLOSS. -ae *σχισμαί. ῥαγάδες.* -as scis⟨s⟩uras, id est sloae saxonice (V 600, 19 fictura [fissura *coni. Götz*] sectura). *legitur inde a* CELSO *apud pedestris sermonis scriptores* (*de* MANIL. *v. l. 27*). [*it.* fessura. *M.-L.*] [*dub.: ad* fusura *pertinere videtur*: MANIL. 1, 726 *v.* fusura. *ad* fixura: ITALA Ioh. 20, 25 *et* 27 (Priscill. tract. 1, 26 p. 22, 7) mitte manus in -as plagarum manu(u)m mearum. *cf.* fixura *p. 831, 77 et infra l. 48.* ARNOB. in psalm. 67 p. 417ᴰ ostendendo -as clavorum in manibus.]

1 *i. q. rima vel divisio, quae findendo fit: membrorum corporis humani vel bestiarum*: SCRIB. LARG. 223 -as ani diutinas, quas *ῥαγάδας* dicunt (*cf.* MARCELL. med. 11, 37 longioris temporis -as in ano, quas Graeci rhagadas appellant). PLIN. nat. 10, 176 quorum *animalium* in digitos pedum -a divisa est ([*Arist. gen. anim. 4, 4 p. 771ᵇ, 3 τὰ ... πολυσχιδῆ* (*sc. τῶν ζῴων*)]. *cf.* VEG. mulom. 4, 17 -a ... ungulae. CHIRON 664). nat. 28, 188 labrorum -is (29, 46 PLAC. med. 4, 17). *Nili*: PLIN. nat. 5, 59 a Nili -a, unde appellari diximus delta (MART. CAP. 6, 675 a principio -ae ipsius [*Nili*] fluvialis). *ligni sim.*: PLIN. nat. 13, 32 *palmitis semen* est ... oblongum, ... praeterea caesum a dorso pulvinata -a. 13, 36 seruntur ... palmae et trunco ... a cerebro ipso arboris -is diviso. 16, 212 rimam -amque non capit sponte cedrus *eqs.* 17, 84 *plagam deputati cacuminis* (*sc. arboris translatae*), *si meridiem spectet*, -is (*dat.*) nimii vaporis opponi. 22, 48 coronopus ... herba est cum -is. *speciatim in insitione*: COLVM. 4, 29, 4 *bis.* 8 *ter.* 9. 10. 13. 5, 10, 17 truncum findito et in -am cuneum taedae pineae adigito. 5, 11, 7. 15. arb. 8, 2 vitem..., quam insiturus es, ... findito et paratos surculos in -am (fixuram *codd. det.*) demittito. 24, 1. 26, 6. 27, 4 PLIN. nat. 17, 102. 104. 109 *bis.* 119 GARG. MART. pom. 2, 11. GLOSS. V 241, 10 rima -a tabularum, -a et ramex (rames *vel* ramis *codd.*, fissurae trames *propos. Götz*). *cf.* IV 164, 16. 24. 280, 8. *lapidum sim.*: ITALA Ion. 2, 6 (Weing. *et* AMBR. in psalm. 43, 84 *cf.* PS. AMBR. laps. virg. 10, 44 [scissuras *et* fossuras *v. l.*]) demersit caput meum in -as ([*σχισμάς*, ITALA cod. Luxov., S. Mich., Hil. in psalm. 68, 5, Hier. in Ion. 2, 7 p. 410 scissuras, VVLG. *aliter*] montium. AMBR. in psalm. 43, 84. *cf.* PS. CYPR. or. 2, 2 petrarum. PASS. Tarach. 10 in media -a petrarum). 2 *numero plurali i. q. partes alicuius rei, quae findendo fiunt*: PLIN. nat. 33, 101 *alabaster* friabilis -isque, non globis dehiscens. 3 *nomen actionis*: **a** *sensu activo i. q. actus findendi*: PLIN. nat. 17, 267 verba *secundum Catonem* iungenda harundinum' -ae (*cf.* CATO agr. 160 harundinem ... mediam diffinde, ... incipe cantare). **b** *sensu passivo*: AVG. c. epist. fund. 23 p. 220, 16 tam deformem turpemque -am vel scissuram dei... imaginantur *eqs.*

fissūrārius, -ī *m. a* fissura. *qui fissuras facit.* NOT. Tir. 74, 92ª. *Leonhardi †.*

fistella, -ae *f.* [*a* fistula, *deminutive. Th.*]. PELAGON. 305 *medicamentum* per -am in narem exsufflas. *fortasse i. q. tibia*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 14, 1 (*versus Varronis*) quorum fistilla (*sic*) modela | poli persulta[n]t sidera. [*francog. vet.* frestele. *M.-L.*]

?**fistolidia** fisalidus (*cf. φυσαλίς*) GLOSS. *si proba est, ibrida vox a* fistula *deminutive, fortasse in sermone medicorum.*

fistūc- *v.* festuc- *Vollmer.*

✖**fistula,** -ae *f.* [*orig. inc., nisi a sono τῆς σύριγγος nomen accepit, cf. slav.* svistati, svizdati *'sibilare', v. Ztschr. f. vergl. Sprachf. 32, 570. Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 123 fons, unde funditur ... aqua ..., ut -a, a qua fusus aquae. ISID. orig. 3, 21, 6 -a..., quod vocem emittat. nam *φώς* Graece vox, *στόλια* missa appellatur. 19, 10, 29 -ae aquarum sunt dictae, quod aquas fundant et mittant. nam *στολα* Graece mittere est (*cf.* 15, 8, 17). *scribitur in codd. hic illic* -ola; *forma vulgaris* fiscla: GLOSS. V 248, 14 -a vulgo fiscla dicitur. *de notione*: HIER. epist. 65, 14, 2 cassia ipsa, quod ab aliis *σῦριγξ*, id est -a, nuncupatur. CASSIOD. in psalm. 44, 9 casia, quae a nostris -a dicitur. CASS. FEL. 20 -as Graeci syringas appellant. et sunt ulcera pendiginosa et intrinsecus callosa neque in cicatricem

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

venientia. GLOSS. σωλην. σῦριγξ. *v. l. 60. 65. p. 830, 14. 54. de usu: legitur inde a* CATONE agr. *per totam latinitatem, persaepe apud* CELS. COLVM. PLIN. nat FRONTIN. aq.; *deest ex. gr.* apud CATVLL. *et* CAES. [*francog.* fêle. *M.-L.*]

I ***generatim*** *de instrumento cavato, in longitudinem ducto, potissimum de aquaeductuum* **-is**: CATO agr. 21, 1 eo **-am** ferream (LIV. 38, 7, 11) indito (*cf. infra l. 21*). CORP. I² 1529 (= X 5807) **-as** soledas fecit. VARRO rust. 3, 5, 2 aquam venire oportet p e r **-am** (3, 7, 8 VITR. 8, 6, 6. 10. 9, 8, 11. 10, 7, 3 FEST. p. 161 COLVM. 12, 52, 4 PAVL. dig. 39, 3, 17, 1 POMPON. dig. 8, 2, 18 VLP. dig. 18, 1, 47 PS. TERT. haer. 4 RVFIN. Adamant. 5, 9 CAEL. AVR. chron. 3, 8, 101 PRAEDEST. 1, 11 p. 591ᴬ). rust. 3, 14, 2 si adduxeris *aquam* **-ā**. CIC. Rab. perd. 31 **-as**, quibus aqua suppeditabatur ... templis ..., praecidi imperarat. LABEO dig. 19, 2, 58, 2 ad refectionem fornacis **-arum**. VITR. 8, 6, 1 **-is** p l u m b e i s (*ibid.* 4. 5. 6. 11 EDICT. imp. Aug. [Corp. X 4842] 44. 45 FRONTIN. aq. 20 PALLAD. 9, 11, 1. 3 SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 20 *al. cf.* OV. met. 4, 122 vitiato **-a** plumbo scinditur). VITR. 8, 6, 4 cum **-a** perficietur ex ... lamna vocabitur quinquagenaria (*cf.* PLIN. nat. 31, 57 FRONTIN. aq. 25. 27—31. 36. 39—63). 8, 6, 6 dissolvet *aqua* **-arum** commissuras. 10, 7, 1. 2. 3 nares **-arum**. SEN. nat. 1, 3, 2 **-a** ... rupta est. COLVM. 6, 18, 1 **-am** vel arundinem inserito. QVINT. inst. 5, 14, 31 ieiuni (*?*) fontes angustis **-is** colliguntur. S. C. Frontin. aq. 106 laxiorem **-am** subicere quam quinariam. 115 praebuisse peculiaribus **-is** aquam. CELS. dig. 19, 1, 38, 2 **-ae** sub terram missae. VLP. dig. 18, 1, 49 **-ae** et canales (*cf.* 19, 1, 15. 33, 7, 12, 24. 43, 21, 3, 2). 30, 41, 11 **-ae** vel castelli. 43, 23, 1, 6 et tubus et **-a**. NON. p. 546, 11 calamistrum, **-a** brevis, qua cirri concinnantur. PALLAD. 1, 39, 3 **-a** frigidaria. VEG. mulom. 2, 21 tenuis **-a**. HIER. epist. 64, 16, 5 **-is** aureis. VVLG. Iob 40, 13 ossa eius velut **-ae** aeris. II reg. 5, 8. CLAVD. carm. min. 26, 58 despumat niveum **-a** cana salem. INSCR. *v. l. 7. 15. Dessau, Inscr. lat. sel., ind. p. 887.* ***-arum genera***: VITR. 10, 7, 2 **-a**, quae tuba dicitur. FRONTIN. aq. 113 in quorumdam **-is** ne calices quidem positi fuerunt. hae **-ae** solutae vocantur. COD. Iust. 11, 43 (42), 3 pr. **-arum**, quas matrices vocant. *plurali numero hic illic i. q. aquae ductus*: FRONTIN. aq. 106 aquam non nisi ex castello duci permittit, ne aut rivi aut **-ae** publicae frequenter lacerentur (*cf.* FLOR. epit. 3, 16, 6 abruptis **-is**. VIR. ill. 73, 10 incisis **-is**). CAPITOL. Max. Balb. 10, 6 nisi **-as** aquarias populus incidisset. *i. q. balneum*: SEN. epist. 86, 7 *opp.* plebeias **-as** balnea libertinorum.

II ***speciatim*:**

A *varia instrumenta*: **1** *instrumentum pisturae*: CATO agr. 10, 3 **-am** farrariam (*v. adn. crit.*). *cf.* PLIN. nat. 18, 97 Etruriā spicam farris tosti pisente pilo praeferrato, **-a** serrata et stella intus denticulata, ut *eqs.* (*v. Blümner, Technol.² I p. 16 adn. 2*). **2** *instrumentum sutorium*: PLIN. nat. 17, 100 hinc nata inoculatio sutoriae simili **-a** aperiendi in arbore oculum cortice exciso semenque includendi eadem **-a** sublatum ex alia. **3** *instrumenta medicorum, imprimis i. q. catheter*: CELS. 1, 8, 3 per tenuem **-am** bibant. 6, 7, 4 per **-am** ... instillatur. 7, 11 fictilem **-am**. 7, 15, 2 plumbea aut aenea **-a**. 7, 26, 1ᴮ **-am** demittere in iter urinae. *ibid.* **-am** ... in vesicam ... compellere. 7, 27, 8 in anum ... danda plumbea **-a** est. PLIN. nat. 34, 109. 127 VEG. mulom. 1, 10, 4 CHIRON 584. *i. q. nos dicimus 'Trocar'*: VEG. mulom. 1, 43, 4 **-am** centetalem (*v. adn. crit.*), quam mulomedici portare consueverunt (2, 89, 4. 5). CHIRON 402. 679. 708. **4** *instrumentum coquinarium*: APIC. 4, 134 laganum **-a** percuties.

B *pars herbae i. q. caulis*: PLIN. nat. 12, 97 *casia* probatur ... brevi tunicarum **-a** et non fragili. 12, 106 inest **-ae** calami odorati araneum. 17, 153 nodi pervia pate⟨n⟩t **-a**. 26, 60 *scamonium* laudatur fungosum tenuissimis **-is**.

C *genus herbae*: GLOSS. III 610, 44 cinnamomum id est cassia **-a**. SCRIB. LARG. 36 casiae rufae **-arum** victoriati pondus. PALLAD. 11, 14, 13 casiae **-ae** (PELAGON. 111. 209. 367. 390. 402. 454. 463. THEOD. PRISC. gyn. 18 [*ubi cod. quidam om.* **-am**]). VVLG. cant. 4, 14 nardus et crocus **-a** et cinnamomum (*cf.* APON. 7 p. 134).

D *i. q. syrinx*: GLOSS. αὐλός. σῦριγξ, φυσητήρ. ὄργανον. **-a** pictis (φηκτίς *Bücheler*): **1** **-a** *contionaria*: CIC. de orat. 3, 225 Gracchus ... cum eburneola solitus est habere **-a**, qui (*servus*) staret ... post ipsum, ... qui inflaret ... sonum *eqs.* VAL. MAX. 8, 10, 1 *servus* eburnea **-a** pronuntiationes eius (*sc. Gracchi*) formabat. QVINT. inst. 1, 10, 27 musicus **-a**, quam τονάριον vocant, modos ... ministrabat. AMM. 30, 4, 19 contionaria Gracchi **-a** ... desit. **2** **-a** *pastoralis* (CIC. Att. 1, 16, 11 et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoricia **-a** auferebamus. PLIN. nat. 8, 114 *cervae* mulcentur **-a** pastorali et cantu [MACR. sat. 2, 3, 10 MART. CAP. 9, 924 ENNOD. carm. 1, 8, 5]): VERG. ecl. 2, 37 disparibus septem compacta cicutis **-a** (*cf.* OV. met. 2, 682 dispar septenis **-a** cannis. SERV. ecl. 2, 31. SIDON. epist. 2, 2, 14 **-ae** septiforis). ecl. 3, 25 **-a** cera iuncta. 7, 24 arguta. HOR. carm. 1, 17, 10 dulci (PROP. 4, 4, 5 DRAC. Romul. 8, 62). TIB. 2, 5, 30 garrula silvestri **-a** sacra deo, **-a**, cui semper decrescit harundinis ordo. SEN. Herc. f. 129 indoctā referens carmina **-ā**. CALP. ecl. 2, 31 iam lenis obliqua crescat tibi **-a** canna. 4, 79 tinnula. VAL. FL. 4, 384 cava. MART. 9, 64 quid me compactam ceris harundine rides? quae primum structa est, **-a** talis erat. DRAC. Romul. 8, 642 rustica. ENNOD. carm. 1, 8, 2 exultationis comitem **-am**. *distinguitur a* tibia: PLIN. nat. 5, 7 tibiarum ac **-ae** cantu. 16, 164 hic (*auleticos calamus*) tibiis utilior, **-is** ille (*sc. syringias*). APVL. met. 9, 9 **-ae** tibiaeque modulis. flor. 17 p. 80 tibia questu delectabilior et **-a** susurru iucundior. MART. CAP. 9, 906 Silvanum **-a** sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt. *tropice*: MAR. MERC. subnot. praef. 11 post tanti patris *Augustini* ... tubam nostram etiam palearem **-am** non aspernatus assumere. CASSIOD. in psalm. 22 concl. caelestis illa **-a** decem virtutibus compacta (*i. psalmus ipse*). **3** **-ae** *in organo*: CASSIOD. in psalm. 150, 4 organum ... est quasi turris ... diversis **-is** fabricata. GREG. M. moral. 20, 78 organum per **-as** ... sonat.

E *i. q. calamus scriptorius*: PERS. 3, 14 vanescit sepia ...: dilutas querimur geminet quod **-a** guttas (SCHOL. '**-a**' pro cannali calamo posuit exquisite).

F *varia in animantium corporibus foramina*: **1** *iter urinae*: GLOSS. οὐρήθρας ὀπή. σῦριγξ οὐρήθρας. CELS. 2, 8, 20 quibus in **-a** urinae ... abscessus (6, 18, 2ᴮ. 4). 7, 26, 1ᶜ prolapsus in ipsam **-am** calculus. PLIN. nat. 22, 112 auribus et genitalium **-ae**. 29, 63 stranguria **-ae**. LACT. opif. 11, 18 vesica *volucrum* ... nec ullam habeat **-am**, qua ... urinam trahat. CHIRON 451 **-ae** ei, .. quae veretro ministra[n]t. VEG. mulom. 2, 79, 7 urinali **-ae**. **2** *ductus cibi aut spiritus*: MELA 3, 91 alii *populi* labris ... cohaerentibus, nisi quod sub naribus ... **-a** est, per quam bibere ... dicuntur. PLIN. nat. 9, 19 haec duo genera (*ballaenae et delphini*) **-a** spirant, quae ad pulmonem pertinet. 9, 85 polypis **-a** in dorso (9, 88 emissa omni per **-am** aqua). 9, 150 (*de genere spongearum*) **-ae** ..., per quas pasci existimantur (*ibid. iterum*). 11, 100 muscarum generi, in quo lingua evidens **-a** est. 11, 176 duabus ... **-is**. interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens; ... altera exterior ..., qua cibus atque potus devolant (*cf.* GELL. 17, 11, 2 duas ... **-as** ... per alteram deduci ... esculenta. 17, 11, 3 per alteram **-am**, quae Graece nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum ... commeare). 11, 188 pulmo est ... **-is** inanibus cavus. 31, 123 *spongearum* mares tenui **-a**, ... feminas maioribus **-is** ac perpetuis. 35, 187 *alumen* foraminum **-is** spongeae simile. TERT. anim. 10 p. 313, 24 spirari cur non putes sine pulmonum follibus et sine **-is** arteriarum. SOL. 30, 15 veris draconibus ... artae **-ae**, per quas trahant spiritus. 52, 42 *physeteres* haustos ... **-is** fluctus eructant. LACT. opif. 11, 5 duas esse per collum **-as** ..., cibalem et spiritalem (*cf.* MACR. sat. 7, 15, 4 ISID. diff. 2, 60). BACHIAR. repar. laps. 1 obturata **-a** linguae. **3** *ductus excrementorum*: PLIN. nat. 9, 147 excrementa ... *urticae* tenui **-a** reddi. 28, 106 extremam **-am** intestini *hyaenae* contra ducum ... iniquitates commonstrant. FIRM. math. 7, 20, 11 aemorroicos faciunt vel qui valetudinem **-ae** incurrant (*ad G? cf. l. 64*). **4** *pori*: PLIN. nat. 24, 49 caulicoli ... tumores sanant extrahuntque per **-as**. IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 5, 15 per minutas corporum **-as**, quas medici πόρους vocant. **5** *alia foramina*: COLVM. 9, 11, 4 *cerae pars, in qua proles regii generis apium animatur est* laxioris **-ae** quam sunt reliqua foramina. 9, 11, 5 Celsus affirmat in extremis favis transversas **-as** esse (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950ᴮ sex ... angulis totidemque lateribus cerarum **-ae** continentur). PLIN. nat. 11, 163 *dentes serpentium* tenui **-a** perforati ... venenum infundentes. 30, 26 *ossiculorum* **-a** salva. APVL. met. 10, 34 de ... montis cacumine per quandam latentem **-am** in excelsum montis prorumpit *crocus*. IVST. 4, 1, 2 terra ipsa tenuis ... et cavernis **-isque** penetrabilis. MACR. sat. 7, 4, 20 per venarum **-as**.

G *vulnus quod pus trahit*: GLOSS. egilopas **-a** secus oculum nata. eolopia **-a**. cademopio (*?*) **-a**. CATO agr. 157, 14 si **-a** erit, turundram introtrudito. NEP. Att. 21, 3 vis morbi ... prorupit, ut ... **-ae** puris eruperint. CELS. 2, 8, 25 solent ... ex eo morbo vomicae **-aeve** oriri (*sic codd., aliter Constantinus*). 5, 28, 12ᴬ id nomen *-ae* est ulceri alto, angusto, calloso. 6, 18, 2. 7, 4, 1—4 *saepe*. 7, 12, 1ᴰ. 7, 26, 2 *-am* illo loco (*in urinae itinere*) ῥνάδα Graeci vocant. 8, 2, 1 supernatis gravibus ulceribus aut **-is**. SCRIB. LARG. 206. 208. PLIN. nat. 24, 26 calix ... in **-as** coniecta callum earum erodit (*cf.* 34, 115. 122). 32, 127 **-ae** aperiuntur siccanturque ... salsamento. FIRM. math. 3, 2, 15 **-as** circa anum fecit et ... aemorroicos. VEG. mulom. 2, 13, 5 callositas **-ae**. CHIRON 577 **-a** in corona. RVFIN. hist. 8, 16, 4 **-is** ... in superficiem purulentis meatibus adapertis. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 103 quibusdam ... vesiculae vel **-ae**, quibus eruptus humor feratur.

derivata: fistularis, -arius, fistulatim, -atus, fistulesco, fistulo(r), fistulosus.

fistulāris, -e *a* fistula. *i. q. fistulae pastorali similis*: DIOM. gramm. I 498, 25 optimi versus dena proprietate spectetur ... **-es** (*gr.* συρόποδες). 499, 15 *versus* **-es** sunt, qui paulatim accrescente partis orationis numero ab unica syllaba plures adusque ducuntur. *i. q. ad ulcus saluber*: CHIRON 59. 935 collyrium **-em**. VEG. mulom. 3, 16, 2 collyrium **-e**. 2, 13, 6 ex **-i** medicamento collyrium facies.

fistulārius, -ī *m. a* fistula. GLOSS. ὀργανάριος. *is qui fistula canit*: aucupes uiscillarii, in⟨e⟩scantes, cantu fallantes, f i s t o l a r i i GLOSS. Loewe Prodr. 410 *e cod. Leid. 67ᴱ* (*v. Thes. Gloss. sub* auceps).

fistulātim [*a* fistula, fistulatus. *Th.*]. *i. q. per fistulas*: APVL. met. 4, 3 illi ... me ... confecissent, nisi dolore plagarum alvus artata ... fimo **-m** excusso ... *eos* abegisset. *cf. Archiv 8 (1893) 104.*

fistulātor, -ōris *m. a* fistulare, -ari. GLOSS. συριστής. fiscula-tor (*sic*). fistl-: *v. p. 831, 3.* *is qui fistula canit*: CIC. de orat. 3, 227 **-em** domi relinquetis. GELL. 1, 11, 7 Alyattes ... concinentes

[Bechert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

habuit -es et fidicines atque feminas tibicinas. 1,11,15 -em ... adhibitum esse a Graccho. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 23 scribens quendam -em loca dolentia decantasse. CORP. VI 4444 Claudi . . . lib. fistlatori (*cf. Archiv 2 [1885] 288*).

fistulātōrius, -a, -um [*a* fistulator, fistulari. *Th.*]. *i. q. ad fistulatorem pertinens*: PLIN. nat. 1,16,66 *de* -is calamis. ARNOB. nat. 2, 42 p. 82. 11 ut symphoniacas . . . agerent et -as . . . artes.

fistulātus, -a, -um [*a* fistula. *Th.*]. *i. q. canna, fistula instructus, cavus*: SVET. Nero 31, 2 cenationes laqueatae tabulis versatilibus, ut flores, -is, ut unguenta desuper spargerentur. HIER. in Ezech. 2,6 p. 25 aculeo -o. *i. q. cavatus in morem fistulae*: APVL. met. 3, 3 vasculo . . . in vicem coli graciliter -o. ARNOB. nat. 2, 59 p. 95, 8 venas -as et commeabiles fecerit. SIDON. epist. 9,13,5 vers. 76 date et aera -a. [*prov.* felyá. *M.-L.*]

fistulēsco, -ere [*a* fistula. *Th.*]. *i. q. perforari*: FVLG. myth. 2, 16 ligna furfuraceis tinearum terebraminibus -unt.

fistulo, -āre *et* **fistulor**, -ātus sum, -ārī [*a* fistula. *Th.*]. GLOSS. -o sibilo. -or sibilo. sibilor. sifilor. *i. q. fistula canere*: DOSITH. gramm. VII 431, 5 -or *συρίζω*. [*it.* fischiare. *M.-L.*]

fistulōsus, -a, -um *a* fistula. *deest* CELSO.

1 *ulcerosus cf.* fistula *p. 830, 54 sqq.*: CATO agr. 157, 4 cancer . . purulentus est, sed -us et subtus suppurat sub carne. MARCELL. med. 31, 26 ad nates vel podicem -um. **2** *i. q. foraminosus, perforatus*: VITR. 2, 5, 1 *calx*, quae erit ex spisso *saxo* . . ., utilis in structura, quae . . . ex -o, in tectoriis (*cf.* PLIN. nat. 36,174 PALLAD. 1, 10, 3 ISID. orig. 19, 10, 8). 8, 6, 12 aeris . . . spiritus immanes, qui . . . per intervenia -a terrae perveniunt. SEN. nat. 3, 25, 10 saxa . . . aquosa et -a. 5, 12, 1 intervalla inter illas *nubes* relinqui -a et in modum tibiae angusta. COLVM. 7, 8, 5 *caseus* neque -us neque salsus (*cf.* PALLAD. 6, 9, 2 *caseus* aut siccus . . . aut -us). PLIN. nat. 11, 3 telum . . . -um. 11, 93 pectus . . . -um. 11, 99 parvae et -ae . . . spongiae (*cf.* 27, 69 spongea . . . villosae densitatis atque -ae). 11, 173 aculeus . . . -us. 17, 34 *terrae* vitia aridae, -ae (18, 110 terra . . . -a [fistulas *codd.*]). 18, 58 -is *fabis*. 31, 114 *nitrum* spongeosum -umque. 37, 110 callaina (*i. e. gemma*) . . . -a. VINDIC. med. 7 *Diocles semen esse spumam sanguinis negat*, cum . . . spuma levis atque -a . . . semen . . . grave . . . neque -um. 10 in mammarum -as vias. CASSIOD. var. 12, 12, 1 manat . . . lac . . . uberibus -is. *Bacherler.*

fīsus, -a, -um *v.* fido.

fītilla, -ae *f.* [*cf. esse videtur umbr.* fikla, ficlam *acc., libi genus, ut videtur, designans. Th.*]. GLOSS. IV 76, 47 fidilla (fit- *cod. Cas. saec. XI*) cibi genus ex farre ⟨vel olera pultes cum larido in sacris gentilium *add. cod. Cas.*⟩. *minus bene* II 479, 31 -a: olla, *χύτρα*. *pultis genus*: SEN. benef. 1, 6, 3 boni etiam farre ac -a (fict- *Naz.*[1]) religiosi sunt. PLIN. nat 18, 84 et hodie sacra prisca atque natalium pulte -a (frit- *E*[2]) conficiuntur. ARNOB. nat. 2, 21 *pueri* cibus sit . . . aut -a de milio aut sit panis ex farre. 7, 24 *inter libamina* -a . . . frumen . . . africia . . . gratilla . . . ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina, sed genere et qualitate diversa. *ibid.* non mille species vel †amensanguinum vel -arum (fitt- *cod.*), quibus nomina indistis obscura. *v. Bücheler, Fleckeis. Jahrb. 1875 p. 328.* *Vollmer.*

fīvo *v.* figo *p. 710, 19.* **fīxē** *v.* figo *p. 721, 1.*

fīxio, -ōnis *f. a* figere. *i. q. actio figendi* (GLOSS. *πῆξις. καθήλωσις*): IREN. 1, 5, 4 aerem *factum esse* . . . secundum materiae -em (*κατὰ τὴν λύπης πῆξιν*. IREN. *legisse videtur ὕλης*). 2, 12, 7 infimi quomodo . . . fient, qui etiam in -em et emendationem reliquorum emissi sunt? HIER. Orig. in Ezech. 1, 5 p. 888 in tabernaculorum -e (*cf.* OP. imperf. in Matth. 41 p. 861 *scenopegia* interpretatur -o tabernaculi). AVG. c. Faust. 32, 19 p. 780, 13 accipere . . . crucis eius mysticam -em, qua *eqs.* (*item de crucifixione* ORIG. in Matth. 18, 140 p. 1793[B] maiorem sustinent cruciatum, qui non percutiuntur post -em).

fīxor, -ōris *m. a* figere. GLOSS. II 335, 8 -r (fictor *trad.*) *καθηλωτής*. *inde deriv.*:

fīxōrius (-um*?*), -i *m. (n.?) a* figere, fixor. *i. q. ἧλος, acutus clavus*. ANON. de mach. bell. 8 p. 12 *tichodifrus* superimpositis cratibus -isque confixis intra se tectos ab omni incursione defendit (*cf.* 19 p. 23 tichodifri tabulatis, ut meminimus, acutis ferreis communitis). 9 p. 13 clipeus -is minutis ad soliditatem sui diligenter munitus.

fīxula, -ae *f.* -as fibulas PAVL. FEST. p. 90. *a* fixus*?*

✕**fīxūra**, -ae *f.* [*a* figere. *Th.*]. **1** *de actione figendi (notionis sub* figo *p. 715, 37 illustratae)*: TERT. scorp. 1 p. 145, 19 'perire' . . . et 'sine causa', prima -a *eorum (quasi morsus scorpionis) est.* **2** *i. q. locus, ubi fixus est clavus*: VVLG. Ioh. 20, 25 nisi videro in manibus eius -am clavorum (*τὸν τύπον* [*τοὺς τύπους al.*] *τῶν ἥλων. item cod. Amiat.*; -as *cod. Tolet.* AMBR. in psalm. 118 serm. 15, 38 p. 350, 23 in psalm. 47, 3 *al.*, figuram *cod. Fuld., item* ITALA cod. b c d e r *δ*). ITALA Ioh. 20, 27 (Rufin. Adamant. 5, 3) mitte manus tuas in -as clavorum (*cf. ibidem verba graeca, quae legit* RVFIN.: *εἰς τοὺς τύπους τῶν ἥλων. aliter* VVLG. *secundum textum gr. vulgarem. cf. p. 828, 27*). *inde saepe apud* ECCL. (*plerumque numero plur.*): HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 299 c. Ioh. 28 p. 380[B]. RVFIN. apol. Orig. 5 p. 587[A] -ae (figurae *trad., cf.* AVELL. p. 227, 17. 251, 5 *cod. V*) clavorum. LEO M. epist. 28, 5 vulnus lateris, -as clavorum (*διατρήσεις τῶν ἥλων*) et omnia . . . passionis signa. 101, 4 (*τοὺς τύπους τῶν ἥλων*) *al.*

1. fīxus, -ūs *m. a* figere. *i. q. actus figendi* (GLOSS. *πῆξις*). ITIN. Alex. 50 hic (*?*hanc *sc. petram, Mai*) . . . obtinet -u vectium, via scansili †acsididas pentitam (*cod.*, ac insidiis appetitam *Mai*).

2. fīxus, -a, -um *v.* figo *p. 719, 51.* *Bauer.*

*?***flabanus**, -ī. GLOSS. -us suan (*anglos. i. q.* subulcus). V 361, 4. *v.* flabarius.

flabārius, -i *m.* GLOSS. -us custos porcorum. V 600, 26 (= Osb. 246 *ubi* custos tororum *Gracvius*). flabrarius custos corporis *De-Vit. v. et* flabanus.

flābellifera, -ae *f. ea, quae flabellum fert*: PLAVT. Trin. 251 ducetur familia tota: vestispica, unctor, auri custos, -ae, sandaligerulae, cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis et peni. *cf. Marquardt, Privatl. d. Röm. 1886 p. 148 adn. 4.*

flābello, -āre [*a* flabellum. *Th.*]. GLOSS. *ῥιπίζω*. *i. q. flabello agitare, inflammare, accendere*: TERT. pall. 4 calor est omnis affectus, verum cum in affectationem -atur, iam de incendio gloriae ardor est.

flābellulum, -ī *n.* [*a* flabellum, *deminutive. Th.*]. *legitur ex coniectura Guyeti* TER. Eun. 598 flabell⟨ul⟩um tenere.

flābellum, -ī *n.* [*a* flabrum, *deminutive. Th.*]. *de etymologia et declinatione*: VARRO rust. 1, 31, 3 *vocis* 'flagellum' prior littera una mutata declinata a venti flatu similiter ac -um, flagellum. PRISC. gramm. II 111, 11 deminutiva in 'lum' vel 'rum' . . . flabrum, -um. GRAMM. suppl. 71, 2 *neutrorum formae deminutivae*: flabrum, -um. *forma notabilis*: VITA Fulg. 30 ex palmarum foliis flabellos . . . contexebat. *de notione*: GLOSS. *ῥιπίς. ῥιπιστήρ. ῥιπιστήριον.* venticapium. muscarium. *corripitur* flăb- ANTH. *infra l. 58.* DRAC. *l. 44 et 49.* *de re v. Mau, PW. VI 1959—1963.* *graece*: ATHEN. 14 p. 647f *φλαβιλλίοις*. [*obscald.* flaví, *francog. vet.* flavel. *M.-L.*] *instrumentum quo fit ventilatio ad refrigerandum*: TER. Eun. 595 cape hoc -um, ventulum huic sic facito. 603 specto per -um. PROP. 2, 24, 11 *Cynthia* et modo pavonis caudae -a superbae *cupit*. MART. 3, 82, 11 aestuanti . . . ventilat frigus supina prasino concubina -o. HIER. epist. 108, 27, 2 assidere lectulo, -um tenere. praef. Vulg. Iob II pro -o calathis sportellisque, munusculis monachorum, spiritalia haec . . . dona suscipite. CLAVD. 18, 463 *quasi Eunuchi insignia* -a . . ., umbracula. ANTH. 117, 16 cum recreant fessum gillo -a (fabilla *trad.*) melo. AMM. 28, 4, 18 si inter aurata -a laciniis sericis insederint muscae. AVG. civ. 15, 23 p. 108, 22 D. *aereum* elementum . . . cum agitatur -o. anim. 4, 11, 18 -o agitato. SORAN. p. 68, 16 corpus . . . ventilare -is. THEOD. PRISC. log. 36 nunc cubiculum . . . nunc lectum . . . nunc -a. ROMVL. fab. Aesop. 46, 14 cum ventoso (*cf. app.*) -o pelleris, *musca*. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 192 -is . . . aerem frigerandum. *audacter* DRAC. laud. dei 3, 686 dentibus adduntur rubicundo labra -o. *i. q. flatus, spiritus*: DRAC. Romul. 7, 30 hinc inde me los perflante -o.

metaphorice: CIC. Flacc. 54 cuius *Maeandri* lingua quasi -o seditionis illa tum est egentium contio ventilata. OPTAT. 3, 4 p. 84, 7 quorum nomina -o invidiae ventilasti (*cf.* 3, 7 p. 88, 15).

flābellus, -ī *m. v. l. 25 sq.*

flābilis, -e [*a* flare. *Th.*].

I *proprie: qui flari potest, aëreus*: CIC. Tusc. 1, 66 nihil *in animis* . . . aut umidum . . . aut -e aut igneum (phil. frg. IX 10 ISID. diff. 2, 92). ARNOB. nat. 2, 49 p. 87, 5 pulvisculi -es (flaviles *codd.*). AVG. anim. 1, 4, 4 re . . . -i. 3, 4, 4 -e alimentum (*i. aer*). 3, 4, 5 spiritum -em. lib. arb. 3, 5, 13 humida -isque natura. Ps. ORIGEN. tract. 1 p. 4, 16 *homini est et corpus et* aliud, quod est ventosum, aereum, simplex, -e et agitabile. *qui flat*: AVG. gen. ad litt. 3, 7 p. 69, 1 *locum* inferiorem . . . in unda labili, superiorem . . . in aura -i (conf. 10, 6, 9 *plur.* MIRAC. Steph. 2, 4, 1 *plur.* VEN. FORT. carm. 6, 10, 25 EVGIPP. exc. Aug. p. 61, 6 *plur.*). CASSIOD. in psalm. 118, 78 vento -i. **II** *translate: i. q. instabilis*: IVL. VAL. 1, 9 de futuris . . . fixam dicere sponsionem errantis est benignitatis et -is. *i. q. levis, mobilis*: ARNOB. nat. 6, 21 p. 232, 17 onerosum illud *velamen* in aestatibus . . ., hoc . . . sub ardoribus -e. *i. q. spiritalis, incorporeus*: PRVD. perist. 10, 347 aedem . . . mente in hominis condidit vivam, serenam, sensualem, -em. apoth. 867 flatu incorporeo res -is.

flābrālis, -e *a* flabrum. *i. q. flando effectus*: PRVD. apoth. 841 in gelidum -i (flabrili *var.*) frigore ventum spiritus existit tenuis.

flabrārius *v.* flabarius.

flābro, -are. *a* flabrum. *i. q. flare*: FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 1 Zephyri . . . -antis aurae.

? **flābrōsus** *v.* flabul-.

✕**flābrum**, -ī *n. et* (*priusquam sing.*) **flābra**, -ōrum [*a* flare. *Th.*]. *de flexu*: SERV. georg. 2, 293 'flabra' hoc nomen tantum pluralem recipit numerum (*sed cf. infra l. 81*). ab eo vero, quod est 'flamina', 'flamen' possumus dicere: licet sit vitandum propter aliam significationem. nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis. SERV. auct. *ibid.* et aliter: 'flabra' producta prima syllaba legendum (TER. MAVR. 837 *affert* -a *propter* fl-). GRAMM. suppl. 71, 2 *gen. neutr.* -um, flabellum (*cf.* PRISC. gramm. II 111, 11). *de notione*: APVL. mund. 10 imber effusus conciet -a, quae *ἐξυδρίαι* Atticorum lingua vocitantur. GLOSS. -um *φύσημα*. aurae incitamentum aut aura. praecipitium. *de usu: vox primum invenitur apud* LVCR. *inde per totam*

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

latinitatem non raro legitur, imprimis apud poetas. deest ex. gr. Cic. Hor. Liv. Tac.; *pluraliter usurpare solent omnes fere scriptores; singulariter legitur* Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 45, 4 Macr. sat. 7, 8, 14 Inscr. christ. Rossi II p. 295, 8, 3.

i. q. flatus: **I** *proprie*: **A** *i. q. flatus venti*: Lvcr. 1, 275 *vis venti* montis ... supremos silvifragis vexat -is. 5, 217 -a ... ventorum (Garg. Mart. pom. 2, 6 violentia. Serv. Aen. 1, 52 Ambr. in psalm. 47, 13. Arnob. in psalm. 146 p. 562^{D} prospera. *al.*). 5, 742 etesia -a aquilonum (6, 730. aquilonis -a: Avien. Arat. 201 orb. terr. 33. 441 Ambr. in psalm. 47, 6. Isid. orig. 13, 11, 15 etesiae ... -a aquilonis sunt [*syn.* flatus]. *eandem glossam ad* etesiarum *adscriptam in codice Mediceo* Tac. hist. 2, 98 *recte agnovit B. Rhenanus. cf.* Verg. georg. 3, 199 aquilo cum ... incubuit ... segetes ... lenibus horrescunt -is). Prop. 2, 27, 12 boreae -a (Avien. orb. terr. 116). Petron. 134, 12 v. 6 zephyri ... tacentia ... -a (Avien. orb. terr. 150. Ter. Mavr. 1986 pinea bracchia ... stridentia -is *zephyri*). Val. Fl. 6, 665 cacumina silvae lenibus alludit -is ... auster. Apvl. mund. 12 excursores venti ... directo spiritu pro⟨flant⟩ (*εὐθύπνοοι*); -is reciprocis (*ἀναχαμψίπνοις*) caecias. *ibid. turbo* repentinis -is prosilit. 23 -is ... spirantium aurarum. Lact. Phoen. 74 *venti* ne violent -is aera purpureum. Avien. ora 240 -is favonii (orb. terr. 52 blanda. Mart. Cap. 6, 694 vegetabilibus). Arat. 1443 aeris ... motus rabiemque ... undae, -a procellarum. Clavd. 26, 205 Noti -is. Sedvl. carm. pasch. 5, 52 placidas -is vitalibus auras. Coripp. Ioh. 1, 164 placidis ... carbasa -is aurae impulsa movent. **B** *i. q. ventus*: Lvcr. 6, 428 freta ... fervescunt graviter spirantibus incita -is (*cf.* Ivl. Val. 1, 31 *tellus* -is fovetur blandius spirantibus). 6, 719 haec adverso -a (-o *codd.*) feruntur flumine. Verg. georg. 2, 293 non hiemes ..., non -a neque imbres. Carm. epigr. 218, 3 (*aev. Hadr.*) *equa* cursando -is compara. Tert. pall. 2 *mare* -is aeque mutantibus de tranquillo probum. Sol. 27, 39 in terris -a saeviant. Avien. Arat. 824 australia -a. ora 120 -a propellunt ratem. orb. terr. 207 -is urgentibus oras. Amm. 25, 5, 7 saevientibus -is. Clavd. 21, 123 -a Bootae ... Riphaea. Macr. sat. 7, 8, 14 aer ... -o movetur. Mart. Cap. 1, 11 susurrantibus -is. Evstath. Bas. hex. 3, 8 p. 899^{B} imbrium generatio: ... despumatus humor -orum violentia repercussus (*gr. τῶν ἀνέμων. syn.* ventus). 4, 6 p. 908^{B} *mare* lenibus asperatum -is (*gr. αὔραις*). Sidon. epist. 2, 2, 16 si -a posuere. Sedvl. carm. pasch. 3, 50 acta ... -is ... puppis. Greg. Tvr. glor. mart. 5 tranquilla ... -a. Coripp. Ioh. 1, 240 *nautae* totis pandentes lintea -is. Carm. poet. min. V 65, 13 cornipedum sulcant fulti gestamine -a *apud medicos* (*cf.* flabellum): Cael. Avr. acut. 1, 9, 69 si plus fuerit extentus *sudor*, ... -is utimur. 3, 21, 199 utemur ... odoramentis ... atque -is.

***1. flāmen,** -inis *m.* [*sunt qui cf. esse putent c. theodisc.* blōzan pluozan *anglosax.* blōtan *'sacrificare', v. Bugge, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der indog. Spr. 3, 98. alii conferunt ind.* brahmā́ *'sacerdos' (v. Leo Meyer, Vergl. Gramm. d. griech. u. lat. Spr. II 275sq.), sed cf. Osthoff, Bezzenbergers Beitr. 24, 142. Th.*]. *veteres a* filo *derivant*: VARRO ling. 5, 84 -es, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, f⟨i⟩lamines dicti. PAVL. FEST. p. 87 -n Dialis dictus, quod filo assidue veletur; indeque appellatur -n, quasi filamen (*cf.* p. 23 apiculum filum, quo -es velatum apicem gerunt). SERV. Aen. 8, 664 -es in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; ... unde a filo, quo utebantur, -es dicti sunt, quasi filamines (ISID. orig. 7, 12, 18*sq.*). SERV. auct. Aen. 10, 270 dicitur ... apex virga, quae in summo pilleo -um lana circumdata et filo colligata erat, unde etiam -es vocabantur ... apere enim veteres ritu -um alligare dicebant; unde apicem dictum volunt. PRISC. gramm. II 126, 14 a filo filamen, quod per syncopam i -n dicimus (GRAMM. suppl. 113, 13). DION. HAL. arch. 2, 64, 2 τὴν δὲ δευτέραν (ἱερουργιῶν διάταξιν ἀπέδωκε Νόμας) τοῖς καλουμένοις ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων στεφανηφόροις, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων φλάμοσιν, οὓς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι φλάμα (φλάμεα *Scal.*) καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύονσι. PLVT. Num. 7 ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους φλάμινας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. quaest. Rom. 40 p. 274C τὸν πῖλον, ἀφ' οὗ καὶ φλᾶμεν κέκληται. Marc. 5 πῖλον, ὃν οἱ καλούμενοι φλαμίνιοι φοροῦσι. *cf.* IVBA frg. 5 p. 453 Funaioli. *forma* filamen *praeter grammaticos nullam auctoritatem habet, cf. Hübner, Corp. II 473. de filo et apice -um insigni cf. praeterea*: CARM. epigr. 8, 1 FEST. p. 355 PAVL. FEST. p. 10 *et* 18. LVCAN. 1, 604 et tollens apicem generoso vertice -n (COMMENT. *ad l.* quoniam pilleati sunt virgulam super habentes dignitatis causa ... sunt autem -es Diales Martiales Quirinales. *cf.* ADNOT. *ad l.*). PLIN. nat. 22, 96. FRONTO p. 67, 5 N. *samentum* lingua hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum -n cum in urbem introeat imponit. GELL. 10, 15, 17 *et* 32. SERV. auct. Aen. 1, 305 apicis, quod insigne -um fuit. SERV. Aen. 2, 683 apex proprie dicitur in summo -is pilleo virga lanata. auct. Aen. 8, 552. 12, 492 potest hoc tamen nomen et de sacerdote -e accipi, qui apice utuntur. AVG. civ. 2, 15. PANEG. 12 (2), 37, 4 reverendos municipali purpura -es, insignes apicibus sacerdotes (*de apicis usu in municipiis cf. Hirschfeld, Kl. Schriften 1913 p. 500, 6.* CORP. XII 1114. XIV 292). APPIAN. bell. civ. 1, 65, 297 λέγεται δ' οὗτος ὁ ἱερεὺς φλαμέντας (φλᾶμεν διᾶλις *Bekker*), καὶ πιλοφορεῖ μόνος ἀεί, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις. *de -um apice v. etiam Bickel, Rh. Mus. 72 p. 56 sq.* *graece* -n *et per comparationem vel translationem* στεφανηφόρος, ἱερεύς *convertitur et per transcriptionem* φλάμεν (φλάμοσιν), φλαμέντας, φλαμίνιοι, *v. D. Magie, de Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sollemnibus in Graecum sermonem conversis (1905) p. 32. 40. 144. 147; L. Hahn, Rom u. Romanismus im gr.-röm. Osten (1906) p. 126. 129. 248.* GLOSS. ἱερομνήμων, πρύτανις, ἱερεὺς Καίσαρος, sacerdos. -es πυρεῖς (*cf. corrupta* -n πύρασις. πείροσις. pyrois). SERV. auct. Aen. 12, 538 (cupencum Sabinorum lingua sacerdotem vocari SERV.), ut apud Romanos -em et pontificem, sacerdotem. CHAR. gramm. I 28, 13 en masculina tantum et neutralia ... masculina ... flamen flaminis. 87, 15 EXC. Bob. gramm. I 541, 24 MART. CAP. 3, 296. *nota formam* flamenem: ACT. ARV. a. 213, 5 (*Neue, Formenl. der lat. Spr. I*3 *245*). *per* -á- *scribitur* CORP. II 4238. 6094. V 5126. XI 6503. XII 81. 983. 2236 (*saec. I p. Chr.*). 3184. 6038. XIV 2922 *al.*

-es *certam partem collegii pontificum efficere constat. tamen ipsa vox* -n *non tam munus sacerdotale, quam omnino operam in sacrificando praestitam significat.* -n *sollemne iuris sacri vocabulum diverso in usu est atque* sacerdos *et* antistes, *quorum illud graecum ritum,* antistes *peregrina sacra potissimum sibi vindicat, cum neutrubi* -n *adhibeatur.* -es, *cum sacrificiis faciundis operam dent, in pluribus collegiis comparent, ab augurum collegio absunt. cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*2 *(1912) p. 482sq. 524.* sacerdos *audit qui* -n *est*: PAVL. FEST. p. 379 sacerdotem Vulturnalem (*cf. p. 854, 2*). *latior vis vocabuli* sacerdos *passim ad* -em *spectat velut* LIV. 29, 38, 6 sacerdotes eo anno mortui ..., -n Martialis. 44, 18, 7. FEST. p. 185 Dialis, ... universi mundi sacerdos. OV. fast. 1, 587 castus Iovis ... sacerdos. SERV. auct. Aen. 2, 683. ISID. orig. 7, 12, 18 sacerdotes ... gentilium -es dicebantur. 19, 30, 5. *in cultu imperatorio provinciarum usu plane synonymo* sacerdos *et* -n *dicuntur. cui* -is *nomen in quibusdam provinciis, Hispania, Narbonensi, Alpibus inditur, idem* sacerdos *in Lugudunensi, Dacia, aliis multis vocatur, cum insuper earundem provinciarum diversis saeculis discrimina fuerint; cf. Hirschfeld, Kleine Schriften (1913) p. 490sq. municipia, ubi cultus imperatorius religioni reliquae accedit, ipsa quoque confusionem terminorum* sacerdos *et* -n *norunt. quamquam summa divisio ea est, ut* sacerdos *in sacris reliquis, in cultu imperatorio* -n *sedem habeat, praesertim absolute dictus* -n *sacerdotem Augusti spectet, tamen etiam in cultu imperatorio* sacerdos *comparet, neque rursus a sacris aliis* -n *plane alienus est. imprimis recenti translatione* -n *pro* sacerdos *aliquotiens in sacris municipalibus neque ex Roma translatis neque omnino latinis ponitur, praeter quod* -n Dialis, *alia instituta antiquitus latina municipiis servantur (v. sub III).* antistes *nusquam* -n *vocatur nisi forte poetice Dialis* CORP. VI 316 (*saec. III?*) Alcide sacri generis decus hoc tibi praetor et Iovis antistes dedico Perpetuus (*Dialem tamen nec Bücheler, Carm. epigr. 869 nec Dessau, Inscr. 3404 agnoscunt*). *locis quibus Wissowa l. l. p. 483, 3* antistitis *voce sacerdotes p. R. publicos dici adnotat,* -es *non dicuntur, sed* pontifices, *alii. atque melius* antistes (*i.* praestes, princeps, episcopus), *amplioris gradus significatio ad* pontificem *quadrat quam ad* -em, *sacerdotis principalis ministrum.* pontifex *quoque, quae vox inferiore aetate in universum passim i. q.* sacerdos *valet,* -n *audit* CORP. VIII 10500 pontific. Palatuali. XI 5031 (*v. p. 854, 6*). VI 1690 (*saec. IV*) pontifici Flaviali (1691 pontif. Flabiali. *cf. Dessau Inscr. 705 not. 12*). ISID. orig. 10, 96 -es pontifices idolorum. *in municipiorum cultu imperatorio* pontificis *appellatio pro* -is *iam primis saeculis aevi imperatorii propria provinciae Baeticae est, cf. Hirschfeld, Gött. gel. Anz. 1870 p. 1109sq. et Kl. Schr. p. 487, 2, praeterea Fr. Geiger, de sacerdotibus Augustorum municipalibus (diss. Hal. 1913) p. 5sq. et 35. plane commutantur inter se termini* CORP. II 2105 -n sacr(orum) pub(licorum) municip(ii) Alb(ensis) Vr(gavonis), pontifex domus Augustae (*cf.* X 7518 *p. 855, 71*). II 2132 (*Obulcone*) flam., pontif. Aug. *cf.* II 2129 (*ibid.*) aedil., -n, IIvir, pontif. municipi. *nota*: CORP. V 3931 (*Veronae*) L. Redonius Q. f. Planta -n vovit, manisnavius posuit. 3932 P. Valerius P. f. Montanus flam. mannisnavius dedit. *syn.* manisnavius *maioris dignitatis sacerdotium videtur exprimere, cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. II 408.*

absoluto usu -n *plerumque ad -es maiores collegii pontificum spectat, aetate imperatoria praeterea ad Divorum -es. maiores intellegendi sunt* LEX Iul. munic. (CORP. I2 593) 62 -es plostreis in urbe ... vehi (*v. p. 851, 55*). *item*: PAVL. FEST. p. 64 commoetacula virgae, quas -es portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant (p. 224. MACR. sat. 1, 16, 9. *v. p. 851, 70*). *quamquam nonnullis locis minores quoque aliosque veluti curiarum -es praeter maiores quin intellegamus nil obstat, omninoque hic illic nulla propria relatione vox ponitur*: OV. fast. 3, 137 laurea -bus quae toto perstitit anno. PAVL. FEST. p. 19 assidelae mensae vocantur, ad quas sedentes -es sacra faciunt. FORTVN. rhet. 3, 6 p. 124, 21 dictatorem dictum dicas, -em proditum, Vestae virginem captam (*cf. p. 852, 72*). PRVD. perist. 2, 518 luperci et -es. SIDON. epist. 8, 16, 4 fetialis aliquis aut -n. CARM. epigr. 200 NOT. Tir. 55, 62. *minorum Cerialem* SERV. auct. georg. 1, 21 *dici ex sententia ipsa elucet (v. p. 853, 81). cf. etiam p. 857, 10. quibusdam locis dubitationes remanent, quis -n dictus sit*: CIC. Brut. 135 -n Albinus etiam in numero est habitus disertorum *videtur Martialis esse (cf. ed. Jahn-Kroll*5 *ad l.). in saliorum albo maiores et divorum -es publici p. R. in censum veniunt* CORP. VI 1978 (*a. 170*) Q. Tineius Sacerdos loco L. Anni Largi -is. M. Claudius Fronto Neocydes loco L. Satri Kari -is. ... loco L. Rosci Aeliani -is. ... L. Cossoni Eggi Marulli -is. ... M. Acili Vibi Faustini -is. *nulli fortasse nisi maiores respiciuntur* CORP. VI 712 permissu kalator(um) pon⟨tif⟩(icum) et -um, cui immunitas data est ab eis sacrum faciend⟨i⟩. 2185. 2186. 31034. 32445 (*a. 101/2 p. Chr.*) kalatores pontificum et -um. INSCR. Dessau 4970. *responsum adversus Servium Maluginensem -em Dialem* TAC. ann. 3, 71 *narrat, ubi narrando in exemplum -is Martialis alicuius incidit, Martialis significatione non addita, v. p. 852, 1. denique locos aliquot propono, ubi usus absolutus ad Dialem pertinet (adnotatos infra sub I 2 a)*: OV. fast. 2, 21 PAVL. FEST. p. 93. 113 SVET. frg. p. 267 SERV. auct. Aen. 4, 262 PAVL. FEST. p. 349 VAL. MAX. 6, 9, 3 PLIN. nat. 18, 119. 28, 146 AVSON. 419, 66; *ad Martialem (v. sub I 2 b)*: ASCON. Scaur. p. 28, 30 St.; *ad Quirinalem (v. sub I 2 c)*: OV. fast. 4, 907. 938 LIV. 5, 39, 11. 7, 20, 4. *de usu absoluto in titulis, ubi -es Divorum p. R. publici probabiliter dicuntur, v. p. 854, 56. latissime in municipiorum et provinciarum cultu imperatorio usus absolutus patet, v. sub II 2 a ε et II 2 b. postremo nota* CORP. II 2132 (*supra l. 39*). XII 1585 (*p. 855, 4*). *subauditur* -n *in usu substantivo vocis* Dialis *velut* OV. fast. 3, 397 GELL. 10, 15 *passim,* SERV. auct. Aen. 4, 137, *atque etiam vocum* Martialis *et* Quirinalis

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FEST. p. 185; *cf. Onom. s. vv.* *christiana aetate* -n *duravit, cf.* CORP. VIII 10516 (*a. 525/6*) Astius Mustelus fl(amen) p(er)p(etuus) Cristianus ... anno IIII d(omini) n(ostri) regis Ildirix. 450 v(ir) c(larissimus) et fl. pp. 989. INSCR. Revue archéol. (1912) 2 p. 459 n. 164 -n perpetuus fidelis vixit in pace. *v. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 503 sqq.* *de muliere* -n *legitur* CORP. IX 5534 (*Vibisagliae*) Vitelliae C. f. Rufillae C. Salvi Liberalis cos. (*fr. Arvalis a. 78/101*), flamini Salutis Aug(ustae), matri optumae, *ubi intellexeris* flamini(cae). *cf. etiam* flamina.

I *sacerdotes in urbe Roma*:

1 *in sodalitatibus, curiis sim. adiuncti principalibus sacerdotibus ministri annui*: **a** *in collegio Arvalium* (*cf. Henzen, Acta fratrum Arv. 1874 p. V sq.*): ACT. Arv. a. 38 d 8 ⟨C.⟩ Caesar Augustus Germanicu⟨s magister collegii fratrum Arvaliu⟩m cum Appio Silano flamin⟨e deae Diae agnam opimam inmola⟩vit. a. 39 d 9 ⟨L. Salvius⟩ Otho flame⟨n⟩. a. 78, 31 mag. P. Sallustius Blaesus ... flam⟨inem ...⟩ nominavit L. Veratium Quadratum. a. 87 II 27 qui vice -is fungebatur (*cf. etiam* proflamen). *ibid.* 32 Q. Tillium Sassium ex Saturnalibus primis ad Saturnalia secunda annuum magistrum fecer(unt), item Ti. Iulium Celsum Marium Candidum -em. a. 155, 41 imp(eratorem) ... ⟨Antoninum ... Pium f⟩laminem fecerunt. a. 218 a 25 promag(ister) et flam(en) sacr(um) fecer(unt). *ibid.* 26 ture et vino fecer. a. 240 II 15 (INSCR. Dessau 9522) promag. et flam. struib. et fert(is) fecer. et immol. agna(m) op(imam) alba(m). 23 et promag. et flam. et publ(ici) duo sacerdotes (sacerdotes *delet Dessau*). 27 item de aede exierunt et ante aram steterunt et promag. et flam. duos collegas suos ad fruges petendas miser., et promag. et flam. cum scifis vini reversi cum frugib. dextra scifos deder. laeva frug. acc. 41 in annum prox. qui ex Saturnalibus ⟨p⟩rimis mag. I(?) et flam. nominant. **b** *in curiis* (*cf. Bickel, Rh. Mus. 71 p. 548 sqq.*): PAVL. FEST. p. 64 curiales -es curiarum sacerdotes. *non -es, sed lictores curiatios praeter curiones spectat Varro apud Dionysium Hal.* arch. 2, 21, 3; *ibid.* 2, 64, 2 *curiales -es dici adnotat falso Magie, l. l. p. 147. de -bus in curiis municipiorum v. p. 855, 7 sqq.* **c** CORP. VI 32455 (*medio saec. I a. Chr.*) m⟨ag.⟩ et flamin. montan(orum) montis Oppi de pequnia mont(anorum) montis Oppi sacellum claudend. et coaequand. et arbores serundas coeraverunt (*cf. Mommsen, Staatsrecht III 1 p. VIII; Wissowa, Ges. Abhandl. z. röm. Relig.- u. Stadtgeschichte 1904 p. 235*).

2 *singuli singulorum deorum sive dearum sacerdotes perpetui in collegio pontificum*: VARRO ling. 5, 84 horum (*-um*) singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt; sed partim sunt aperta, partim obscura: aperta ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis, cum Dialis ab Iove sit (Diovis enim), Furi⟨n⟩alis a Furrina. 7, 45 eundem Pompilium ait (ENN. ann. 122 *sqq.*) fecisse -es, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus -um cognominibus latent origines, ut in his qui sunt versibus plerique: 'Volturnalem, Palatualem, Furinalem, Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit hic idem'. CIC. leg. 2, 20 divisque aliis ⟨alii⟩ sacerdotes, omnibus pontifices, singulis -es sunto. rep. 2, 26 Pompilius ... adiunxit ... -es. dom. 38 neque regem sacrorum neque -es nec Salios ... nec ... reliquos sacerdotes. 127 pontifices et vos -es. 135 ex collegio tanto non regem, non -em, non pontificem videret. Phil. 11, 18 pontifici ... -em parere iussit *populus*. LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 62 quibus diebus virgines Vestales, regem sacrorum, -es plostreis in urbe sacrorum publicorum p(opuli) R(omani) caussa vehi oportebit. LIV. 1, 21, 4 ad id sacrarium (*i. Fidei*) -es (*i. maiores*) bigis curru arcuato vehi iussit (*cf.* TAC. ann. 12, 42). 1, 20, 2 *Numa* -em Iovi assiduum sacerdotem creavit insignique eum veste et curuli regia sella adornavit. huic duos -es adiecit, Marti unum, alterum Quirino (LACT. inst. 1, 22, 4 VIR. ill. 3, 1). 1, 33, 1 Ancus demandata cura sacrorum -bus sacerdotibusque aliis. 4, 54, 7 *patricii amissis honoribus* salii -esque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperiis ac potestatibus relinquantur. 5, 52, 4 pontifices -esque neglegentiores publicarum religionum esse, quam privatus in sollemni gentis fuerit. FEST. p. 249 praeciae viatores dicuntur, qui -bus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est (PAVL. FEST. p. 64. 224 MACR. sat. 1, 16, 9). PAVL. FEST. p. 151 maiores -es appellabantur patricii generis, minores plebei. FEST. p. 154 maximae dignationis -n Dialis est inter quindecim -es, et cum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis. GAIVS inst. 1, 112 -es maiores, id est Diales Martiales Quirinales ... nisi ex farreatis nati non leguntur; ac ne ipsi quidem sine confarreatione sacerdotium habere possunt. TAC. ann. 3, 58 Servius Maluginensis, -n Dialis, ut Asiam sorte haberet, postulavit, frustra vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia, neque aliud ius suum quam Martialium Quirinaliumque -um. *ibid.* si -n valetudine aut munere publico impediretur. 3, 59 dilata notione de iure -is. 3, 71 Caesar recitavit ... decretum pontificum, quotiens valetudo adversa -em Dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio plus quam binoctium abesset ... provinciarum administrationem Dialibus non concedi. memorabaturque L. Metelli pontificis maximi exemplum, qui Aulum Postumium -em (*i. Martialem, cf.* VAL. MAX. 1, 1, 2 LIV. 37, 51, 1 perioch. 19) attinuisset. FLOR. epit. 1, 13, 11 *coniunct.* pontifices. GELL. 1, 12, 6 *coniunct.* aut augur aut quindecimvirum sacris faciundis aut septemvirum epulonum aut Salius. 15, 27, 1 -um inaugurandorum causa. LACT. inst. 5, 19, 10 pontifices ..., -es, augures, item reges sacrificuli quique sunt sacerdotes et antistites religionum. AVG. civ. 2, 15 -em illi (*Romulo*) instituerunt (*cf. ibid.* 2, 20), quod sacerdotii genus adeo in Romanis sacris testante apice excelluit, ut tres solos -es haberent tribus numinibus institutos, Dialem Iovi, Martialem Marti, Quirinalem Romulo. *tabellas -um maiorum et minorum, quorum memoria servatur, invenies apud Ruggiero, Diz. epigr. III 145 sqq., seorsum aetatis liberae rei publicae apud A. Klose, Römische Priesterfasten. I. Teil (Diss. Breslau 1910) p. 15 sqq., aetatis imperatoriae apud G. Howe, fasti sacerdotum p. r. publicorum act. imp. (1904) p. 24 sq. et 70.* **a** GLOSS. -n Dialis sacerdos Iovis (PAVL. FEST. p. 10). *caerimonias Dialis, quas praeter alios* GELLIVS 10, 15, *Plutarchus quaest. Rom. 40. 44. 50. 109 sqq.*, PAVL. FEST. *et* SERV. Aen. *passim tradunt, digessit omnes Samter, PW. VI 2486 sqq.; cf. etiam caerimonias similes* -is *provinciae Narbonensis* CORP. XII 6038 (*v. p. 858, 59*). ELOG. Scip. Carm. epigr. 8, 1 quei apice(m) insigne (*neutr.*) Dial⟨is fl⟩aminis (*hoc ordine verborum praeter hunc locum etiam p. 853, 19. 23. 854, 5*) gesistei. SVLLA hist. 2 P. Cornelius ... -n Dialis captus (LIV. 27, 8, 5 a ... pontifice maximo). VARRO ling. 6, 16 auspicatur vindemiam. CIC. facet. dict. 25 solent esse -es diales, modo consules diales habemus (*cf.* OTACILIVS *apud* Macr. sat. 2, 2, 13 ante -es, nunc consules diales fiunt). OV. fast. 2, 21. 282 LIV. 1, 20, 1. 5, 52, 13 -i Diali noctem unam manere extra urbem nefas est (GELL. 10, 15, 14 TAC. ann. 3, 71). 5, 52, 14. 26, 23, 8 quod exta perperam dederat, flamonio abiit. 27, 8, 4 -em Dialem invitum ⟨in⟩augurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum (VAL. MAX. 6, 9, 3 a P. Licinio pontifice maximo -n factus). 27, 8, 10 -em in senatum introduxerunt, ... magis sanctitate vitae quam sacerdoti iure eam rem -em obtinuisse. 31, 50, 7 C. Valerius Flaccus, quem *aedilem curulem* ... creaverant, quia -n Dialis erat, iurare in leges non poterat (PAVL. FEST. p. 104 GELL. 10, 15, 5. *ibid.* 31 verba praetoris ex edicto perpetuo de -e Diali et de sacerdote Vestae adscripsi: sacerdotem Vestalem et -em Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. *Mommsen, Staatsrecht I³ p. 491, 2*). 32, 7, 14. 39, 39, 2. 39, 45, 4 praetores ita sortiri iussi, uti -i Diali utique altera iuris dicendi Romae provincia esset. 41, 28, 7 -n Dialis inauguratus est Cn. Cornelius. PAVL. FEST. p. 10 albogalerus ... pilleum capitis, quo Diales -es ... utebantur (GELL. 10, 15, 32 verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum super -e Diali haec sunt: 'is solum album habet galerum' *eqs.* SVET. frg. p. 268). p. 74. 81 equo vehi -i Diali non licebat (PLIN. nat. 28, 146 GELL. 10, 15, 3 SERV. auct. Aen. 8, 552). p. 82 ederam ... neque tangere neque nominare fas erat (GELL. 10, 15, 12). *ibid.* ne anulum quidem ei gerere licebat ... aut aliquem in se habere nodum (GELL. 10, 15, 6 *et* 9). p. 87 fabam nec tangere nec nominare ... licet (PLIN. nat. 18, 119 Varro ... -em ea non vesci tradit. GELL. 10, 15, 12 SCHOL. Ter. p. 76, 6). p. 89 domus -is (GELL. 10, 15, 7 SERV. auct. Aen. 2, 57. 8, 363). *ibid.* uxor (SERV. auct. Aen. 4, 103 farreatas nuptias ..., quibus -em et flaminicam iure pontificio in matrimonium necesse est convenire. 4, 339. 374). p. 93 quas (*funebres tibias*) -i audire putabatur illicitum. *ibid.* flaminius camillus puer ..., qui -i Diali ad sacrificia praeministrabat (MACR. sat. 3, 8, 7). *ibid.* flaminius lictor est, qui -i Diali sacrorum causa praesto est (*cf.* OV. fast. 2, 23. *Mommsen, Staatsrecht I³ p. 391*). p. 248 procinctam classem ... videre non licuit (GELL. 10, 15, 4). p. 349 secespita cultrum ..., quo -es, flaminicae ... ad sacrificia utebantur (FEST. p. 348 SERV. auct. Aen. 4, 262). FAST. cos. Capitol. a. u. c. 763 (Corp. I² p. 29) Ser. Cornelius ... Lentul. Malug. flam. Dial. VELL. 2, 43, 1 (*Divus Iulius*) paene puer a Mario Cinnaque -n Dialis creatus (SVET. Iul. 1, 1). 2, 20, 3 L. Cornelius Merula -n Dialis. 2, 22, 2 incisis venis ... spiritum reddidit (VAL. MAX. 9, 12, 5 FLOR. epit. 3, 21, 16 AVG. civ. 3, 27 p. 139, 22 D.). TAC. ann. 3, 58 quinque et septuaginta annis post Cornelii Merulae caedem neminem suffectum, neque tamen cessavisse religiones. 4, 16 de -e Diali in locum Servi Maluginensis defuncti legendo. *ibid.* quoniam exiret e iure patrio qui id flamonium apisceretur quaeque in manum -is conveniret. *ibid.* placitum instituto -um nihil demutari. GAIVS inst. 1, 130 exeunt liberi ... de parentis potestate, si -es Diales inaugurentur (3, 114 VLP. reg. 10, 5). GELL. 1, 12, 15 plerique autem 'capi' virginem solam debere dici putant. sed -es quoque Diales, item pontifices et augures 'capi' dicebantur. 10, 15, 1 caerimoniae impositae -i Diali multae, item castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus. 10, 15, 4 rarenter -n Dialis creatus consul est. 10, 15, 8 vinctum, si aedes eius introierit, solvi necessum est (SERV. auct. Aen. 2, 57). 10, 15, 10 si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est (SERV. auct. Aen. 3, 607). 10, 15, 11 capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset (SERV. Aen. 1, 448). 10, 15, 12 capram ... neque tangere Diali mos est neque nominare. 10, 15, 16 cotidie feriatus est. 10, 15, 17 sine apice sub divo esse licitum non est; sub tecto uti liceret, non pridem a pontificibus constitutum Masurius Sabinus scripsit et alia quaedam remissa (*cf.* TAC. ann.

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 71. 4, 16). 10, 15, 19 farinam fermento inbutam attingere ei fas non est (SERV. auct. Aen. 1, 179). 10, 15, 21 super -em Dialem in convivio, nisi rex sacrificulus, haut quisquam alius accumbit (*cf.* FEST. p. 185 *syn.* sacerdos). 10, 15, 22 uxorem si amisit, flamonio decedit. matrimonium -is nisi morte dirimi ius non est (PAVL. FEST. p. 89 POMP. TROG. Prisc. gramm. II 149, 5 SERV. auct. Aen. 4, 29 TERT. castit. 13 HIER. adv. Iovin. 1, 49 epist. 123, 8; *cf. Ateium apud Plutarch. quaest. Rom. 50 p. 276 D*). 10, 15, 25 mortuum numquam attingit (SERV. auct. Aen. 11, 76). ARNOB. nat. 1, 51 *coniunct.* pontificem maximum (7, 43). 4, 35 quindecimviri ... augures ... castae virgines. CORP. VI 2144 (*saec. III ineunte*) Terentius Gentianus fl. Dialis, v. c., pr. tut. SERV. auct. Aen. 1, 706 -i Diali mensa inanis non anteponebatur. 4, 103 ubique Vergilium in persona Aeneae -em, in Didonis flaminicam praesentare (4, 137. 646). 4, 262 in qua (laena) -es sacrificant infibulati. ...veteri enim religione pontificum praecipiebatur inaugurato -i vestem, quae laena dicebatur, a flaminica texi oportere (*cf. ibid.* 263 PAVL. FEST. p. 113 SVET. frg. p. 267). 4, 518 (*in marg. cod. T*). georg. 1, 31 nuptiae fiebant ... farreo cum per pontificem maximum et Dialem -em ... coniungebantur. AVSON. 419, 66 p. 370 P. operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, non pontificis cubile castius nec pulvinar -is tam pudicum. **b** GLOSS. -n Martialis sacerdos Martis. SERV. auct. Aen. 8, 552 veteri sacrorum ritu neque Martialis neque Quirinalis -n omnibus caerimoniis tenebatur, quibus -n Dialis: neque diurnis sacrificiis destinabantur, et abesse eis a finibus Italiae licebat, neque semper praetextam, neque apicem nisi tempore sacrificii gestare soliti erant (APPIAN. bell. civ 1, 65, 297). ergo si ire eis in provinciam licebat, et equo sine religione vehi licuit. VARRO ling. 6, 21 Flaccus -n Martialis. CIC. div. 1, 104 L. Flaccum -em Martialem. Phil. 11, 18 Crassus consul, pontifex maximus, Flacco collegae, -i Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset. quam multam populus remisit; pontifici tamen -em parere iussit. har. resp. 12 meam domum P. Lentulus consul et pontifex, ... L. Lentulus -n Martialis, ... Sex. Caesar -n Quirinalis ... causa cognita ... omni religione ... liberaverunt (Vatin. 25 ad Q. fr. 3, 1, 15 Att. 2, 24, 2 12, 7, 1 ASCON. Scaur. p. 28, 30 St. MACR. sat. 3, 13, 1 quo die Lentulus -n Martialis inauguratus est. *cf. Münzer, PW. IV 1391*). LIV. 29, 38, 6 sacerdotes eo anno mortui atque in locum eorum suffecti: Ti. Veturius Philo -n Martialis in locum M. Aemili Regilli, qui priore anno mortuus erat (*cf.* 29, 11, 14), creatus inauguratusque. 44, 18, 7 P. Quinctilius Varus. 45, 15, 10 inauguratus est eo anno L. Postumius Albinus. VAL. MAX. 1, 1, 2 Metellus ... pontifex maximus Postumium consulem eundemque -em Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne a sacris discederet, multa dicta urbem egredi passus non est (*v. p. 852, 1*). CORP. VI 31772 ⟨L. Lentul⟩us (*cos. a. 3 a. Chr.*) flam. Mart. (INSCR. numm. Babelon I p. 431 n. 81 Cohen I² p. 121 n. 419. Grueber cat Brit. mus. II p. 102 L. Lentulus -n Martialis. *cf. Groag, PW. IV 1372, 41*). FAST. cos. Capitol. a. u. c. 763 (Corp. I² p. 29) C. Iunius ... Silanus flam. Mart. (CORP. VI 1384). CORP. V 4921 L. Silano (*cos. suff. circa a. Chr. 27*) flam. Mart. (4922). **c** GLOSS. -n Quirinalis (Cyr-) sacerdos Quirini (Cyr-). *non omnibus quibus Dialis caerimoniis obligatur, v. supra l. 22.* PLVT. Num. 7 *τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεως τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν φλάμινα Κυρινάλιον ὠνόμασεν.* CIC. har. resp. 12. OV. fast. 4, 907 -n in antiquae lucum Robiginis ibat. 4, 910 edidit haec -n verba, Quirine, tuus. 4, 938. LIV. 3, 32, 3 -n Quirinalis Servius Cornelius mortuus. 5, 40, 7 -n ... Quirinalis virginesque Vestales (5, 39, 11 VAL. MAX. 1, 1, 10). 5, 40, 8 sacello proximo aedibus -is Quirinalis. 7, 20, 4 hospitium -um (*unum Quirinalem videtur dicere*) Vestaliumque. 24, 8, 10 M. Aemilius Regillus (29, 11, 14 *et* 29, 38, 6 -n Martialis) -n est Quirinalis, quem neque mittere a sacris neque retinere possumus, ut non deum aut belli deseramus curam. 37, 50, 8 Q. Fabius Pictor -n Quirinalis (37, 47, 8 inauguratus. 37, 51, 3 praetorem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, P. Licinius tenuit. 37, 51, 5 dicto audiens esse -n pontifici iussus. 45, 44, 3 mortuus. *cf. Münzer, PW. VI 1841, 53*). GELL. 7, 7, 7 a -e Quirinali sacrificium ei (*Accae Larentiae*) publice fit. TERT. spect. 5 sacrificant apud eam (*aram Consi*) ... -n Quirinalis et virgines (*cf.* SVET. frg. p. 334, 1). CORP. IX 3154 (*Corfinii*) Ser. Cornelio ... Dolabellae ..., salio Palat., quaestori divi Traiani Parthici, ... cos., flam. Quir. **d** VARRO ling. 5, 84 Volcanalis. MACR. sat. 1, 12, 18 Cincius mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque utitur, quod -n Vulcanalis kalendis Maiis huic deae rem divinam facit. CORP. VI 1628 ⟨Pr⟩isco s⟨ubp⟩raef. vigil⟨um⟩, flamini Vul⟨can.⟩, magistro a lib⟨ellis, m⟩agistro a cen⟨sib.⟩. *confunditur cum* 2. flamen: GRAMM. suppl. 112, 34 et neutro genere dicitur hoc -n Vulcanale. CIC. Brut. 56 *Popillius* cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat -n Carmentalis. CORP. VI 31032 Ti. Claudius Pollio proc. Aug. ... -n Carmentalis. FEST. p. 217 -n Portunalis arma Quirini unguet. CORP. XI 5028 (*Mevaniae, saec. I p. Chr.*) Sex. Caesio Sex. ⟨f.⟩ Propertiano -i Ceriali Romae. SERV. auct. georg. 1, 21 Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat -n sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri (*cf. Richter, PW. IX 1353, 60*). *nota*: CORP. VI 31863 -i C⟨...⟩ (*i.* Ceriali *sive* Carmentali. '*sacerdotium hoc significatur etiam anaglyphis fastigii monumenti una reperti, in quo apex inter simpulum et lituum sculptus est*' *Hülsen ad l.*). ENN. ann. 122 (VARRO ling. 7, 45 *v. p. 851, 45*) Volturnalem (PAVL. FEST. p. 379 Volturnalia Volturno suo deo sacra faciebant, cuius sacerdotem Vulturnalem vocabant). *ibid.* Palatualem (FEST. p. 245 Palatualis -n constitutus est, quod in tutela eius deae Palatium est. *cf.* CORP. VIII 10500. XI 5031). *ibid.* Furinalem (VARRO ling. 5, 84. 6, 19 Furrinae ... sacra instituta annua et -n attributus; nunc vix nomen notum paucis). *ibid.* Floralem (CORP. IX 705 M. Numisius ... Quintianus Laurens Lavinas, -n Floralis, patronus munic.). *ibid.* Falacrem (VARRO ling. 5, 84 -n Falacer a divo patre Falacre). *ibid.* Pomonalem (FEST. p. 154 minimi habetur. CORP. III 12732 C. Iul(io) Silvano Melanioni eq(uo) publ(ico), flam⟨i⟩ni Pomonali ... omnibus equestribus militiis func⟨t⟩o ... patrono pro⟨v⟩inc⟨iae⟩).

3 *pontificum collegio subiuncti sacerdotes Laurentium Lavinatium* (*cf. G. Wilmanns, De sacerdotiorum p. p. R. quodam genere, diss. Berol. 1867 p. 18 sqq.; Wissowa, Herm. 50 p. 22 sqq.*): CORP. III 1198 T. Varen. T. f. Pap. Sabiniano eq. R. flam. Laurentino, item flam. col(oniae) Sarmiz(egetusensis) (*municipale flamonium accedit exemplis p. 857, 14*), dec(urioni) col. Sar. X 797 sacrorum principiorum p. R. Quirit. nominisque Latini, quai apud Laurentís coluntur, flam. Dialis, flam. Martial. (XIV 4176). XI 5215 -i luculari Lauren(tium) Lavina(tium).

4 *Divorum* -es (*cf. Dessau, Ephem. epigr. 3 p. 221 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kultus² p. 521, 9. fastos -um Divorum offert G. Howe, fasti sacerdotum p. r. publicorum 1904 p. 51 sq.*): Iulialis: CIC. Phil. 2, 110 est ergo -n, ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius ... cur non inauguraris? (*syn.* sacerdos). 2, 111. 13, 47 (*cf.* 13, 41). SVET. Iul. 76, 1 *Caesar* decerni sibi passus est ... -em. *cf.* PLVT. Ant. 33 *et* DIO CASS. 44, 6 *gr. ἱερεύς*. CORP. V 1812 (*ca. a. 186*) flam. Iulian. INSCR. Dessau 8963 Iulialis. *cf.* INSCR. graec. III 612. Augustalis: TAC. ann. 2, 83 neve quis -n aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur. CORP. II 1517. 2039. 2198. VI 909 Germanico Caesari Ti. Augusti f. divi Augusti n. auguri, -i Augustali, cos. iterum. 921. X 513. 1415 (*cf.* 1625 *et* 5050). XIII 1036. XII 147 ⟨D⟩ruso Caesari ⟨Ti.⟩ Augusti f., ...⟨a⟩uguri, pontif., quaestori, ⟨f⟩lamini Augustali, cos. II. VI 913 Neroni Caesari Germanici Caesaris f. ... flámini Augustáli, sodáli Augustáli, sodáli Titio, frátri Arváli, fétiáli, quaestori, ex s. c. 887. III 2808. X 798. XI 3336. 3098 P. ⟨G⟩l⟨iti⟩o ... sal. Palat. ... -i Augu⟨stal⟩i. V 3223 (*v. add. p. 1074*) Dianae conservatric. pro salute ⟨Quinti?⟩ani n. cos., flamin. Aug., procos., pontif., sodalis Aureliani Antoniniani. Claudialis, *alii*: CORP. IX 1123 flam. Claud., salio Collino. X 6566 -i Claudiali. PLIN. paneg. 11, 3 illum (*Nervam*) aris pulvinaribus -e colas. CORP. VI 1383 adlecto inter patric. ab imp. Caes. Traiano Hadriano Aug. ... -i Vlpiali. SPART. Hadr. 27, 3 ei (*Hadriano*) ... constituit ... -es et sodales *Pius*. CAPITOL. Pius 13, 4 meruit (*Pius*) et -em ... et templum et sodales Antoninianos (Aur. 7, 11). Aur. 15, 4 *Marcus Vero* -em et Antoninianos sodales ... dedicavit. 18, 8 *Marco* dati sacerdotes Antoniniani et sodales et -es. LAMPR. Comm. 17, 11 -e addito (*Commodo a Severo*), quem ipse vivus sibi paraverat, Herculaneo Commodiano. CORP. VI 1577 ⟨adlecto inter patr⟩icios ... -i Commodian. CAPITOL. Pert. 15, 3 filius Pertinacis patri -n est factus (SPART. Sept. Sev. 7, 8). CORP. V 7783 consularis, pontifex et -n divi Severi. *divi alicuius* -em *cogitaveris etiam in fragmento* CORP. IX 2847 regi sac⟨ror.⟩, flam⟨ini ...⟩, *item divi* -em *absolute dictum* XIV 4242 P. Manilio ... Vopisco (*cos. a. 114*) ... pontif., flamin., praet., ..., salio Colliuo. *ubi Dessau* (INSCR. 1044) *praeter usum omissum esse* Dialis *vel* Mart. *vel* Quir. *vocabulum opinatur, sed cf. Samter, PW. VI 2492, 10 atque etiam Wissowa, Rel. u. Kult.² 493, 1 et 7. fortasse his addenda* CORP. VI 1416 ⟨M. Pos⟩tumium Fest⟨um⟩ ... procos. Asiae destinat., VIIIvirum, flam., venerabilis memoriae virum. 2152 auguri flamini.

II *sacerdotes in municipiis* (*cf. H. Herbst, de sacerdotibus Romanorum municipalibus, diss. Hal. 1883*) *et provinciis*:

1 *in sacris Latinorum et populorum peregrinorum sive indigenis sive ex Roma translatis praeter cultum imperatorium*: CARM. frg. Fronto p. 67, 2 N. -n sume samentum (*Anagniae*). CORP. XIV 3586 (*Tibure*) P. Aelio Coerano cos. ... fr. Arvali ... patrono et -i Diali Tib., decuriones Tiburtes. *de* -e Diali *apud Laurentes Lavinates et Lanuvii v. supra l. 21 et p. 855, 26.* XIV 2169 Cn. Dupilius Cn. f. Hor., tr. mil. in leg., flam. Mart., q., aed., dictat. Ariciae. *de* -e Martiali *apud Laur. Lav. et Lanuvii v. supra l. 22 et p. 855, 28.* IV 879 (*Pompeis*) M. Lucretio flam. Martis decurioni. XII 2613 D. Iul. D. f. Volt. Capiton⟨i⟩ auguri, IIviro aerar⟨i⟩ (*sc. Viennae*), -i Martis tr⟨ib.⟩ milit. (1899. 2236. 2430. 2536. 2600). 1869 (*Viennae*) D. Iul. D. f. V⟨ol.⟩ Capitoni flam. Iuent(utis). *non diversos fuisse a -bus Iuventutis -es Martis Viennenses conicit titulis 2613 et 1869 usus Dessau Inscr. 6996, 2.* 1783 Q. Val. C. fil. Volt. Macedoni flam. Iuvent(utis), q(uaestori) c(ivitatis) V(iennensis) (1870. 1902. 1903. 1906. 2238. 2245). X 1493 (*Neapoli*) dis man. sacr. C. Octavio C. f. Maec. Vero praef. iuven(tutis), equo publico, ... -i Virbiali et auguri et aedili Augustali (*cf.* XII 2238). VIII 1267 (*Thisiduone*) pro salute imp Caes. M. Aureli Antonini ... L. Memmius Felix -n templi domini Aesculapi hanc aram ... dedicavit. XIII add. ad n. 1376/1377 -n Pi⟨et⟩atis

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ascito 1379d *fortasse restituendum est.* X 414 (*Volceis*) Volcani flam. *falsario ascribit Mommsen.* *nota etiam* CORP. II 2105 *et* 2132 (*p. 850, 37. 39*). VIII 14692 (*Thuburnicae*) T. Hanapsua aed., q., IIviru. flam. sacr(orum) bis. XII 1585 -i divi Aug., item -i. *poetice sacerdotem* XVviralem -em *vocat* STAT. silv. 5, 3, 183 monstrasti ... (*ei*) cui Chalcidicum fas volvere carmen, cur Phrygii lateat coma -is (*cf. Bickel, Rh. Mus. 72 p. 54*). *speciatim notandi sunt* -es: **a** *curiales in municipiis Africanis* (*cf. I. Schmidt, Rh. Mus. 45 p. 599sqq. et 47 p. 114sqq.; Hirschfeld, Kl. Schr. p. 505sqq.; Geiger l. l. p. 53sq.*): CORP. VIII 14683 (*lex quam curia Ioris Simitthu sibi posuit a. 185*) si quis flam⟨en e⟩sse volue⟨rit⟩ d(are) d(ebebit) vini amp(horas) III, ...; si quis magister ... vini amp. II, ... si quis -i male dixerit aut manus iniecerit, d. d. X I⟨II⟩. *cf.* 2596 (18094). 11008. *fortasse curiales ii quoque sunt qui* annui *dicuntur* VIII 17167 (*Thubursici Numidarum*) d. m. s. M. Vetidius Mustiolus Musti f., flam. annuus, p(ius) v. a. LXXV, h. s. e. *cf.* 1888. *at huc referri non debet* XIII 8772 flam(en) ann⟨uus?⟩. *num alii praeterea tituli* VIII 2714. 18214. 18234 *curiales -es spectent, cum* perpetui *vocentur, dubium est; v. Geiger l. l.* **b** *Lanuvini* (*ut municipales distinguit a sacerdotibus Lanuvinis p. R. publicis equestris ordinis Wissowa, Herm. 50 p. 6*): CIC. Mil. 27 iter sollemne ... ante diem XIII Kalendas Februarias Miloni esse Lanuvium ad -em prodendum, quod erat dictator Lanuvi Milo. 46 ASCON. Mil. p. 31,4 St. SCHOL. Cic. Gron.^{D} p. 322,29 St. sacrificium faceret Iunoni Sospitae et -es procrearet (p. R. crearet *sive* proderet *Stangl*). CORP. XIV 2089 C. Agilleius C. ⟨f.⟩ Mundus rex sacr. aed⟨il.⟩ -n Dial⟨is⟩ I(unoni) S. m. r. 2092 (*Lan.*) Silváno sacr. D. Granius Pal. Celer flam. maximus. 4178c (*at fortasse Ariciae est; cf. p. 854,70*) C. Mari C. f. Qui⟨e⟩ti, haruspicis, a⟨e⟩dilis bis, flam. Martialis, allecti in⟨t⟩er dictatorios. *cf.* 2115.

2 *in cultu imperatorio*: GLOSS. *ἱερεὺς Καίσαρος* (CHAR. gramm. I 38, 8). TAC. ann. 1, 10 nihil deorum honoribus relictum, cum se templis et effigie numinum per -es et sacerdotes coli vellet *Augustus*. SVET. Tib. 26, 1 templa, -es, sacerdotes decerni sibi prohibuit *Tiberius*. COD. Theod. 4, 6, 3 (*a. 336*) senatores ... vel quos in civitatibus duumviralitas ... vel -is (flamonii *Mommsen*) vel sacerdotii provinciae ornamenta condecorant. NOVELL. Mart. 4, 1 ne senatori, ... duumviro, -i municipali, sacerdoti provinciae habere liceret uxorem ancillam. **a** -es *municipales* (*v. Fr. Geiger, de sacerdotibus Augustorum municipalibus, diss. Hal. 1913*): *α imperatoris vivi*: CORP. XI 1421, 43 (*Pisis, a. 3/4 p. Chr.*) T. Statulenus Iuncus fla⟨me⟩n Augustalis, pontif(ex) minor publicorum p(opuli) R(omani) sacrorum. *ibid.* 47 ⟨T. St⟩atulenus Iuncus princeps coloniae nostrae, -n August. X 4868 (*Venafri*) -i Augustali. X 838 (*Pompeis*) M. Holconio ... Rufo ... -i Aug. 947 (*ibid.*) -i Caesa⟨ris Aug.⟩. 948 (*ibid.*) ⟨fla⟩mini ⟨Au⟩gusti (*de* 838. 947. 948 *cf. Mommsen* CORP. X p. 93). XII 4230 (*Baeterris*) -i Aug. II 49 (*Pace*) flamin⟨i⟩ Ti. Caesaris Aug. IX 652 (*Venusiae*) C. Egnatio C. f. Hor. Maro flam. Ti. Caesaris Aug., pontif., IIvir. quinq. ter, praef. fabrum. X 688 -i Romae, Ti. C⟨aes. Aug.⟩. IV 1180 Cn. ⟨All⟩ei Nigidi Mai flami⟨nis Ti. Claudi⟩ Caesaris Augusti (*cf. Mau* CORP. IV Suppl. II p. 462). XI 6503 (*Sassinae*) L. Appaeo ... Pudenti ... -i Flav⟨iali⟩. 6505 (*ibid.*) Sex. Tettio Sex. f. ... Caesio Sabino, equo publico, aed., pontifici, -i Traianali, patrono mun. V 7458 C. Hirpidi⟨o⟩ ... Memori ... praef(ecto) i(ure) d(icundo) imper(atoris) Nervae Traiani ..., flam. perpet. ⟨divi Vesp⟩asiani, divi Nervae, ⟨imp. Caes.?⟩ Traiani ⟨Augusti⟩ (*cf. Mommsen* CORP. V p. 1182). V 545 L. Vario Papirio Papiriano ... praef. fabr. Romae et Tergeste, flam. Hadr., pont., augur., collegium fabrum patrono merenti. *vivi imperatoris posteriorum Augustorum cuiusvis* -n *etiam* Augusti -n, *sive* Augustalis *vocatur* (*pauciens incertum remanet, utrum primus Augustus, an successorum aliquis sit*): CORP. II 2159 (*Eporae*) -i August. d(ecreto) d(ecurionum). 3379 (*Mentesae, a. 37/41*) -n Augus⟨ti⟩. 4028 (*Sagunti*) aed., IIvir, -n Aug., quaestor. 4252 (*Baeterris*) -i Augusti. III 1822 (*Naronae*) -i Augustali, IIIIvir(o) II, quin⟨q.⟩, ... pontif(ici). 8733 (*Salonis*) auguri, ..., flam. Augustali. IV 3882 (*Nuceriae, saec. I in.*) -is Augustalis. V 7425 (*Libarnae*) IIvir. quinq., flam. Aug., pontif., ... donís donato ab imp. Nerva Caesare Aug. VIII 9663. 10500 flam. Aug. c⟨ol. Thysdritanae?⟩. 14727 (*a. 52*). 20708 Laurenti Lavinati, fla⟨mi⟩ni August(i) n(ostri). 21452 aed., ⟨II⟩viro iterum, II⟨v⟩iro qq., flam. Aug. IX 2648 (*Aeserniae*) IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq. bis, -i Augustali, trib. mil. leg. VI Gemell., praef. fabr., auguri, quaéstóri. X 7518 flam. Aug. II, pontifici sacrorum publicor. faciendorum. XI 2116 IIvir. quinq., -i Aug., praef. fabr. II. XIII 1684 (*Lugduni*) praef. coloniae, actori public., IIviro ab aerario, item IIviro á iúre dícundo, -i Augustali, cui divus Aurel. Antoninus centénariam procuration. prov. Hadrymetinae dedit, sacerdoti ad aram Caes. n. 2585 C. Sulp. M. fil. Galli omnibus honoribus apud suos func⟨ti⟩, IIvir., q., -is Aug., p. . . . ogen ... (*vox Celtica subest sacerdotem significans*) dei Moltini, gutuatri Marti⟨s⟩ VI (*i. sexies*). 2940 M. Magilio Honorato -i Aug., munerario, omnib. honorib. apud suos functo. *ibid.* M. Aemilio Nobili -i Aug. 5010 -is August. 5063 C. Flavio Camill⟨o⟩ IIvir. col. Hel., -i Augusti, quem ordo patronum civitatis coopta-vit. *cf. vol. II p. 1403, 34sqq. et* CORP. *indices.* -n Augg. *ad binos principes simul regnantes spectat,* Auggg. *ad Septimium Severum filiosque eius Caracallam et Getam* (*v. Geiger l. l. p. 15sqq. cf. etiam sub II 2b provinciales* -es): CORP. II 4514 (*Barcinone*) L. Caecilius ... Optatus ... missus honestá missione ab imp. M Aur. Antonino et Aur. Vero Aug., ... IIvir III, flam. Romae, divorum et Augustorum, qui r. p. Barc. ita leg(avit). V 47 (*Polae*) -n Augustor., patron. colon. INSCR Dessau 9393 impp. Augg. L. Septimio Severo Pertinaci Aug. et M. Aurelio Antonino Aug. aram gens Musunior. Regianorum curante Thulule Fue. -em Augg. d. d. p. p. VIII 8995 (*cf.* 20710) -n Augg⟨g⟩ (*tertia g erasa propter damnatam a Caracalla memoriam Getae*). 8496 (*a. 209/211*) P. Octavius Laetus fl. Auggg. p(er)p(etuus). **β** *Divorum* -es: CORP. V 4459 (*Brixiae*) flam. divi Iul., praef. aedil. pot., quaestor. aerar., sacerd. iuven. Brix., defensori reip. Brix. VIII 7986 (*Rusicadi*) flam. divi Iuli. III 386 divi Iuli -i, C. Antonio M. f. Volt. Rufo -i divi Aug. col. Cl. Aprensis et col. Iul. Philippens. *de -bus Divi Iuli cf. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 489,4.* CORP. II 260 (*Olisipone*) flam(en) divi Aug(usti). 1534 (*Vliae*). 4279 (*Tarracone, saec. I m.*) aedili, -i divi Aug., quaest. V 5266 (*Comi*) flam. divi Aug., auguri. 5267. IX 3384 (*Aufini*). X 4641 (*Calibus*) IIIIvir. quinq., -i divi Aug., patrono municipi. XII 1585 (*Deae Augustae*) Sex. Vencio Iuventiano -i divi Aug., item -i et curatori muneris gladiatori Villiani ... ob praecipuam eius in edendis spectaculis liberalitatem. XIV 2922 (*Praeneste*) IIvir., flám. divi Aug., IIvir. q. q., patrono coloniae. 2972. 2989 aed., IIvir., flamin. divi Aug., sortilego Fortunae Primigeniae. 3014 -i divi Aug., VIviro Augustali. INSCR. Dessau 6797 (*Thuggae, a. 48*) honoribus peractis -n divi Aug. CORP. V 534 (*Tergeste*) -n divi Claud⟨i⟩. 875 (*Aquileiae, a. 105*) -i divi Claudi. 5126 IIIIviro i d., pontifici, -i dívi Claudií Bergomi, patróno, -i divi Traiani Medioláni. XI 417 (*Arimini*). CORP. V 6513 (*Novariae*) -n divorum Vespasiani, Traiani, Hadrian(i). IX 2600 (*Terventi*) -is divi Vespasiani, aedili (*sic*) Terventi. 2855 (*Histonii*). X 413 (*Volceis*). 5382 (*Aquini*) C⟨ere⟩ri sacrum ⟨D. Iu⟩nius Iuvenalis ⟨trib.⟩ coh. ⟨I⟩ Delmatarum, II⟨vir⟩ quinq., -n divi Vespasiani, vovit dedicav⟨itq⟩ue sua pec. XIV 292 decurioni col. Ost., fla. divi Vespasiani, patrono fabrum navalium Ost. CORP. V 5239 (*Comi*) flam. divi Titi Aug. Vespasiani consensu decurion. 5667 C. Plini⟨o⟩ ... Caec⟨ilio⟩ Secundo ⟨c⟩os. augur. (*i. Romae*) ... fl. divi T(iti) Aug. (*i. Comi Vercellisve*). III 12695 (*Docleae*) M. Flavio ... Frontoni sacerd. in colonis Naron. et Epidauro, ..., ⟨p⟩on⟨t.⟩ in co⟨l.⟩ Sc⟨o⟩dr., IIvir. i. d. qui⟨nq., fl⟩am. ⟨divi Titi⟩. VIII 14364 (*Vculae*). XIV 400 (*Ostiae, a. 141*) Q. Plotio ... Romano equo publico exorn. a divo Hadriano, aed., flam. Rom. et Aug., -i divi Titi. 4142 (*ibid., a. 173*) M. Iunio ... Fausto decurioni adlecto, -i divi Titi, duumviro, ..., -i Romae et Aug. CORP. XI 386 (*Arimini*) pontif., -i divi Nervae. INSCR. Revue archéol. 1892, 2 p. 404 n. 145 -is divi Nervae designati. CORP. V 4368 (*Brixiae*) -i divi Traiani. 6520 (*Novariae*). 7375 (*Dertonae*). IX 2600 patronus municipi et omnibus honoribus in municipio Terventi functus, -n divi Traiani. 2649 (*Aeserniae*). CORP. V 8660 (*Concordiae*) proc prov. Raetiae, fla⟨mini divi Ha⟩driani, pontifici, ⟨patrono⟩ coloniae. IX 1160 (*Aeclani*) quaest., IIvir. quinq., p(atrono) c(oloniae), -i divi Hadriani, curatori operum publ. Venusiae dato ab divo Hadriano. XI 1192 flam. divi Hadriáni Augustae (*Augustae Bagiennorum?*). XIV 353 (*Ostiae*) flam. divi Hadri⟨ani⟩, in cuius sacerdotio solus ac p⟨rimus ludos⟩ scaenicos sua pecunia fecit. 390 (*ibid.*) -i divi Hadriani, salio Laurent. Lavinatiu., aedili, pr(aetori) sacr(is) Volk(ani) faci(undis). CORP. VIII 25808b (INSCR. Dessau 9403) decurioni col. Iul. Aur(eliae) Ant(onianae) Karth(aginis), -i divi Pii, magistro sacrorum Cerealium anni CCLXXVI (*a. 232?*). 6948 (*Cirtae*) IIIvir. sac(erdos) urb(is) (*i. Romae*), fl. divi M. Antonini (*M. Aurelii, ut vid.*). 7963 (*Rusicade*) fl. pp. divi Magni Antonini (*i. Severi fil.*). XIV 373 (*Ostiae*) duumviro, sacerdoti Geni col(oniae), flam. Rom. et Aug., ... aedili, flam. divi Severi, sodali Arulensi, praet. prim. sac. Volk. faciu., ordo Augustal. optimo civi ob merita. CORP. II 34 (*Salaciae*) IIvir., praef. pro IIvir., -i divorum bis. 53 (*Pace*). 3710 (*Magone*) -i divor(um) Aug(ustorum) r. p. Mag. IX 5357 (*Firmi Piceni*) -i divor(um) omnium, augur(i). 5363. XI 5635 (*Camerini*).

γ -es *propinquorum (-arum) principis*: CORP. II 194 (*Olisipone*) aed., IIvir., -i Germ. Caesaris, -i Iuliae Aug. in perpetum. III 14712 (*Salonis, a. 14/19*) pontifici, -i Iuliae Augustae. praef. fabr. X 7501 (*Gauli*) Cereri Iuliae Augustae divi Augusti, matri Ti. Caesaris Augusti, Lutatia C. f. sacerdos Augustae..., uxor M. Livi ... Optati, -is G⟨a⟩ul. Iuliae Augusti ⟨imp. perpet.⟩. XII 1872 (*Viennae*) flam(ini) divi August(i) d(ecreto) d(ecurionum), flam(ini) Germ. Caes(aris). 3180 (*Nemausi*) -is Rom⟨ae et⟩ divi Aug., item Dr⟨usi⟩ et Germ anici) Caes(arum). 3207. IV 1185 Lu⟨cret⟩i(i) Valentis, -is Neronis Aug(usti) f(ilii) perpetui. 3884. **δ** -es *praeter Divos aut vivum principem urbem Romam colentes*: CORP. II 3033 (*Compluti*) flamin⟨i⟩ Romae et Aug. d(ecreto) d(ecurionum). 4514 (*Barcinone*) flam. Romae, divorum et Augustorum (*nisi provincialis est, cf.* 4205 *p. 859, 1*). V 3427 (*Veronae*) flam. Romae ⟨e⟩t Aug. 5036 honores omnes adepto Trident., -i Rom. et Aug., praef. quinq., augur., ..., sodali sacror. Tusculanor. X 688 -i Romae, Ti. C⟨aes Aug⟩. XI 1331 (*Lunae, a. 66*) L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus flam. Romae et Aug., ..., curio 6955 (*ibid., a. 63; homo idem qui 1331. cf. Dessau 8902*) curio sacrorum faciundorum, f⟨l.⟩ Romae, -n Aug. beneficio Caesaris creatus. XII 647 -n Romae et Augusti. 2600 flam. Martis, flam. Romae

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et Augusti. XIV 373. 400. 4142. CORP. II 2782 (*Cluniae*) -i Romae et divi Augusti. V 3936 (*Veronae*) auguri, -i divi Aug. et Romai. 6431 (*Ticini*) -n Romae et divi Claudii, IIIIvir i. d., pontifex, augur, salius grat(uito) d(ecreto) d(ecurionum). X 131 (*Potentiae*) Mefiti Vtianae sacr.... aed., IIIIvir., q., quinq., -n Romae et divi Augusti. 5393 (*Aquini*) pontif. minori Romae, tubicini sacror. publ. p. R. Quirit., ..., pontif., -i Romae et divi August. perpetuo ex auctor. Ti. Caesaris Augusti et permissu ⟨e⟩ius cooptato coloniae patrono. XII 1121 (*Aptae*). *nota*: CORP. IX 3609 (*Aveiae*) tubicini sacroru, -i Romae, praefecto classis Moesic. (*fortasse unus ex minoribus -bus Romae fuit, v. Dessau Inscr. III p. 572*). **ε** *usus absolutus* (*quae est ambiguitas in universum usus absoluti p. 850, 45 sqq. notata, nescio an nimis confidenter Geiger l. l. p. 21 sq. ubique ad vivi imperatoris cultum* -em *municipalem absolute dictum trahat*): CORP. III 1417 a Aescul. Pergam. et Hygiae sacrum C. Spedius Hermias -n col. Sarm(izegetusae) pos. 5630 P. Ael. Flavi dec. et IIvir. et -is Ael. Cetiensium. 14468 (*Apuli*) ⟨Aes⟩culapio et H⟨yg⟩iae ... ⟨B⟩assinus dec. col. Apul., IIvir col. Nap., flam. col. Drob(etae), flam. munic. Dier(nensis). V 7913 (*Cemeneli*) -is civitatis. XII 2606 (*Genavae*) augur, pontif., IIvir et -n in col. Equestre. XIII 1674 (*Lugduni*) Iovi o. m. Q. Adginnius ... Martinus Seq., sacerdos Romae et Aug. ad aram ad confluentes Araris et Rhodani, -n, IIvir in civitate Sequanorum. CORP. II 1074 -n, IIvir. 2126 aed., -n, IIvir municipí. 3571 IIvir. III, -i IIII. 3864 (*Sagunti*) aed., IIvir, flam. bis, salior. mag., quaestori. 3865 (*ibid.*) aed., IIviro II, -i II, quaestori, saliorum magistro. 4267. 6014 (*Liriae*) flam. bis. III 611 (*Dyrrachii*) eq. R., aed., IIvir. q⟨q.⟩, -i, augur⟨i⟩, patrono col. Dy⟨rr.⟩. 1503. 6835/7. 10496 (*Aquinci*) dec. col. Aq., dec. m(unicipii) ⟨Sin⟩g(iduni), IIvir, flam., sacerdos arae Aug. n(ostrae) p(rovinciae) P(annoniae) infer(ioris). 14359[3] (*Carnunti*) flam. o⟨mn.⟩ honorib. perfuncto. V 335 flam., patron. colon. Iul. Parent. 2071 (*Feltriae*) eq. publ., Lauren. Lav., dec., flamin. VIII 7117. 8461 sacerdos Domini Saturni et flam. 9374 (*Caesareae*) aed., IIvir., flamin(i) (*cf.* 9404 [*ibid.*] aedil., IIvir., -i Au⟨g ⟩). 9773 (*Portu m.*) aed. II, flam. II, q(uin)q(uennali). X 5829 (*Ferentini*) IIIIvir. i. d. quinq., flamin. et patron. municipi. XI 378 (*Arimini*). 414. 6014 (*Sestini*) aed., IIIIvir., flam., auguri. 6123 (*Foro Sempronii*) IIvir. quinq., quaestori, patrono municipi, -i. XII 1114 IIIIvir., flam., augur. col. I(uliae) Apt(ae). XIII 412 (CARM. epigr. 260, 1) -n item dumvir (*sc. Tarbellorum*). 1577. 11040 flam. it⟨erum?⟩. XIV 341 eq. ⟨R.⟩ decurioni ... coloniae Os⟨tiensis⟩, -i, praetori II sacra Volkani ⟨fac. ei⟩demque sodale Arulen⟨si⟩, decurioni Laurentium vici Aug. INSCR. Revue archéol. 1907, 2 p. 463 n. 154 (*a. 32/3*).

ζ -es perpetui *in Africa maxime, praeterea in Italia et Hispania comparent, dicti aut propter munus δι' βίον impositum, cum curiales -es annui fuerint, aut quia munere defuncti titulo honoris causa uterentur (cf. Hirschfeld, Kl. Schr. 505 sqq.; Schmidt, Rh. Mus. 47, 125 sqq.; Geiger l. l. p. 45 sqq.): in Italia*: CORP. V 4484 (*Brixiae*) eq. R. eq. p. -is perpetui sacerd. urbis Romae. X 416 (*Volceis*) IIIIvir. i. ⟨d.⟩ II qq. flam. perpetuo divi Hadriani, ab eodem equo publ. honorato. 1249 (*Nolae*) ⟨p⟩rocos. prov. Baetic., ⟨l⟩egato prov. Asiae, patron. col., ⟨fl⟩amini perpet. ⟨o⟩rdo Augustal. (*cf. Pros. imp. R. I p. 392 n. 764*). 7507 (*in insula Gaulo*) ⟨flamini divi H⟩adriani perpetu⟨o⟩. XIV 3955 (*Nomenti*) curator viae Nomentanae, patronus eiusdem municipi, -n perpetus, duumvirali potestate, aedilis, dictator IIII. INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 181 (*Grumenti*) -i ⟨perpetuo di⟩ví Augusti. *nota*: CORP. XI 4371 (*Ameriae*) Sex. Ticiaseno ... Alliano pontifici, -i Victoriae et Felic(itatis) Caesar(is) perpetuo, praef. coh...., sacerd(oti) V(ictoriae) F(elicitatis) C(aesaris). *in Hispania*: CORP. II 2479 (*cf.* 5617). 4211 (*Tarracone*) IIvir(o) munic. Consaburon. (*cf. Dessau 6936*), flam⟨i⟩n(i) perpet., ..., flam(ini) p(rovinciae) H. c. 5523 (*Cordubae*) L. Iunius ... Paulinus pontif., -n perpet., IIvir c(olonorum) c(oloniae) Pat(riciae), flam. provinc. Baet., edito ob honorem flaminatus munere gladiatorio. *in Africa*: COD. Theod. 12, 5, 2 (*a. 337*) Imp. Const(ant)inus A(ug.) ad concilium prov. Afric.: sacerdotales et -es perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum praeposituris inferioribusque muneribus immunes esse praecipimus. AVG. c. Cresc. 3, 29, 33 p. 439 (= OPTAT. app. 1 p. 186) ex actis Munatii Felicis -is perpetui, curatoris coloniae Cirtensis: cum ventum esset ad domum, in qua Christiani conveniebant, Felix -n perpetuus, curator Paulo episcopo dixit. *ibid. saepius. fortasse idem* INSCR. Dessau 2996. CORP. VIII 27 (*a. 383/8*) Quinto fl(amini) p(er)p(etuo), sac(erdotali) prov(inciae). 262 (*cf.* 11430) Aman⟨do fl.⟩ p. p., inter quin⟨quennali⟩cios adlecto, qu⟨i prae⟩ter summ hono⟨rariam⟩ flamoni pp. 627 in equestres turmas adlecto a divo Alexandro, -i p. p. 698 -n perpetuus factus ex conse(n)su universae civitatis Chusirensium. 703. 782 (*Apisa maiore, a. 383/92*) ⟨collegiu?⟩m -um perpetuorum. 828. 858. 989 (*Missuae*) Fl. Arpacio, fl. pp huiusce civitatis, ..., v. c. 993 Martialis ..., sacerdos publicus, omnibus honoribus functus, et Martialis filius, -n perpetuus, aedilis. 1277 (*cf.* 14772) curante Aemilio Victore v. e., fla. p. p., curatore reip. 2343 (*Thamugade*) sacerdot⟨a⟩lis p(rovinciae) A, IIv⟨ir⟩ II et q(uin)q(uennalis) p(raefectus) i(ure) d(icundo) in col. Thysdritana, f. p. 2397 Sertiae ... fl(aminicae) p(er)p(etuae) M. Plotius Faustus, ..., fl. pp., coniugi (*cf.* 17904 M. Plotio Fausto eq. R., ..., fl. pp., sacerdoti urbis, M. Pompeius Quintianus eq. R., fl. pp., parenti carissimo). 2661 (*Lambaesi*) cur. Aelio Rufo v. e., fl. pp., cur. r. p. 2723. 4194 (*cf.* 18490). 4249 (*cf.* 18503) ⟨V⟩erecundensium incolae et -i per⟨petuo⟩ et principi. 4333 electus fl. pp. in civitatem sua. 4585 (*Dianae*) Saturio q., aedilis, IIviru., pontifex, fl. pp., sacerdos. 4764 fl. p. 5335 (*Calamae*) fl. pp., augur. 5351 (*ibid.*) -i perpetuo Ammaedarensium, ... curatori ... facto a divo Nerva Traiano. 5365 flam(inicae) perp. ob insignem liberalitatem ... etiam ob merita ... flam. Aug. pp. patris eius 6711. 7110. 8210. 8309 simulacrum deae (*Telluris Genetricis*) ... Honoratus pont., fl. pp., dono dedit. 11174 fl. p. 11999 fl. perp. 12300 flam. perp. 14372. 15589 fl pp., patronus Cerealium. 15726 fl. p. p., IIvir col. Sic(cae). 17656 ⟨fla⟩men perp. 22729 (INSCR. Dessau 9394) flam. perpetuo divi Traiani. 25371 (INSCR. Dessau 5472) fl. perpetus templum Victoriarum ... ⟨dedicavit⟩. 26255 (*Vchi maiore, a. 197*; INSCR. Dessau 9401) sacer(dos) Cerer(is) c(oloniae) I(uliae) K(arthaginis) ..., flam. p. p. 26615 (*Thuggae, ca. a. 126*; INSCR. Dessau 9404) sac(erdoti) Cer(eris) ..., IIviro, flam. perp. c(olonorum) c. I. K. INSCR. Dessau 8914 (*a. 197*) -n perp. 9392 principis gentis Numidarum et -is perpetui. 9407 in quinq. decur. adlecto a divo Pio, fl. perp. 9510 fl. pp., presidali (*cf.* CORP. VIII 2403). *Christianos -es perpetuos v. p. 851, 2. simul plurium municipiorum homo idem* -n perpetuus: CORP. VIII 2407 eq. Rom., fl. p. in ... civita⟨t⟩ib. duabus col. ⟨Th⟩amug. et mu⟨n⟩icipi Lambaesitani. 8318/9 (*a. 169*) equo publico ab imp. exornatus, fl. pp. IIII col(oniarum) Cirt(ensium) et Cuic(uli), pontifex). *nota fratrum utrumque* -em perpetuum: CORP. VIII 1419 (*cf.* 15212) C. Memmio Felici -i Aug perp. utriusque partis civitatis Thignicensis C. Memmius Fortunatus flam. Aug. perp. utri[us]usque partis civitatis Thignicensis propter ..., affectionem fraternam. 4197 (*Verecundae, a. 212*) L. Propertius L. f. Victor vet. ob honorem flamoni perpetui ab ordine in se conlati ..., L. Propertius Martialis vet. fl. p. p. frater. *fit ut munus* -is perpetui *simpliciter* flamonium *vocetur*: CORP. VIII 2372 fl. pp. ob honorem flamoni. 4767 (18701). 12018 Plutoni ... sacr. ... flam. pp. divi Hadriani, ..., ob h⟨ono⟩rem flam. INSCR. Revue archéol. 1911, 2 p. 487 n. 99 (*Lambaesi, saec. III in.*) -n perpetuus functus flamonio Commod. Herculaneo. *iteratum esse* flamonium perpetuum *unicus titulus vult*: CORP. VIII 12299 (*Bisicae*) fl. p. II cur. r. p. *eiusdem fere aetatis simul plures* -es perpetui *noti sunt in eodem municipio: Dianae*: CORP. VIII 4582 Victoriae Augustorum (*i. M. Aurelii et L. Veri*) sac. ... ex testamento ... fl. pp. ... fl. pp. heres eius. 4588 (*a. 164/5*) fl. pp. ... ob honor. fl. pp. 4594 (*a. 197*). 4596 (*a. 200*). 4597 (*a. 201/2*). 4600. *Cirtae*: CORP. VIII 6711 (*a. 198/211*). 19512 (*ca a. 176*). *Thamugade*: CORP. VIII 2388 (*a. 364/7*) curantibus ... Fl. Aquilino ff. (*sic*) pp., Antonio Petroniano ff. pp., Antonio Ianuariano ff. pp. *accedit*: CORP. VIII 2403 (*cf.* 17824. *ca. med. saec. IV*) albus ordinis col(oniae) Tham(u)g(adensis) ... Plotius Florentinus vir p(erfectissimus), fl. p. ... sacerdotales (*i. provinciae*) ... Antonius Victor fl. p. *in hoc albo triginta sex viris nota* fl. p. *ascripta est*. CORP. VI 1686 (*a. 321*) coloni coloniae Aeliae Hadrianae Aug. Zamae Regiae ... Antonianus v(ir) e(gregius), flam. Aug. p. p., aug., ... Rufinus v. e. fl. Aug. p. p., p(ontifex), s(acer)d(os) S(aturni).

b -es *provinciales (v. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 471 sqq; Brandis, PW. II 471 sqq. Ἀρχιερεύς). plena dictione numinis significatio per genetivum expressa simul cum provinciae significatione et ipsa per genetivum expressa additur. absoluto usu nomen provinciae nihilo setius plerumque adicitur. id quoque fit, ut provinciae genetivo omisso,* Augusti *sim. addito difficile discernatur, utrum provincialis an municipalis -n dicatur. ceterum cultus provincialis praecipue ad vivum imperatorem spectat (Hirschfeld l. l. p. 489 sq.)*: **α** *in Narbonensi*: CORP. XII 6038 (*lex de officiis et honoribus* -is *provinciae Narbonensis aetatis Augusti aut Vespasiani*) 1 ⟨-n cum rem divinam faciet sacrificab⟩itque, lictores ⟨... ei apparento⟩. 6 ⟨uxor fla⟩minis veste albá aut purpurea vestíta f⟨estis diebus⟩. 9 de honoribus eius qui -n f⟨uerit. si qui -n fue⟩rit, adversus hanc legem nihil fecerit, tum is qui -n erit .... 12 quó anno fla⟨men fuerit ...⟩. 16 eisque diebus, quibus, cum -n esset, sacrificium fecerit. 17 si -n in cívitate esse des⟨ierit⟩ (*i. decessit aliove quo modo in civ. esse desiit*). 18 eí subrogatus erit. 20 annuorum flámin⟨um⟩ 21 -i Augus⟨tali⟩. 3183 (*Nemausi*) luperco (*i. Romae*), flam. provinciae Narbonensis. 3184 (*ibid.*) pontifici, -i provinciae Narbonénsis. 4323 (*Narbone*) tauropolium provinciae Narbonensis factum per C. Batonium Primum -em Augg. (*Geiger l. l. p. 15 municipalem putat*), pro salute ... impp. L. Septimi Severi ... et M. Aureli Ant. Aug.

β *in Hispania citeriore* (*cf.* TAC. ann. 1, 78): PLIN. epist. 2, 13, 4 ipse citerioris Hispaniae (scis, quod iudicium provinciae illius, quanta sit gravitas) -n proxime fuit. CORP. II 3329 L. Post⟨u⟩mius Q. f. Serg Fabull⟨us⟩ ⟨fl⟩am⟨en⟩ August⟨o⟩rum provinc. His⟨paniae cit.⟩, ⟨tri⟩b. m⟨il.⟩ leg. VII, IIvir coloniae Salariae, et Manlia L. f. Silana flaminica eiusdem provinc. d. ⟨d.⟩. 3418 (*Carthagine nova*) -i conventus Carthaginiensis statuam decrevit conventus Carthaginiensis. 4188 (*Tarracone*) C. Aemilio ... Fraterno ... flamin(i) p(rovinciae) H. c. ... p. H. c. 4189 (*ibid.*) 4191 (*ibid.*) flam(ini) Romae et divorum Augus(orum) p(rovinciae) H. c. ... Segobrigenses. 4196 (*ibid.*) -i designato. 4199 (*ibid.*) -i divor. et Augustorum provinciae Hispan. citerioris. 4202 (*ibid.*) flam. p. H. c., curatori templi, praef. murorum col. Tarr

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex d. d. 4205 (*ibid.*) -i Romae, divor(um) et August(orum) p(rovinciae) H(ispaniae) c(iterioris) p(rovincia) H. c. (4514 *v. p. 856, 76*). 4211 (*v. p. 857, 59*). 4215 (*ibid.*) p. H. c. . . . sacerdoti convent. Bracari, -i p. H. c. 4217 (*ibid.*) flam. divi Claudi, praef. orae mar.t, -i divorum et Augustor. p. H. c. provinc. Hispania citerior. 4223 (*ibid.*) sacerd. Rom. et Aug. convent. Asturum, . . ., -i Augustali p. H. c. p. H. c. (6094). 4224 (*ibid.*) aed., q., -i Romae et Aug., IIvir. 4225 (*ibid.*) -i Romae et Aug. provinc. Hispan. citer. . . . p. H. c. 4226 (*ibid., idem qui* 4225) flam(ini) Aug. prov(inciae) Hisp. citer. 4227 (*ibid.*) allecto Italicam excusato a divo Pio, -i p. H. c. p. H. c. 4230 (*ibid.*) electo a concilio provinc. ad statuas aurandas (curandas *Hirschfeld*) divi Hadriani, flam. p. H. c. p. H. c. 4231 L. Numisio . . . Montano . . . -i p. H. c. p. H. c. 4235 (*ibid.*) p. H. c. . . . flam. Romae divorum et Augustorum prov. Hisp. citer. 4238 (*ibid.*). 4239 (*ibid.*) -i divorum Aug. provinciae Hisp. citer. 4242. 4249 (*ibid.*) flam. Rom., divor. et Aug. p. H. c. 4251 (*ibid., aetate Titi*) flam. p. H. c. . . . p. H. c. 4252 (*ibid.*) flaminicae, uxori L. Caecili Porciani flam. p. H. c. p. H. ⟨c.⟩. 5124 (*Asturicae*) ⟨s⟩acerdoti Rom(ae) et Aug., -i des(ignato) pro(vinciae) H. c. 6093. INSCR. Revue archéol. 1908, 2 p. 442 n. 149 flam. Augustor., pontif., . . ., -i provinc(iae) H. c. bis (*cf.* HERMOG. dig. 50, 4, 17 pr. sponte provinciae sacerdotium iterare nemo prohibetur). *γ in Baetica*: CORP. II 1663 (*Tucci*) L. Lucretius Fulvianus -n col. immunium provinciae Baetic., pontifex perpetuus domus Aug. . . . Lucr. L. f. Campana flam(inica) perp. domus Aug. 2220 (*Cordubae*) -n designatus provin⟨c.⟩ Baet. 2221 (*Cordubae, a. 216*) ⟨flam⟩ini divor. Aug. provinc. Baet⟨icae⟩. huic consummato hono⟨re flam⟩oni . . . consensu concili universae prov. Baet. decreti sunt honores, quantos quisque maximos plurimosque -n est consecutus cum statua. 2224 (*ibid.*) -i divor. Aug. provinc. Baeticae. 2344 (*Mellariae, a. 101*) -i divorum Augg. provinciae Baeticae . . . hic provinciae Baeticae consensu -i⟨s⟩ munus est consequutus . . . peracto honore flamin. 3271 (*Castulone*) -i Augustali in Baetica primo. 5523 (*Cordubae, v. p. 857, 61*). *δ in Lusitania*: CORP. II 35 (*Salaciae*) flam. provin⟨c.⟩ (5184 *Caetobrigae*). 473 (*Emeritae*) divo Augusto Albinus Albini f. -n divi Aug. prov(inciae) Lusitaniae. 5264 (*Augustae Emeritae, a. 77/8*) -e provinciae Lusitaniae. *ε in Alpibus, al.*: CORP. V 7259 (*Segusione*) -i Aug. provinciae ⟨C⟩ottianae. 7907 (*Cemeneli, a 181*) -i provin⟨c⟩(iae) Alpium maritimarum. CORP. III 1482 (*Sarmizegetusae*) fl. coloniarum, eq. p. VIII 7987 (*Rusicadi*) Caecili Galli flamin. provinciae. 9409 (*Caesareae*) -i provinciae. X 7599 (*Caralibus Sardiniae*) IIIIviro iur. dic. quinq., perpetuo -i divor. Aug. ex consensu provin. *Eickel.*

2. ⁿflāmen, -inis *n.* [*a* flare. *Th.*]. *de declinatione*: PROB. inst. gramm. IV 120, 27 monoptota . . . quae unum casum habere reperiuntur tantum, ut puta . . . -e, id est flatu ventorum; . . . aliqui . . . ab hoc -e, id est flatu ventorum, aptote voluerunt singulari numero pronuntiari, at vero pluraliter -a declinari. *legitur fere abl. sing.* (ENN. ann. 444 ACC. trag. 390 VARRO Men. 224 CIC. Arat. 117. 198 *al., v. Neue-Wagener³ 1 p. 737, ubi corrig.* STAT. Theb. 10, 914; *add.* PROP. 3, 5, 29 ALBINOV. carm. frg. 9 PETRON. 123, 196 *al.*) *et nom. acc. plur.* (LVCIL. 870 CIC. Arat. 22. 70. 100 LVCR. 1, 290. 6, 135 *al.; v. Neue-Wagener³ l. c., ubi corrig.* STAT. Theb. 5, 421; *add.* OV. epist. 10, 114 GERM. frg. 4, 67. 80. 5, 5 *al.*). *ceteri casus: nom. sing. vitandum docet* SERV. georg. 2, 293 (*v. supra p. 832, 77*). *acc. sing.*: CIC. Arat. 10 ENNOD. opusc. 1, 30 p. 269, 25. *gen. sing.*: ENNOD. opusc. 2, 51 p. 303, 23 GREG. TVR. virt. Mart. 1, 9 p 593. *gen. plur.*: ENNOD. epist. 2, 9, 3 p. 49, 4. *dat. plur.*: OV. ars 3, 99 ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 24. GLOSS. φύσημα. -e flatu. flatu ventorum (*cf. l. 45. 46*). -a venti. *vox fere poetarum, in sermone pedestri nonnisi apud* APVL. ARNOB. AMBR. HEGES. AVG. (*?*) serm. ENNOD. GREG. TVR., *fort.* CORP. X 3967 (*v. p. 861, 22*). [*dub.*: PANEG. 6 (7), 18, 6 p. 215, 26 *v. adn. crit.*] *in codd. passim abit in* flum-, *velut p. 860, 5. 47*. AVIEN. Arat. 1583 *al.* *confunditur cum* 1. flamen: *p. 853, 74.*

1 *de vento*: **a** *i. q. flatus* (*sc venti; acced.* venti, ventorum *l. 66. 68 sqq. 73. 75 al.*): ENN. ann. 444 aquilo . . . suo cum -e (*opp.* spiritus austri). LVCIL. 870 nec ventorum -a flando suda (*v. p. 913, 3*) secundent ([*cf.* VARRO Men. 224 dum nos ventus -e sudo suavem ad patriam ducit]. ventorum -a *fere i. q. venti*: ARNOB. nat. 1, 30 *disposuit deus.* per- 2, 37 conticescent HEGES. 5, 53, 1 l. 73 mutata. AVG. serm. ed. Mai 73, 3 DRAC. laud. dei 1, 707 DYNAM. Inscr. christ. Rossi II p. 71, 40ᵃ, 7). CIC. Arat. 198 sin gravis inciderit vehementi -e ventus (*Arat. 423 δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα*). CATVLL. 64, 107 turbo contorquens -e robur. 64, 239 pulsae ventorum -e nubes. 64, 272 *undae* tarde primum clementi -e pulsae (*syn.* 269 flatu *sc. zephyri*). LVCR. 1, 290 sic igitur debent venti quoque -a ferri (*sc.* veluti . . . flumen). 6, 135 crebram silvam cum -a cauri (*v. vol. III p. 658, 18. 659, 6*) perflant (*syn.* 6, 139 flatus). CIRIS 404 supprimite o paulum turbati -a venti! (*voc.*). PANEG. in Mess. 124 fera discordes tenuerunt -a venti. PROP. 3, 5, 29 quid -e captet eurus. OV. am. 1, 6, 54 Borea . . . huc ades et surdas -e tunde fores! ars 99 me -bus venti maioris iturum . . . provehat aura levis. met. 1, 59 cum sua quisque regant (*sc. venti*) diverso -a tractu. 11, 664 deprendit in aequore navem auster et ingenti iactatam -e solvit. LVCAN. 5, 217 tumidus boreae post -a pontus. SIL. 2, 291 *v. vol. III p. 659, 6.* 4, 323 molem . . . profundi nunc huc alterno, nunc illuc -e gestant *boreas et eurus.* 5, 504 zephyrus quatit . . . -e lucos. 6, 527 nos . . . moderato -e lenes vexerunt zephyri. 7, 243 dum desinat aura (*sc. fortunae*), sinusque destituat tumidos subducto -e ventus (*syn.* 241 flatu). 8, 97 si qui te referant converso -e venti. 12, 7 Riphaea rigent Aquilonis -e (flumina *codd., corr. Ruperti*). 16, 364 ad zephyri nova -a (*sc zephyri -bus conceptum*) . . . genetrix effuderat *equum.* 17, 207 -a comprimit auster . . . fera STAT. Theb. 7, 809 laborantes concepto -e terrae ventorum. AVIEN. Arat. 1740 -e venti (1739 flabra aquilonis). CLAVD. rapt. Pros. 1, 73 boreas . . . pelagus . . . sonoro -e rapturus. 2, 85 (*ad Zephyrum*) -e largo rura fove! carm. min 26, 92 nec Austri -a nec saevo Sirius igne nocet. CYPR. GALL. exod. 331 ventus -e multo auster adest. CORIPP. Ioh. 4, 833 optato veniat si -e ventus. CARM. poet. min. III 27, 2 -e confidens notus (*ibid.* 3). V 70 (= ANTH. 484), 3 *venti* bis seno circumdant -e mundum (*ibid.* 16). EVG. TOLET. carm. 73, 2. CARM. epigr. 1177, 3 (*aet. inc.; ut vid., saec. I p. Chr.*). *v. vol. III p. 658, 18.* -n Austri, Aquilonis *sim. poetice ad indicandam caeli regionem* (*cf. infra l. 65*): CIC. Arat. 10 Aries . . . -n ad Austri inclinatior (*Arat. 238 νοτιώτεροι*). 22 quem (*Perseum*) summa ab regione Aquilonis -a pulsant (*Arat. 250 ἐν βορέῳ*). 100 inter -a venti, *sc. Austri* (*Arat. 321 νότοιο*). AVIEN. Arat. 951 qua praecipitant borealia -a sese (*syn.* flabra. *Arat. 480 ἔγγυθεν . . . κατερχομένου βορέαο*).

b *i. q. ventus ipse (ita tamen, ut a* vento *distinguatur l. 30. 32. 39 al.), praesertim ventus prosper, aura*: ACC. trag. 390 profusus -e hiberno gelus. CIC. Arat. 70 -a vitant. CATVLL. 64, 9 levi . . . volitantem -e currum (*i. navem*). VERG. Aen. 4, 241 rapido pariter cum -e. 5, 832 ferunt sua -a classem (SERV. sua: prospera, a puppi venientia. CLAVD. DON. flatibus prosperis. *cf.* AVSON. 394, 33 quotiens tua -a cessant). Aen. 10, 97 ceu -a prima cum deprensa fremunt silvis et caeca volutant murmura, venturos nautis prodentia ventos. PROP. 2, 9, 33 non sic incerto mutantur -e Syrtes. OV. epist. 10, 114 vos quoque crudeles, venti . . . -aque in lacrimas officiosa meas. met. 1, 263 quaecumque fugant inductas -a nubes. 1, 528 (*syn.* venti, levis aura). 2, 875. 7, 629 ramis . . . sine -e motis (11, 600 non moti -e rami). 13, 183 nulla aut contraria classi -a erant. fast. 2, 455 -a non constant (*syn.* venti, aura). 3, 599 ingenti. 4, 18 dum licet et spirant -a, navis eas. ALBINOV. carm. frg. (Sen. suas. 1, 15) 9 rapido desertam -e classem. GERM. frg. 4, 67 ponto non -a desunt. 4, 80 -aque assiduo terris instantia pulsu. 5, 5 ventos et -a cuncta Aeolus *disposuit.* PETRON. 123, 196 rigido concussae -e nubes (*ibid.* 197 venti). VAL. FL. 2, 429 iam -a portant *ratem.* 3, 732 -a conticuere (*syn.* flatus). 4, 98. 5, 683 Thessalicis referent hos -a terris. 7, 25 grataque iam fessis descendunt -a remis. SIL. 9, 358 mitia . . . agitant . . . -a culmos (359 ventus). 9, 491 (*Aeolus*) ventis positus custos, cui -a carcer imperio compressa tenet. 11, 483 placide attulerant . . . -a terris Magonem. STAT. Theb. 3, 257 abacto -e nubes mulcet iners aestas (*ibid.* 255 ventorum pace). 3, 672 torrens, animos cui verna ministrant -a (*P*, flumina *B M*). 5, 295 surgentia caelo -a. 5, 421 exhausta quierunt -a (*ibid.* 419 procellae). 10, 914 coeunt ipsae sine -e nubes. APVL. mund. 8 venti atque -a (*Scriv.*, aquae flammae *codd., cf. π. κόσμου 4 p. 394, 17 ἄνεμοί τε καὶ πνευμάτων διαφοραί*) et fulmina. met. 11, 5 maris salubria -a. 11, 25 tuo nutu spirant -a. NEMES. cyn. 275 cesserunt -a ponto (*i. venti mitiores, opp.* boreas). ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 24 emortuis . . . -bus (*syn.* venti). AVIEN. Arat. 402 stata -a (*Arat. 152 ἐτησίαι*). 1583 *bis* (1584 flabra). 1680. PRVD. cath. 10, 145 vaga -a et aurae. CLAVD. 3, 71 -e fracto. 7, 36 *bellator* -e crebro turbidus. 15, 522 obvia . . . fracturum -a collem. 20, 312. 24, 57 prospera (DRAC. Romul. 8, 384). 26, 273. carm. min. 30, 201 molli. PAVL. NOL. carm. 17, 184 vela cordis pandimus Christo referente laetos -e dextro. CYPR. GALL. iud. 241. CARM. de resurr. 243 meliore. 389 -a laeta tenete. DRAC. Romul. 7, 142 mollior aura . . . tantum bona -a mittat (*ibid.* 141 ventos). ENNOD. epist. 2, 9, 3 p. 49, 4 quotiens nullo -um puppes iuvantur impulsu. carm. 1, 6, 17 p. 522 -a . . . lassis tenerum factura soporem. 1, 7, 44. GREG. TVR. Mart. 1, 9 p. 593 impulsu -is. *ad indicandam caeli regionem* (*cf. supra l. 17*): PRISC. periheg. 938 supra Babylona vides ad -a (*unus cod.*, flumina, flumine *cett.*) vasta Cissos *eqs.* (*Dionys. orb. terr. 1014 ἐπὶ πνοιὴν βορέαο*).

tropice c. gen. rerum incorporalium fere i. q. prosperitas secundans (*similiter supra l. 59 et alibi in sollemni vitae humanae cum navigatione comparatione*): AMBR. hex. 3, 5, 24 p. 75, 11 successuum -e (*Schenkl*, -a *sive* flumina *codd.*) propero ligno currere. serm. 22, 5 dans illi flabra iustitiae, sapientiae -a, remigia devotionis.

translationes a notione venti, aurae profectae: plur. i. q. aura tenuis (*de re tenuissima*): ENNOD. carm. 2, 47, 2 (*laudatur summa tenuitas murenae, i. catenae collaris, auri metallo in virgulis lentescente contextae*) aurea per nebulas dissolvit fila magister, luserunt (*i. ludendo fecerunt*) dociles -a fulva manus (*similiter* spiritus, ventus, aura *in* carm. 46, 48, 49 *idem argumentum tractantibus*). *plur. i. q. aura popularis*: ENNOD. carm. 2, 81, 3 lubrica te dubii dum poscunt -a vulgi.

2 *non de vento*: **a** *i. q. exhalatio, emanatio: α sideris*: CIC. Arat. 117 quorum stirpes tellus amplexa prehendit, haec augens anima vitali -e mulcet *Sirius.* *β corporis: torpedinis*: CLAVD. carm. min. 49, 17 *torpedo* si . . . curvis frenari senserit hamis . . . per

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

undas pigra venenatis effundit -a venis. *chelydri*: ENNOD. opusc. 1, 30 p. 269, 25 neminem contigit chelydros ante videre quam exitium, dum per -n prodigiosum, e (et *codd.*) corporis fabrica ut assolent animae, in auras evolaret. **b** *de tibiae flatu*: HOR. carm. 3, 19, 19 cur Berecyntiae cessant -a tibiae? NEMES. ecl. 1, 16 calamos et dissona -a Mopsi. PRVD. apoth. 845 quem musica tibia flatum concipit, aut ille est presso modulamine parcus aut tumidum largo sublimat -e bombum. *dubitanter huc rettulerim*: MART. CAP. 9, 997 habes senilem Martiani (-ne *codd.*) fabulam, miscello (-a *Scalig.*) lusit quam lucernis -e Satura (*'afflatu, inspiratione' alii interpretantur*). *ibid.* 999 Felicis . . . Capellae . . . -e (*'impulsu' alii interpr.*). **c** *i. q. spiritus*: ENNOD. opusc. 2, 51 p. 303, 23 hic (*adv.*) resupinae cervicis ex secessu pectoris (*i. ex intimo pulmone*) quicquid habuit -is (h. spiritus -is *pars codd.*) ructus evomuit. **d** *plur. fere i. q. inflatio* (*?*): ENNOD. carm. 2, 68, 4 (*de gluttone, opus eius carpente*) mandere nos pergis, sed venter commoda nescit: -a nam vacuis stringis imaginibus (*interpretatio incerta; forte i. q. inflatum ventrem coartas, cogitata scilicet et notiones, non cibos solidos hauriendo*). **e** *fort. i. q. inspiratio*: IVVENC. 1, 85 *Elisabeth, Mariae partum annuntians*, divinae vocis completa est -e (*sic unius cod. var. l., prob. Huemer*; flu- *C*, fa- *plerique rell., fort. recte, cf. p. 228, 32*) sancto (*cf.* ITALA *et* VVLG. Luc. 1, 41 et repleta est spiritu sancto). **f** *fort. i. q. flatura*: CORP. X 3967 Eutychus vilic(us) á plúmbo Euagogus a flam. fecerunt sibi et suis. a flam(ine), *i. a flatura, dubitanter proposuit Mommsen. cf. l. c.*

epitheta (*selecta*): clemens (CATVLL. 64, 272), dextrum (PAVL. NOL. carm. 17, 184), fera (PANEG. in Mess. 124 SIL. 17, 208), gratum (VAL. FL. 7, 25), hibernum (ACC. trag. 390), incertum (PROP. 2, 9, 33), ingens (OV. met. 11, 664 fast. 3, 599), largum (CLAVD. rapt. Pros. 2, 85), leve (CATVLL. 64, 9), mitia (SIL. 9, 368), moderatum (SIL. 6, 527), molle (CLAVD. carm. min. 30, 201), nova (SIL. 16, 364), placida (SIL. 11, 483), prima (VERG. Aen. 10, 97), prospera (CLAVD. 24, 57 DRAC. Romul. 8, 384), rapidum (VERG. Aen. 4, 241 ALBINOV. carm. frg. 9), rigidum (PETRON. 123, 196), salubria (APVL. met. 11, 5), sonorum (CLAVD. rapt. Pros. 1, 73), sudum (LVCIL. 871 VARRO Men. 224), vehemens (CIC. Arat. 198), verna (STAT. Theb. 3, 671), vitale (CIC. Arat. 117).

verba (*selecta*): -a descendunt (VAL. FL. 7, 25), ferunt (*et comp.*) (VERG. Aen. 5, 832 VAL. FL. 5, 683 SIL. 11, 483), flant (*et comp.*) (LVCIL. 870 LVCR. 6, 136), fremunt (VERG. Aen. 10, 97), mitescunt (CLAVD. 26, 173), quierunt (STAT. Theb. 5, 420), secundant (LVCIL. 871), spirant (OV. fast. 4, 18 APVL. met. 11, 25). *Dittmann.*

*?***flāmentum,** -ī *n.* [*cf.* **c.** 2. flamen. *Th.*]. FVLG. myth. 1 praef. p. 5 egredimur nautarum in morem, quos tempestatum flagitamento (flamento *cod. interpol. E*) confractos exoptata reduces excepit ripa.

[**flāmica**] *v.* flaminica *p. 862, 23.*

flāmina, -ae *f.* [*ab* 1. flamen. *Th.*]. CORP. IX 5841 (*Auximi*) Vibia L. f. Marcella flamina August. marito. *formam singulariter pro* flaminica *obviam errori tribuit Mommsen Corp. IX ind. p. 772. 777.* [*varia lectio codd.* PAVL. FEST. p. 65 flamina *LP pro* flaminica]

flāminālis, -is *m. ab* 1. flamen. *qui flamonio municipali vel provinciali functus est* (*v.* flamen *sub II 2*). *cf.* sacerdotalis *atque etiam* flaminicius. GLOSS. flamonium honor pontificalis quo qui functus fuerit apicem optinet dignitatis et dicitur -is. CORP. II 983 (*cf.* INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 385 n. 89) C. Varinio Fido aed., IIIviro, -i provinciae Baeticae annorum LXX. Varinia Flaccina filia, c(larissima) f(emina), fecit. 4248 (*Tarracone*) C. Val. Arabino Flaviani f. Bergido F(laviensi), omnib. hon. in re p. sua func., sacerdoti Romae et Aug., p. H. c. ob curam tabulari censualis fideliter administr., statuam inter -es viros positam exornandum (*sic*) univers(i) censuer(unt). V 5132 (*Bergomi*) v(ivus) f(ecit). L. Blandius C. f. Vot. IIIIIIvir et Augustalis et -is (et -is *versus postea insertus*) sibi et Valeriae L. f. Rusticae uxori. VIII 20576 (*Thamallae*). IX 2597 (*Terventi*) L. Lucretius L. f. Volt. Cordus IIvir quinq. -is patri. 3437 (*Peltuini*) C. Pausculano C. f. Quir. Maximo aedili quinq., praef. iuris dic., quaestori alim(entorum), -i Aug. *nota*: INSCR. Revue archéol. 1898, 2 p. 437 n. 99 Sex. Marci Marciani -is viri p(er)p(etui) (*?*) filio ob honorem patris eius aedili suo Forenses. *distinguendum est cogn.* Flaminalis: CORP. V 7852 d. m. Victorinaes Flaminális. VIII 16911 (*cf.* 4836) Flaminali⟨s⟩ Saturi ⟨f.⟩ qui flamonium c(ivitatis) N(attabutum) c(onsecutus). 25428. *al. cf. Onomast.*

***flāminātus,** -ūs *m.* [*ab* 1. flamen. *Th.*]. *recentior vox quam syn.* flamonium, *traditur de flaminis munere in municipiis, provinciis et fortasse etiam in curiis municipalibus (cf.* flamen *sub II 1 a et II 2). titulos, ubi scripturae compendium* fl. *sive* flam. *tam* flamonium *quam* flaminatus *explicari potest, in unum collegi sub* flamonium *p. 876, 29 sqq. cf. etiam* flaminicatus. CORP. II 1935 (*Lacippone*) Iuventuti Aug(ustae) C. Marcius ⟨N⟩iger ob hono⟨r⟩em f⟨l⟩aminatus (*syn.* flamonium *Lacippone* II 1936). 3711 (*cf. p. 963. Magone in Baleari insula minore, saec. II in.*) aedilicius, iter(um) IIviratu in insula functus (functo *p. 963*), etiam -u provinciae Hispaniae citerioris. 5523 (*Cordubae*) pontif., flamen perpet., IIvir c(olonorum) c(oloniae) Pat(riciae), flam(en) provinc(iae) Baet(icae), edito ob honorem -us munere gladiatorio. III 3288 (*Mursae*) dec. col. Murs., ob honorem -us tabernas... fecit. VIII *passim*. 12278 (*Avittae B.*) ⟨ob honorem f⟩laminatus. 18214 (*Lambaesi*) curiae Hadrianae..., ob honorem flaminat. perpet., quod (*putes* flamonium *scribam cogitasse*) in se absentem contuler. (18234 [*ibid.*] ob honor. flam. perpet., quem in se absentem contuler.; *v. p. 855, 17*). 26606 (*Thuggae*) Quadratus flamen divi Aug., pont(ifex) c(oloniae) I(uliae) K(arthaginis), in quinque decurias ⟨adlectus ab imp. Anton⟩ino Aug. Pio ob honorem -us sui perpet⟨ui⟩ patriae suae theatrum . . . sua pec. fec(it). XII 408 (*Massiliae*) L. Dudistio ... Novano pontif. Laurentinorum, orn(amentis) flamin(atus) colon. Aquens. exorn(ato).

*?***flāminea,** -ae *f. v.* flaminica *l. 21. 22.*

flāmineum, -ī *n.* GLOSS. IV 343, 31 Babylonicum. V 599, 29. 619, 24 est orarium croceum. NOT. Tir. 55, 63. *vox novicia inde ficta, quia flaminis uxor flammeo assidue utebatur* (*cf.* PAVL. FEST. p. 89).

flāmineus *ἱερεὺς Καίσαρος* GLOSS. III 237, 68. *cf.* flaminicus.

flāminia *v. p. 864, 65.*

***flāminica,** -ae *f.* [*ab* 1. flamen. *Th.*]. *per* -ā- *scribitur* CORP. XII 2823. 3175. *syn.* flamina, -ae *v. sub v. vitium fortasse scripturae est* CORP. V 6954 flaminicia (*eadem mulier* 7629 *audit* flaminica; *v. p. 863, 43*); *item errori aut scriptoris aut codicum deberi videtur forma* HIER. epist. 123, 8 flaminea. *cf. tamen* POMP. TROG. Prisc. gramm. II 149, 6 flaminea *cod. D* (*pro* flaminicae) *et masc.* flamineus (*v. sub v.*). flamica *traditur* CORP. III 154 (*v. p. 863, 55*). -a *absolute dicta uxor Dialis primordiis populi Romani Iovis sacerdos fuit marito associata Diali* (*cf.* PAVL. FEST. p. 92 MACR. sat. 1, 16, 30). *aetate imperatoria Iunonis sacerdos habebatur; testimonium Plutarchi immerito ab Otto, Philol. 64 p. 216; Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *p. 516, 2; Samter, PW. VI 2490 spretum* quaest. Rom. 86 p. 285[A] *τὴν Φλαμινίναν ἱερὰν τῆς Ἥρας εἶναι δοκοῦσαν firmat* HIER. adv. Iovin. 1, 11 p. 254[B] (*cf. Bickel, Diatribe in Sen. frg. I p. 438*). *ceterum iam extremis saeculis liberae rei publicae, cum Iuppiter et Iuno quasi Ζεὺς et Ἥρα artissime inter se coniungerentur,* -am *paullatim Iunonis flamonium suscepisse putabimus, et primo quidem in caerimoniis coniugalibus (cf. Roscher, Lex. d. gr. u. röm. Myth. II p. 590), quarum Plutarchi quoque locus est. et quae peculiare flamonium obtinebat Augustae* -a *provincialis ex institutis primi saeculi Christiani praeter flamonium mariti flaminis Augusti (v. sub 6), eius exemplum* -am *urbanam sacerdotem Iunonis fuisse apparet. prima Augusta, Livia in orbe Romano se pro Iunone coli voluit (cf. Wissowa l. l. p. 186, 2). accuratius quominus definiamus, quo saeculo* -a *Iunonis sacerdos haberi coepta sit, obstat quod inde ab anno a. Chr. n. 87 usque ad a. 11 flamonium Diale cessavit. synonymo usu* sacerdos *adhibetur maxime in cultu imperatorio; velut* -a divae Augustae (*v. sub 5 b*) *et* sacerdos divae Augustae (CORP. III 651. 1796. 6361. V 4458. X 5413. XI 415. 6172) *invicem ponuntur. absolute* -a *praeter Dialis uxorem, quae primum locum in usu absoluto tenet, etiam Martialis uxorem significare potest, in cultu imperatorio non solum* -am *municipalem, sed etiam provincialem (ut* CORP. II 4246. 4252). NOT. Tir. 55, 64.

1 *uxor flaminis Dialis* (*cf. Samter, PW. VI 2490 sq.*): OV. fast. 2, 27 ipse ego -am poscentem februa vidi (*cf.* 6, 226 *sqq.*). PAVL. FEST. p. 65 cincta -a veste velata (*v. sub* flaminicus *p. 864, 53*). p. 89 flammeo ... assidue utebatur -a, id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium. p. 92 flammeo vestimento -a utebatur, id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore. p. 93 flaminia dicebatur sacerdotula, quae -ae Diali praeministrabat. FEST. p. 161 mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri -is nefas habetur (SERV. auct. Aen. 4, 518). p. 277 *ricam* esse muliebre cingulum capitis, quo pro vitta -a redimiatur (PAVL. FEST. p. 288). p. 355 tutulum vocari aiunt -arum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, et extructum in altitudinem. TAC. ann. 4, 16 lata lex, qua -a Dialis sacrorum causa in potestate viri, cetera promisco feminarum iure ageret (*locos de matrimonio et castitate* -ae *v. sub* flamen *p. 851, 75. 852, 51. 67. 853, 5. cf.* GLOSS. flaminica virginitas). GELL 10, 15, 26 *sqq.* eaedem ferme caerimoniae sunt -ae Dialis; ⟨alias⟩ seorsum aiunt observitare, veluti est, quod venenato operitur (*cf.* SERV. auct. Aen. 12, 602), et quod in rica surculum de arbore felici habet, et quod scalas, ⟨nisi⟩ quae Graecae appellantur, escendere ei plus tribus gradibus religiosum est (*cf.* SERV. auct. Aen. 4, 646), atque etiam, cum it ad Argeos, quod neque comit caput neque capillum depectit. TERT. monog. 17 pontifex maximus et -a nubunt semel. SERV. auct. Aen. 4, 137 -am habere praecipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam. 12, 120 cum -a esset inventa tunicam laneam lino habuisse consutam, constitisset ... piaculum esse commissum. MACR. sat. 1, 16, 8 -a quotiens tonitrua audisset, feriata erat. 1, 16, 30 -a omnibus nundinis in regia Iovi arietem soleat immolare. 3, 8, 7 camillos et camillas appellant -arum et flaminum praeministros. *accedunt loci quidam sub* flamen Dialis *p. 852, 20 sqq. passim enotati. cf. etiam uxorem flaminis provinciae Narbonensis* (*sub 6*).

2 *uxor flaminis Martialis*: MACR. sat. 3, 13, 11 Lentulus flamen Martialis ... et ipsius uxor Publicia -a. **3** *in cultu imperatorio p. R. publico* (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *p. 344, 4 et 5*): CAPITOL. Pius 6, 7 tertio anno imperii sui Faustinam uxorem perdidit, quae a senatu consecrata est delatis circensibus atque templo et -is et statuis. **4** -ae *municipales praeter cultum imperatorium*: CORP XI

[Bickel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5711 (*Tufici*) Camurenae C. fil. Celerinae flam(inicae) Feron(iae) municipi Septemp(edani), municipes et incol. Tuf. utriusq. sexus ob merita eius. *cf.* IX 1153 sacerd., flam. . . . Matr. deum m. ⟨I⟩d. et Isidis regin. (*v. infra l. 32*). **5** -ae *municipales in cultu imperatorio*: TERT. idol. 10 -ae et aediles sacrificant. **a** -ae *Augustarum*: CORP. XII 1363 (*post Augusti mortem, antequam Claudius aviae divinos honores tribuit*) Catiae T. fil. Servatae flam(inicae) Iul(iae) Aug(ustae) Vas(iensium) Voc(ontiorum), Q. Secundio Zmaragdo IIIIIIvir. Aug., marito eius. 4249 (*Baeterris*) Tulliae Q. fil. Aviae -ae Iuliae Augustae. IX 1163 (*Aeclani, a. 161/76*) Nerat⟨iae⟩ Betitiae Procillae flam(inicae) Faustinae Aug(ustae) ⟨imp. A⟩ntonini Aug(usti) ⟨divi⟩ fil(iae). CORP. II 2074 (*Iliberri*) -ae Aug. VI 29711 -ae Aug. (*vix sacerdos tituli Romae reperti urbana fuit*). XII 519 (*Aquis Sextiis*) flaminic. Augustae II, matronae (*nota iterationem*). 1118 Maximillae flaminic. Aug. col. Iulia Apta (*i. ablativum*). 2317 (*Viennae*) Iul. Q. fil. Verae flam. Aug. 2823 (*Nemausi*) Valeriae Q. f. Sextinae flám. Aug. 3175 (*ibid., saec. II*) Liciniae L. f. Flávillae fláminic. Aug. *ibid. aliae*: 3194. 3211. 3216. 3225. 3268. 3279. 3269 flamin. Aug. Nem. 3242 Iúliae . . . flam. Aug. Cabell(ione). XIII 2181 (*Lugduni*) d. m. Iúliae Heliadis . . . flaminic. Aug. 5002 (*Equestri*) I. o. m. Iulia Pusinna flam. Aug. v. s. l. m. 5064 (*Helvet.*) -ae primae Aug. *nota*: CORP. II 1678 (*Tucci*) Iuliae C. f. Lactae -ae domus Augustae (1663 *v. sub d*). IX 5534 Rufillae . . . flamini Salutis Aug. (*v. sub* flamen *p. 851, 6*). **b** -ae *Divarum*: CORP. V 7788 (*Albingauni*) ⟨flami⟩n⟨i⟩cae divae Aug(ustae) *i. Liviae a Claudio consecratae, quae viva sub nomine Iuliae Augustae colebatur* (*v. sub a*). VIII 19492 (*Cirtae*). IX 1155 (*Aeclani*). X 6978 (*Messanae*) Messiae . . . -ae divae Aug. XII 1361 (*Vasione*). 3302 (*Nemausi*) ⟨flam⟩in. divae Augustae. XIV 399 (*Ostiae*). 455 (*?*). CORP. V 7345 (*Caburri*) ⟨flam⟩inica divae Drusillae. 6514 Albuciae . . . ⟨C⟩andidae ⟨f⟩lamini⟨cae⟩ ⟨div⟩ae Iuliae (*i. Titi filiae*) No⟨ar⟩(iae), flaminic. ⟨d⟩ivae Sabinae (*i. uxoris Hadriani*) Ticini. IX 1153 (*Aeclani*) Cantriae . . . Longinae sacerd., flam. div⟨ae⟩ Iuliae Piae ⟨A⟩u⟨g. e⟩t Matr. deum m. ⟨I⟩d. et Isidis regin. VIII 993 (*Carpis*) aedem quam Cassia Maximula, -a divae Plotinae (*i. uxoris Traiani*), Caelesti deae voverat, Sextili(us) Martialis maritus, sacerdos publicus . . . et Martialis filius flamen perpetuus, . . . ornaverunt. **c** *usus absolutus*: *α addito oppidi vocabulo*: CORP. II 2122 (*Isturgi*) ⟨f⟩laminica m(unicipum) m(unicipii) Triumphalis. 2188 flaminic(ae) m(unicipii) S(aciliensis). 3278 Valeriae C. f. Pa⟨e⟩tinae Tuccitanae, sacerdoti coloniae Patriciae Cordubensis, -ae coloniae Aug. Gemellae Tuccitanae, -ae sive sacerdoti municipi Castulonensis. V 3928 ⟨Oc⟩taviae M. f. ⟨Ma⟩gnae flamin⟨icae⟩ ⟨pa⟩gi Arusnati⟨um⟩. 7629 (*Iul. Aug. Taurin.*) Tullia C. ⟨f.⟩ -a Iulla Augusta (*cf.* 6954). VIII 7080 Veratiae . . . -ae IIII col. Cirtensium . . . maritus. 14690 (*Thuburnicae*) Mercurio . . . pro salute imp. Caes. . . . Severi Antonini . . . et Iuliae Domnae Aug., matris Aug. . . . Lucilia Cale flam. col. Thub. 18912 Tertullinae flam. IIII col. IX 4881 Egnatiae . . . -ae in colonia C⟨. . .⟩ provinciae Narbone⟨nsis⟩. XI 408 flam(inicae) ⟨co⟩lon(iae) Aug. Arim. ⟨et sace⟩r(doti) divae Sabinae. 6354 -ae Pisauri et Arimini, patronae municipi Pitinatium Pisaurensium. XII 690 flam. designatae col. Dea (*abl.*) Aug. Voc(ontiorum). 695 flam. col. Apta. 1362 flaminic. Vas(iensium) Voc(ontiorum). 1366 fl. Voc. item fl. V(iennae*?*). 1868 flamini⟨ca⟩e Viennae. 1904 (*saec. I in.*) d(ecreto) d(ecurionum) -a Viennae. 4241 (*Baeterris*) -ae c(oloniae) V(ictricis) I(uliae) ⟨B.⟩. *β* CORP. III 154 (*Beryti*) Sentia Magnia Saephare flami(ni)ca. V 3916 (*in pago Arusnatium*). 3922 (*ibid.*) Firminus flamen et . . . Severa flam. 3923. 3930. 6365 (*Laude Pomp.*). 6840 (*Augustae Praetoriae*). 7811 (*Albintimilii*). VIII 15373. 17831 (*Thamugadi*). 21067 (*Caesareae*). X 5831 (*Ferentini*). 5924 (*Anagniae*). XI 407 (*Arimini*) Cantiae L. f. Saturninae matri colon., -ae, sacerd. divae Plotin. hic et Foro Sempronii d. d. publice. 5752 (*Sentini*). 6333 (*Pisauri*) Arriae L. f. Plariae . . . -ae, M'. Acili Glabrionis cos. (*a. 152*), d. d. publice. XII 140 (*apud Sedunos*) M. Floreius . . . flaminicus et -ae coniugi. 150 (*apud Nantuates*). 185 (*Antipoli*) -a et sacerdos viva sibi fecit. 2241 (*Viennae*). 2244 (*ibid.*) Quintillae -ae Sex. Attius . . . IIIIIIIvir Aug. coniugi. 2616. 3260 (*Nemausi*). 4229 (*Baeterris*). 4244. 5724 auct. (*Antipoli*) ⟨fla⟩minica sacer(dos) ⟨de⟩ae Thucolis. XIV 2048. **d** -ae *perpetuae*: CORP. II 32 (*v. sub 6a*). 494 (*Emeritae*) Val. Vini⟨c⟩iane flam. perp. libertus. 895 (*v. sub 6a*). 1663 (*Tucci*) Campana flam. perp. domus Aug. (*v. sub* flamen *p. 859, 22*). 4241 (*cf. sub 6b*). VIII 2397 (*Thamugade*) Sertiae . . . fl. pp. . . . Faustus . . . fl. pp. coniugi. 5365 (*Calamae*) Restitutae flam. perp. . . . Clementis flam. Aug. pp. patris eius. 5366 (*ibid., eadem femina quae* 5365) flam. Augg. ⟨p⟩p. 7119 (*Cirtae*) ⟨Extr⟩icata flam. ⟨perp.⟩ ex consen⟨su po⟩puli. 12317 (*cf.* 23888). X 7604 (*Caralibus*) d. m. Titiae Flaviae . . . -ae perpetuae d(ecreto) d(ecurionum) aere conlato vicus Martis et Aesculap⟨i⟩. *dubium*: CORP. XII 1378 ⟨per⟩petua flami⟨nica*?*⟩. *accedit, cum flamen provincialis perpetuus nullus sit,* CORP. II 4190 (*Tarracone*) Aemiliae L. f. Paternae -ae perpetuae p. H. c. *cf.* 4462 (*mulier eadem quae* 4190. *Aesone*) Aemili⟨ae⟩ Paternae Aesonensis ⟨fl⟩am⟨ini⟩cae perpe⟨tuae⟩. **6** -ae *provinciales (cf. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 491 sq.): in lege de officiis et honoribus flaminis provinciae Narbonensis etiam uxoris flaminis caerimoniae statuuntur accommodatae proprie ad* -am *Dialis, nec vero* -a *vocabulum uxoris traditur*: CORP. XII 6038, 6 ⟨uxor fla⟩minis veste albá aut purpurea vestíta f⟨estis diebus⟩ (*cf.* GELL. 10, 15, 27 SERV. auct. Aen. 4, 137. 12, 602). 6038, 7 neve invíta iúrato (*cf. sub* flamen *p. 852, 34*). *ibid.* neve corpus hominis mor⟨tui attingito neve funus exsequitor(*?*) nisi necessa⟩rii hominis erit (*cf.* GELL. 10, 15, 24 FEST. p. 161 SERV. auct. Aen. 4, 518). 6038, 8 eique spectaculis publicis eius p⟨rovinciae loco . . . interesse liceto⟩. *Hispaniae tituli* -as *aliquot provinciales praebent maritas flaminum provincialium* CORP. II 3329. 4198. 4233. 4236. *al.; cf. Hübner* CORP. II p. 751 *et* 1132. **a** *in Lusitania*: CORP. II 32 Iovi o. m. Flavia L. f. Rufina Emeritensis -a provinc. Lusitaniae, item col. Emeritensis perpet. et municipi Salacien. d. d. 114 Laberiae L. f. Gallae -ae munic. Eborensis, -ae provinciae Lusitaniae (*eadem* 339). 122 (*cf.* 5189) Calchisiae flam. prov. Lusit. 195 -ae provinciae Lusitaniae Serviliae L. f. Albini d. d. (*nota* -ae *dignitatem nominis praepositam*). 397 Iulia Mod⟨e⟩sta -a (*cf.* 396). 895 (*cf. p. 828. Caesarobrigae*) Domitia L. f. Proculina ⟨f⟩laminica provin⟨c.⟩ Lusitan. et flamin. ⟨m⟩unicipi sui prima et perpetua. CORP. II 2228 *Baeticae* -a *non nisi coniecturae incertae debetur.* **b** *in Hispania citeriore*: CORP. II 2427 flaminica⟨e⟩ provinciae Hisp. citerior⟨i⟩s. 3329 L. Post⟨u⟩mius . . . Fabull⟨us⟩ ⟨fl⟩am⟨en⟩ August⟨o⟩rum provinc. His⟨paniae cit.⟩ . . . et Manlia L. f. Silana -a eiusdem provinc. d. ⟨d.⟩. 4198 Aureliae Marcellinae ex (conventu) Cluniens., -ae ⟨p. H. c.⟩, uxori L⟨i⟩cini ⟨Spar⟩si flami⟨ni⟩s cives ⟨T⟩arrac. 4233 Paetiniae Paternae . . . flaminic. p. H. c. L. Antonius Modestus . . . uxori (*de flamonio provinciali Modesti v.* 6093). 4236 Maximinae ex (conventu) Bracar. Aug., flam., uxori Vlpi Reburri flam. p. H. c. (*cf.* 4257). 4241 Porciae . . . Maternae Osicerdesi, ⟨fl(aminicae)⟩ p. H. c. et postea Osicerd(ensi), Caesar⟨aug(ustanae)⟩, Tarrac(onensi) perpetuae L. Numisius Montánus uxóri (*de fl. prov. Montani v.* 4231). 4242 -ae, uxori T. Porci Verrini flam. p. H. c. 4246 Semproniae . . . Pompaelonensi, -ae, consensu concili p. H. c., C. Cornelius Valens maritus. 4252 Fidae, Segobrig. ex (conventu) Carthag., -ae, uxori L. Caecili Porciani flam. p. H. c., p. H. ⟨c.⟩. **c** *in Africa*: CORP. VIII 21842 (*Volubili*) Ocratiae Ocrati f. flaminica⟨e⟩ provinciae Tingit(anae). **d** *in Narbonensi*: CORP. XII 2516 A. Iullina ⟨f⟩laminica provinc.

flāminicātus, -ūs *m. flaminicae munus.* CORP. VIII 12317 (*cf.* 23888. *prope Bisicam*) Modia⟨e⟩ . . . flam(inicae) perp(etuae), ⟨q⟩uae ob honorem flaminicat(us). *accedit compendium* flam. *de flaminicae munere obvium, v. sub* flamonium *p. 875, 37. 41.*

***?*flāminicia,** -ae *f., cf.* flaminicius. CORP. V 6954 (*Iul. Aug. Taurin.*) Iunoni Tulliae C. f. . . . flaminicia (*sic*) Iulia August. (*v. Mommsen* CORP. V *Ind. p. 1182. 1186*). *cf. p. 862, 19.*

flāminicius, -ī *m. i. q.* flaminalis. CORP. VIII 20706 L. An⟨n⟩io Maximo Modesti fil. Quirina Ru⟨s⟩uccuritan⟨o⟩ equiti Ro⟨m⟩ano, aedili, q(uaestori), -o ⟨du⟩umviraliq(ue) L. Ann⟨iu⟩s Modest⟨us⟩ patri pii⟨ssi⟩mo.

flāminicus, -ī *m.* [*ab* 1. flamen, *cf.* flaminica. *Th.*]. GLOSS. II 331, 13 *ἱερεὺς Καίσαρος* (*cf.* flamineus). 580, 28 sacerdos Caesaris. CORP. XII 140 (*apud Sedunos; cf. Hirschfeld, Kl. Schr. p. 492, 3*) v. f. M. Floreius Ingenuus IIviral., -us et flaminicae coniugí Víniae Fuscae. X 7602 (*Caralibus*) Iuliae Vaterie Vateri fil. -i d. d. p. p. (*Mommseno* CORP. X *Ind. p. 1143 corr. videtur* flaminicae). *adi.* flāminicus *via recte intellegitur* PAVL. FEST. p. 65 cincta flaminica veste velata.

flāminius, -a, -um *ab* 1. flamen. *cf. φλαμίνιος sub* 1. flamen. *pro* flaminia GROM. p. 321, 6. 324, 9, *al. legendum ubique* fluminea; *v. Rudorff, Die Schriften d. röm. Feldmesser II (1852) p. 406.* PAVL. FEST. p. 93 -us camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat. *ibid.* -a dicebatur sacerdotula, quae flaminicae Diali praeministrabat; eaque patrimes et matrimes erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat (*nota usum adi. pro subst.*). *ibid.* -us lictor est, qui flamini Diali sacrorum causa praesto est. p. 89 -ae aedes domus flaminis Dialis. p. 106 ignem ex domo -a efferri non licebat, nisi divinae rei gratia. *absolute pro subst.*: **flāminia,** -ae *f. i. q. domus Dialis*: GELL. 10, 15, 7 ignem e -a, id est flaminis Dialis domo, nisi sacrum efferri ius non est. SERV. auct. Aen. 2, 57 antiquis . . . caerimoniis cautum erat, ne vinctus -am introiret. . . . -a autem domus flaminis dicitur, sicut regia regis domus. 8, 363 domus . . ., in qua pontifex habitat, regia dicitur, quod in ea rex sacrificulus habitare consuesset, sicut -a domus, in qua flamen habitat, dicebatur. *de subst.* flaminia *sive* flaminea *i. q. uxor Dialis valente v. p. 862, 21 sq. formam* flaminium *pro* flamonium *v. sub c. cf. Onomast.* *Bickel.*

***flamma,** -ae *f.* [*cf. esse videtur c.* flagrare *et c. lett.* blāzma '*lumen repercussum*'. *Th.*]. *de etymologia*: CASSIOD. in psalm. 105, 18 -a . . . dicta est a flagello comarum suarum. ISID. orig. 19, 6, 6 -a . . . proprie fornacis est dicta, quod flatu follium excitetur. *de orthographia*: GRAMM. suppl. p. 298, 12 -a per duas 'm'. *legitur* flamma: CORP. IV 4966 (= CARM. epigr. 934) CARM. epigr. 1552[A] (*saec. II in.*), 85. *saepe in codicibus. de flexu: gen. in* -ae *legitur primum ap.* ACC. trag. 221 (-am *trad.*), *deinde* LVCR. 2, 203. 5, 301. 1102. 1191. 6, 182. 213 *al.* flammāī *habet* LVCR. 1, 725 *et* 900 (*hic codd.* -ae). 5, 1099. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 63, 5 ignis est materia, -a aspectus. GLOSS. φλόξ. ardor. *anglos.* bled (*vel* blaeed). -ae: ignes. fax. *de usu: vox*

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inde a NAEVIO ENNIO PLAVTO CATONE *fere apud omnes scriptores, maxime apud poetas.* [*ital.* fiamma, *francog.* flamme, *hisp.* llama. *M.-L.*]

?fleba, -ae *f.*, *φλέβα*. *i. q. vena, modo certa sit haec pars interpretationis in glossa obscura* GLOSS. III 548,26 *inter nomina herbarum* onixo (*litterae non sat certae*) medio: fleua acero medio.

flēbilis, -e [*a* flere. *Th.*]. *de derivatione*: PRISC. gramm. II 132,23 ex futuro: flebo, -is, unde 'e' ante 'b' productam habet. *non legitur ante* ACC LVCIL. *comparativus*: HOR. carm. 1,24,10 *p. 891,1*. Ov. epist. 12,140 (*l. 71*). SEN Tro. 784 (*p. 891,8*). STAT. Theb. 7,535 (*v. p. 891, 37*). PAVL. NOL. carm. 23,62 (*v. p. 891, 37*). CARM. epigr. 1122,2 *v. p. 891, 26*); *nota*: SEN. Phaedr. 1147 magis -e (*v. p. 891, 7*). *quod legitur* CORP. III 3397 (= CARM. epigr. 555) 6 flebil casus *videtur intellegendum* flebil(is). GLOSS. *πένθιμος, κλαύσιμος, θρηνήσιμος, γοερός*, lacrimosus, plorabilis. lamentabilis. [*it.* fievole, *francog.* faible. *M.-L.*]

I *quod flet, queritur vel cum fletu vel questu fit agentis*: ACC. trag. 551 tecto ... quod ... resonando ... -es voces refert (CIC. de orat. 3,217 -i voce. LIV. 26,9,2. 29,16,6 cum -i vociferatione. SEN. Phaedr. 1154 dial. 6,13,2. 10,5,2 epist. 88,9 TAC. hist. 3,25 TERT. anim. 19 BACHIAR. repar. laps. 10 HIER. epist. 147,1. *cf.* QVINT. *l. 77*). CIC. Planc. 101 o -es vigilias, o noctes acerbas. Tusc. 2,57 sin erit ille gemitus elamentabilis, ... si -is, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. 4,18 maeror *est* aegritudo -is. LIV. 9,7,4 -es ... clamores gemitusque (22,60,1 clamor -is est sublatus. SEN. Tro. 678 HOMER. 1056 APVL. met. 9,27). 23,20,5 questus (SEN. Phoen. 387 CLAVD. 3,127 SVLP. SEV. dial. 3,18,5). PHAEDR. 1,18,3 mulier ... -es gemitus ciens (SEN. Herc. O. 1379). SEN. Herc. f. 640 -em ex oculis fuga, regina, vultum. Herc. O. 509 ipse vultus -es praefert notas. Phaedr. 850 fremitus. OCTAVIA 720 matres ... -es planctus (VVLG. sap. 18,10) dabant. STAT. Theb. 5,554 ululatus (IVST. 23,2,9). 8,619 truncum ac -e murmur. PS. QVINT. decl. 1,15 maerore. TAC. ann. 1,41 sonus. 3,23 lamentatione (IVST. 18,6,5). IVST. 19,2,11 matrum ululatus et -es querelae. AMM. 31,1,2 querulum quoddam nocturnae volucres tinniebant et -e. SERV. auct. Aen. 4,437 'fletus' pro verbis, id est verba -ia. SCHOL. Cic. Bob. p. 165,21 St. epilogos ... nimium -es et miserationis plenos. AMBR. exc. Sat. 1,74 o amari dies ..., o -es noctes! HIER vita Pauli 15 osculum. ZACCH. 3,7 p. 1159[C] tam -i exaggeratione dicenda. EPIST. pontif. 322 Migne 20,59[B] sermone. VAL. CEM. hom. 4,3 oratione. SIDON. epist. 9,4,2 relatione. CLAVD. MAM. epist. p 204,18 epitaphio. CASSIOD. in psalm. 101,5. 101 div. var. 2, 13,1 petitione. 3,7,1 allegatione (3,37,1. 12,26,1). 4,37,2 aditione (4,44,1. 8,24,2). COD Iust. 6,30,22,13[a] assertionibus. 7,71,7 ad cessionis -e veniens adiutorium. CARM. epigr. 1432,6 quo sine ... maesta dies, lux anxia, -is hora. *proxime ad haec exempla accedunt quae sub II B dedimus, scilicet* -es cantus, carmina, oratio *sim.* *de ipsis animantibus i. q. flens vel ad flendum pronus, querulus*: HOR. ars 123 sit Medea ferox invictaque, -is Ino. TIB. 2,4,22 ne iaceam clausam -is ante domum. Ov. am. 3,6,68 illa ... spargebat teneros -is imbre sinus 3,9,3 -is ..., Elegeia, solve capillos. epist. 19,106 *Niobe* -is astat (SEN. Ag. 395 -e saxum, *item* Herc. O. 185). rem. 588 nec tenebris voltus -is abde tuos. met. 14,748 -is ibat pompa. EPICED. Drusi 119 tandem ubi per lacrimas licuit, sic -is orsa est. EPIST. Sapph. 161 -is (fletibus ς. GERM. 658 Orion. SEN. Herc. O. 200 natumque sonat -is Atthis. STAT. Theb. 6,29 gemitu iam regia mugit -is. 11,645 -is Erigone. 12,105 comitatus. MART. 10,97,2 uxor. APVL. met. 2,23 matronam. 3,8 mulier ... lacrimosa et -is. MIN. FEL. 30,3 hostia. AMM. 25,9,5 turba -is ... lacrimabat.

II *quod fletum cit*: **A** *materia vel agendo*: LVCIL. 194 -e cepe ... lacrimosaeque ... tallae (VARRO Men. 250 -e esitet cepe). CIC. Arat. 430 Scorpios infestum praeportans -e acumen. Ov. epist. 13,48 quam multis -is ultor eris. **B** *afficiendo animum*: CIC. Brut. 142 *Antonius* habebat ... -e quiddam in questionibus aptumque ... ad misericordiam commovendam. Tusc. 1,106 haec ... pressis et -bus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur (HOR. carm. 2,9,9 -bus modis. SEN. Herc. O. 1091 epist. 88,9. AVSON. 184,2 p. 45 P. modulis). top. 86 miserationes Phil. 11,7 ponite ... ante oculos ... miseram illam ... et -em speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam. Ov. epist. 12,140 carmina ... funerea -iora tuba (EPIST. Sapph. 7 -e carmen. Ov. trist. 5,1,5 *v. p. 891, 5*. PORPH. Hor. carm. 4,2,21 CARM. epigr. 1403,21). Ov. met. 11,52 -e nescio quid queritur lyra, -e lingua murmurat exanimis, respondent -e silvae. fast. 2,109 -bus numeris ... cantat olor. SEN. contr. 9,4,24 oratione. SEN. Herc. O. 130 cantu (1064. PLIN. nat. 10,63 olorum. AVSON. 197, 18 p. 57 P.). QVINT. inst. 11,3,64 vox sit ... miseratione flexa et -is (flexibilis *B*). 11,3,162 affectus vel concitati ... vel -es. 11,3,170 suavitatem. AVSON. 195,3 p. 53 P. -i threno 200,3 p. 58 -is officii (PRVD. perist. 3,183). 200,43 -e ... melum. 206,19 p. 64 -e munus. 216,10 p. 71 querela. 445 p. 392 -em cantilenam. CLAVD. rapt. Pros. 2,131 figuris. SIDON. epist. 8,11,6 in tragica saevus et -is.

III *quod fletur vel fletu dignum est* (*passim additur dativus*): CATVLL. 66,22 fratris cari -e discidium. AETNA 589 -e victis Perga-

[*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mon. HOR. carm. 1,24,9 multis ille bonis -is occidit, nulli -ior quam tibi, Vergili. 4, 2, 21 -i sponsae iuvenem ... raptum. OV. am. 2, 1, 32 raptus ... Haemoniis -is Hector equis. ars 1,413 Allia. met. 7, 518 -e principium melior fortuna secuta est. 13, 620 aliis latrasse Dymantida -e visum. trist. 5, 1, 5 -is ut noster status est, ita -e carmen. SEN. contr. 7,4,9 *illa* magis -is est, quod non potest flere. SEN. Oed. 941 patriae. Phaedr. 997 leto. 1147 ipso ... magis -e Averno ... hospitium. Tro. 297 nulli -is matri cruor. 706. 784 -ius aliquid Hectoris ... nece muri videbunt. OCTAVIA 142. SEN. dial. 1, 4, 8 timidis ignavisque -ia. 6, 11, 1 tota -is vita est. 12, 18, 7 si tibi memoriam eius iucundam magis quam -em feceris. LVCAN. 6, 353. 7, 691. 871. VAL. FL. 3, 202 -is urbi conciderit. SIL 12, 365 supplicium. STAT. Theb. 2, 280. 3, 563. 4, 181 -e vati Dorion. 6, 245. 9, 298 umbra (AVSON. 250, 6 p. 335 P.). 11, 655. 12, 77 mihi -e semper nomen eris. silv. 2, 1, 3 vulnus. MART 10, 61, 6 -is ... sit lapis iste. QVINT. decl 316 p. 245, 6 quis ... est dies, qui non triste aliquid et -e nobis minetur? IVV. 5, 84. TAC. hist. 2, 92 -is et egens ... turba. ann. 16, 13 senatorum interitus ... minus -es erant. APVL. met. 9, 3 mulier ... -i centunculo semiamicta. 9, 31 -is patris ... facies. IVL. VAL. 2, 29 spectaculum. FIRM. math. 1, 7, 3. 3, 4, 21. 25. 6, 15, 7. 6, 24, 10 exitium (6, 31, 15. 6, 38, 4). 6, 35, 7. AMBR. exc. Sat. 1, 30 vitam. PRVD. ham. 943 hora *mortis*. CLAVD. 5, 46 nulli -e damnum. 15, 77 rapt. Pros. 3, 148 SVLP. SEV. chron. 1, 38, 3 DRAC. laud. dei 2, 637. CASSIOD. inst. div. 16 p. 1131^{C} humanitas. var. 3, 20, 2 calamitate. CARM. epigr. 555, 6 flebil(is) casus. 796 iacis (*i.* iaces) inde -is adtumulata ecce. 1122, 2 nostro *saxo* nil puto -ius. 1166, 1 hic iacet exiguis Dionysia -is annis. 1844, 1. 1345 (*a. 392*) ⟨fle⟩bilis haec suboli, ⟨fl⟩ebilis ista viro. INSCR. christ. Rossi II p. 69 n. 37, 10 conspicuus vixit, -is occubuit. *huc pertinere videtur etiam* CARM epigr. 793, 3 (*saec. VI—VII*) flivelis evinit meserorum corda parentum.

neutr. **flēbile** *quasi adverbium*: OV rem. 36 exclusus -e cantet amans. met. 11, 52 *sq.* (*v. p. 890, 74*). MANIL 5, 566 aura ... resonavit -e. LVCAN. 1, 548 -e saevi latravere canes. VAL. FL. 2, 453 vox ... -e succedens, cum fracta remurmurat unda. 7, 215 -e gaudens prosiluit (STAT. Theb. 12, 426 -e gavisae). SIL. 5, 63 -e ... immugire (14, 217). 6, 285 ululārunt -e silvae (13, 258. PAVL. NOL carm. 23, 62 daemones ... -ius ... ululant). STAT. Theb. 6, 14 responsant -e Thebae. 7, 535 -iora precantis Antigones. AMM. 31, 1, 2 (*v. p. 890, 37*). CYPR. GALL. gen. 1340 -e plangit. CLAVD. 18, 269 rapt. Pros. 2, 8. CARM. epigr. 1549, 2 dua funera maerens plango vir et genitor -e mersa deo (*ubi haeras an παρενθέτως sit accipiendum*). *parentheton*: SIL. 7, 648 medio sed, -e, mento ... haesit harundo (9, 631). 9, 502 -e dictu.

adv. **flēbiliter**. CIC Tusc. 1, 85 nec tam -r illa canerentur. 2, 39 vide quam non -r respondeat. 2, 49 apud *Sophoclem* ... perquam -r Vlixes lamentatur. HOR. carm. 4, 12, 5 Ityn -r gemens *Procne*. LIV. 1, 26, 2 -r nomine sponsum mortuom appellat. VAL. MAX. 2, 6, 12 Thraeciae ... natio ... natales hominum -r, exequias cum hilaritate celebrat. 9, 13, 2 petit ... demisse et -r. IVST. 42, 4, 13 dolebat. DON. Ter. Ad 199 pronuntiandum. Hec. 490 satis -r dixit. AMM. 14, 11, 16 temeritati suae -r imprecatus. 29, 5, 15 incusabat. SCHOL. Stat. Theb. 7, 211 supplicare. AMBR. off. 3, 9, 61 deploravit (Iob 1, 9, 28 HEGES. prol.). PS. AMBR. laps. virg 1, 4 HIER. epist. 36, 15, 4 cum ... ad pedes eius -r corruisset. PAVLA Hier. epist. 46, 4, 1 prophetavit. PRVD. perist. 3, 119 ululanda. PETR. CHRYS. serm. 4 p. 194^{A}. CASSIOD. var. 4, 12, 2 ingemiscens. PALLAD. hist. mon. II 20, 7 querebatur. MIRAC. Theclae 7 p. 172, 25 -r et misericorditer ... rogare deum. *passive*: IVL. VAL. 2, 29 -r mutilatos *captivos*. AMM. 29, 1, 38 universi -r iugulantur.

flēbilitās, -tis *f. a* flebilis. *modestiae formula*: AVELL. p. 618, 2 pro meae -is exiguitate. GLOSS. cod. Bern. A 91 -s. *Vollmer.*

flebotom- *v.* phl-.

flectibilis, -e [*a* flectere, *cf.* flexibilis. *Th.*]. *i. q. facile curvatur*. CHIRON 239 sine dubitatione -bus cruribus incedit *iumentum* (*cf.* VEG. mulom. 2, 25, 1 flectentes crura incedere solent).

***flecto,** -xī, -xum, -ere [*fortasse cf. c.* falx. *Th.*]. *de formis stirpis praes.*: GREG. TVR. Franc. 3, 29 -iretur (*sic* $B^{2.3.4.5}$; -eretur A^{1}, -eritur B^{1}, -aretur C^{1}). *stirpis perf.*: PROB. cath. gramm. IV 39, 25 -o, -is, flexui (SACERD gramm. VI 491, 30), *at apud scriptores inde ab* ENNIO (scaen. 199 flexeris) *extat perf.* flexi. *legitur inde a* NAEV. ENNIO PLAVTO, *non habent* CATO RHET. Her. *nota part. perf. pass. sensu activo*: ALC. AVIT. carm. 2, 386 vultum tunc -xa retortum vix primo in visu restrictis motibus haesit *uxor Loth*. [*loci dubii et corrupti*: HOR. carm. 4, 6, 21 tuis (*Apollinis*) victus (-xus *Bland.*) Venerisque gratae vocibus divom pater. MANIL. 5, 716 *tertia dotavit forma simili luce* aquilam et -xos in lubrica terga leones (*sic* L^{2}, -xos per l. t. dracones *M Wageningen*, flexus per l. t. draconis *Breiter*). SEN. nat. 4 praef. 21 *Sicilia* cum quattuor Romanorum principum id est totius imperii vires contractas in unum locum vidit aliudque Pompei fortunam erexit *eqs.* (mersit *Gertz*, flexit *Schultess*). SIL. 9, 631 superas alte miserum *Mincium* iaculata *manus elephanti* per auras telluri elisis afflixit (tellure elisit ac flexit *Sang.*) flebile membris.]

I *i. q.* ***curvare*:** **A** ***generatim*:** CIC. Arat. 46 -xum genu (PROP. 3, 15, 34 AVG. c. Faust. 15, 7 p. 428, 13). 78 -xum (plexum nat. deor. 2, 113) vi corporis arcum (OV. met. 1, 455 *Delius* viderat adducto -entem cornua *arcus* nervo *Cupidinem*. 4, 303. 5, 56 cornua. SEN. Herc. f. 992. 1197). Arat. 215 *Hydra* -xo cum corpore serpens (455. *cf.* 373 at -xo [*sic Maass*, ad flexu *D*, delexo *H*; *Arat. 591 αὐτὰρ ὅγε γνὺξ κτλ.*] considens corpore Nixus. MANIL. 1, 271 angusto Capricornus sidere -xus. HYG. astr. 3, 2 cauda -xa *Draconis*). Arat. 305 *orbes* in caelo divino lumine -xi. div. 1, 120 animal ... membra ... quocumque vult, -it, contorquet (SEN. Herc. f. 1125 Argiva membra palaestra -ere docti. *cf.* CATVLL. 64, 303 *dei* niveis -erunt sedibus (*cf. l. 39*) artus. LIV. 21, 58, 9 *Poeni* torpentibus rigore nervis vix -ere artus poterant. *acced.* in: PETRON. 34, 8 larvam argenteam ... sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque luxatae in omnem partem -rentur). VARRO ling. 5, 127 impurro fictum ab urvo, quod ita -xum, ut redeat sursum versus. VERG. georg. 1, 169 magna vi -xa domatur in burim ... ulmus (*cf.* Aen. 7, 632 *urbes Italiae* -unt ... salignas umbonum crates. VITR. 2, 9, 6 abies non cito -itur ab onere. OV. epist. 15, 111 fundatura citas -untur robora naves. ars 2, 179 -itur ... curvatus ... ramus; frangis, si vires experiere tuas. COLVM. 5, 4, 1 in orbiculos gyrosque vites. *acced.* ad: HYG. fab. 38 p. 68, 15 Pityocamptem ... cogebat *Theseus*, ut secum arborem pinum ad terram -rent). CIRIS 461 -itur in viridi remus sale. AETNA 290 -xere caput *aurae* (*cf.* OV. Pont. 2, 9, 58 collaque velocis -ere doctus equi. PETRON. 73, 4 cervices post terga. ITALA Is. 58, 5 [Lucif. Athan. 1, 42 p. 141, 19] ut circulum cervicem [*κάμψῃς*, VVLG. contorquere]). VITR. 8, 6, 4 lamnae. LIV. 27, 18, 16 cornua *exercitus*. OV. met. 1, 409 quod solidum est -ique nequit, mutatur in ossa. 7, 313 laniger ... -xo circum cava tempora cornu (PLIN. nat. 8, 40 *fera* cornibus ita in se -xis, ut ... sint utilia pugnae. SIL. 1, 415 *Garamas* insignis -xo galeam per tempora cornu. 9, 298). NERO carm. frg. 4, 3 lyncem Maenas -ura corymbis. SEN. Herc. O. 779 Euripus undas -it instabilis vagas. COLVM. 4, 25, 1 quae -itur *pars vinitoriae falcis* sinus *nominatur*. PLIN. nat. 9, 97 cancris ... pedes ... in obliquum -xi. 16, 46 *larix* folio mollius -xo. TAC. ann. 15, 38 artis itineribus (*i. vicis urbis*) hucque et illuc -xis. APVL. flor. 9 p. 35 -xa tubulatione ligulae *strigula*. EVSTATH Bas. hex. 9, 5 p. 963^{A} huc atque illuc -itur *promuscis*. HIER epist 58, 6, 2 p. 535, 16 -xo corpore mens erigenda ad dominum. SIDON. epist. 1, 2, 2 si ... cilia -untur (*i. demittuntur*) *acced.* in: PRVD. c. Symm. 2, 489 via nescia -i in diverticulum. CASSIOD. or. frg p. 481, 11 margaritarum ... lacteae coronae -xis auro circulis clauduntur. *passivum mediali sensu positum*: OV. met. 2, 821 partes quascumque sedendo (*cf. l. 7*) -itur (*sic FeM*^{3}, -imus ε). 3, 672 Medon ... coepit ... expresso spinae curvamine -i. VITR. 9, 4, 5 per eos -itur Delphinus *sidus* (*cf. infra l 44*). MART. 3, 82, 18 *dominus* retro -xus ad pedum turbam. STAT. Theb. 7, 193 poplite -xum *puerum* ... tollit. 8, 720 -xus in ilia Tydeus. 9, 246 (*fort. ad II A 2 referendum*) summa per aequora -xus *delphinus* (*cf. supra l. 40*). TAC. ann. 16, 4 *Nero* -xus genu ... sententias iudicum opperiebatur (DRAC. laud. dei 2, 755 genibus cum pectore -xos ... exaudit). *trop.*: TERT. nat. 1, 4 p. 65, 9 misericordiam, qua super indigentes -imur.

B ***speciatim*:** **1** *de fluminibus (cf. p. 893, 55. 894, 55), maribus, sinibus, terris sim.*: NAEV. trag. 39 amnis ... inflexu -itur. CAES. Gall. 6, 25, 3 *Hercynia silva* hinc se -it sinistrorsus (*cf.* PLIN. nat. 3, 43 *Italia* in laevum se -ens cacumine. 4, 58 *Creta* -ens ... se in Creticum pelagus. 5, 112 Ionia ... numerosiore ambitu litorum -itur). MELA 1, 91 sinus non parvus, sed longe ac molliter -xus (PLIN. nat. 3, 5. 97 PANEG. 4 (9), 20, 3). PLIN. nat. 3, 111 Ancona ... in ipso -entis se orae cubito. 5, 97 *Taurus mons* resilit ... ad septentriones -xusque immensum iter quaerit. TAC. ann. 14, 4 *villa* quae ... -xo mari alluitur (*acced.* in: APVL. mund. 6 finitima Rubri maris ... in Hyrcanium et Caspium -untur sinus). **2** *de crinibus i. q. crispare*: PETRON. 126, 2 -xae pectine comae (126, 15 crines ingenio suo -xi. MART. 3, 63, 3 -xos ... digerit ordine crines. 10, 65, 6 tu -xa nitidus coma vagaris). MART. 2, 36, 1 -ere te nolim, sed nec turbare capillos (IVV. 6, 493. SPART. Hadr. 26, 1 -xo ad pectinem capillo. FIRM. math. 4, 19, 17 spissis capillis aut molliter -xis. *cf.* PETRON. 126, 15 frons ... quae radices capillorum retro -erat). **3** *de genibus adorantium* (*cf. p. 891, 81 et l. 34*): FIRM. err. 28, 11 ne ... huic daemoni -as genua. HIL. trin. 2, 27 p. 68^{B} *magi* genu -unt. VVLG. gen. 41, 43 ut omnes ... genu -rent (II par. 6, 13 Esth. 3, 2. 5 Dan. 6, 10 Matth. 27, 29 Marc. 1, 40. 10, 17 Rom. 14, 11 Eph. 3, 14 Phil. 2, 10). RVFIN. hist. 5, 5, 1 p. 435, 15 -xis genibus. *acced.* in: PASS. Cypr. 5 genu in terra -xit. *activum pro passivo*: ITALA Phil. 2, 10 (cod. d Hil. in psalm. 2, 33 p. 63, 1 Alc. Avit. c. Arr. 24 p. 9, 29) ut in nomine Iesu omne genu -at caelestium et terrestrium et infernorum (-atur Hil. *VR*, Alc. Avit. *l. c.* 29 p. 12, 13 [*πᾶν γόνυ κάμψῃ*, VVLG. omne genu -atur; -at *Amiat.*^{1}. ITALA Afr. ed. Soden p. 605 omnes genu curvent]. *cf.* PAVL. NOL. epist. 38, 1 p. 324, 8 cui -it [*sic OPV*, -itur *FLM*] omne genu terrestrium, caelestium et infernorum. CASSIAN. c. Nest. 4, 13, 4 p. 301, 16 ei ... omne genu -et [*sic N*, -etur *Mp*]). Rom. 14, 11 (Cassian. c. Nest. 3, 7, 3 p. 270, 2) mihi -et (*sic N*, -etur *Mp*) omne genu (*ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ*, VVLG. -etur, Itala [cod. q] curvabit).

II *i. q.* ***vertere, dirigere*:** **A** ***strictiore sensu*** *i. q. avertere, deflectere*: **1** *spectat ad animum, i. q. commovere, mutare, saepe cum notione mitigandi*: **a** *animum, consilium, affectus sim.*: ENN. ann. 259 dictis nostris sententia -xast (ITALA Ioel 2, 13 [Cypr. laps. 36 p. 263, 23] qui sententiam -it adversus malitiam

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

irrogatam [μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις, VVLG. praestabilis super malitia]. *cf. et infra l. 77*). TER. Hec. 608 istuc est sapere, qui ubicumque opus sit animum possit -ere (CIC. de orat. 2, 211 oratione commutandos animos atque omni modo -endos. leg. 1, 47 *educantes* inficiunt *sensus* et -unt. Brut. 142 *actio* fingit, format, -it. orat. 125 reget et -et *orator*. SALL. Iug. 9, 3 *rex* animum suum. 62, 8. 64, 3. 102, 15. VERG. georg. 4, 516 nulla Venus, non ulli animum *Orphei* -xere hymenaei. LIV. 2, 23, 15 Servilius ... concitatos animos -i quam frangi putabat cum tutius tum facilius esse. OV. epist. 4, 165 -e, ferox, animos). CIC. Sull. 78 tormenta (*sc. testimonia hominum tortorum*) -it libido, corrumpit spes. dom. 59 *filiae* fletus assiduus sordesque lugubres ... mentes oculosque -bant (de orat. 2, 205 ad ... *hominum* mentes oratione -endas). Cael. 22 *voluntas testium* nullo negotio -i ac detorqueri potest. Att. 11, 18, 2 *iram* (*cf.* VERG. Aen. 12, 46 violentia Turni -itur. SEN. Herc. O. 575 iecur horridum). CATVLL. 64, 136 crudelis ... mentis consilium (*cf.* AVG. epist. 153, 6 p. 401, 17 rigorem). LIV. 2, 32, 12 mentes hominum. SALL. Iug. 102, 3 ingenium ... avorsum (PLIN. epist. 7, 9, 11 hominum ingenium ... per artes). VAL. MAX. 2, 10, 7 animi perseverantiam. SEN. clem. 2, 3, 2 clementiam esse, quae se -it citra id, quod merito constitui posset. VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 85, 18 lyra sonante ... corda. *obiect.* animos *aut* hominem *supplendum*: CIC. orat. 69 erit ... eloquens is, qui ... ita dicet, ut probet, ut delectet, ut -at. *c. negatione sequente* quin (*cf. infra l. 58*): LIV. 5, 42, 7 nihil ... -xerunt animos, quin ... collem ... defenderent.

b *homines, deos* (*bestias infra l. 53sq.*): PLAVT. Truc. 343 post factum -or. ENN. scaen. 199 haec tu etsi perverse dices, facile Achivos -xeris. CIC Mur. 24 concitatum populum. 65 te ... usus -et, dies leniet, aetas mitigabit Sull. 18 -bar animo atque frangebar. Scaur. 15 testis ... impelli, deterreri, fingi, -i potest. Mil. 95 *plebem* virtute. Phil. 1, 35 quid oratione te -am? ac. 2, 63 te ... Luculli oratio. PVBLIL. H 26 hominem ... frugi ... occasio. P 45 pudor si quem non -it, non frangit timor. VERG. georg. 2, 496 illum (*sc. qui deos novit agrestes*) non populi fasces, non purpura regum -xit. 4, 399 *Nereum* orando. Aen. 2, 689 Iuppiter omnipotens, precibus si -eris ullis (LIV. 2, 1, 9 precibus aut donis regiis). 4, 35 *Didonem* nulli ... mariti. 7, 312 -ere si nequeo superos, Acheronta movebo. 8, 384 *Venerem* lacrimis Tithonia ... coniunx. 12, 940 cunctantem *Aenean* -ere sermo coeperat. CIRIS 133 *Amorem* nec sua -ere mater iratum potuit. 334 alia ... ratione parentem. 379 nec possunt homines nec possunt -ere divi *Nisum*. HOR. carm. 4, 1, 6 mollibus iam durum imperiis. PROP. 1, 8, 39 hanc *puellam* ... non auro, non Indis ... conchis, sed ... blandi carminis obsequio. 1, 19, 24 -itur assiduis certa puella minis. LIV. 26, 27, 10 misericordia ... -i possent *senatores* (APVL. Socr. 13 p. 147 ut et ira incitentur *daemones* et misericordia -antur et donis invitentur et precibus leniantur. AVG. civ. 22, 8 p. 574, 19 D. *coquus* miseratione -xus). OV. epist. 3, 97 sola virum coniunx -xit. VAL. FL. 3, 615 animum -xus dictis instantis *Tiphyos* Iason (STAT. Theb. 1, 75 dictis maerentem [*i. consolari*]). SEN. Ag. 239 amor iugalis vincit ac -it retro (*sc. me*). STAT. silv. 5, 2, 83 te ... cerno -entem (*i. illum, qui infestare manes voluerit*) iustis et talia dicta parantem. QVINT. inst. 6, 1, 9 huic concitare iudices, illi -ere convenit. SVET. Cal. 9 *milites* tumultuantes et in furorem usque praecipites ... -xit *Caligula*. COMM. instr. 1, 3, 4 forma feminarum *angelos*. ANTH. 415, 46 Orpheus ... speravit ... Tartareum ... cantu -ere posse canem (AVIEN. Arat. 631 pecudes ... et flumina -erat vates *Orpheus*. *cf. p. 894, 30*). *c. infin.*: RVFIN. hist. 6, 2, 14 p. 523, 30 nullo pacto ... -i potuit Origenes cum Paulo *haeretico* saltim in oratione consistere (προυτρέπη ... συστῆναι). *c. negatione sequente* quin (*cf. supra l. 23*): TAC. ann. 14, 33 neque fletu et lacrimis auxilium eius orantium -xus est, quin daret profectionis signum.

c *res, tropice*: HOR. carm. 2, 19, 17 tu *Bacche* -is amnes, tu mare barbarum. TAC. hist. 1, 31 si incipiens adhuc et necdum adulta seditio melioribus consiliis -retur. APVL. Socr. 18 p. 161 Calchas ... tempestates -xit.

ad a—c: *indicatur quo* (ad, in *rem; v. etiam p. 897, 55*): ***α*** *animum, sententiam, affectus sim.*: CIC. Cael. 13 versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac -ere. Balb. 39 *Gaditani* ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque -erunt. leg. 1, 29 si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et -ret, quocumque coepisset *eqs.* LIV. 5, 43, 1 ad deditionem animos (42, 65, 11). OV. trist. 3, 5, 41 hominum -xas ad mitius iras. SEN. benef. 7, 31, 2 ad illa ... cogitationes ... -e. TAC. ann. 6, 37 -xis ad novum regem popularium animis. APVL. Plat. 2, 6 ad placentiam, ad mediocritatem libido -itur. AMM 15, 2, 6 consilio in lenitudinem -xo. SCHOL. Cic. Bob. p. 94, 10 St. omnem diligentiam iudicum ad utilitatem rei publicae (*sc. ab accusatione repetundarum*). AVG. c. Parm. 1, 8, 13 p. 33, 24 in leniorem cohercitionem ... sententiam (epist. 134, 4 p. 87, 12 in partem providentiorem lenioremque). GREG. M. moral. 1, 40 p. 545[A] cogitationes ... ad infirmitatis fraternae compassionem. ***β*** *homines*: HOR. ars 163 *iuvenis* cereus in vitium -i. LIV. 40, 8, 16 *non potuit vos* horum bona mens, bona fortuna ad sanitatem -ere. TAC. ann. 1, 29 -xos ad modestiam *milites*. APVL. Plat. 2, 18 arte quadam ad rectiora -atur *maleficus*. AMM. 17, 8, 4. 18, 5, 1 se in blanditias molliores *Antoninus*. 21, 7, 1 in id -xus est *Constantius*, ut *eqs.* 22, 7, 5 obliquis ... iudiciis ad retrahendum hominem. RVFIN. hist. mon. 7 p. 414[D] ad pacem. AVG. civ. 22, 5 p. 563, 3 D. ad credendum ... incredulos.

indicatur unde (ab *re*): ***α*** *animum*: CIC Balb. 39 *v. p. 893, 67*. LIV. 1 praef. 5 scribentis animum ... a vero. SEN. Med. 203 animum ab ira. QVINT. inst. 4, 2, 80 animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione -endus est. ***β*** *homines*: LIV. 28, 22, 11 si quem a proposito spes mollitiave animi -isset. LACT. mort. pers. 25, 2 p. 201, 13 Maximinum ... ab illo furore. AMM. 16, 9, 2 -i a veritate pecunia facilis *Musonianus*. *nota c. solo abl.*: CIRIS 329 non ego te incepto ... conor -ere, Amor (amore *Aldina a. 1534, Leo in schedis*).

2 *spectat ad cursum, viam*: **a** *transitive i. q. avertere* (*saepe a derecta via, derecto statu*): ***α*** *res corporeas*: CIC. carm. frg. 29, 1 quin puppim -is, Vlixes, ... ut *eqs.* (BELL. Alex. 64, 3 navem. LVCAN. 3, 555 *rates*. SIL. 14, 403 manus ... -enti [*sc. puppim*] immortua clavo). PROP. 2, 33, 24 cum iam -ant Icarii sidera tarda boves (*i. a vertice deorsum*. MANIL. 3, 210 -xa ... sidera. SEN. apocol. 2, 4 *Phoebus* obliquo -xam deducens tramite lucem. Phaedr. 3 13 *Phoebus* discit ... gyro breviore -i. benef. 4, 23, 1 *luna* se ... -ens. LVCAN. 2, 722 -xi ... Bootae. PLIN. nat. 18, 264 sol ... ab ea meta [*i. solstitio*] incipit -i ac segredi. ANTH. 424, 4 sol. *cf* OV. met. 10, 447 plaustrum ... Bootes. SEN. Med. 314. LVCAN 4, 523 -xo ... ursae temone). VERG. Aen. 12, 471 *Iuturna* nudantes -it habenas (*postea* tortos .. orbes. AETNA 345 spiritus ille .. praeceps -xit habenas GERM. 101 -xis ... habenis. STAT Theb. 11, 384 *cf et p. 896, 6sq*). SEN Phoen. 606 Maeandros ... -it errantes aquas (*cf.* SIL 7, 140 Maeandrus ... gurgitibus xis). dial. 2, 4, 1 quae nervo tormentisve in altum exprimuntur ... citra caelum tamen -untur (*sc. deorsum*). STAT. Theb. 7, 753 *Apollo* adversa ... -it spicula. *nota*: CLAVD 5, 217 -ite signa, duces (*sc. retro*).

β *animalia*: CIC. Arch. 19 bestiae ... immanes cantu -untur atque consistunt (*cf. p. 893, 53 sqq.*). CAES. Gall. 4, 33, 3 equos sustinere et brevi moderari ac -ere. *trop.*: SEN. dial. 10, 10, 5 occupatorum animi, velut sub iugo sint, -ere se ac respicere non possunt. OP. imperf. in Matth. 27 p. 773 homo carnalis ut calamus ab omni tentationis vento -itur. ***γ*** *res incorporeas*: CIC. Catil. 3, 19 nisi di immortales ... prope fata ipsa -issent (VERG. Aen. 6, 376 fata deum ... precando. VAL. FL. 3, 250 DRAC. Romul. 8, 58). div. 2, 21 *futurum*. MANIL. 3, 667 rerum ... casus. ARNOB. nat. 7, 11 p. 246, 5 propulsare, ...-ere mala.

iter *sim.*: NEP. Eum. 9, 6 *Eumenes* -it iter suum (VERG. Aen. 7, 35 OV. ars 2, 428 LVCAN. 8, 471 VAL. FL. 3, 42). VERG. Aen. 5, 28 -e viam velis (LIV. 1, 60, 1). VAL. FL. 3, 416 gradum (STAT. Theb. 4, 761 gressus).

ad α—γ: *indicatur quo* (*saepe reflexive* se -ere): Ⓘ *res incorporeas*: ENN. ann. 203 quo vobis mentes, rectae quae stare solebant antehac, dementes sese -xere via⟨i⟩. LIV. 8, 19, 13 consul ... ad Privernum -xit iter (35, 31, 3 Demetriadem. 42, 67, 7 in Perrhaebiam). OV. met. 6, 225 in orbem quadrupedis cursus (trist. 1, 10, 17 in laevum. *cf. p. 896, 22*). SEN. Herc. f. 678 gradum ... retro. TAC. ann. 1, 16 -xo in vesperam die (AMM. 31, 15, 15. *cf.* 17, 2, 3 sole). CLAVD. 38, 141 ab urbe minas retro -bat inanes *Alaricus*.

Ⓘ *res corporeas*: CIC. Arat. 282 *sol* in superas brumali tempore -xus se recipit sedes. Verr. 6, 77 de foro in Capitolium currus. LVCR. 2, 282 copia materiai cogitur ... -i per membra per artus. 5, 468 se ... aether corpore concreto circumdatus undique -xit (saepsit *codd.*). DIRAE 67 -ite currentis lymphas, vaga flumina, retro -ite (SEN. nat. 5, 13, 1 in orbem aquas. *cf.* LVCAN. 3, 276 Tanaïs ... nunc huc, nunc illuc, qua -itur, ampliat orbem. PLIN. nat. 6, 125 in meridiem *Euphrates*. 6, 129 *Tigris* ad septentrionem). LIV. 22, 20, 10 retro -xa classis. SEN. Phoen. 542 signa bellici retro agminis -e. nat. 2, 1, 1 *caelum* solem retro (*solstitiali tempore*). LVCAN. 1, 425 optima gens -xis in gyrum Sequana frenis. EVSTATH. Bas. hex. 1, 10 p. 877[B] *terram nullum* invenire momentum in alium -endi se locum.

Ⓘ *homines*: VERG. Aen. 12, 658 mussat rex ipse Latinus ... quae sese ad foedera -at. LIV. 9, 35, 2 in clivos agmen. SEN. benef. 4, 8, 2 quocumque te -xeris. PETRON. 126, 12 -xitque se in ... daphnona *puella*. VAL. FL. 5, 695 se ... ad sua limina ... *dei*. Ⓘ *bestias*: OV. met. 10, 720 albas ... aves illuc. PS. FRONTIN. strat. 4, 5, 4 equum in orbem.

indicatur unde: Ⓘ *res corporeas*: CIC. Verr. 6, 77 (*v. supra l. 51*). STAT. silv. 2, 1, 143 a *Glaucia* ... insanos ... arcus. Ⓘ *res incorporeas*: LVCR. 5, 107 quod (*sc. terrarum motus*) procul a nobis -at fortuna gubernans. SEN. contr. 7, 2, 6 iter a conspectu exulis (SEN. epist. 94, 63 ab Herculis Liberique vestigiis victor [*Alexander*] viam [victoriam *codd.*]). SIL. 13, 414 a medio cum se nox humida cursu -erit *eqs.*

huc addiderim locos, ubi -ere *fere i. q. rotare*: PS. QVINT. decl. 1, 13 suspensa manu ... cardinem. LACT. opif. 8, 16 p. 31, 12 non in totum converti, moveri tamen ac -i possent *orbes oculorum*. HIER. vita Malchi 1 p. 53[B] gubernacula.

b *passivum pro medio* (*sidera sim. v. supra l. 16sqq.*): OV. met. 2, 718 *miluus* -itur in gyrum. PLIN. nat. 8, 105 *hyaena* -i ... nisi circumactu totius corporis non quit. STAT. silv. 4, 3, 101 illic (*i. ad arcum*) -itur excitus viator. TERT. adv. Val. 14 p. 193, 2 -itur a superioribus Christus. VLP. dig. 24, 3, 22, 8 spernit ... *maritus* infelicitatem uxoris et non ad eam -itur. ORIGO Const. 5, 18 Licinius et Valens ... -xi in partem Beroeam concesserunt.

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *intransitive i. q. a directo vel proposito itinere decedere* (*saepe accedit* ab, in): *α proprie: de cursu, via* (*cf.* GLOSS. IV 343, 36 -it camsat): CIC. Arat. 61 (*nisi est transit.*) Titan brumali -ens contorquet tempore currum (*Arat. phaen. 286 ἢ τρέπετ' ἠελίοιο*). VERG. Aen. 9, 370 procul hos laevo -entes limite cernunt. LIV. 3, 8, 6 ex Gabino in Tusculanos -xere colles *praedones*. 21, 31, 9 *Hannibal* ad laevam in Tricastinos -xit. 27, 43, 12 profectus nocte -xit in Picenum *consul*. 28, 16, 3 ad Oceanum. 29, 33, 8 Verminam ... in alia atque alia -endo itinera eludens. SEN. dial. 9, 9, 3 non in cursu tantum circique certamine, sed in his spatiis vitae interius -endum est. nat. 7, 21, 3 *cometes* in occidentem tendens ad meridiem -xit 7, 28, 1 aequinoctium in calorem frigusque -entis anni *signum est*. CALP. ecl. 3, 14 laevas -e sub ulmos. VAL. FL. 2, 3 mediis ardens *Iason* ne -at ab undis. 8, 200 (*nota accus.*) inde alios -unt regesque locosque *Argonautae*. FRONTIN. strat. 2, 5, 38 exiguo circuitu -xit repente ad montes occupandos *Caesar*. TAC. hist. 1, 70 cunctatus est *Caecina*, num Raeticis iugis in Noricum -ret. 2, 70 Vitellius Cremonam. 3, 41 *Valens* in Vmbriam. 3, 82 ad Sallustianos hortos. ann. 15, 61 ad Faenium praefectum. PLIN epist. 6, 16, 11 *Plinius* cunctatus paulum an retro -ret. 9, 33, 4 *delphinus* -it ad litus. SVET. Tib. 20 priusquam in Capitolium -ret, descendit e curru *Tiberius*. CHIRON 479 iubes ... subito eum (*i. iumentum*) -ere. AMM. 23, 3, 6 -xit dextrorsus *Illianus*. *β translate de animo, consilio sim.*: TAC. ann. 1, 13 fessus ... clamore ... expostulatione singulorum -xit paulatim *Tiberius* ... ut *eqs.* 4, 37 arguebatur *Tiberius* in ambitionem -isse. 4, 41 *Seianus* huc -xit, ut *eqs.* *in oratione sim.*: TAC. dial. 19 Cassium ... primum ... -isse ab illa ... dicendi via. ann. 1, 34 a veneratione Augusti orsus *Germanicus* -xit ad victorias triumphosque Tiberii. 6, 15 ad graviora *Tiberius*. 6, 13 ad providentiam sapientiamque *Claudii Nero*. AMM. 28, 1, 57 unde huc -ximus, revertamur.

huc addiderim locutiones quasi brachylogicas: *α promunturium sim.* -ere (-ere *hic pro verbo graeco-latino* campsare *positum esse videtur. cf.* ENN. ann. 328 *c. adn. Vahleni*): CIC. div. 2, 94 qui navigant, ...in -endis promunturiis ventorum mutationes maxumas saepe sentiunt. Att. 5, 9, 1 Leucatam -ere molestum videbatur. VAL. MAX. 8, 7 ext. 10 citerioris aetatis metas... Chrysippi vivacitas -xit. STAT. Theb. 6, 440 speravit -xae circa compendia metae... anticipasse viam *Hippodamus*. *β orbem sim.* -ere: PROP. 3, 9, 14 Myos exiguum -it acanthus iter (*i. se -endo exiguum facit iter*). OV. met. 15, 689 serpit humum -itque sinus *deus in serpentem mutatus*. MANIL. 1, 503 *Arctos* contenta suos in vertice -ere gyros. SEN. Med. 149 Malea longas navibus -ens moras (*i. flexu suo moras efficiens. cf.* LVCAN. 6, 58 longae flexūs ... Maleae. *v. p. 909, 37*). Thy. 846 -ens longos signifer annos.

3 *oculos, vultus*: **a** *absolute*: VERG. Aen. 4, 369 num lumina -xit *Aeneas*? (OV. met. 8, 696 -xere oculos *Philemon et Baucis*. 10, 67 *Orpheus*). ALC. AVIT. carm. 2, 386 vultum tunc -xa retortum *uxor Loth*. **b** *indicatur quo et unde: quo*: VERG. Aen. 6, 788 huc geminas nunc -e acies (OV. met. 7, 584 quo se cumque acies oculorum -erat. LIV. 5, 42, 4 *Romani* ad omnia paventes animos oraque et oculos -bant. SEN. Herc. f. 825 retro. AMM. 25, 1, 1 -ere in quietem lumina). OV. epist. 17, 64 vultus ad mea furta (met. 4, 265 ad *Solem Clytie*. 10, 236 ad cornua *Venus*. AMM. 16, 10, 10 nec dextrā ... nec laevā). met. 3, 188 ora ... retro *Diana*. 10, 51 retro sua lumina *Orpheus*. SEN. dial. 4, 7, 2 nusquam oculi ... -entur. *adde de acie mentis*: GELL. 13, 28, 4 mens ... nusquam aciem suam -ens. *unde*: LVCAN. 3, 4 solus ab Hesperia non -xit lumina terra Magnus (MART. 14, 173, 1 -it ab inviso morientia lumina disco *Hyacinthus*. STAT. Theb. 6, 66 oculos ab omine).

4 *spectat ad verba* (*ad gramm. pertinentia v. infra s. IV p. 896, 76 sqq.*): **a** *sonum, vocem sim.*: CIC. de orat. 3, 216 -xo sono extenuatum, inflatum *genus orationis* (PLIN. nat. 16, 171 apertioribus *tibiarum* lingulis ad -endos sonos. QVINT. inst. 11, 3, 41 *sonus acutissimus* neque pronuntiatione -i neque diutius ferre intentionem potest). VITR. 5, 4, 2 vox ... mutationibus cum -itur, alias fit acuta, alias gravis (*ibid.* -itur immutatione. *ibid* in cantionibus ... -entes varietatem facimus. 5, 8, 4 se -ens *mutat*. OV. am. 2, 4, 25 dulce canit -itque facillima vocem. STAT. silv. 5, 3, 152 Pindaricae vox -xa lyrae. QVINT. inst. 4, 2, 39. 11, 3, 64 miseratione -xa et flebilis). FIRM. math. 6, 30, 9 musici carminis modos dulciter -ere. AVSON. 418, 65 modulatio -xa. *nota* cantum, carmen -ere *i. -endo vocem cantum, carmen efficere sive cantare* (*cf.* orbem -ere *supra l. 38*): LVCR. 5, 1406 ducere multimodis voces et -ere cantus. SEN. Ag. 3 5 quale soles leviore lyra -ere carmen simplex. STAT. silv. 3, 5, 65 mea carmina -it *uxor*.

b *sensum, significationem verborum*: LIV. 30, 32, 8 colloquium Hannibalis, qua vult, -it *Scipio*. VAL. MAX. 6, 3, 5 disputatione ... utroque -i potest *hoc factum*. TAC. ann. 6, 29 additis versibus qui in Tiberium -rentur (APVL. apol. 22 -xis ad hoc Homericis versibus). GELL. 4, 9 tit. in ... deverticula significatio istius vocabuli -xa. -ere *verba, cantus sim.* ad *rem aliquam tractandam*: TIB. 2, 5, 4 ad laudes ... verba. OV. trist. 5, 1, 23 animos (socios *al.*, numeros *Ehwald*) ad publica carmina. SIL. 14, 1 cantus Ortygiae pelagus Siculique ad litoris urbes. CONSTANT. epist ad Opt. Porf. 2 modos ad leviora AVSON. 277, 2 *imp. M. Antoninus* scita Platonis -xit ad imperium. AVG. civ. 8, 3 p. 323, 12 D. philosophiam ad corrigendos componendosque mores.

B ***laxiore sensu*** (*sed ita, ut a sensu strictiore, qui est sub II A, notio plerumque proficiscatur*): **1** *i. q. dirigere, regere*: **a** *corporalia*: *α res*: LVCR. 5, 1187 *divorum* nutu ... omnia -i OV. met. 2, 169 nec qua commissas -at habenas ... scit (*Phaethon*. VAL. FL. 5, 436 dea. STAT. silv. 5, 1, 37 deus ... habenas orbis). LIV. 1, 48, 6 carpentum dextrā in Vrbium clivum. OV. met. 3, 594 regimen ... carinae (*cf.* SEN epist. 121, 5 navis ... gubernaculum). LVCAN. 3, 250 -xus in austrum aether. 8, 41 in littora Lesbi ... vela. VAL. FL. 6, 651 *saxum* ... ad ignotum caput ... Monesi. STAT. Theb. 3, 387 imperii ... molem. SIL. 17, 234 in Italiam proras. MEROB. poet. 6 *Rhenus* Hesperiis -i contentus habenis. *β bestias*: VERG. georg. 2, 357 inter vineta iuvencos. Aen. 1, 156 equos (9, 603. 10, 576. HOR. carm. 3, 7, 25 -ere equum sciens *Enipeus*. PROP. 3, 2, 6 SEN. benef. 5, 25, 5. *cf.* MANIL. 5, 74 equorum ... vires. LVCAN. 4, 683 ora *equorum* [LAVS Pis. 50]. SIL. 1, 217 quadrupedem. MART. CAP. 2, 189 alipedes *Solis*). VERG. Aen. 6, 804 iuga *tigrium*. *γ homines*: VAL. FL. 2, 323 deus aequore ... huc Minyas.

b *incorporalia*: *α cursum sim.*: LVCR. 5, 77 solis cursus lunaeque meatus expediam qua vi -at natura gubernans. LIV. 1, 4, 6 lupam ... ad puerilem vagitum cursum -isse (*cf. p. 894, 47*). 38, 45, 9 quo -isset agmen Attalus *eqs.* (VELL. 2, 40, 1). OV. met. 1, 372 vestigia ... ad delubra deae. LVCAN. 3, 478 iactum *tormenti*. SEDVL. carm. pasch. 1, 301 curva per avia rectum -ere (*i. facere*) iter. *β verba, iram sim.*: LIV. 4, 44, 6 *tribuni plebis* -xere iras in C. Sempronium. SEN. Herc. O. 302 *cum* in taurum trucem nunc -ret serpente deposita minas *Achelous*. PETRON. 17, 14 tacentibus adhuc nobis et ad neutram partem assensionem -entibus intravit ipsa *Quartilla*. 58, 2 adversarius Ascylti -xit convicium in puerum. SIL. 12, 430 *Hannibal* -bat rabiem quo praeda vel ira vocasset. *γ umbram*: LVCAN. 2, 587 umbras numquam (nusquam *Vm*) -ente Syene. AVSON. 156, 2 ad quintam -itur umbra notam. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 935[A] umbra ... in utramque -itur partem (*Eustath. p. 145[B] ἐκκλίνουσιν* [*intransitive*]). *δ animas*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 131[A] *verbum dei* -at *animas* et agat habenis praeceptorum suorum.

2 *i. q. lenire, mitigare, temperare* (*cf. A 1 et III A l. 66*): **a** *res incorporeas*: STAT. silv. 5, 1, 120 fovet anxia *uxor* curas coniugis hortaturque simul -itque labores. TAC. hist. 2, 46 ut -erat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. ann. 3, 59 Drusi epistulae ... ad modestiam -xae (*cf.* 1, 29 *p. 893, 82*). 4, 16 sicut Augustus quaedam ex horrida illa antiquitate ad praesentem usum -isset (*cf. III*). 4, 20 *Lepidus* pleraque ab saevis ... adulationibus in melius -xit. COD. Iust. 3, 36, 5 si offensam istam clementia -xit *eqs.* **b** *res corporeas*: PORPH. Hor. carm. 2, 19, 17 quia muneri *Bacchi* immiscentur *amnes* et ad suaviorem usum -untur.

III *i. q.* ***mutare, convertere*** (*cf. II A 1 a et II A 2 a γ* fata, mala. *accedunt praep.*: ad, in *c. acc.*): **A** *res incorporeas*: PACVV. trag. 127 (*sententia non satis perspicua*) -as fandi mi prolixitudinem. CIC. Sull. 79 *vitam* solam videtis ... subito -i fingique non posse. PS. BRVT Cic. ad Brut. 1, 16, 11 Cicero si -erit adversus alios iudicium suum. LVCR. 3, 511 mentem sanari, corpus ut aegrum, cernimus et -i medicina posse videmus (3, 522 animus sive aegrescit ... seu -itur a medicina). 3, 516 naturam. 3, 755 aiunt immortalem animum mutato corpore -i. LIV. 28, 44, 8 oblata casu -ere ad consilium. MANIL. 3, 679 omnia in adversum -at *signum tropicum*. SEN. Med. 759 (*Medea loquitur*) temporum -xi vices. clem. 2, 7, 5 quomodo in rectum prava -antur. dial. 5, 13, 2 in contrarium omnia eius (*irae*) indicia -amus. 6, 15, 3 flente populo Romano non -xit vultum *Tiberius*. 7, 26, 4 ad opiniones vestras actum vitae meae -rem. nat. 3 praef. 8 in melius adversa, in deterius optata -untur. PLIN. nat. 16, 136 illud ... mirum ... caelum nullo modo -i. 4, 54 *Agrippina* simulationum nescia ... non vultu aut sermone -i. QVINT. inst. 12, 1, 45 ut res ferret, -etur oratio. IVV. 9, 20 propositum. GELL. 6, 3, 25 ipsum illud ..., quod contrarium putabatur *Rhodiis*, -xit et transtulit *Cato*. PAVL. NOL. carm. 10, 269 vitam. *adde i. q. moderari* (*cf. II B 2*): SEN. dial. 4, 35, 2 velocitas ... quae ... -i ... et a cursu ad gradum reduci potest. epist. 90, 24 *pisces* cauda ... velocitatem suam -unt. **B** *res corporeas*: PACVV. trag. 401 quae (*Circe?*) meum venenis -xit socium pectora. OV. met. 8, 881 -or in anguem. 10, 286 cera ... multas -itur in facies (ALC. AVIT. carm. 1, 77 *opifex doctus* -ere laxatas per cuncta sequacia ceras). SEN. nat. 3, 27, 3 quicquid ex hoc statu rerum natura -erit *eqs.* TAC. ann. 3, 16 -xo in maestitiam ore. *nota i. q. permutare*: VARRO Men. 365 crebro -endo *tibias* commutari mentes (*sc. nunc incentiva, nunc succentiva canendo*).

IV ***varia ad grammaticam spectantia:*** **A** *voces* -ere (*acced. praep.* ad, in *c. acc.*, per): **1** *ad terminationes verborum spectat*: **a** *in casus*: VARRO ling. 10, 29 alterum *casum*, quo -itur vox. QVINT inst. 8, 3, 36 derivare, -ere, coniungere *verba* ... quando desiit licere? CHAR. gramm. I 63, 4 in declinationem -i. *inde passim*. **b** *in tempora et modos*: TER. MAVR. 413 -xa declinatio (*i. declinatio flectens, loquitur de αὐδᾶ ηὔδα*). MACR. exc. gramm. V 622, 9 in infinito ... vox eadem paululum -xa tempus immutat ... scribere scripsisse scriptum ire. 625, 18 impersonalia apud Graecos per tem-

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pora non -untur. 633, 39 in alios modos -endo declinatio *verborum*. 650, 25 activa declinatione -atur. 654, 1 λανθάνω ἀνδάνω μανθάνω, quae non nisi ad praeteritum imperfectum apud illos -untur. **c** *in alterum genus*: DON. gramm. IV 376, 2 fixa sunt, quae in alterum genus -i non possunt. **d** *in adverbium*: CHAR. gramm. I 222, 27 negant oportere nomina 'us' syllaba terminata in 'er' adverbialiter -i. CLEDON gramm. V 64, 10 'cito'... significationem non servat, dum -itur in adverbium. **e** *in comparativum*: CONSENT. gramm. V 342, 14 si -ere velis ipsa absoluta nomina, comparationem Latinam non invenies.

2 *i. q. vertere in aliam linguam*: MANIL. 3, 41 non omnia *nomina Graeca* -i possunt.

3 *i. q. derivare*: GELL. 4, 3, 3 hoc quoque vocabulum (*paelex*) de Graeco (πάλλαξ) -xum est. AVG. civ. 4, 24 p. 176, 20 D. aliqua vocabula ... -entes, sicut a bello Bellonam nuncupaverunt, non Bellum. c. Cresc. 2, 1, 2 p. 468 si ... quisquam nostrorum primus -xit hoc nomen (*a Donato Donatistas pro Donatianos*) *eqs.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 24 p. 74, 15 -xus enim hic sermo (*entia*) est ab eo quod est esse.

B *syllabam, i. q.* περισπᾶν: QVINT. inst. 1, 5, 23 gravis pro -xa *ponitur* ... aut -xa pro gravi. *ibid.* ex duabus syllabis in unam cogentes et deinde -entes. 1, 5, 30 media *si* longa, aut acuta aut -xa erit. 1, 5, 31 numquam in eadem *voce* -xa et acuta. *ibid.* ea ..., quae sunt syllabae unius, erunt acuta aut -xa. 11, 3, 17 *vocis differentia* tripertita, acutae, gravis, -xae. 12, 10, 33 ultima syllaba nec acuta umquam excitatur nec -xa circumducitur. CHAR. gramm. I 19, 7 disyllaba -xa. *inde apud* GRAMM. *passim*. EXPLAN. in Don. gramm. IV 530, 23 postremas autem tres *prosodias* duplices et quasi species unius -xae *prosodiae*, quae est genere una. hanc enim -i non uno modo omnes putaverunt. 531, 22 *quarta prosodia* vocatur apud nos -xa, quoniam prima erecta rursus in gravem -itur.

iuxta posita: ad I: contorquere: CIC. div. 1, 120 (*v. p. 892, 5*). inclinare: OPTAT. 2, 26 p. 66, 9. *ad II A*: commutare: CIC. de orat. 2, 211 (*v. p. 893, 3*). delectare: CIC. orat. 69 (*v. p. 893, 23*). detorquere: CIC. Cael. 22 (*v. p. 893, 13*). fingere: CIC. Scaur. 15 (*v. p. 893, 29*). Brut. 142 (*v. p. 893, 5*). formare: CIC. Brut. 142 (*v. p. 893, 5*). frangere: CIC. Sull. 18 (*v. p. 893, 28*). AVG. c. Secundin. 19 p. 933, 13 vel vi frangatur vel suasione -atur. inclinare: AVG. civ. 14, 9 p. 25, 24 D. ut *cives* nullo prorsus erigantur et excitentur, nullo -antur atque inclinentur affectu. inficere: CIC. leg. 1, 47 (*v. p. 893, 4*). lenire: CIC. Mur. 65 (*v. p. 893, 28*). APVL. Socr. 13 p. 147 (*v. p. 893, 45*). misereri: VVLG. Ier. 21, 7 non -etur, neque parcet, nec miserebitur *Nabuchodonosor*. mitigare: CIC. Mur. 65 (*v. p. 893, 28*). moderari: CAES. Gall. 4, 33, 4 (*v. p. 894, 32*). movere: VERG. Aen. 7, 312 (*v. p. 893, 36*). mulcere: APVL. Socr. 13 p. 147 *sq.* (*v. p. 893, 43*). parcere (*cum pass. -i coniunctum*): VVLG. Ier. 21, 7 (*v. l. 42*). regere: CIC. orat. 125 (*v. p. 893, 5*). torquere: CIC. Cael. 13 (*v. p. 893, 66*). leg. 1, 29 (*v. p. 893, 70*). *ad III*: commutare: LVCR. 3, 516 (*v. p. 896, 54*). fingere: CIC. Sull. 79 (*v. p. 896, 50*). mutare: LVCR. 3, 755 (*v. p. 896, 54*). sanare: LVCR. 3, 511 (*v. p. 896, 52*). *ad IV*: coniungere, derivare: QVINT. inst. 8, 3, 36 (*v. p. 896, 79*).

oppos.: *ad I*: frangere: OV. ars 2, 179 (*v. p. 892, 16*). *ad II*: commovere: PS. APVL. Ascl. 40 nec ira ... commoventur nec -untur gratia εἱμαρμένη, *necessitas, ordo*. concitare: QVINT. inst. 6, 1, 9 (*v. p. 893, 51*). MART. CAP. 5, 427 in lacrimas -ere et in rabiem concitare ... poterat *Rhetorica*. erigere, excitare: AVG. civ. 14, 9 p. 25, 24 D. (*v. supra l. 39*). frangere: PVBLIL. P 45 (*v. p. 893, 32*). LIV. 2, 23, 15 (*v. p. 893, 8*). SEN. Thy. 200 novi ego ingenium viri indocile: -i non potest, frangi potest. AVG. catech. rud. 14, 3 -amur facile, ne frangamur. ALC. AVIT. carm. 4, 506 SIDON. epist. 7, 4, 2. incitare: APVL. Socr. 13 p. 147 (*v. p. 893, 44*). indurare: TAC. hist. 2, 46 (*v. p. 896, 40*). irasci: PS. AVR. VICT. epit. 48, 13 irasci sane rebus indignis, sed -i cito *Theodosius*. vincere: SEN. benef. 6, 30, 6 -i ... non minus existimant turpe quam vinci *omnia possidentes*.

compos.: circum-, de-, in-, reflectere. flexanimus, flexiloquus, flexipes.

deriv.: flexibilis, flexilis, flexio, flexuntes, flexura, flexus.

part. perf. pass. pro adi. **flexus**, -a, -um (*compar.* -ior MART. CAP. 8, 878 *v. l. 79*): **1** *corporalia*: **a** *i. q. curvus*: CIC. Arat. frg. 8, 3 *Draco* conficiens ... sinus e corpore -os (*cf.* PROP. 4, 6, 35 *Apollo* -os solvit Pythona per orbes). Arat. 325 arcum. LVCR. 2, 427 *primordia* -is mucronibus unca. 4, 341 -a figura ... speculi. CELS. 8, 1, 10 recti dentis recta etiam radix, curvi -a est. SEN. Tro. 781 reboante -o concitos cornu modos. COLVM. 10, 391 cucumis ... ventre ...-o. LVCAN. 2, 615 *lingua* Adriacas -is claudit ... cornibus undas. 5, 427 -o navita cornu obliquat laevo pede carbasa. STAT. silv. 1, 2, 149 -us onyx (*i. flexuris varii coloris speciosus*). Ach. 2, 134 -ae Balearicus actor habenae. SIL. 13, 140 curvantur in orbem moenia -a. MART. CAP. 8, 878 zodiacus circa Cancrum Capricornumque -ior aequinoctialem paene directum secat. **b** *i. q. tortus*: VERG. georg. 4, 123 -i ... vimen acanthi. **c** *i. q. inclinatus, obliquus*: MANIL. 3, 338 cum sidera -o ordine conficiant cursus obliqua malignos.

2 *spectat ad verba i. q. perplexus, obscurus*: SEN. Oed. 214 ambage -a Delphico mos est deo arcana tegere (LVCAN. 1, 637 -ā sic omina Tuscus involvens multāque tegens ambage canebat. STAT. Theb. 4, 645). QVINT. inst. 11, 3, 172 infinito magis illa -a et circumdata sunt. *de sono v. p. 895, 61; de syllabis p. 897, 20.*

3 *motus*: CIC. fin. 5, 35 -i fractique motus ... contra naturam sunt. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 103 -o atque extento motu relevans singula crura commoveat *epilepticus*.

4 *spectat ad iter sim.*: LVCR. 4, 93 *odor fumus vapor* scinduntur per iter -um. 4, 330 per -os aditus educta (*imagines rerum dicit*). 4, 599 per -a foramina rerum (*opp.* recta). MANIL. 4, 120 -o tramite. CELS. 5, 28, 12[A] fistulae ... -ae et tortuosae (*opp.* rectae). LVCAN. 3, 218 -o limite ponti. SIL. 4, 489 aditus per devia -o circuitu petit *Poenus*.

5 *spectat ad animum*: AVG. in psalm. 138, 8 p. 1790 primo irati, postea timidi, primo duri, postea -i. PALLAD. hist. mon. 2, 13 p. 367[A] virginem ... volens -am domare (*i. ut* -a *ficret*).

ntr. pro subst. **flexum**, -ī. *i. q. anfractus*: VARRO ling. 7, 15 'terrarum anfracta revisam' anfractum est -um. GAIVS dig. 8, 3, 8 viae latitudo ex lege XII tab. in porrectum octo pedes, in anfractum, id est, ubi -um est, sedecim. MIN. FEL. 17, 10 quid loquar apte disposita recta montium, collium -a *eqs.*? PRISC. periheg. 278 volucres fulgentibus alis, quis ducibus noctu cernuntur -a viarum.

i. q. perplexus, obscurus: PACVV. trag. 309 -a, non falsa autumare dictio Delphis solet. *Klee* (†).

fledomum *v.* phlebotomum. **flegm-** *v.* phlegm-.

flēmina (-um) *neutr. plur., raro sing.* **flēmen** [*corruptum esse videtur pro gr.* φλεγμονή, *cf. Brandis, de aspir. lat. quaest. sel. 43 sqq. Th.*]. *genus inflammationis vel tumoris in genibus. formam heterocliton* flemina, -ae *f. v. l. 47. 48, de* plemina *v. l. 36. 38, de* flegmon *sim. v. l. 32. 41. 44. 49.* PLAVT. Epid. 670 ita, dum te sequor, lassitudine (-em *P*) invaserunt misero in genua -a. PAVL. FEST. p. 89 -a dicuntur, cum ex labore viae sanguis defluit circa talos. PLIN. nat. 20, 24 -i (*sic vel* flagmini *codd.*, phlegmoni *edd.*) ipsos (*raphanos*) illinere tusos. 23, 28 *vitis nigra* in iumento homineque -a (*sic trad.*, phlegma *edd.*) aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. CAPER gramm. VII 99, 9 (*mala differentia*) -a sunt, ubi abundant crura sanguine, plemina, cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt (*eadem* BEDA gramm. VII 272, 17 GLOSS. IV 145, 9. V 474, 5. 608, 38 *cum lemmate* plemina *cf. et* AFRAN. com. 218 *ubi* plenam *pro* plemen *trad.*). PELAGON. 194 ad recentia -a quae sine vulnere curantur. 197 -a in geniculo. 200 -a sine ferro ut cures. 202 ad -a discutienda (VEG. mulom. 3, 28, 17 ad flegmonas discutiendas). 203 ad -a tollenda. CHIRON 46 sic curabis, sicut f⟨l⟩emina in genuis. 107 -n effusum sagitta in continentia causticum in genua impones (VEG. mulom. 2, 48, 6. 8 flegmon effundunt). *ibid.* curari -a. 109 in -a impositum. 576 de -bus in genuis. 648 curari ut sagittam exemptum -n (flumen *trad.*). 692 ut -a ... in pedibus prioribus curantur. 728 aqua frigida vulnus et -a curato. 873 ad -am veterem. 888 ut -am discutias. VEG. mulom. 2, 48, 1 in genibus vel articulis aut flegmon oritur aut marmora aut mallones ... flegmon tuber est molle, marmor *eqs.* 2. 83 flegmina in genibus ... curari. *cf.* APSYRTVS p. 156 ῥεύματα εἰς τὰ γόνατα ἐμπίπτοντα ἄτινα Ῥωμαϊστὶ λέγεται φλιμέλια. GLOSS. V 634, 37 -a sanguis in nervis diffusus. V 21, 37 (= 69, 28) -um vestem (vestis *vel* ventis 69, 28, -a pestis *Rutger Ouwens*) in qua sanguis ambulando in pedes fluit. IV 77, 26 (= V 457, 18. 501, 19) fleuma diffusio (*vel* defusio) sanguinis.

flēminōsus, -a, -um *a* flemen. CHIRON 872 malagma ad genua -a. *Vollmer.*

2 *vi incohativa debilitata vel prorsus evanida, i. q.* ***florere:*** **a** *proprie*: VAL. FL. 7, 363 in mediis -unt ignibus herbae Caucasei floris (*opp.* languescit). LACT. inst. 1, 20, 7 ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prospereque -rent. HIL. in Matth. 21, 8 *ficus* arbor dissimiliter a ceterarum arborum et natura et condicione -it. PRISC. periheg. 979 ventis semper -unt rura secundis. **b** *translate (acced. abl. l. 26. 36. 38; in c. abl. l. 30, c. acc. l. 29):* **α** *de hominibus vel de hominum congregationibus*: PLIN. epist. 5, 11, 2 patria nostra -it. paneg. 55, 9 contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate -it. ITALA Is. 27, 6 (Aug. un. eccl. 7, 15 p. 247, 3. p. 247, 12) germinabit et -et Israhel (VVLG. florebit). LACT. mort. pers. 52, 5 -entis ecclesiae (APRING. in apoc. 1, 11 ecclesia ... semper perpetuam -et in lucem). COD. Theod. 7, 20, 2, 2 quos (*filios veteranorum*) optamus -ere sollicitius. APRING. in apoc. 20, 4 in aeterna beatitudine -entes appareant *animae martyrum et fidelium Christianorum*. NOVELL. Iust. 37, 9 civitas imperialibus ... privilegiis exornata -at (*cf.* CORP. VIII 12242 [*municipium*] divino nutu semper -it). GREG. TVR. in psalm. p. 875, 30 adiuvatus Christus a patre -ente de sepulchro carne resurrexit. **β** *de vultu (fere i. q. nitere)*: DECL. in Catil. 31 vultum ... gratia meretricia -entem (CAEL. AVR. acut. 2, 10, 71 aegrorum vultus in ruborem -it). **γ** *de lusu deo Risui celebrato*: APVL. met. 3, 11 semper commenti novitate -it.

flōrētum virectum GLOSS. IV 343, 45. *a* flos.

flōreus, -a, -um *a* flos. *legitur nec comparat (sed cf. p. 927, 53) nec superl. confunditur in codd. cum* floridus: TIB. 1, 1, 12 (florea *codd. interpol.*) SERV. georg. 1 prooem. (*v. p. 927, 46*) MART. 9, 90 (*cf. Friedländer ad l., v. l. 63*) CLAVD. rapt. Pros. 2, 118 (*in versu spurio*), *cum* florus: *v. infra l. 54 et p. 927, 46. 51.*

1 *proprie:* **a** *i. q. de floribus factus*: PLAVT. Aul. 385 coronas -as (Men. 632 PERVIG. Ven. 44 SCHOL. Hor. carm. 3, 27, 29. *cf. l. 60*). MART. 8, 77, 4 cingant -a serta caput (APVL. carm. frg. 4, 1 Ps. DAMAS. epigr. 86[b] [= INSCR. christ. Rossi II p. 136 n. 13[a]], 4 tempora victricis *martyris* -a serta ligant. CLAVD. carm. min. 31, 10 -a conexis serta ... rosis. *cf.* carm. min. app. 2, 7 -a sertis tempora vincta). CLAVD. carm. min. 25, 104 -a purpureas adnectunt frena columbas (DRAC. Romul. 6, 75 -a ... frena *Veneris*). **b** *de agro i. q. ad florum culturam aptus, siquidem recte conicitur Varronem* agrum 'floreum' *dixisse, quem* SERV. *et posteriores dixisse videntur* 'florum', *cf. p. 927, 43 sqq.* **c** *i. q. flores generans, habens (cf.* SERV. Aen. 1, 430 *et* GLOSS. *l. 58 sqq.*): VERG. Aen. 1, 430 apes aestate nova per -a rura exercet ... labor (SERV. *ad l.* -a pro florida [GLOSS. IV 458, 6 per -a rura per florentes agros. V 201, 24 -a rura melius florida dicatur]. SERV. auct. *ad l.* aut florentia, nec enim de flore erant facta: -am coronam dicimus. *item* -a rura: PAVL. NOL. carm. app. 1, 38 DRAC. laud. dei 3, 311 EVG. TOLET. carm. 33, 7, 15 [= ANTH. 658]. EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 919[C] [*ἐν λειμῶνι*]. *cf. l. 69*). VAL. FL. 5, 343 -a ... verni ... iuga ... Hymetti. MART. 9, 90, 1 in gramine -o (*v. supra l. 42*) reclinis (CYPR. GALL. gen. 1148 -a gramina. *cf. etiam l. 72 sqq.*). CYPR. GALL. gen. 13 -a ventosis consurgent germina campis. PAVL. NOL. carm. 14, 111 spargite flore solum ... ver spiret hiems, sit -us annus ante diem. SIDON. epist. 1, 6, 3 si prati -as opes panda ... falce populeris. DRAC. laud. dei 1, 355 -a regna *sc. paradisi* (rura *C et rec. Eug.*). Romul. 10, 117 -a semita *Amoris*. ros. 2 -a prata. EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 920[A] domestica, silvestria, terrena, aquaria, -a (*τὰ ἀνθοφοροῦντα*). *tropice in sermone ecclesiastico*: SEDVL. epist. 1 p. 2, 13 herbam -i caespitis. op. pasch. 1, 1 p. 178, 14 iucunda -i graminis prata ... introite (1, 2 p. 180, 10 *verbum domini* ad illa me -i graminis loca perducat). VEN. FORT. carm. 5, 3, 25 -a divino pinguescat vinea cultu. 5, 9, 5 -a pascua Christi. **d** *fere i. q. ad flores pertinens*: CARM. de vent. poet. min. V 70 (= ANTH. 484), 22 abscessum solis Zephyri tuba -a servat. ARNOB. nat. 5, 24 -am messem (*i. florum collectionem; de Proserpina*). EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 colores odoresque -i (*ἀνθῶν εὐχροιαι καὶ εὐωδίαι*). CARM. epigr. 439, 1 ver tibi contribuat sua munera -a. **e** *i. q. e florum nectare factus*: PRVD. cath. 5, 15 favis ... -is.

2 *translate: i. q. florens*: TER. MAVR. 2154 cordi quando fuisse sibi canit *Sappho* (*frg. 33*) Atthida parvam, -a virginitas sibi cum foret.

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

flōriārium, -ī *n. a* flos, *cf.* viridiarium. *i. q. locus, ubi flores sunt: translate*: POTAM. tract. 1 p. 1413^{D} recedente ... anima, quae corporis -um recolebat, tota materies ... in putredinem relaxatur.

flōricolor, -is *a* flos *et* color.. *i. q. florum colorem habens*: ANTH. 703, 1 hoc sibi lusit opus (*i. strophium*) de stamine -e *puella*.

flōricomus, -a, -um *a* flos *et* coma. *i. q. florei coloris comis ornatus*: AVIEN. Arat. 1000 -o ... vere. 1763 -is hymenaeis. AVSON. 393, 49 -a ... in Aetna. ANTH. 866, 11 quod -is gaudet lasciva *rosa* metallis (*i. rosae floribus metalli sive auri colorem referentibus*).

floridē *v.* floridus.

flōridulus, -a, -um [*a* floridus *deminutive. Th.*] *i. q. florens*: CATVLL. 61, 193 uxor in thalamo tibi est ore -o nitens alba parthenice velut luteumve papaver.

flōridus, -a, -um [*cf. c.* florere, flos. *Th.*] *comparat. legitur inde a* CIC.; *superl. non extat.* ISID. diff. 1, 246 -a sunt arbores et herba, floruleuta campi vel prata. GLOSS. *ἀνθηρός*. [*loci dub.*: PERVIG. Ven. 13 *Dione* gemmis purpurantem pingit annum -is (*coni. Rigerus*; florib. *codd.*). CLAVD. carm. min. app. 5, 33 rubor et candor pingunt tibi -a vultus (*videtur nomen proprium esse, cf. Riese ad* ANTH. 742, 33). *confunditur cum* floreus *v. p. 924, 41.*] [*it.* fiordo. *M.-L.*]

1 ***proprie:*** *i. q. flores habens, florens*: VARRO rust. 3, 16, 7 *apibus* -os et incultos natura attribuit montes. CATVLL. 61, 21 ramulis. 63, 66 corollis. LVCR. 5, 785 -a fulserunt viridanti prata colore (PLIN. epist. 5, 6, 11). PRIAP. 86, 10 -o mihi (*Priapo*) ponitur picta vere corolla (AVSON. 384, 6 -um ... ver). CVLEX 70 -a cum tellus, gemmantes picta per herbas vere notat dulci distincta coloribus arva (ELEG. in Maecen. 1, 144 tellus ... -a semper eris [*sc. tumuli*]. COLVM. 10, 166 PETRON. 134, 12). CVLEX 407. TIB. 1, 1, 12 serta (1, 2, 14 OV. fast. 6, 312 CARM. epigr. 1136, 6). OV. trist. 5, 6, 38 -a quam multas Hybla tuetur apes (MART. 2, 46, 1). COLVM. 10, 146 -a cum suboles materno pullulat arvo. APVL. met. 10, 29 quod ve⟨r⟩ ... gemmulis -is cuncta depingeret. SERV. Aen. 1, 430. HYG. astr. 2, 4 p. 35, 5 qui (*Icarius*) cum sevisset vitem et diligentissime administrando -am facile fecisset. VVLG. cant. 1, 15 lectulus noster -us (*i. in terra floribus ornata, aliter* APON. 3 p. 55). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 167^{A} tempus ... -um venit. CASSIOD. in psalm. 131, 18 p. 954^{A} amoenitates camporum -is coloribus induuntur. *c. abl. i. q. floribus ornatus*: APVL. met. 4, 27 maritum ... coronis -um. *i. q. aspectum floris praebens*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 144^{A} uva florens cyprus dicitur, ferens ... -um quendam fructum in modum florentis uvae prolatum. *i. q. ex floribus factus*: ISID. carm. 22, 1 unguenti genera ... -a plura. *n. plur. pro subst. i. q. flores*: CLAVD. MAM. epist. p. 205, 14 e summis auctoribus ... doctiora quaeque velut thyma fragrantia et fecundiora veluti quaedam -a praecerpens.

11 ***translate:*** *fere i. q. florens, vigens, pulcher* (*acced. abl. rei l. 56. nota genet. l. 48*):

1 *de hominibus* (*v. etiam infra l. 73 sq.*): CATVLL. 61, 57 puellulam. OV. met. 13, 790 -ior pratis *Galatea*. SIL. 12, 482 aevi -ior Fabius. CYPR. epist. 21, 3 p. 531, 8 -iorum (*sc. confessorum qui propius ad coronam martyrii accesserunt*) ministerium (*sc. diaconi*) percepisse (*v. infra l. 65*). ARNOB. nat. 5, 21 p. 192, 19 bene validam, -am *puellam*. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 11 p. 1193^{C} per spiritum ... sanctum adhaerentes sibi ... sapientia -os reddit. CASSIOD. in psalm. 101, 12 p. 712^{B} beneficio ... vitali subducto, quod nos vegetat et virentes et -os reddit, in ariditatem peccati absolute perducimur. CARM. epigr. 378, 2 bis senos explesset -us annos. 1249, 2 olim Caesareis -us otiens.

2 *de rebus incorporeis*: **a** *de rebus variis*: CATVLL. 68, 16 iucundum cum aetas -a ver ageret (VVLG. prov. 17, 22 animus gaudens aetatem -am facit. CASSIOD. in psalm. 24, 6 p. 178^{B} iuventutem ... -am aetatem posuit. CARM. epigr. 473, 2 cum frui debueram aetate -a luce). LVCR. 5, 943 multa ... novitas tum -a mundi pabula dura (dira *codd.*) tulit. VITR. 9 praef. 2 Pythagorae ... praecepta ... recentes et -os edunt fructus. APVL. met. 2, 12 gloriam satis -am. CYPR. epist. 21, 1 p. 530, 3 cum essem et ego in tam -a confessione (*i. confessio coronam martyrii promerens. ibid.* 21, 4 p. 532, 16. *cf. supra l. 49*). RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 -a severitas disciplinae. AVG. c. mend. 10, 24 p. 499, 18 (*inter exempla locutionis figuratae*) -am iuventutem (CARM. epigr. 1504^{A}, 2 -am iuventam). MACR. sat. 2, 8, 1 memoria -a et amoenitas ingenii. SIDON. epist. 7, 4, 2 melleas, sanctas et -as ... blanditias. CORP. V 4754, 9 (= CARM. epigr. Engstr. 196) -os cito, mors, eripis annos. INSCR. christ. Rossi II p. 276, 21, 2 tempora. **b** *de sermone, scriptis* (GLOSS. -a oratio): CIC. Brut. 285 *Demetrius Phalereus* est -ior quam Hyperides. SEN. contr. 4 praef. 3 *Asinius Pollio* -ior erat aliquanto in declamando quam in agendo. SEN. epist. 114, 16 sententiae -ae sunt et nimis dulces. QVINT. inst. 2, 5, 18 *primum legendum* -ius genus *scriptorum*, ut ad alenda primarum aetatium ingenia magis accommodatum. 8, 3, 74 similitudinis genus ... facit ... orationem sublimem, -am, iucundam, mirabilem (MACR. sat. 5, 1, 5 *orator* alius pingui et luculenta et -a oratione lascivit. 5, 1, 12 hoc ... quo cultu, quam -a oratione ... profertur). inst. 12, 10, 58 *genus dicendi* -um, namque id *ἀνθηρόν* appellant; *opp.* subtile *et* grande atque robustum (FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126, 6 *ἰσχνὸν genus dicendi* est aut severius aut -ius. MACR. sat. 5, 1, 7 *genus dicendi* pingue et -um). GRAMM. VI 274, 5 poematum versificationes laudantur ... -a et venusta. AVSON. 407, 2 (= SYMM. epist. 1, 32) ille suavissimus, ille -us tui sermonis afflatus ... vanescit. SCHOL. Cic. Gron. D p. 302, 2 St. -ae partis *orationis Roscianae*. RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 174^{A} eloquentia (MACR. sat. 5, 1, 19 eloquentia Maronis ... nunc sicca nunc -a). *n. plur. pro substantivo*: -a *titulus libri* APVLEI, *sc. -arum sermonum partium collectio.*

3 *de rebus corporeis*: CIC. Tusc. 3, 43 expones, quae spectet -a et varia. VITR. 1, 2, 5 *Corinthi generis* graciliora et -a foliisque et volutis ornata opera. SVET. Galba 20, 2 formam ... adhuc -am et vegetam. APVL. met. 2, 2 os quoquoversum -um. 2, 7 palmulis. 2, 8 -ae vestis hilaris color (7, 8 veste muliebri -a. HIER. in Ezech. 16, 10 p. 153 *et* 154 -um *sc. vestimentum*. MART. CAP. 1, 71 -am discoloremque vestem. *cf.* APVL. met. 10, 34 torus ... veste serica -us). met. 8, 15 luce clara et die iam provecto et sole -o. PS. CYPR. aleat. 2 *extr.* vellera ... -a. OP. imperf. in Matth. 1 p. 622 sicut unguentum et in hieme -um est et boni odoris (*cf. p. 927, 11*). *speciatim de colore*: CIC. de orat. 3, 98 quanto colorum pulchritudine et varietate -iora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus. PLIN. nat. 35, 30 sunt autem colores austeri aut -i *eqs.* 35 97 nimis -is coloribus. 35, 120. APVL. met. 4, 13 picturae. SCHOL. Hor. ars 2 pennas variis coloribus natura -as. AVIAN. fab. 15, 12 -a terga *pavonis*. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 117 sputa ... vel spumosa vel -a. *cf. Onomast.*

adv. **flōridē.** APVL. met. 11, 24 -e depicta veste. CARM. epigr. 686 (= INSCR. christ. Rossi I 654 [*a. 427*]), 16 -e, non aliter, venerandus Floride perge caelestis per regna dei. *comparativus*: LACT. mort. pers. 3, 4 p. 177, 13 *ecclesia* multo clarius ac -ius enituit.

florifer, -a, -um *a* flos *et* ferre. PRISC. gramm. II 26, 11 flos, floris, -r. GLOSS. *ἀνθοφόρος*. IV 345, 11 frugifer, fructifer, -r. *i. q. flores ferens, florens*:

1 *proprie*: LVCR. 3, 11 -is ut apes in saltibus omnia libant. SEN. Oed. 649 vere -o. PAVL. NOL. epist. 32, 14 p. 289, 8 ardua -ae crux cingitur orbe coronae. 32, 17 p. 292, 12 -i caeleste nemus paradisi. BOETH. cons. 4, 6, 26 vere ... spirat -r annus odores. CASSIOD. in psalm. 79, 19 p. 585^{B} prati -i. compl. in lac. 1, 2 p. 1577^{C} mundi ... divitias, tamquam fena -a, videmus posse transire. *i. q. florum nectarem ferens*: LVCAN. 9, 290 *apes* studium ... laboris -i repetunt.

2 *translate*: CASSIOD. in psalm. praef. p. 9^{D} -as sedes *caelestes.*

flōrifertum dictum, quod eo die spicae feruntur ad sacrarium PAVL. FEST. p. 91. *de etymologia v. Wissowa, Rel. u. Kult.*^{2} *p. 198, 7.*

flōrigenus, -a, -um *a* flos *et* gignere. *i. q. flores gignens*: CARM. de resurr. 209 numquam -is (florigeris *Aldhelmi recensio*) similes (*sc. flores*) nascuntur in hortis. [*loc. corrupt.*: CLAVD. carm. min. app. 5, 14 = ANTH. 742, 14 *v. p. 933, 64.*]

flōriger, -a, -um *a* flos *et* gerere. *i. q. flores gerens*: **1** *proprie*: CARM. epigr. 1233, 18 (*saec. III*) -o in prato. CLAVD. MAM. epist. p. 205, 10 apicula caelitus deciduum (*sc. mel*) haustu capiens fabrefactis (*subst.*) manso (*i. alveari*) -is infundit. SEDVL. carm. pasch. 2, 2 expulerat primo genitum saevissimus anguis -a de sede virum (op. pasch. 2, 1 p. 197, 1 de paradisi sede -a). VEN. FORT. carm. 3, 9, 1 tempora -o rutilant distincta sereno. ANTH. 481, 103 (*de scopa*) -as gero comas, dum maneo silvis. **2** *translate*: CASSIOD. inst. div. 32 p. 1147^{C} (*de scripturis sanctis*) sunt -i campi. VEN. FORT. virt. Hil. 1, 1 -a perenniter caritate vernantibus ecclesiae habitatoribus.

?flōrigerē *adv.* FVLG. myth. 3, 5 p. 65 Epicarmus (*cf. Kaibel, Com. graec. frg. I 302 p. 147*) ita ait: *κυνθοειδὴς* (*'finxitne ex κάνθων-δης?' Heim*) *στεφηφορος ... προβέβηκε Χρύσαλος*, id est -e (floriger et? *Heim*) coronatus atque ebrius processit Crisalus.

flōrilego *ἀνθολογῶ* GLOSS. III 124, 28. *a* florilegus.

flōrilegus, -a, -um *a* flos *et* legere. OV. met. 15, 366 -ae ... apes.

[**flōrinacus** *vox corrupta.* PELAGON. 278 equus aeluris -us (*ita trad. in praecantatione.* equus telluris flori natus *Bücheler, Rhein. Mus. 45, 1890, 332*).]

flōrio, -īvī, -īre *v.* floreo *p. 916, 52.*

flōriparus, -a, -um *a* flos *et* parere. *i. q. flores pariens*: AVSON. 346, 1 -um ... ver.

flōrisapus, -a, -um *a* flos *et* sapere. *i. q. florum saporem habens*: CARM. epigr. 1552^{A}, 90 (*saec. II init.*) ut semper domus haec thymbraeo nectare dulcis sudet, -os dum dant nova mella liquores.

[**flōrisso,** -are *a stirpe* flor- *verbum incohativum fictum.* VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 16 H. -o, -as.]

flōritio, -ōnis *f. a* florere *vel* florire. *i. q. status florendi*: HIER. hom. Orig. in cant. 2, 519 p. 1132^{C} initium ... -is in germine.

flōrōsus, -a, -um *a* flos. *i. q. floribus ornatus*: VEN. FORT. carm. 5, 6 vers. 8 (*de paradiso*) -a sede.

[**flōrulentulus** *v. l. 79.*]

flōrulentus, -a, -um *a* flos. *comparat. legitur* AMBR. obit. Valent. 11 *v. p. 927, 14* RVFIN. Orig. in cant. 2 *v. p. 927, 9; superl. deest.* ISID. diff. 1, 246 florida sunt arbores et herba, -a campi vel prata. SERV. Aen. 12, 605 *crines* floros ... id est -os (floruleutulos *ASH*), pulchros. GLOSS. floscida -a, floribus plena. *i. q. flores habens, florens*: **1** *proprie* (*accedit abl. rei l. 83. p. 927, 1*): SOL. 7, 18 *Hymettus* apprime -us. FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 16 roscidos -i velleris colles. SALV. gub. 7, 8 regio ... -a pratis fuit. ENNOD. dict. 1, 6 p. 424, 25 anni renascentis infantia -a. ISID. Goth. 1^{a} chron. II p. 267, 8

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tu (*sc. Hispania*) -a campis, montibus frondua. *tropice*: FVLG. Virg. cont. p. 84, 20 fasciculo, quem tibi Hesperidum -is decerpsimus hortulis (aet. mund. p. 129, 14 -is Pieridum ... hortulis). *neutr. plur. pro subst.*: AMBR. hex. 1, 4, 13 horrentibus pruinis -a miscere. **2** *translate*: **a** *de rebus corporeis*: PERVIG. Ven. 19 pudorem -ae prodiderunt purpurae *sc. genarum* (FVLG. myth. 1 praef. p. 7, 11 guttas -ae mane rorat purpurae umor algens). AMBR. epist. 64, 6 p. 1221^{B} cibum ... *animae* suavem ac -um. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 120^{C} purior et -ior est lux *diei*. *de odore* (*cf. p. 926, 16*): AMBR. in psalm. 118 serm 5, 36, 1 (*trop.*) sume ... has nares, ... ut a graveolentibus -a secernas (*syn.* 34 bene olentia discernat et foetida). **b** *de rebus incorporeis*: VIGIL. TRID. ad Simplic. 8 p. 556^{D} *prope est Christus* -ae legis ruminator in gentibus. AMBR. obit. Valent. 11 p. 1362^{B} *iuvenis* aetas est -ior. 77 p. 1581^{B} ex hoc arido et inculto loco ad illas -as (*sc. caelestes*) delectationes *ascendit*. inst. virg. 13, 86 p. 326^{A} excipiatis ... suavis misericordiae gratiam (gratiae *codd.*) -am. VEN. FORT. praef. 3 pomposae facundiae -a germina. SIGIST. epist. -is apicibus (*i. litteris*). **c** *de hominibus*: PRVD. perist. 10, 192 *Apollo* dicavit -um (-am *codd. nonnulli*) succubam (*sc. Hyacinthum*).

flōrus, -a, -um [*sunt qui acquent c. cambr.* blawr '*canus, subalbidus, colorem mucoris vel ferri habens*', *scott.* blār '(*bos*) *cal(l)ida* (λευκομέτωπος)'; *v. Walde, Lat. Etymol. Wörterbuch s. v.* flavus. *Th.*] *compar.* (*?*): *infra l. 53*. [*legitur ex coniectura Scaligeri non necessaria* PACVV. trag. 362 (*v. p. 933, 50*). *ad nomen proprium pertinet* CORP. VI 10226 = CARM. epigr. 1119, 6 (*sed cf. Bücheleri adn.*), *ad* flos CORP. IX 5925 florae (*v. p. 935, 44*); *ad* floreus *an ad* florus *pertineant dubites de locis infra l. 43 sqq. allatis, aeque de* GLOSS. V 295, 19 floris hilaris. 362, 41 flores hilares.] **1** *significat colorem* (*ut videtur, flavum*): NAEV. trag. 45 ut videam Volcani opera haec flammis fieri -a. *de crinibus, lanugine sim.*: SERV. Aen. 12, 605 ('flavos [*sic Vergilii codd.*, floros *edd.*] Lavinia crines et roseas laniata genas') antiqua lectio '-os' habuit, id est florulentos, pulchros (*v. infra l. 41 sqq.*): et est sermo Ennianus (ENN. frg. inc. 24). SERV. auct. *ibid.*: Probus sic adnotavit: neotericum erat 'flavos' (fluvium *cod., corr. Daniel*); ergo bene -os (*Daniel*, flores *cod.*): nam sequitur 'et roseas laniata genas'. Accius in Bacchis (ACC. trag. 255) 'nam -i crines, video (et *cod.*), propessi iacent', in iisdem (ACC. trag. 246) 'et lanugo (laguna *cod.*) -o (-a *Scriverius*) nunc demum irrigat (*sc. genas*)'. Pacuvius Antiopa (PACVV. trag. 19) 'cervicum -os dispergite (*Delrio*, disperdite *cod.*) crines'. GAVIVS BASSVS *ap.* Gell. 3, 9, 3 equum ... colore poeniceo, -a (florea *Y*, flava ς) et comanti iuba. **2** *posteriores a* flos *derivatum esse putant, cf.* PROB. *l. 34* SERV. Aen. 12, 605 *l. 30 sqq.* GLOSS. *ἀνθηρός*. *dubitanter huc rettulerim*: SERV. georg. prooem. p. 129, 1 omnis terra, ut Varro docet, quadrifariam dividitur: aut ... arvus est ager, id est sationalis, aut consitus ... aut pascuus ... aut -us (*sic cod. Lemov.*, floreus *PH*, floridus *VMA*^{2}, floribus *A*^{1}; *utrum* -us *an* floreus *scripserit Varro, non satis constat, cf.* floreus *p. 924, 53 sqq.*), in quo sunt horti apibus congruentes et floribus (ISID. orig. 15, 13, 6 [-us *codd. praeter C, qui* florens]. GLOSS. V 201, 25 [-us *cod.*]). georg. 2, 177 de arvo (*sc. agro*) et de consito et de pascuo et de -o (*PM*^{1}, floreo *AHP*^{2}]. 4, 1 ('protinus aerii mellis caelestia dona exsequar') protinus ... -um (*sic codd.*, floreum *vg.*) agrum exsequar. *huc pertinere videtur comparativus* (*nisi a* floreus *derivare mavis*): GARG. MART. pom. 2, 11 praecoqua (*sc. poma*) ... pruinis insita -iora sunt. *cf. Onomast.*

✖**flōs,** -ris *m.* [*cf. c. hibern.* blāth *got.* blōma *theodisc.* bluost 'flos' *et c. osc.* Fluusaí 'Florae', *vestin.* (mesene) Flusare 'mense Florali'. *Th.*]. *de formis*: flus: *v. p. 932, 77*. *abl. sing. scribitur* florae: CORP. IX 5925; florei: CARM. epigr. 510, 4. *cum apice*: flōribus: CARM. epigr. 29, 7. *notatur in titulis*: f(los): CORP. IV 5667 *sqq.* suppl. add. ad n. 2570 p. 724. XV 4721 *sqq. al.* fl(os): CORP. XV 4690. *de genere*: PROB. nom. gramm. IV 213, 18 -s generis masculini est. *sequuntur loci Vergilii, Terentii* (*cf.* CAPER gramm. VII 101, 15 DVB. NOM gramm. V 578, 20). GLOSS. -s ipse (*v. p. 934, 61*) et masculino genere dicitur (dicuntur *cod.*) et neutro. *legitur genus neutr.*: CARM. epigr. 103^{C} (Corp. V 5701), 10. 1184 (Corp. VI 18385), 13 -s ... novum. *ibid.* 18 hoc -s (*sed* 17 hos -es). GARG. MART. cur. boum 23 AVSON. 174, 9 PELAGON. 219. 239. 260 CHIRON 515. 613. 614. 764. 805. 810. 846 (*semel masc.* 805). GLOSS. -s album. *fluctuant codd. inter ntr. et masc.*: THEOD. PRISC. eup. faen. 35. 37. 46. *fem.*: VITA Caes. Arel. 1, 35 (*v. p. 930, 24*); *aliter p. 928, 37 et in constructione q. d. κατὰ σύνεσιν*: CARM. epigr. 565, 3 (*de puella*) -s aetatis hic iacet ... condita saxo. *de notione*: GLOSS. *ἄνθος*. *v. etiam p. 933, 37*. *legitur inde a* LIV. ANDR., ENNIO, PLAVTO. *sing. sensu collectivo: v. p. 928, 59. 929, 9. 930, 69. 931, 14. 45. nota lusum*: CARM. epigr. 1594, 3 flor(i)bus Florum ... condecoretis. FAVST. REI. epist. 12 p. 219, 9 Florentium ... morum -bus adornatum. ARATOR ad Flor. 1 meriti -em, ..., Floriane, tenes. [*loc. dub. vel corrupt.*: CARM. epigr. 986 (Corp. XI 6125), 1 qui legis et -es viae carmina pia (*ad* floreo *probabilius refertur quam ad* -s, *cf. Bücheler*). VERG. georg. 4, 231 fetus *MR*, flores *P et v. l. apud Serv. auct.* OV. rem. 103 fructum *R*, flores *vulg.* PLIN. nat. 12, 106 APVL. Plat. 2, 18 PANEG. 8 (5), 10, 4 AVIEN. Arat. 107. *ex coniectura Bentleii*: OV. fast. 5, 525. *Marinii*: VITR. 7, 5, 3. *ex falsa vocis hebraicae translatione*: VVLG. Ier. 48, 9 date -em Moab, quia florens egredietur (*hebr.* צִיץ *quod hoc loco singulariter* '*alam*' *significat*; *δότε σημεῖα* LXX; *δότε ἄνθος Aquila*).] [*val.* floare, *it.* fiore, *francog.* fleur, *hisp.* flor. *M.-L.*] *i. q. gr.* ***ἄνθος***.

I ***proprie*: A** ***sensu strictiore*: 1** *in universum* -es, *qui in agris, arboribus sim. sunt*: CIC. Verr. 5, 107 *Hennam* circa ... sunt plurimi atque laetissimi -es omni tempore anni (CLAVD. rapt. Pros. 2, 72 Henna parens -um). Tusc. 5, 37 (*de arboribus herbisque*) neque est ullum, quod non ita vigeat, ... ut aut -es aut fruges fundat aut bacas. Cato 54 res rusticae laetae sunt ... -um omnium varietate. 59 suavitatem odorum, qui afflarentur ex -bus. nat. deor. 2, 98 terra universa cernatur ... vestita -bus, herbis, arboribus, frugibus. *al.* Q. CIC. carm. frg. 3 cornua ... -um (*i. veris*) praenuntia Tauri. LVCR. 1, 8 *Veneri* suaves daedala tellus summittit -es. 2, 33 anni tempora conspergunt viridantes -bus herbas (5, 1396. OV. am. 3, 5, 9 variis immixtas -bus). CATVLL. 64, 282. VARRO rust. 1, 44, 4 si -em acerbumve pirum aliudve decerpseris (*v. vol. V p. 157, 69 sqq. 158, 9, cf. infra l. 25*). 1, 46, 1 *al.* CAES. Gall. 7, 73, 8 (*de quodam genere munitionis*) id ex similitudine -is lilium appellabant. VERG. ecl. 3, 92 qui legitis -es (OV. met. 4, 315. 5, 554 cum legeret vernos Proserpina -es. Pont. 3, 4, 63 lectis exhausto -bus horto. COLVM. 10, 268 ARNOB. nat. 1, 36. 5, 24. 37. *v. p. 931, 34. cf.* OV. met. 5, 399 collecti -es *et p. 929, 2*). ecl. 9, 41 varios hic flumina circum fundit humus -es. *al.* georg. 2, 134 -s (*sc. arboris mala Medica ferentis*) ad prima tenax. *al.* Aen. 1, 694 *al.* LYDIA 67 CVLEX 410. HOR. carm. 2, 11, 9 non semper idem -bus est honor vernis. 3, 27, 44 recentes carpere -es (*v. vol. III p. 492, 2 sqq., cf. supra l. 16*). 3, 27, 29 *Europa* in pratis studiosa -um. PRIAP. 51, 13 amygdalum ... -e purpurae fulgens. CARM. de mens. 3 (Anth. 665), 7 Veneris mensis, quo -bus arva prompta (compta *Riese*) virent. OV. rem. 188 ver praebet -es. met. 1, 108. 5, 266 innumeris distinctas -bus herbas. *al.* fast. 4, 945 -um dea (*i. Flora*. 5, 183 mater ... -um). *al.* trist. 4, 1, 57 *al.* GRATT. 486 per -es medio in discrimine luci stravere arma. MANIL. 3, 653. 5, 256 *al.* GERM. frg. 4, 4 SEN. Phaedr. 513 *al.* dial. 7, 9, 2 CVRT. 5, 4, 8 COLVM. 3, 8, 4. 10, 20 *al.* PETRON. 127, 9 CALP. ecl. 4, 110. OPPIVS Macr. sat. 3, 18, 7 iuglandes germina atque -es agunt. PLIN. nat. 19, 169 -e rufo et protinus deciduo. 21, 64 -um prima ver nuntiat viola alba. 37, 163 *gemmam* coloris orobini, veluti -bus sparsam. *al. passim*. STAT. Theb. 5, 580 -bus ... vernis assuetae spargere nymphae. MART. 9, 11, 3 nomen (*Earini*) ... Hyblam ... sapit Atticosque -es. 9, 60, 2 seu rubuit tellus Tuscula -e tuo (*sc. coronae*). PLIN. epist. 7, 9, 11 SVET. Don. vita Verg. p. 1, 10 Br. FLOR. epit. 1, 16, 3. FRONTO p. 197 N. quis tempus prorogat pomis mitibus aut -bus marcescentibus? GELL. 9, 4, 10. APVL. met. 4, 2 -is genialis (*i. rosae*) regius nitor. *al.* MIN. FEL. 17, 7 *al.* TERT. resurr. 12 p. 41, 9 *al.* NEMES. ecl. 4, 21 *al.* PALLAD. 1, 6, 4 *passim*. SERM. dominic. 4, 1 Migne 13, 649^{D} (*de dominica in palmis*) dicitur ... dies palmarum sive -um atque ramorum. *ibid.* dies ... -um idcirco dicitur, eo quod ... ecclesia ... hac die prae ceteris ... -es benedictos et consecratos cantando portare voluerit. AVIEN. Arat. 1686 (*inter signa ventorum*) iam ... super latices -um volitare senectam (*i. albos flocculos seminum*). *al.* AVSON. 417, 100 *al.* VVLG. *passim*. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 144^{A} omne quidquid est in odoribus et -bus suavitatis. *al.* CLAVD. 17, 273 fluxit ... Aganippe largior et docti riserunt -bus amnes (carm. min. 30, 72 Callaecia risit -bus). *al.* AVG. civ. 22, 24 p. 615, 19 D. in coloribus et odoribus -um. VAL. CEM. hom. 6, 7 *vitis* solstitiali -e composita. 19, 2 agricolae arista fructus perfecto -e commendat. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 912^{A} -um imbecillitate (*τὸ ἀδρανέστατον ἄνθος*). CARM. epigr. Engstr. 369, 4 de -e novo. *de -bus in sepulcro nascentibus v. p. 931, 19 sqq.* *sing. collective*: LVCR. 5, 671 florescunt tempore certo arbusta et certo dimittunt tempore -em. 6, 787 est ... arbos -is odore hominem taetro consueta necare. PROP. 1, 20, 40 OV. fast. 1, 345. 4, 430 picta ... dissimili -e nitebat humus. 4, 432. 5, 211 *hortum* implevit generoso -e maritus *Florae*. trist. 3, 12, 7 prata ... pubescunt variorum -e colorum. *al.* VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 montem Hymettium thymi -e redolentem. COLVM. 4, 28, 1 antequam -em vitis ostendat. AVIEN. orb. terr. 1124 -e frequenti pinxit terra sinus. *et passim apud posteriores, velut* CLAVD. carm. min. 20, 12 *rusticus* autumnum pomis, ver sibi -e notat. *nota*: CLAVD. 10, 246 -e sub uno ... geminae Paestana rosae per iugera regnant ('*de rosario*' *Birt*; '-s *hic ... pro tempore et loco, quo una florent, accipi videtur*' *Gesner. cf. B 1*). -es *pastus apium*: VARRO Men. 432 quam (*ceram Tarentinam*) apes Milesiae coegerint ex omnibus -bus libantes. rust. 3, 16, 22 *apium* primores vernos pastus ... ex -bus uncis Graecae *eqs. al.* VERG. ecl. 1, 54 saepes Hyblaeis apibus -em depasta salicti. georg. 4, 54. 205. Aen. 6, 708 in pratis, ubi apes ... -bus insidunt variis. OV. am. 1, 12, 9 ars 1, 96 VAL. MAX. 1, 6 ext. 3. SEN. epist. 84, 3 apes ... -es ad mel faciendum idoneos carpunt (COLVM. 9, 14, 18 idoneos ad fetum decerpunt -es *apes*). *al.* CALP. ecl. 2, 20 ausa est daedala nectareos apis intermittere -es. 3, 80 vixdum bene -em degustarat apis. PLIN. nat. 11, 14 *al.* SIL. 2, 218 QVINT. inst. 1, 10, 7. PS. QVINT. decl. 13 argum. AVIEN. Arat. 1767. *cf. etiam p. 930, 22*. *nota: plur. de eis, quae apes ex -bus deportant (sim. Theocr. 7, 81 ἄνθη de -um nectare), ut fere sit i. q. -um pollen ab apibus congestum*: VERG. georg. 4, 39 fucoque et -bus oras explent *apes*. 4, 250 -bus horrea

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

texent *apes*. TIB. 2, 1, 49 rure leves verno -es apis ingerit alveo. OV. met. 13,928 non apis inde tulit collectos sedula -es (sedula *Prisc.*, semine *codd.*; *cf. Magnus ad l. et Helm, Gött. gel. Anz. 1915, 548*). PLIN. nat. 11, 20 *apes* -es aggerunt pedibus. 11, 21 quae -es comportant *eqs.* 11,58 in convehendis -bus. 11,66 nimia -um satietate. *tropice*: PLIN. epist. 4, 3, 3 quae scribis, complere apes -bus et nectare (*Sichard.*, et innectere *codd.*) videntur. AMBR. virginit. 16, 98 quod (*mel*) diversarum virtutum concretum -bus illarum apum ... opere congregatum. *item sing.*: PLIN. nat. 11,48 rex statim mellei coloris, ut electo -e ex omni copia factus. 21, 72 -e *corni arboris* ... degustato ... moriuntur *apes*.

significantur genera -um: adiectivis: CATVLL. 61, 93 talis in vario solet ... hortulo stare -s hyacinthinus. *aliter*: PLIN. nat. 21, 51 -s eius (*cyclamini*) Colossinus in coronas admittitur. *cf. etiam l. 49. 50 et p. 933,48 sq.* -s genialis *i. rosa v. p. 928, 43*, -s soporifer *i. papaver*: STAT. Theb. 10, 107. *adiectiva -um colores significantia v. p. 937, 10 sqq.* *genetivo*: CIC. nat. deor. 2, 16 oleae. VARRO rust. 3, 16, 26 siserae. *al.* CATVLL. 61, 6 amaraci (*v. p. 931,25*). LVCR. 2, 628 rosarum (HOR. carm. 2, 13, 14 nimium breves -es amoenae ... rosae. 3, 15, 15 -s purpureus rosae. 3, 29, 3. 4, 10, 4 puniceae -e ... rosae. MANIL. 5, 259 vernantis ... rosae rubicundo sanguine -em. CELS. 4, 22, 3. 7, 12, 1[E] PLIN. nat. 27, 21 *al. saepe*. CORP VI 9626 -s rosa *collect.*). VERG. ecl. 2, 48 -em ... bene olentis anethi (COLVM. 10, 120 bene odorati -es ... anethi). georg. 2,71 castaneae. 2,72 albo -e piri. Aen. 11, 68 demessum pollice -em seu mollis violae seu languentis hyacinthi (*hinc* COLVM. 10, 304 pollice molles demetitis -es). OV. am. 1, 12, 9 longae ... cicutae. met. 15, 80 thymi (CELS. 5, 28, 14[B] VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 *v. p. 928, 64*). *al.* PAVL. FEST. p. 220 carduorum. *similia saepe apud* CELS. COLVM. PLIN. nat., *posteriores*.

-es *mytho quodam, superstitione, vi magica insignes: hyacinthus*: VERG. ecl. 3, 107 quibus in terris inscripti nomina regum (*sc. Hyacinthi et Aiacis, cf. Plin. nat. 21, 66*) nascantur -es. OV. met. 10,206 *sqq.* 212. 216 AI AI -s habet inscriptum. 13,395 *sqq.* fast. 5,223 COLVM. 10, 175 PETRON. 83, 3 AVSON. 220, 5. 345, 2. *narcissus*: OV. met. 3, 509 croceum pro corpore *Narcissi* -em inveniunt *nymphae*, foliis medium cingentibus albis. STAT. Theb. 7, 342 (*cf.* SCHOL. *ad l.*) PROB. Verg. ecl. 2, 48 AVSON. 96, 3. *alii*: OV. met. 4, 268 violae ... simillimus ora *Clyties* -s tegit, *sc.* ἡλιοτρόπιον (*cf. quae sequuntur*). 4, 283 Crocon in parvos versum cum Smilace -es. 9, 344 guttas e -e (*sc. loto, quae fuerat Lotis nympha*) cruentas decidere. 10, 728 cruor *Adonidis* in -em *anemones* mutabitur (10, 735 -s de sanguine concolor ortus). 14, 291 -em ... album, moly (*cf. Hom. Od. 10, 302 sq.*) vocant superi (*cf.* PRIAP. 68, 21 radix [*sc.* μῶλν], de qua -s aureus exit). fast. 5, 252 quod petis (*sc. gravidam fieri*) Oleniis ... missus ab arvis -s dabit (*cf. Usener, Kl. Schr. IV 129*). PAVL. FEST. p. 87 *faba* putatur ad mortuos pertinere ... et in -e eius luctus litterae apparere videntur (*cf.* VARRO frg. Plin. nat. 18,119). VAL. FL. 7, 356 Prometheae -em de sanguine fibrae Caucaseum promit *Medea*. STAT. silv. 2, 1, 205 Elysii ... optunso pallentes germine -es (5, 1, 257 Elysios ... -es. *cf. locutiones Christianas p. 931, 58 sqq.*). ARNOB. nat. 5, 7 fluore de sanguine *Attidis* viola -s nascitur.

-es *in locutionibus tropicis vel in parabolis: de hominibus rebusque humanis: spectatur integritas, praestantia, pulchritudo* (*cf. IIB 2*): CATVLL. 62, 39 ut -s in saeptis secretus nascitur hortis, ignotus pecori, nullo convulsus aratro (*cf. l. 75 sqq.*), quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber ... sic virgo *eqs.* STAT. silv. 2, 1, 107 ille velut primos expiraturus ad austros mollibus in pratis alte -s improbus (*cf. Vollmer ad l.*) extat, sic ... vultu gressuque superbo vicerat aequales *puer*. COMM. instr. 2, 26, 9 (*de lectoribus*) vos -es in plebe. PRVD. cath. 12, 125 (*de pueris in Bethlehem necatis*) -es martyrum. VVLG. cant. 2, 1 ego -s campi et lilium convallium (*allegorice de Christo dictum putant* ECCL., *cf.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 149 APON. 3 p. 57). Sirach 24,23 ego (*sapientia*) quasi vitis fructificavi *eqs.* ..., et -es (ἄνθη) mei fructus honoris et honestatis. 39,19 florete (*homines pii*) -es (ἀνθήσατε ἄνθος, *cf. p. 917, 34*) quasi lilium. 50, 8 quasi -s rosarum (ἄνθος ῥόδων) in diebus vernis. Is. 11, 1 egreditur virga de radice Iesse et -s de radice ascendet. *inde* ECCL. *passim de Christo* (*cf. supra l. 62 et* EVCHER. form. 3 p. 17, 10 ISID. orig. 7, 2, 38): TERT. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 2 Christum, -i ... ob gratiam spiritus adaequatum. PRVD. cath. 12,49 -s Davidicus. PAVL. NOL. carm. 10, 49 -s dei. CARM. adv. Marc. 2, 147 carnis. 3, 227 hominum. 4,181 ORIENT. carm. app. 2, 6. *spectatur* -um *imbecillitas* (*cf. supra l. 56 et p. 930, 27; Vollmer ad Stat. silv. 3, 3, 128*): CATVLL. 11, 23 cecidit *amor* ... velut prati ultimi -s, praetereunte postquam tactus aratro est (*cf.* VERG. Aen. 9,435 inque umeros *Euryali morientis* cervix collapsa recumbit, purpureus veluti cum -s succisus aratro languescit [*cf. p. 930, 54*] moriens. ENNOD. carm. 2, 86, 9. *cf. supra l. 55*). ITALA Is. 40, 6 (Ambr. hex. 3, 7, 29 in psalm. 36, 11) omnis caro tamquam fenum, et omnis gloria hominis tamquam -s feni ([χόρτου, VVLG. agri]. VVLG. Iac. 1, 10 sicut -s feni transibit. I Petr. 1, 24. HIER. in Is. 40, 6 p. 483 fenum ... et -s praeteriens). VVLG. Iob 14, 2 *homo* quasi -s egreditur et conteritur. 15, 33 psalm. 102, 15. Is. 28, 1 (*de Samaria*) vae coronae ... Ephraim et -i decidenti gloriae exultationis eius *eqs.* (28, 4). CORP. VIII 19606 ut dulcis -s, filius breviter frunitus anima, ut rosa, ut ⟨n⟩arcissus. *adde*: AVG. civ. 7, 25 p. 306, 25 D. Porphyrius Attin -es significare perhibuit et ideo abscisum quia -s decidit ante fructum *eqs.* *de scriptoris (cum agricola comparati) ingenii fertilitate*: CIC. Brut. 16 nec enim ex novis, ut agricolae solent, fructibus est, unde tibi reddam, quod accepi: sic omnis fetus repressus exustusque -s siti veteris ubertatis exaruit. -es *in pratis Musarum, inde de carminum ornatu* (*cf. p. 931, 51 sqq.*): LVCR. 1, 928 (= 4, 3) iuvat integros accedere fontes ... iuvatque novos decerpere -es insignemque meo capiti petere inde coronam. STAT. silv. 3, 167 novos ... Pieridum -es intactaque carmina. CLAVD. carm. min. 30, 4 vile putas donum, *Calliope*, ... si -bus ornes reginae ... comam? sed -bus illis quos ... aeterno ... veris honore rubentes fons Aganippea Permessius educat unda. *de stellis* (*cf. p. 931, 32*): MAR. VICTOR aleth. 1, 104 astra ... distinctis mundum pingentia zonis -bus aetheriis varios vibrare colores. EVSTATH. Bas. hex. 6, 1 p. 921[A] credo te ... quaesisse, quis -bus eiusmodi (ἄνθεσιν τούτοις) caelum variaverit. 7, 1 p. 935[B] caelum stellarum -es assumpserat (τῶν ἄστρων τὰ ἄνθη). *apud Christianos de bonis vitae caelestis*: HIER. epist. 14, 10, 2 (*in laude vitae eremiticae*) o desertum Christi -bus vernans. VEN. FORT. carm. 4, 11, 10 (= INSCR. christ. Hisp. 389, 10) per patriam monachorum examina fundens -bus aeternis mellificavit apis (*i. abbas monasterii*). -es fallaces *de bonis saecularibus*: VITA Caes. Arel. 1, 35 *virgines in monasterio* respuunt mortalium -es fallaces pariter et caducas (caducos *cod. unus*).

-s *in proverbio: ad significandam rem speciosam, integram, exitio obnoxiam*: VERG. ecl. 2, 58 -bus austrum ... et liquidis immisi fontibus apros. *ad significandam rem imbecillam, caducam*: AVG. c. Petil. 2, 71, 160 p. 102, 7 sane de corporibus eorum (*i. martyrum*) multos terrarum -es videmus, sed sicuti solet dici: '-s cinis' (*sc. est*). -es *quasi in proverbio ad significandam innumeram multitudinem*: OV. ars 3, 185 quot nova terra parit -es. trist. 5, 2, 23 quot amoena rosaria -es *habent*. Ib. 199 quot -es Sicula nascantur in Hybla (SEN. Oed. 601 nec vere -es Hybla tot medio creat). MANIL. 5, 730 *stellas* nec cedere summa -bus aut ... harenae. VAL. FL. 6, 167 quot foliis, quot -bus incipit annus.

2 *de usu*: -es *deis hominibusque tribuuntur decorandi, munerandi, honorandi, piandi causa* (*pl. saepe iunct. c.* coronae, serta: *v. l. 40. 43. 57. 65. 68. p. 931, 28. 36. 38. 40*): a *generatim*: CIC. Verr. 5, 77 Segestae matronas et virgines ... *Dianae simulacrum* complesse coronis et -bus. nat. deor. 1, 112 quas vocum aut -um varietates ... adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptatibus. LVCR. 2, 628 *mortales* ningunt ... rosarum -bus umbrantes Matrem comitumque catervas. 4, 1178 amator limina saepe -bus et sertis operit. CIRIS 96 *Pieridum* foribus ... hyacinthi (*nom. pl.*) deponunt -es (*v. Skutsch, Gallus u. Vergil p. 43 adn.*). CVLEX 88 *pastori deos colenti* -bus agrestes herbae variantibus adsunt. HOR. carm. 3, 8, 2 Martiis ... kalendis quid velint -es et acerra turis plena (OV. fast. 3, 253 ferte deae [*Iunoni Lucinae*] -es; gaudet florentibus herbis haec dea: de tenero cingite -e caput). carm. 3, 13, 2 o fons Bandusiae ... dulci digne mero non sine -bus! epist. 2, 1, 144 -bus et vino Genium *piabant*. TIB. 1, 7, 45 tibi sunt ..., Osiri, ... varii -es. PRIAP. 83 (Tib. 2), 9 o Triphalle, saepe -bus novis tuas sine arte deligavimus comas. PROP. 4, 2, 45 nec -s ullus hiat pratis, quin ille decenter impositus fronti langueat (*cf. p. 929, 77*) ante meae (*Vertumni*). OV. met. 10, 261 grata puellis munera fert illi (*sc. Pygmalion simulacro*) ... -es mille colorum. fast. 4, 138 PLIN. nat. 21, 4. 5. 8. CVRT. 5, 1, 20 iter -bus coronisque constraverat. STAT. Ach. 1, 289 Theb. 8, 300 TAC. hist. 2, 55. ann. 14, 61 Octaviae imagines ... spargunt -bus. SVET. Aug. 31, 5 Lares ornari bis anno ... vernis -bus et aestivis. CARM. epigr. 29, 7 (*saec. II in.*) statuam (*vivi, cf. v. 11*) ... amici -bus ... onerate. FLOR. epit. 2, 7, 14 quid -um in consulem profuderunt. FRONTO p. 19 N. GELL. 5, 14, 30. CARM. epigr. 465 (= Corp. XII 533; *saec. II ex.*), 10 tempore veris -bus intextis refovent simulacra deorum. APVL. met. 4, 29 *al.* flor. 1 p. 4 ara -bus redimita (*cf. infra l. 84*). ARNOB. nat. 7, 32 dii sertis, coronis afficiuntur et -bus. AMM. 21, 10, 1 turba cum lumine multo et -bus votisque faustis Augustum appellans ... duxit in regiam. *in Elysio*: STAT. silv. 5, 1, 257 iubet ... Proserpina ... veteres heroidas ... sertaque et Elysios animae (*piae coniugis*) praesternere -es. *sing. collective*: TIB. 2, 1, 59 rure puer verno primum de -e coronam fecit *laribus*. PROP. 4, 3, 57 -e sacella tego. OV. fast. 3, 254 (*v. supra l. 49*). 4, 436. 451 cumulatae -e (*sc. ad domum destinato*) ministrae. trist. 4, 2, 50 quaque ibis, *Caesar*, ... undique iactato -e tegente vias (*cf.* CLAVD. 22, 401). PLIN. nat. 13, 71 usu eius (*papyri*) alio quam -is ad deos exornandos. APVL. met. 10, 32 Horae ... iaculis -is serti et soluti (*cf. p. 931, 40*) deam suam (*Venerem*) propitiantes.

b *speciatim*: α *in usu sepulcrali sim.*: CIC. Flacc. 95 C. Antonii damnatione sepulcrum L. Catilinae -bus ornatum hominum audacissimorum ... conventu epulisque celebratum est (VARRO ling. 7, 24 ad sepulcrum ferunt frondem ac -es). VERG. Aen. 5, 79 purpureosque iacit -es *Aeneas in Anchisae tumulum*. 6, 884 purpureos spargam -es. PLIN. nat. 21, 10 populus ... qua ... praeferebatur *Scipionis Serapionis (mortui a. 111) funus*, -es e prospectu omni sparsit. SIL. 16, 309 odoriferis aspergit -bus aras *in honorem occi-*

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sorum exstructas (STAT. silv. 3, 3, 211 odoratis spirabant -bus arae. *cf. p. 930, 64*). STAT. Theb. 6, 58. SVET. Aug. 18, 1 corpus Magni Alexandri ... corona aurea ac -bus aspersis veneratus est *Augustus*. Nero 57, 1 non defuerunt, qui per longum tempus vernis aestivisque -bus tumulum eius (*Neronis*) ornarent. MIN. FEL. 38, 3 (*antea*: nec mortuos coronamus) cum et beatus non egeat et miser non gaudeat -bus. CAPITOL. Aur. 3, 5 sepulchra *magistrorum* ... hostiis, -bus semper honoraret. CARM. epigr. 103[C], 10 mihi ponatur omne -s suo tempore. 492, 1 -bus ... re⟨qu⟩ie⟨s⟩cant membra iucundis ... hoc inclusae sepulcro. 1036, 9 sint, qui cineres nostros bene -bus sertis ... ornent. 1594, 3 -bus Florum condecoretis amici. CORP. VI 2335. *tropice*: HIER. epist. 60, 1, 2 (*epitaphium Nepotiani*) nitor in verba prorumpere et super tumulum eius epitaphii huius -es spargere. *sing. collective*: CARM. epigr. 488, 4 hic in -e cubat longum securus in aevom. CORP. II 5117 (*cf. Bücheler ad Carm. epigr. 1124*) semper et in -e sit tibi terra levis. CARM. epigr. 1636, 26 bene quiescere flor⟨e⟩. CORP. V 6363 collegio fabr(um) ... in utrumq(ue) -em (*sc. vernum et aestivum, cf. l. 4. p. 930, 59*) perpetuo sibi deducend(um) ~~HS~~ *tot* testamento legavit. VI 9626 (*v. p. 929, 22*). *aliter de -bus in sepulcro nascentibus*: CARM. epigr 1184, 13 ut tuo de tumulo -s ego cerna(m) novum crescere. *ibid.* 17 qui praeteriens ... viderit hos -es, .. sibi dicat: 'hoc -s est corpus Flaviae Nicopolis'. *β in usu festivo, convivali, nuptiali sim.* (*nonnulla eorum, quae sub a collocaia sunt, aequo iure huc referri possunt*): CATVLL. 61, 6 o Hymen ... cinge tempora -bus suave olentis amaraci (HOR. carm. 4, 1, 32 vincire novis tempora -bus). LVCR. 4, 1134 medio de fonte leporum surgit amari aliquid, quod in ipsis -bus angat. 5, 1400 caput atque umeros plexis redimire coronis, -bus et foliis. VERG. ecl. 6, 68 Linus ... -bus atque apio crines ornatus. HOR. carm. 2, 3, 14. 3, 15, 15. 3, 29, 3. epist. 1, 5, 14 potare et spargere -es. *al.* 2, 1, 79 crocum -esque (*i. scaenam*) perambulet Attae fabula. OV. fast. 5, 345. 359. MANIL. 5, 270 -es coronae (*Ariadnae; hic non de stellis, aliter* MART. CAP. 2, 98 Nysiacis quod sparsum -bus ardet ... sertum). PAVL. FEST. p. 63 corollam nova nupta de -bus ... a se lectis ferebat. SEN. Oed. 412 te decet cingi comam -bus vernis. CVRT. 4, 4, 5 navigia conscendunt redimita -bus coronisque (9, 10, 26 cohors regia variis redimita -bus coronisque). 9, 10, 25 *Alexander* aemulatus Patris Liberi ... pompam ... vicos, per quos iter erat, -bus coronisque sterni iubet. VAL. FL. 6, 136 STAT. silv. 1, 2, 21 IVV. 15, 50 APVL. met. 11, 3 MIN. FEL. 12, 6. 38, 2 vernis ... -bus sparsis utimur ac solutis (*cf. p. 930, 75*), et sertis mollibus colla complectimur. CAPITOL. Ver. 5, 3. GALLICAN. Avid. 5, 11 homo severior ... omnes -es de capite, collo et sinu militi (*i. militibus effeminatis*) excutiet. LAMPR. Heliog. 19, 7 *al.* TREB. trig. tyr. 8, 9. DRAC. Romul. 6, 10 -bus ambrosiis sponsalia serta ligentur. *sing. collective*: COPA 13 croceo violae de -e corollae. HOR. carm. 1, 4, 10 nitidum caput impedire myrto aut -e (PROP. 3, 10, 16 nec vacuum -e relinque caput). OV. epist. 4, 71 praecincti -e capilli. 14, 30 -e novo madidas impediente comas. fast. 5, 342 nec liquidae vinctis -e (*i. coronatis*) bibuntur aquae. SEN. Thy. 945 -e decenti vincire comam. APVL. met. 2, 16. CARM. epigr. 856, 13 potate ... redimite tempora -e. -es *ornamentum poetarum et hominum a poetis, scriptoribus celebratorum* (*cf. p. 930, 7 sqq.*): LVCR. 1, 928 (= 4, 3) *v. p. 930, 8.* HOR. carm. 1, 26, 7 apricos necte -es, necte meo Lamiae coronam, Piplei dulcis. CLAVD. carm. min. 30, 4 *v. p. 930, 11.* HIER. adv. Rufin. 3, 21 p. 472[C] in quibus scriptis papa Anastasius tantis te ornat -bus, ut *eqs.* RVFIN. patr. 10, 3 p. 331[A] quibus a nobis dictorum -bus coronabitur? CASSIOD. hist. 2, 5 p. 925[A] *Eustatius* praeconiorum -bus caput principis exornavit. *apud Christianos* -es *ornamentum beatorum*: MIN. FEL. 38, 4 coronam ... aeternis -bus vividam sustinemus. VAL. CEM. hom. 18, 2 *Christus* victoribus legitimo agone certantibus coronam vitae caelesti -e componit.

-es *sculptiles pro ornamento in architectura*: VITR. 4, 1, 12 minores ... helices infra sinum (*Krohn*, intra suum *codd.*) medium, qui est in abaco (*sc. capituli Corinthii*), ⟨sub *add. Krohn*⟩ -es subiecti scalpantur. *ibid.* -es in quattuor partibus, quanta erit abaci crassitudo, tam magni formentur (*cf. Prestel, Zehn Bücher über Architektur des M. Vitruvius Pollio übers. u. erl. I p. 167 adn. 3*). 4, 8, 3 -s *ornamentum in medio tholi tecto positum* (*cf. Forcellini III p. 105[a] n. 19. Prestel l. c. I p. 199 adn. 4*).

B ***sensu latiore:*** **1** *de statu vel tempore florendi*: CIC. div. 1, 16 ne hoc quidem quaero, cur *haec arbor* ... arandi maturitatem ad signum -is accommodet. VERG. georg. 1, 188 cum se nux ... induet in -em. 4, 142 in -e novo pomis se ... arbos induerat (*sic saepe* in -e: COLVM. 2, 10, 19 nec siccitates nec austros in -e sustinet *cicercula*. PLIN. nat. 17, 10 si blandiantur austri, defetiscentes [*sc. arbores germinantes*], ac magis etiam in -e. 17, 216 in germinatione aut -e. 18, 151. 21, 154 *al.* GARG. MART. pom. 2, 10. 3, 6 LACT. inst. 7, 16, 6 [*opp.* in fruge]. PALLAD. 3, 9, 4 *al. tropice*: TAC. dial. 9 omnis ... *recitationis* laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel -e praece⟨r⟩pta, ad nullam ... pervenit frugem. FRONTO p. 102, 24 N. qui indolem ingenii tui in germine ... et in herba et in -e dilexerim [*opp.* frugem ipsam ... diligam]. *nota*: AMM. 22, 9, 15 Adonea celebrari ..., quod in adulto -e [*i. in maturitate. cf. p. 932, 8*] sectarum est indicium frugum). COLVM. 2, 11, 10 diebus XL ... post -em ad maturitatem devenit *frumentum. al.* PLIN. nat. 18, 244 primo ... -e primam arationem ostendunt *scillae et narcissi*. TAC. hist. 5, 7 *in campis prope mare mortuum sitis* cuncta ... sive herba tenus aut -e, seu solidam in speciem adolevere, ... velut in cinerem vanescunt. PALLAD. 3, 9, 11 maturitatis ac -is tempore. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 193[A] *vineas* pervenisse ad -em. DRAC. laud. dei 1, 553 horto perpetui -is (*i. paradiso*). *fort.* CLAVD. 10, 246 *v. p. 928, 68 sqq. tropice* (*cf. p. 931, 78*): AVSON. 196, 42 rhetoricam -is adulti (*cf. p. 931, 83*) fruge carentem. ENNOD. epist. 2, 7, 5 p. 47, 5 quamvis necdum in me ad -em venerit matura facundia. *de bonae indolis rudimentis* (*cf. p. 931, 81*): PANEG. 10(4), 3, 4 Caesarum ... in annis pubescentibus non eruptura virtutis tumens germen, non -s praecursor indolis bonae laetior quam uberior apparet, sed iam facta grandifera et ... maximorum[que] fructuum matura perceptio.

2 *de colore eiusque splendore*: CIC. Brut. 298 *v. p. 936, 53.* PLIN. nat. 9, 125 purpurae -em (*cf. ἄνθος Arist. hist. an. 5, 15 p. 547[a] 15*) illum tinguendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. 21, 100 differentia foliorum ... *est* amplitudine, iam vero angulis, incisuris, odore, -e (*prave intellexisse videtur graeca Theophrasti hist. plant. 7, 9, 2 διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς ἄνθεσι πολύ, sc. τὰ ποιώδη τῶν δένδρων*). 28, 80 *cinis bituminis* -em coloribus adimit. APVL. met. 5, 22 per umeros volatilis dei (*Cupidinis*) pinnae roscidae micanti -e candicant. 11, 3 *vestis* multicolor ... croceo -e lutea. SER. SAMM. 49 iuvenem ... redivivo -e capillum. SOL. 30, 32 optimus *in lapide hyacintho* tenor, si ex utroque temperamento lucis et purpurae furatum suaviter -em trahat. CLAVD. carm. min. 27, 22 *pinnas* caerulus ambit -e color. 47, 12 zona ... variata colorum -bus. carm. min. app. 10, 2 -is honos. MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 2 p. 348 usque quo ... in pictura imponat quis colores, umbra quaedam est: cum vero -es ipsos quis colorum iunxerit et imposuerit, tunc imago efficitur (*ὅταν ... τὸ ἄνθος ἐπαλείψῃ τις*).

II ***translate:*** **A** ***sensu strictiore*** (*qui dicitur technico*): -s *vocatur pars quaedam alicuius rei, quae ab ipsa re segregatur, diverso plerumque ab ea aspectu*: **1** *segregatur propter subtilitatem aut perfectionem* (*sing. praeter l. 49*): GLOSS. -s salis ἁλὸς ἄνθος. CATO agr. 88, 2 muriam in labella ... in sole habeto, donec concreverit. inde -s salis fiet (*i.* sal candidus, *opp.* sal popularis; *cf.* 88, 1). *alio sensu*: PLIN. nat. 31, 90 appellatur et -s salis in totum diversa res (*sc. quam* favilla salis, quae levissima ex eo est et candidissima, [*nimirum qui* CATONI *est* -s salis]) umidiorisque naturae et crocei coloris aut rufi (13, 9 [*ad utrumque locum cf. Diosc. 5, 112 ἄνθος ἁλός*]). 31, 85 -s salis non fit nisi aquilonibus. 13, 14 *et* 32, 134 *in emplastris* (*cf. Diosc. l. c.*). VITR. 7, 11, 1 harena ... cum nitri -e conteritur, *ut caeruleus color efficiatur* (PLIN. nat. 31, 121 PELAGON. 338. 341. CHIRON 808 nitri cocti. *cf.* 805. MARCELL. med. 26, 106. 28, 70. PELAGON. 341 aphronitri -is). MANIL. 5, 672 hinc (*e thynnis dissectis*) sanies pretiosa fluit -emque cruoris evomit (*cf.* gari -s *l. 67 sqq.*). COLVM. 12, 20, 8 marmoris vel gypsi quod -s appellatur (12, 21, 3 gypsi. 12, 44, 4). SCRIB. LARG. 82 Assii lapidis -um (PLIN. nat. 36, 133 *Assii* lapidis -s appellatur, in farinam mollis ad quaedam ... efficax *eqs.*; *cf. Diosc. 5, 124 τὸ δὲ ἄνθος αὐτοῦ, sc. Ἀσσίου λίθου*. MARCELL. med. 23, 15 lapidis Assi -is, id est cineris). PLIN. nat. 13, 82 pollinis -e (*cf.* 18, 87 *siliginis.* 18, 89 *pollinem* appellant in tritico, quod -em in siligine. *ibid. iterum.* CHIRON 846 similaginis. 912 similae. GLOSS. -s farinae amolum [*i. ἄμυλον*]. *al.*). nat. 14, 124 musta condiuntur crudo -e resinae (16, 54 -s crudus resinae cum multa astula tenui brevique avulsus conciditur ad cribrum minuta [cribri m. *cod. d, recte, ut videtur*]). 15, 23 quod ... post molam *olivarum* primum expressum est, -s *vocatur* (EDICT. imp. Diocl. III/IV 3, 1[a] olei -is. VEG. mulom. 3, 11, 2 APIC. 2, 46). nat. 33, 103 *lapis spumae candidae, quem* stimi *appellant vel* stibi *vel* alabastrum ... admixta aqua ... transfunditur in ... vas, ... et postero die quidquid innatet, effunditur ... quod ibi subsedit, -s intellegitur. 34, 121 -e eius (*sc. exusti lapidis in scrobibus*) luteo. PALLAD. 1, 40, 2 *et* 3 -em calcis (VEG. mulom. 2, 62, 1 calcis vivae. CHIRON 613. 614 THEOD. PRISC. eup. faen. 28 *al. cf.* GLOSS. -s calcis: asbestus. titanim [*i. τίτανος*]). PELAGON. 343 -is spumae (*i. spumae argenti, λιθαργύρου*). 428 gari -is (MARCELL. med. 16, 89. *passim in urceis vel amphoris, in quibus garum fuit, velut* CORP. IV 5663 gari flos. 5664 *sq.* g(ari) flos. 5667 g(ari) f(los). *nota iterationem* 5668 g(ari) f(los) f(los) *vel* f(loris) f(los) ['*ad indicandam summam perfectionem?*' *Mau. cf. l. 76*]. 5674 *sqq.* g(ari) f(los) per se (*i. sincerus, sine additamento*). XV 4687 g(arum *vel* -ari) sc(ombri) flos. *cf.* IV 2588 liq(uamen) f(los) exc(el)l(ens) scom(bri). *cf. Dressel ad* XV 4687 *ibidemque inedítum*: g(arum) f(los) scomb(ri) Romulianum. *huc pertinent*: PELAGON. 467 liquaminis [*i. gari*] -is. CORP. IV 5706 liq(uamen *vel* -uaminis) flos flos [*cf. l. 70*]. 5714 liquamen -s optimum. 5716 liq. f(los) exc(ellens). 5733 *et* 5734 -s. 5735 flus. 5736 flusí [*i. fort.* -s primus]. XV 4715 liq. flos. *al. cf.* 4721 *et* 4722 mur(iae) f(los). 4723 mur(ia) ... exc⟨el⟩(lens) flos. *al.*). CHIRON 805 -s mirrae quam optimae, nardi Syriaci. CORP. IV 5738 lomentum -s ... ex lacte asinino. XIII 10021, 35 (*in signac. medici ocularii*) -s ro(ris) m(arini). MARCELL. med. 34, 110 -em cineris, id est summitatem favillae. GLOSS. -s plumbi: simicius (*i. ψιμύθιον*). *singulariter de fuligine*: PLIN. nat. 35, 43 atramentum fit ... ex -e nigro, qui adhaerescit aereis cortinis. **2** *oritur in*

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superficie materiae liquidae vel liquefactae (ubique sing.): CATO agr. 11, 2 cola, quî -em demat, III (*i. spumam vel nebulam vini; cf. Galen. potent. natur. 2 p. 107, 3 de vino*: *κατὰ τὴν αὐτοῦ μεταβολὴν δύο γεγεννωμένα περιττώματα, τὸ μὲν κουφότερόν τε καὶ ἀερωδέστερον, τὸ δὲ βαρύτερόν τε καὶ γεωδέστερον, ὧν τὸ μὲν ἄνθος οἶμαι, τὸ δὲ τρύγα καλοῦσι* [-s Liberi, vini *alio sensu l. 38sqq.*]. COLVM. 12, 30, 1 si vinum florere incipiet, saepius curare oportebit, ne -s eius pessum eat et saporem vitiet. PLIN. nat. 14, 136 -s vini candidus probatur; rubens triste signum est, si non is vini colos sit. CHIRON 764 vini -s. *luditur, ut videtur, in hac significatione et ea, quae est sub B 1a*: CAECIL. com. 190 [*'Antwort an einen, der florem Liberi anbietet' Leo in schedis*] at pol ego neque -em neque flocces volo mihi, vinum volo). VITR. 8, 3, 6 ipsa (*aqua quaedam*) uti -s natat in summo, colore similis vitri purpurei. CELS. 5, 7 aeris -s (*i. q. χαλκοῦ ἄνθος* [*v. Blümner, Technol. IV p. 176*]. *item* 5, 9. 5, 20, 1[A] SCRIB. LARG. 7 *et passim*. PLIN. nat. 23, 123. 26, 139. 28, 245. 34, 107 aeris -s medicinae utilis est. fit aere fuso et in alias fornaces tralato; ibi flatu crebriore excutiuntur veluti milii squamae, quas vocant -em. 34, 109. 135 aes ipsum in catinos defluit, . . . -s supernatat. *al.* GARG. MART. cur. boum 23 aeris -s contritum. PELAGON. 239 aeris -s [*acc.*]. VEG. mulom. 3, 28, 2 CHIRON 847 THEOD. PRISC. eup. faen. 33 *al.* MARCELL. med. 1, 7 *al.* DIOSC. 5, 99 -s (a)esusti [*v. vol. I p. 1072, 36*]. *cf.* CHIRON 534 aeruginis. THEOD. PRISC. eup. faen. 70 pulvis -is aeraminis. GLOSS. aeris -s *ἰὸς* sive -s ⟨ae⟩rami⟨nis⟩. *de chalcantho* [*v. Blümner, Technol.*[2] *I p. 282*]: *v. vol. III p. 983, 63sqq. falso*: GLOSS. III 543, 46 afronitro. aeris -s). SCRIB. LARG. 40 picis -s, quod (quem MARCELL. med. 9, 31) *πισσέλαιον* appellant. *ibid.* -em picis . . . appello, quod excipitur, dum ea coquitur. PLIN. nat. 21, 84 cera fulva . . . fervet . . . in aqua marina . . . inde lingulis hauriunt -em, id est candidissima quaeque. 24, 125 spuma *Lycii* ac -s quidam (*cf. infra l. 34*). *fort. huc pertinet*: PLIN. nat. 26, 22 -s visci (*'pars ea visci levior, quae inter coquendum supernatat' Harduin., sed rectius fort. refertur ad I A*). *hic addatur*: MACR. sat. 7, 13, 27 (*ad Hom. Od. 6, 226 ἐκ κεφαλῆς ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον*) ut *eis* qui ascendunt de mari . . . maneat . . . in corporis superficie veluti -s quidam (*cf. supra l. 30*), qui et in detergendo sentitur, et hoc est aquae marinae pinguedo.

B ***sensu latiore*:** GLOSS. decus, ornamentum, ornatus. -s *significat et rerum et hominum aut praestantiam aut statum valentem, vegetum, laetum sim.*

1 *de rebus corporeis*: **a** -s *vini (et de vini odore et de vino ipso), item* -s *nardi sim.*: LIV. ANDR. trag. 30 -em anclabant Liberi ex carchesiis (PLAVT. Cas. 640 haec . . . se . . . percussit -e Liberi. Cist. 127 me complevi -e Liberi. PACVV. trag. 291 oneratus frugum et -is Liberi. PS. ENN. Fulg. serm. ant. 19 anus . . . sauciavit se -e Liberi). PLAVT. Curc. 96 -s veteris vini meis naribus obiectust (*aliter p. 932, 84sqq.*). *de* CAECIL. com. 190 *v. l. 11*. LVCR. 3, 221 Bacchi cum -s evanuit. LVCR. 2, 848 nardi -em, nectar qui naribus halat, cum facere instituas (*cf. p. 932, 79*). *ad I A potius referuntur*: VAL. FL. 6, 709 comae, quas -e Sabaeo (*i. myrrha*) nutrierat . . . parens (STAT. silv. 5, 1, 211 -es . . . Sabaei). **b** *de lanugine*: PACVV. trag. 362 opacat -e (flora *Scaliger*) lanugo genas (*cf.* CLAVD. 1, 69 ante genas dulces quam -s iuvenilis inumbret). VERG. Aen. 8, 160 prima genas vestibat -e iuventas (DRAC. Orest. 528 vestitos [*Rothmaler*, -ta *codd.*] sub -e genas [*cf. infra l. 56*], lanugine crispa. CARM. epigr. 1170, 4 vestire meam -e novo faciem). LVCAN. 6, 562 *Erictho* genae -em primaevo corpore volsit (STAT. Theb. 5, 228. DRAC. satisf. 228 nec sub -e genae [*cf. supra l. 53*] marcidus est iuvenis). CALP. ecl. 2, 86 primique sequor vestigia -is (*syn.* lanugo). STAT. silv. 2, 6, 45 obsessae nondum primoque micantes -e genae. Theb. 6, 585 illi iam tenuem . . . -em induxere palaestrae (*syn.* lanugo). SER. SAMM. 657 lascivia . . . gaudet rapto nudari -e pilorum. AMM. 30, 7, 7 adulescentem in -e primo genarum (MART. CAP. 7, 739 -em genarum). FAV. EVL. p. 9, 29 -em barbae iuvenilis. CLAVD. 28, 560 conspicuas . . . -e genas. carm. min. app. 5, 14 ⟨opertus⟩ -e genas (*Jeepius*, florigenas *codd.*; *syn.* lanugo). CARM. epigr. 409, 4 -e genas tenero vernans. **c** *de rebus variis*: LVCR. 1, 900 arboribus vicina cacumina summa terantur . . ., donec flammai fulserunt -e coorto (*de loco v. Vahlen, Ges. phil. Schr. 2, 467 sq.; cf.* floreo *p. 920, 44 et graec. πυρὸς ἄνθος* [*var. lect. Hom. Il. 9, 212, cf. Vahlen l. c.*]. *aliter* MART. CAP. 2, 206 *Philologia in caelum evecta* -em ignis [*cf. antea* empyrio . . . mundo] atque illam . . . veritatem toto pectore deprecata. *cf.* 6, 571 tu, *Minerva*, . . . ignis -s es [*cf. p. 934, 33*]). FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 is nunc -s cenae habetur (*sc.* nullam cenam lautam esse, nisi cum lubentissime edis, tum auferatur *eqs.*). CARM. Gell. 19, 11, 2 dulcem . . . -em (*i. suavitatem*) spiritus. TERT. patient. 2 p. 2, 20 deus -em lucis huius (*solis*) super iustos et iniustos aequaliter spargit (ARNOB. ad Greg. 19 p. 425, 20 quomodo adhuc permittimur -em huius lucis capere?). ZACCH. 1, 10 *intra sanctam virginem* spiritus dei electo purissimorum viscerum -e corpus effecit. 2, 20 *deum* et nunc -em sumpti corporis habitantem (ARNOB. in psalm. 38 p. 379[C] ut . . . anima tabescat, non habens -em corporeum).

2 *de hominibus, tam de singulis inter ceteros excellentibus (cf. p. 929, 53sqq.) quam de vigente copia hominum (de deis p. 934, 33. 34)*: PLAVT. Cas. prol. 18 ea tempestate -s poetarum fuit, qui nunc abierunt hinc in communem locum. ENN. ann. 308 (*de M. Cornelio Cethego*) -s delibatus populi. ACC. trag. 424 num quis non mortalis -em liberum invidit meum? CIC. Catil. 2, 24 contra illam naufragorum . . . manum -em totius Italiae ac robur educite (Phil. 11, 39 tirones milites, -s Italiae. PS. QVINT. decl. 3, 16 -em Italiae, civium sociorumque robora. *cf.* SEN. Med. 226 decus illud ingens Graeciae et -em inclitum [*Argonautas*]. LVCAN. 2, 196 -s Hesperiae, Latii iam sola iuventus concidit. IVV. 5, 56 [*de puero pulchro*] -s Asiae. AVSON. 232, 1 -s Asiae [*Astyanax*]. CLAVD. 18, 250 -s Syriae [*de incolis*]). Flacc. 61 -em legatorum. 75 Castricium -em iuventutis appellant (CATVLL. 100, 2 -s Veronensum . . . iuvenum. LIV. 7, 7, 5 eximium -em iuventutis. 8, 8, 6 -em iuvenum. 32, 25, 9 -s Achaeorum iuventutis. VAL. MAX. 9, 6, 2 in quibus -s iuventutis consistebat. CVRT. 3, 5, 8 -em iuventae . . . divelli a se [*sc. Alexandrum*] . . . querebantur. IVST. 11, 6, 4 non iuvenes robustos, nec primum -em aetatis, sed veteranos. *cf.* AVSON. 406, 89 -s flosculorum Romuli [*i. iuvenum Romanorum*]). Planc. 23 -s . . . equitum Romanorum (VAL. MAX. 3, 2, 9 strenuus . . . -s ordinis equestris. PLIN. paneg. 23, 3 senatus . . . equestris ordinis -e. FLOR. epit. 4, 2, 5 equestris ordinis -e). Phil. 2, 37 vivere volebam . . . omnem . . . -em nobilitatis ac iuventutis (Phil. 12, 27 nobilitatis -em). CATVLL. 63, 64 ego (*Attis*) gymnasi fui -s, ego eram decus olei. VERG. Aen. 8, 500 -s veterum virtusque virum. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 3 Caesar omnem -em . . . coloniarum ac municipiorum, bonorum scilicet virorum et locupletium, in hac curia esse voluit. SEN. clem. 1, 10, 1 quidquid -is erat in civitate (*cf.* APVL. met. 2, 19 -s . . . civitatis). PLIN. nat. 7, 123 variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par sit -em hominum libantibus. SIL. 15, 34 consumere bello -em aevi. STAT. Theb. 11, 159 plebis Danaae. PANEG. 10 (4), 35, 2 cum ex totius orbis -e constaret *senatus*. HIL. in Matth. 26, 2 erit . . . tum -s criminosorum et honor facinorosorum et gratia profanorum. VIGIL. TRID. ad Ioh. 9 p. 557[A] animatum -em (*i. martyrem*) male haerentem adhuc spinae saeculi locis virentibus plantaturus (*cf.* PRVD. cath. 12, 125 -es martyrum). AVIEN. Arat. 12 (*de Iove*) -s et flamma animae (*cf. p. 933, 71*). SYMM. epist. 1, 8, 11 (*vers.*) innatat choreis -s siderum Dione. AVSON. 174, 9 fruge et -e nepotum. 182, 15 quam tener et primo nove -s decerperis aevo. PS. AMBR. laps. virg. 2, 6 eras virgo in paradiso dei, utique inter -es ecclesiae (RVFIN. hist. 8, 13, 6 Caesariensis ecclesiae -s nobilissimus [*χλέος*] . . . Pamfilus. *cf.* Orig. in cant. 3 p. 169[D] -es perfectuum protulit ecclesia. GREG. M. in euang. 35, 8 sancta ecclesia, electorum -bus plena). HIER. epist. 46, 10, 1 -s quidem et pretiosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta monachorum et virginum chorus est. 54, 2, 1 stirpis vestrae -bus. 65, 2, 2 (*de virgine quadam*) -em Christi. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 186[C] -es . . . credentium populorum . . . apparuerunt in terra. AVG. c. Iul. 1, 7, 30 p. 661 *Ambrosius* scriptorum inter Latinos -s quidam speciosus enituit. IORD. Get. 252 Vandalarii subolem, quae trino -e pullulabat. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 9 illa virens patria sequitur, quae animabus sanctis, id est -bus vernat aeternis. DECRET. decur. Paest. Help. (Corp. X 478, 20) civisque (cuiusque *lapis*) proles sanctissimi et eius veneravilis -s decusque est. CARM. epigr. 422, 17 omnigena . . . vicina venit, ut mecum -em fato moriente (*i.* morientem) viderent.

ad 2: coniungitur -s *et* robur: CIC. Catil. 2, 24 *v. supra l. 3* (*cf.* Lig. 32 *infra p. 935, 76*). orat. 34 optimorum civium vel -e vel robore. LIV. 27, 44, 2 *exercitui* detractum foret omne quod roboris, quod -is fuerit. 37, 12, 7 quod -is, quod roboris in iuventute fuerat, amiserant *Rhodii*. PS. QVINT. decl. 3, 16 *l. 4*. FLOR. epit. 4, 2, 5 -s omnis et robur Italici sanguinis. -s *et* decus: CATVLL. 63, 64 *v. supra l. 20*. SEN. Med. 226 *supra l. 5* CORP. X 478, 20 *supra l. 50*. -s *et* virtus: VERG. Aen. 8, 500 *v. supra l. 21*.

3 *de adulescentia, iuventute sim. (sing. praeter p. 935, 25. 42. 62)*: TER. Eun. 319 *virginis* anni? sedecim. :: -s ipse. LVCIL. 1116 Hymnidis . . . ex facie -em delegeris (*v. comm. Marxii*). PORC. LIC. carm. frg. 4, 5 crebro in Albanum . . . rapitur *Terentius* ob -em aetatis suae (CIC. Cael. 9 in illo aetatis -e. Phil. 2, 3 gratiam non virtutis spe, sed aetatis -e collectam. top. 32 adulescentiam -em aetatis . . . definire. LVCR. 3, 770 = 5, 847 cupitum aetatis tangere -em. 4, 1105 -e fruuntur aetatis [LIV. 21, 3, 4]. LIV. 8, 28, 3. 21, 2, 3. 28, 21, 9 [*opp.* robore, *cf. infra l. 80*] VELL. 2, 29, 2 SEN. nat. 1, 17, 4. CVRT. 10, 5, 10 viridem et in -e aetatis. *al.* [*v. p. 936, 8*]. APVL. apol. 9 (= carm. frg. 4, 6) serta tibi . . . dono, aetatis -em -bus ut decores. RVFIN. hist. 4, 15, 5 primae aetatis -e. COD. Theod. 7, 20, 12 pr. [*a. 400*] in ipso aetatis -e. CORP. III 10591 Marciano in -e aetatis constituto hominibus erepto. *v. etiam p. 935, 16. 33. 64. 70. 71 al.*). CIC. carm. frg. 3 (de consul.), 75 primo iam a -e iuventae (PS. QVINT. decl. 9, 9 primo iuventae -e. CARM. epigr. 472, 1. *cf.* SEN. Phaedr. 620 qui iuventae -e primaevo viges [SIL. 1, 376. 16, 405 AVIEN. Arat. 178 CARM. epigr. 1398, 1. *cf.* SIL. 5, 18 -e . . . iuvenum primaevo. *v. et p. 935, 15. 31. 36*]. MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 in ipso iuventae -e . . . occisus [CARM. epigr. 1523, 3 ipso mihi -e iuventae ruperunt fila sorores]. LIV. 28, 35, 7 velut renovatus -s iuventae. 40, 6, 4 medio iuventae robore ille, hic -e [*cf. supra l. 68*]. VAL. MAX. 7, 7, 1 -em iuventae pro re publica absumpserat. CALP. ecl. 2, 89. IVVENC. 1, 216. PHOC. carm. de Verg. 14 -e durantis . . . iuventae. CORP. XIII 6270 decidit in -e iuvent(a)e. CARM. epigr. 465[B] 17. 510, 4. 547, 3 cui -s ⟨vixd⟩um iuventae. 1151, 3 coepto modo -e iuventae [*cf.*

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infra l. 46]. 1119,1 -e iuventae ... abreptus. 1620, 3 rapta es e -e iubent(a)e. CARM. epigr. Engstr. 370[b] -is abscidens iuben⟨tae⟩ gratias. INSCR. christ. Rossi II p. 107, 54, 1 occidis ... viridi [*cf. infra l. 10*] sub -e iuventae. CARM. epigr. 629,3 omisi cum -e i⟨u⟩vent⟨a⟩m. *cf.* ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 23 in eximio -e iuventutis [CAPITOL. Maximin. 27,2 perit in ipso -e iuventutis. RVFIN. hist. mon. 1 p. 400[c] -em ... reparare gratissimae iuventutis. AVG. civ. 13, 23 p. 588,13 D. CORP. III 10858 ob hon(orem) et -e(m) iuventu(tis). INSCR. christ. Leblant I 47 = CARM. epigr. 711, 4 (*a. 552*) iuventatis -em amisit durae violintia mortis]). CATVLL. 17, 14 viridissimo (*cf. supra l. 3*) nupta -e puella. LVCR. 1, 564 aevi contingere -em (OV. met. 9, 436 perpetuum ... aevi -em Rhadamanthus haberet. SIL. 1, 61 aevi -e virens. CLAVD. 5, 145 per ... -em ... tui te deprecor aevi. *cf.* SEN. dial. 6, 20, 1 *mors* iuvenile aevum ... in -e deducit). VERG. Aen. 7, 162 pueri et primaevo -e iuventus (SEN. SIL. AVIEN. *al. v. p. 934, 75 sq.* AMM. 19, 1, 11 in primaevo -e succisam spem gentis. 22, 12, 2 in aetatis -e primaevo [31, 13, 18]. CARM. epigr. 1214, 5 ⟨abit pri⟩maevo -e sub umbras. CARM. epigr. Engstr. 370 deseris heu pulcram primaevo -e iuventam). OV. ars 2, 665 si -e caret *puella*, meliusque peractum tempus. 3, 79 carpite -em, qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet (*notione propria similiter resuscitata*: trist. 5, 8, 19 nos quoque floruimus, sed -s erat ille caducus). met. 7, 216 per quos (*sucos*) renovata senectus in -em redeat. MANIL. 3, 613 *horoscopus* vix degustatam rapiens sub -e iuventam. 4, 822 immenso nihil est aequale sub aevo perpetuosque tenet -es (*nota plur.*) unumque tenorem, mutantur sed cuncta. SEN. epist. 66, 42 mors ... vitam ... in medio -e praecidit (-s *fere i. q. vita*: PETRON. 83, 5 Apollo pueri umbram revocavit in -em. *vocabuli vi propria resuscitata*: GREG. M. moral. 14, 68 p. 1075[c] corpus domini ... in mortis ariditate positum in -em resurrectionis erupit). PETRON. 140, 1 matrona ... tum anus et -is extincti. SIL. 3, 84 ubi -e novo pubescat firmior aetas. 6, 65 -e nitens primo (PLIN. epist. 4, 21, 2 *mortem subire* in -e primo. 5, 21, 4. CORP. V 5275, 5 in primo aetat(is) -e praerept(i)). DECL. in Catil. 29 -s pueritiae venustissimus ad intuendum (HIER. epist. 39, 2, 3 pueritia immaturo -e exuitur. CLAVD. 18, 344 servato ... diu puerili -e). LACT. inst. 3, 17, 8 in primo adulescentiae -e immaturis funeribus extingui (HIER. epist. 22, 17, 3 exteriorem hominem -em [-e *var. lect.*] adulescentiae suspirare. ENNOD. opusc. 1, 11 p. 264, 16 adhuc in cano -e degebas adulescentiae [*cf.* epist. 7, 19, 1 p. 187, 7 in cano -e *i. in adulescentia; opp.* in pomorum maturitate]). AMM. 14, 6, 11 -em adultae virginis diuturnum (*cf. supra l. 25*). *al.* VVLG. sap. 2, 7 non praetereat nos -s temporis (ἄνθος ἀέρος). DRAC. Romul. 6, 122 (*in epithalamio*) -bus et vestris (*iuvenum fratrum*) crescat generata propago. CORP. IX 5925 *parentes* decepti et orbati tanto -e (florae *lapis*) crescentiae eius (*sc. filiae*). CARM. epigr. 113 in -e decessit. 213, 5 interisset forma, -s, pudor simplex. 1610, 6 Clemens et Vincentia sunt coepto nobis -e subrepti (*cf. p. 934, 84*). *nota paradoxon*: SEN. epist. 26, 2 *animus* exultat et mihi facit controversiam de senectute: hunc ait esse -em suum. *fere i. q. pulchritudo*: OCTAVIA 550 -em decoris singuli carpunt dies. MART. 4, 45, 7 perpetuo sic -e mices *Phoebe*. APVL. met. 10, 31 -s aetatulae. TERT. virg. vel. 7 *virginum* -s ... humanam libidinem excusat. NEMES. cyn. 115 dum laeto -e iuventas corporis ... abundat. ARNOB. nat. 6, 13 *Phryna Thespiaca* cum in cacumine ipso esset pulcritudinis, venustatis et -is. PS. AVR. VICT. epit. 48, 8 tanta gratia, tantusque -s in facie. CARM. epigr. 1618, 1 (Corp. X 2936[a]) iubenis -e cultuque corporis praestantior ⟨t⟩e nemo. *de feminis (de viris infra l. 62. 70) saepe praevalente notione integritatis, pudicitiae* (*cf.* HIER. epist. 65, 2, 2 semper virginitas -bus comparatur): CATVLL. 62, 46 virgo ... castum amisit polluto corpore -em. 64, 402 ut innuptae poteretur -e novercae. OV. met. 10, 85 *Thracius mos* amorem in teneros transferre mares citraque iuventam aetatis breve ver et primos carpere -es. VAL. MAX. 6, 1 pr. tui numinis (*Pudicitiae*) respectu sincerus iuventae -s permanet. QVINT. decl. 276 p. 129, 9 virginitatem perdidit ... -em aetatis amisit (*cf.* APVL. apol. 76 -e exoleto. 92 virgo ... affert ... ad maritum ... -is rudimentum. FIRM. math. 6, 29, 23 -s virginitatis eripitur [HIER. in Ioel 1, 8 p. 176 -em virginitatis abstulerit]. MART. CAP. 9, 902 Aurora exoriens ... spectabit ... -is resecti praemia). APVL. met. 4, 28 fama persuaserat ... terras Venerem aliam virginali -e praeditam pullulasse. SVET. Iul. 49, 3 -em ... aetatis a Venere orti (*Caesaris*) ... contaminatum. CARM. epigr. 968, 1 seic -em aetatis tenuit Veratia caste, nulla ut perciperet gaudia dedecoris. *hic addatur*: CARM. epigr. 935, 16 *in carmine mutilo* -s Veneris mihi de ⟨...⟩ (*Bücheler ad l. conferre iubet* OV. rem. 103 delectat Veneris decerpere -es; *sed* -es *ibi vulg.*, fructum *R*).

4 *de regionibus*: CIC. Lig. 32 agrum Sabinum, -em Italiae ac robur rei publicae (Phil. 3, 13 *de provincia Gallia*: est enim ille -s Italiae, illud firmamentum imperii, illud ornamentum dignitatis). APVL. met. 1, 25 *Hypatam* -em Thessalicae regionis. HIER. epist. 46, 13, 3 ibimus ad Nazareth et iuxta interpretationem nominis eius '-em' videbimus Galilaeae (*cf.* HIER. nom. hebr. p. 62, 24 Nazareth -s aut virgultum eius. 66, 18 Nazareth -s munditiae).

5 *de vigente statu rerum, fortunae sim.* (*tantum sing.*): CIC. Balb. 15 est ... haec saeculi quaedam macula ... virtuti invidere, velle ipsum -em dignitatis infringere (VAL. CEM. hom. 8, 4 *divitiae* dignitatis suae -e nudatae amatores suos esurire patiuntur). de orat. 3, 12 te, Crasse, cum vitae -e tum mortis opportunitate ... et ornatum et extinctum esse (AMBR. exc. Sat. 1, 31). nat. deor. 3, 82 in ipso Graeciae -e Pisistratus *tyrannus fuit* (*cf.* SEN. nat. 3 pr. 9 vetera imperia in ipso -e ceciderunt. epist. 74, 19 *multarum urbium* in ipso -e luxuriosa imperia ceciderunt). LIV. 42, 15, 2 *Perseus* in -e virium se credens esse. SEN. Phoen. 185 habitum ... regni -e pollentem inclito. CVRT. 5, 5, 13 in -e aetatis et rerum. 10, 5, 10 in -e aetatis fortunaeque (*cf.* PLIN. nat. 16, 96 multis fortuna sine -e est). PLIN. nat. 7, 143 *Q. Metellus* in ipso ... -e dignationis suae ... ad Tarpeium raptus. STAT. silv. 5, 1, 183 vidi omni ... te -e (*sc. dignitatis*) nitentem. IVST. 13, 1, 1 extincto in ipso aetatis ac victoriarum -e Alexandro Magno. AMM. 15, 8, 12 (*de Iuliano imperatore declarato*) recepisti primaevus originis tuae splendidum -em. EPIST. pontif. 302 (*a. 413*) Migne 20, 518[A] in fide potius exultas quam tanti generis -e (*i. nobilitate*) iactaris. NOVELL. Iust. app. 2 p. 797 (*a. 541*) quos a iugo subripuimus Vandalorum, ultra -em felicitatis antiquae ... erigamus. CARM. epigr. 546, 5 coniunx ... iugali -e beata.

6 *de virtutibus, moribus sim.*: -s *modo id quod praestantissimum est, modo fere i. q. vigor, modo i. q. decus, ornamentum* (*sing. praeter infra l. 27 sqq. 34. 37. 42*): GRATT. 198 ex omni -em virtute capessunt (*sc. canes, quorum genera miscentur*). FLOR. epit. 1, 22, 1 haec est ... populi Romani ... quasi adulescentia, qua maxime viruit et quodam -e virtutis exarsit ac ferbuit (IVST. 30, 4, 15 virentem recentibus experimentis virtutis -em. RVFIN. hist. mon. 1 p. 401[c] monachus omni virtutum -e adornatus [*cf. ibid.* p. 399[A] cunctis animi virtutibus florens]. *plur. accedit ad notionem propriam*: AMBR. virginit. 16, 98 [*v. p. 929, 7*]. HIER. epist. 64, 22, 1 absque tintinnabulis ... et diversis coloribus et gemmis -busque virtutum [*in allegorica vestimentorum pontificis enarratione*]. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 185[A] incipient in ea [*anima*] -es vernare virtutum). STAT. Ach. 1, 626 (*Achilles se alloquitur*) primum ... imbelli carcere perdes -em animi (*i. virtutem*). TERT. pudic. 1 p. 219, 3 pudicitia, -s morum (EVG. TOLET. carm. 23, 5 morum -e venusta *Basilea. plur.*: FAVST. REI. epist. 12 p. 219, 9 *v. p. 927, 76*). pudic. 6 p. 230, 8 sermo dei ... caro factus est ..., quae non lasciviae fraudibus, sed sanctimoniae -bus praecingeretur. PELAG. in Phil. 4, 10 p. 851[D] ('refloruistis') iterum -em boni operis recepistis, qui ... arefacti fueratis effecti (PS. PRIMAS. in Phil. 4, 10 p. 638[A] iterum floruistis -e boni operis, quem non oblivio arefecerat). FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 25, 5 humani arbitrii a deo concessa libertas -em vigoremque gratiae suae perdidit. CASSIAN. inst. 1, 1, 2 *Petrus* in veteri testamento virginitatis iam -es et castimoniae continentiaeque praefigurabat exempla. ARATOR ad Flor. 1 meriti (*v. p. 927, 77*). GREG. TVR. vit. patr. 4, 1 castitatis -e praecipuus.

7 *de orationis ornamento* (*sing. fere de totius orationis, dictionis gratia, suavitate, plur. fere de scriptorum locis splendidis sim.; vis propria verbis* carpendi, decerpendi *sim. passim resuscitatur*): CIC. de orat. 3, 96 *oratio* conspersa sit quasi verborum sententiarumque -bus (HIER. in Zach. 11 pr. p. 881/2 oratio nimio verborum -e luxuriat. adv. Iovin. 1, 1 p. 212[A] ENNOD. epist. 1, 16, 4 p. 28, 3). Brut. 66 Origines eius (*Catonis*) quem -em aut quod lumen eloquentiae non habent (233 in huius [*M. Crassi*] oratione sermo Latinus erat, ... nullus -s tamen neque lumen ullum). 298 nihil illius (*Catonis*) lineamentis nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, -em et colorem (*cf. IB 2 p. 932, 15 sqq.*) defuisse. orat. 65 *sophistae* omnes eosdem volunt -es, quos adhibet orator in causis, persequi. parad. 2 Cato ... in ea est haeresi, quae nullum sequitur -em orationis. MANIL. 5, 475 in cuncta suam produxit saecula vitam ... linguae sub -e Menander. SEN. contr. 9 pr. 1 argumentationes ... molestae sunt et minimum habent -is. COLVM. 9, 2, 1 Vergilius poeticis -bus illuminavit *rem apium*. LAVS PIS. 63 verba nec incluso sed aperto pingere -e. PLIN. nat. 14, 7 Vergilium ... in his, quae rettulit, -es modo rerum decerpsisse. QVINT. inst. 8, 3, 87 *oratio* -bus laeta. 12, 10, 13 nimiis -bus et ingenii affluentia (*sc. Ciceronis; opp.* ieiunus ... et aridus). PLIN. epist. 5, 20, 8 providendum est mihi, ne gratiam novitatis et -em ... epistulae loquacitate praecerpam. GELL. 9, 9, 16 -em ipsius totius loci (*Hom. Od. 6, 102 sq.*) Vergilium omisisse. IVST. praef. 4 *Pompei Trogi voluminum* dignissima excerpsi et ... breve veluti -um corpusculum feci. CHAR. gramm. I 290, 5 manebit (*sc. rhythmus?*) isdem vocibus et est eodem -e. HIER. praef. Vulg. Is. ut ... -em sermonis eius (*Isaiae*) translatio non potuerit conservare. in Am. 6, 1 p. 309/10 verba composita et oratoriis -bus adornata. adv. Iovin. 1, 3 p. 212[B] illo venustissimo eloquentiae suae -e (SALON. in eccles. p. 998[A] eloquentiae -bus exornetur). epist. 52, 1, 2 in illo opere ... quaedam scolastico -e depinximus. 54, 17, 1 *Debbora* apis nomen accepit scripturarum *sanctarum* -bus pasta (117, 12, 2 de scripturis pauca perstrinxi nec orationem meam, ut in ceteris libris ..., illarum -bus texui). 58, 10, 2 Hilarius Gallicano coturno attollitur et, cum Graeciae -bus adornetur, longis interdum periodis involvitur (*cf.* adv. Rufin. 2, 11 p. 434[B] mira eloquentia et Attico -e variata. CLAVD. 17, 84 Graiorum ... Romanis -bus artes irradias. VICT. VIT. 3, 61 eius [*Eusebii*] translator Graecae facundiae Latinisque -bus Rufinus ornatus). 61, 1, 2 operis mei est ... multos legere, ut ex plurimis diversos -es carpam (98, 19 varios carpentes -es

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scientiae. ISID. vir. ill. 27 haec tantum ex pretiosis doctrinae eius [*Fulgentii*] -bus carpsimus). PAVL. NOL. epist. 16, 6 omnium poetarum -bus spiras, omnium oratorum fluminibus exundas (*nota allitt.*). MACR. sat. 6, 1, 2 ostendere cupio ... quos ex omnibus *scriptoribus* -es vel quae in carminis sui decorem ex diversis ornamenta libaverit *Vergilius*. CASSIOD. var. 11 praef. 9 si quid ... in nobis redolet, studiorum -s est (RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 189[A] studiorum -es). GREG. TVR. Mart. 1, 5 *Ambrosii* hodie -es eloquii per totam ecclesiam redolent.

***epitheta** selecta (ad I): spectant ad colorem*: albus: VERG. georg. 2, 72 *al.* argenteus: PLIN. nat. 24, 172. aureus: PRIAP. 68, 21 *al.* caeruleus: PLIN. nat. 22, 57 *al.* candidus: PLIN. nat. 13, 59 *al.* canus: PLIN. nat. 21, 53. croceus: VERG. georg. 4, 109 OV. met. 3, 509 COLVM. 3, 8, 4 *al.* glaucus: PLIN. nat. 25, 106. lacteus: PLIN. nat. 21, 164. luteus: PLIN. nat. 19, 100. niger: PLIN. nat. 21, 154. phoeniceus: PLIN. nat. 21, 164 *al.* puniceus: PLIN. nat. 25, 34. purpureus: VERG. georg. 4, 54 Aen. 5, 79. 6, 884. 9, 433. 12, 413 LYDIA 67 HOR. carm. 3, 15, 15 OV. met. 13, 395 fast. 5, 363 COLVM. 9, 13, 8 NEMES. ecl. 2, 22 ARNOB. nat. 5, 24 *al.* roseus: PLIN. nat. 12, 40 *al.* rubeus: PLIN. nat. 24, 155. ruber: PLIN. nat. 26, 26. rufus: PLIN. nat. 19, 169. sanguineus: COLVM. 10, 242. Tyrius: OV. met. 5, 390. *varia*: aestivus: SVET. Aug. 31, 4 Nero 57, 1 *al.* ambrosius: DRAC. Romul. 6, 10. apricus: HOR. carm. 1, 26, 8. blandus: VERG. ecl. 4, 23. brevis: HOR. carm. 2, 3, 14. decens: SEN. Thy. 945. deciduus: PLIN. nat. 19, 169. dissimilis (*i. q. varius*): OV. fast. 4, 430. haerens: OV. fast. 5, 255. hyacinthinus: CATVLL. 61, 93. innumerus: OV. met. 5, 266. laetissimus: CIC. Verr. 5, 107. mortifer: SEN. Med. 717. nectareus: CALP. ecl. 2, 20. nitidus: MANIL. 5, 259. novus: LVCR. 1, 928 VERG. georg. 4, 142 HOR. carm. 4, 1, 32 PRIAP. 83, 9 OV. epist. 14, 30 met. 10, 206 SEN. Phaedr. 513 AVIEN. Arat. 1782 *al.* obnoxius: PLIN. nat. 18, 151. odoratus: COLVM. 10, 255 STAT. silv. 3, 3, 211 *al.* odoriferus: SIL. 16, 309. odorus: OV. met. 9, 87. primitivus: COLVM. 9, 13, 2. racemosus: PLIN. nat. 13, 54. recens: HOR. carm. 3, 27, 47 *al.* serotinus: COLVM. 9, 14, 19. silens: COLVM. 12, 7, 1. solstitialis: VAL. CEM. hom. 6, 7. suavis: LVCR. 1, 8. tenax: VERG. georg. 2, 134. tener: OV. fast. 3, 254 VITR. 7, 5, 3. varians: CVLEX 88. varius: VERG. ecl. 9, 41 Aen. 6, 708 LYDIA 13 TIB. 1, 7, 45 OV. am. 3, 5, 9 met. 10, 123 MANIL. 5, 262 COLVM. 10, 96. vernus: HOR. carm. 2, 11, 9 TIB. 2, 1, 59 OV. met. 5, 554 SEN. Oed. 412 epist. 122, 8 STAT. silv. 2, 1, 46 Theb. 5, 580 SVET. Aug. 31, 4 Nero 57, 1 APVL. carm. frg. 4, 6 *al.* CLAVD. 21, 86. violaceus: PLIN. nat. 22, 47. *derivata*: floralis, floreo, floretum, floreus, floridus, florosus, florulentus, floscidus, flosculus; *composita*: floricolor, floricomus, florifer, florigenus, floriger, florilego, florilegus, floriparus, florisapus; multiflorus.

flōscellārius, -a, -um *a* floscellus. *i. q. ad flores, floscellos pertinens*: **-a** *sc. basilica*: REG. urb. p. 23, 11 basilicae X: Iulia..., vascellaria, -a (CVRIOS. urb. p. 22, 10. POL. SILV. not. urb. chron. I p. 545 quae sint Romae ... basilicae XI: Iulia ... -a). *cf. Jordan, Topogr. d. Stadt Rom II p. 217, 219 sq.; Mau, PW. III 92.*

flōscellus, -ī *m.* ***et -um***, -ī *n.* [*a* flos, flosculus *deminutive. Th.*]. *masc. l. 53, n. l. 56 sqq.* GLOSS. -um (fluscellam *cod.*) flosculum. NOT. Tir. 105, 61 -um. Bern. 36, 35 p. 43[a]. *i. q. parvus flos*: PS. APVL. herb. 50 *heliotropi* ad solis cursum -i se vertunt, et cum sol occidit, flores se claudunt: rursum cum oritur, -i se aperiunt. *translate: de ornamento tunicae*: ITALA exod. 28, 29 (Lugd.) facies super extremam partem tunicae talaris ... de floribus mali granati **-a** (ῥοΐσκους, VVLG. *aliter*). *ibid. iterum et* 28, 30. *de summitate lychnuchi* (*cf.* flosculus *p. 938, 60*): ITALA exod. 38, 16 (Lugd.) **-a** (τὰ ἐνθέμια) ex ipsis *nucliolis lychnuchi*, ut sint super ea lucernae; et **-um** (τὸ ἐνθέμιον) septimum super cacumen lychnuchi.

flōscida florulenta, floribus plena GLOSS. [*a* flos, *cf.* roscidus. *Th.*].

flōsculē *adv. i. q. floride*: CAEL. AVR. acut. 1, 6, 50 dormientium ... mundum corpus atque **-e** vividum. *modo fida sit lectio, a* flos, *flosculus *adi.*

flōsculus, -ī *m.* (**-a**, -ae *f. v. infra l. 69*, **-um**, -ī *n. v. l. 70 sqq.*) [*a* flos *deminutive. Th.*]. *de derivatione*: GRAMM. suppl. 70, 10 *inter deminutiva masculini generis* flos, -us. GLOSS. -os flores deminutive. *de genere: fem.*: PS. FVLG. RVSP. serm. 6 videant unam **-am** capitis mei ... de meo capite cecidisse (*vidua de filio mortuo*). *neutr.: proprie: fort.* CHIRON 533 p. 174, 26. *translate*: ITALA *v. p. 938, 61* IREN. *v. p. 938, 43* CASSIOD. IORD. *v. p. 938, 40 sqq.* VEN. FORT. *v. p. 938, 59.* NOT. Tir. 105, 60 Bern. 36, 35 p. 43[a]. *de notione*: GLOSS. (*cf. l. 67*) -os flos, flores, aetates. [III 370, 26 *κόκκος* (floccus? *Goetz*).] [*loc. corrupt. vel dub.*: COLVM. 5, 10, 11 *falso*. TERT. adv. Val. 39 p. 211, 17 *ex coniectura probabili cod. R*[3]: ex omnium Aeonum **-is** (occuli *codd.*) eum (*Iesum*) construunt.]

i. q. (parvus) flos: **I** ***proprie**: generatim*: COLVM. 12, 15, 5 *ficos* comprimunt in figuram stellarum -orumque. PLIN. nat. 23, 112 in ... cytino -i sunt, antequam ... malum ipsum prodeat, erumpentes. 25, 85 -i oblongi veluti calathi. 27, 82 -i purpurei. PS. QVINT. decl. 13, 1. APVL. met. 11, 9 mulieres ... solum sternebant -is. TERT. anim. 19 p. 330, 19 adv. Marc. 1, 13 p. 308, 2. 4, 29 p. 519, 27 TER. MAVR. 836 CHIRON *v. supra l. 70* AVG. civ. 5, 11 p. 211, 2 D. 10, 14 p. 424, 19. CASSIAN. c. Nest. 7, 5 herbarum -is. SALV. gub. 4, 43. CLAVD. MAM. anim. 1, 4 p. 38, 6 rosae -us. *speciatim: de floris residuo in pomo permanente*: COLVM. 12, 47, 5 poma sic componi, ut -i sursum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum ... in arbore nata sunt. *de rosae staminibus*: PALLAD. 3, 21, 1 semina ... non putemus medios -os esse aurei coloris, quos rosae ferunt. *in comparationibus de re brevi peritura*: CIC. off. 2, 43 ficta omnia celeriter tamquam -i decidunt (*cf. l. 24*). IVV. 9, 127 festinat ... decurrere velox -us angustae miseraeque brevissima vitae portio. AMBR. off. 2, 22, 112 *simulatum aliquid* in principio vernat, in processu tamquam -us dissipatur et solvitur. *tropice*: QVINT. inst. 6 prooem. 10 non ...-os, sicut prior (*sc. frater aetate minor*) ... sed iam ... certos ac deformatos fructus ostenderat.

II ***translate**: de rebus et hominibus praestantia quadam insignibus*: **A** *de rebus*: **1** *de rebus incorporeis* (*verbis* carpendi, aspergendi *sim. vis propria passim resuscitatur; plur. praeter l. 37*): **a** *de orationis, dictionis vel ornamento (aut cum laude aut saepius cum despectu quodam) vel locis splendidis*: CIC. Sest. 119 non *sum* tam insolens in dicendo, ut ... omnis undique -os carpam atque delibem (*cf.* QVINT. inst. 10, 5, 23 iuvenibus -os omnium partium in ea quae sunt dicturi congerentibus). SEN. epist. 33, 1 non fuerunt *principes philosophi* circa -os occupati: totus contextus illorum virilis est. 33, 7 captare -os turpe est et fulcire se notissimis ... vocibus. QVINT. inst. 2, 5, 22 *praedulce genus scriptorum pueris cavendum est*, ne recentis huius lasciviae -is capti voluptate prava deleniantur. 12, 10, 73 corruptum dicendi genus ... casuris (*cf. l. 6*), si leviter excutiantur, -is nitet. GELL. 17, 21, 1 ut 'noctes' istae (*Gellii*) quadamtenus his quoque historiae -is leviter iniectis aspergerentur (SYMM. epist. 7, 11 hortor ..., ut me istiusmodi linguae tui -is frequenter aspergas). PANEG. 10 (4), 30, 3 adhiberem omnes -os. AMM. 29, 1, 11 horridula eius verba et rudia -os Tullianos appellans. SCHOL. Hor. ars 16 'assuitur pannus': de his dicit, qui cum severam et sublimem materiam coeperunt scribere, -os interponunt. HIER. epist. 36, 14, 1 nec aures Quintiliani -is et scolari declamatione mulcendae (c. Lucif. 11 p. 166[B] quomodo aures populi declamatorum -is mulceant). 52, 4, 1 p. 420, 8 sententiarum -os. RVFIN. Orig. in lev. 7, 1 p. 475[B] ex his ... quae nunc lecta sunt ... velut agri pleni ... -os colligemus. hist. 1, 1, 4 velut e rationalibus campis doctorum -os decerpentes (*ἀπανθισάμενοι*). MART. CAP. 9, 999 ipso ... -o (*de Martiani Capellae arte rhetorica*). ENNOD. opusc. 3, 198 p. 382, 25 ut aliquos de conversatione illius -os relegerem. dict. 10, 12 p. 458, 11 ex hiemali pectore ... dictionum -i vernant. CASSIOD. in psalm. 135 praef. carminum -a. IORD. Rom. 2 ex dictis maiorum -a carpens. 6 ex diversis voluminibus maiorum praelibans aliqua -a. **b** *de rebus variis* (*plur. praeter l. 49. 52*): IREN. 1 praef. 2 p. 9 sententiam ... quae est velut -um (*ἀπάνθισμα*) Valentini scholae. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 2 p. 1323[C] qui ... non diligit -os carnis neque carnaliter vivit. CASSIAN. conl. 17, 19, 2 angelicae virginitatis -i. PETR. CHRYS. serm. 106 p. 496[B] *qui* fiduciam gerunt in lege tota, ... sunt legalibus decepti -is, sicut nescios grossis suis decipit ficus. ENNOD. opusc. 1, 11 p. 264, 19 -us supervenientis imperii promittebat ... terrorem. 3, 93 p. 355, 1 *sanctarum habitationes visitavit Epiphanius* unde singulos vitae -os decerpsit. dict. 13, 6 p. 466, 3 *prosapies* iam maxima gemmata pubescentis -i ora praeferens. APON. 2 p. 41 venenosis assertionum (*sc. haereticorum*) -is. VITA Radeg. (script. rer. Mer. II) 9 sicut apis diversa genera florum congregans, unde mella conficiat, sic illa ab his, quos invitabat, spiritales studebat carpere -os, unde boni fructum *eqs.* **2** *de rebus corporeis*: APVL. met. 2, 9 *color capillorum* nunc corvina nigredine caeruleus columbarum ⟨e⟩ collis (*Helm*, colli *codd.*) -os aemulatur. DRAC. Romul. 8, 493 roseo prorumpat -us ore (*sc. barba prima*). VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 9 p. 230, 27 pubertatis tenerae -a. *de summitate lychnuchi* (*cf.* floscellus *p. 937, 57*): ITALA exod. 38, 16 (Monac.) et **-a** ... ut sint super .... *ibid.* et -um septimum in summo lampadis.

B *de hominibus*: CATVLL. 24, 1 -us ... Iuventiorum. AVSON. 406, 89 flos -orum Romuli (*sc. iuvenum Romanorum*). ENNOD. opusc. 3, 121 p. 362, 13 finitimarum urbium certos quosque de civibus -os legere atque ad suos hortos ... plantaria iam probata portare *eqs.* *J. Kapp.*

? **flovalentia** florentia GLOSS. V 501, 23 *nondum emendata.*

flovius, flovo *v. sub* flu-.

flucticola, -ae *c. a* fluctus *et* colere. *ea, quae in fluctibus habitat*: SIDON. carm. 10, 1 nurus (*i. Thetis*).

fluticolor, -ōris *adi. a* fluctus *et* color. *i. q. fluctus colorem habens*: MART. CAP. 1, 67 -r hyacinthi ... profunditas.

flucticulus, -ī *m.* [*a* fluctus *deminutive. Th.*]. DIOM. gramm. I 326, 4 *deminutiva* quae 'us' syllaba genetivo proferuntur tam masculina quam feminina (nam neutra nulla sunt) easdem syllabas admittunt, tam quam ⟨hic⟩ fluctus **-us**, haec porticus porticula. *similia* PRISC. gramm. II 106, 17 GRAMM. suppl. 70, 14. *i. q. parvus fluctus, aestus*: APVL. apol. 35 leviter motis -is.

[**fluctifer**] *v.* fluctiger.

fluctifragus, -a, -um *a* fluctus *et* frango. *id quod fluctus plangentes frangit*: LVCR. 1, 305 denique -o suspensae in litore vestes uvescunt. CARM. de Iona 39 tremit omnis silva (*i. ligna navis*) sub ictu -o (fluctivago *cod. Iureti*). *v. etiam* fluctiger.

fluctigena, -ae *c. a* fluctus *et* gignere. *i. q. fluctibus genitus*: MART.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAP. 1, 22 (*vers.*) -a . . . Nereus. 9, 889 ruricolae omnes cunctique -ae quam plures etiam astriluci... divi. 9, 915 (*vers.*) nantes -as chorumque Phorci.

fluctigenus, -a, -um *a* fluctus *et* gignere. *i. q. fluctibus genitus*: AVIEN. Arat. 1158 -i specie⟨m⟩ monstri (*i. Pistricis*).

fluctiger, -a, -um *a* fluctus *et* gerere. *i. q. fluctuum patiens*: CIC. carm. frg. 20 tunc se -o (fluctifero *Itali*, fluctiseco *Hermann*, fluctifrago *Nobbe*, fluctivago *Baehrens*) tradit mandatque paroni. *v. Frid. Seitz, de fixis poet. lat. epithetis 1890 I p. 24.*

fluctio, -ōnis *f. a* fluere. *i. q. fluxus, fluxio, profluvium*: PLIN. nat. 20, 49 capita *porri* bis aquā mutatā cocta alvum emolliunt, ⟨eadem aqua pota cum vino⟩ sistit -es (efluct-, effluct-, efflux- *codd.*, et fluct- *Gelenius*, et inflationes *vulgo*) veteres (24, 126). 20, 71 *beta* validius cocta -es stomachi et ventris sistit (23, 150. *cf.* 20, 217 ventris et intestinorum -es. 22, 99 vulvae ac ventris -es. 27, 38 stomachi alvique -es [*v. l. 21*]). 20, 150 *menta* trita . . . sanguinis -es (20, 180. 22, 137. 23, 55. 24, 183. 35, 189) intus *emendat.* 20, 187 imponit Iollas ipsum (*sc. anesum*) . . . ad magnas -es extrahendisque, si qua in oculos inciderint. 21, 123 flos *rosae* . . . inhibet -es mulierum maxime albas. 22, 46 contra -es, quas Graeci rheumatismos vocant (22, 138. 25, 80. 28, 88. *cf.* 22, 98 -bus alvi, quas rheumatismos vocant). 24, 13 cerri folia et cortex et glans siccat collectiones suppurationesque, -es sistit (24, 128. 34, 105. 35, 195). 27, 74 oculorum -bus (28, 73. 33, 102 -es . . . oculorum exulcerationesque). 30, 57 si maior -o sit. 31, 127 *partibus* -e occulta laborantibus. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 198 provocabiles . . . sunt liquidorum -bus (*sic ed. pr.*; fluxio- *cett.*).

fluctisonus, -a, -um *a* fluctus *et* sonare, *cf. c.* fluentisonus. *i. q. sonum fluctuum praebens*: SEN. Herc. O. 836 litora. SIL. 12, 355 insula -o circumvallata profundo.

fluctivagus, -a, -um *a* fluctus *et* vagari. PRISC. gramm. II 27, 19 *transit* 'u' in 'i', ut . . . fluctus -us. BOETH. categ. 1 p. 181^{C} si quis dicat 'flammiger'. . . vel '-us', secundum complexionem non erit ista prolatio, idcirco quod ex neutris integris factum est.

i. q. (in) fluctibus vagans: STAT. Theb. 1, 271 -a . . . praeterlabitur unda (*cf.* EVG. TOLET. carm. 45, 2 -i frangitur unda sali. VEN. FORT. carm. 7, 4, 5 -i . . . Rheni. Mart. 4, 1 mare. CORIPP. Iust. 2, 328 pelagus). STAT. Theb. 9, 360 -am . . . domum madidosque penates Alcyone deserta gemit. 9, 305 ruricolamque Gyan cum -o Ergino. silv. 2, 1, 95 -us . . . Dictys. 3, 1, 84 -os nautas (AVIEN. Arat. 664. CARM. poet. min. V 101, 3, 2 navitas). PRVD. cath. 3, 46 per aequora -os texta greges (*pisces*) sinuosa trahunt (*cf.* SEDVL. op. pasch. 4, 11 p. 262, 10 Simon . . . turbas . . . -as [*i. pisces*] linea doctus obsidione concludens. carm. pasch. 5, 395 -am [-um *codd. opt.*] traxerunt retia praedam [*i. pisces*]). DRAC. Orest. 43 -i tendebant carbasa venti. VEN. FORT. carm. 7, 25, 5 velaque -um traherent aquilone secundo *me*. ARATOR act. 2, 1088 -ae . . . puppi. *v. etiam* fluctifragus *et* fluctiger.

? **fluctо,** -āre. *forma poetarum incerta pro* fluctuo. *i. q. fluitare*: VARRO Men. 123, 3 Infamia stans nixa in vulgi pectore -anti (*Ribbeck*, fluctuanti *codd.*; flutanti *Bücheler in textu*, '*an* luctanti'*? in apparatu*). SIL. 4, 486 medio abruptus -bat (*sic vel* fluctuabat *cod. Sang.*, fluitabat *Bauer*) in amne solutis pons vinclis. 14, 543 scuta virum . . . tutelaeque deum (*i. imagines navales*) -ant (*codd.*, fluitant *Bauer*).

fluctuābundus, -a, -um *a* fluctuare. *i. q. fluctuans, nutans: proprie*: AMBR. Iob 4, 10, 27 p. 264, 20 lubrico ante -us vestigio fida possim statione consistere. AVG. serm. ed. Mai 28, 4 terra . . . molis suae nutante fundamine -a commotione iactatur. *translate*: CYPR. laps. 25 *puella* nunc mentis aestu -a iactari. HIER. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 904 impossibile . . . est, ut . . . vultus vagus, -us, circumlatus omni vento doctrinae, videat quod debet. PS. RVFIN. in Os. 12, 12—13 p. 1025^{C} quasi -us sermo progreditur, ut invicem sibi exprobratio laudatioque succedat. OP. imperf. in Matth. 7 p. 674 de mundo hoc falso et -o et tempestuoso *eqs.*

fluctuātim *adv.* [*a* fluctuare. *Th.*]. NON. p. 111, 36 -m, iactanter (GLOSS.) et solute. AFRAN. com. 237 magnifice volo -m (*incertum an pro tribus syllabis*) ire ad illum.

fluctuātio, -ōnis *f. a* fluctuare. *de formis: legitur pluralis*: EPIST. pontif. 230 (*a. 362*) Migne 13, 18^{B} RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 7, 2 p. 175, 6 AVELL. p. 637, 16 CAPREOL. epist. 2, 6 p. 853^{C} MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 3 p. 376. 34, 3 p. 455. *de notione*: GLOSS. σάλος. salum, mare et intellegitur -o. *nota interpretationes*: FVLG. myth. 3, 1 cymeron id est -o amoris. HIER. nom. hebr. p. 9, 3 Naid motus sive -o (sit. et nom. p. 141, 25. *cf.* epist. 21, 8, 1 interpretatur -o [in Ezech. 16, 12 p. 156]. in psalm. 35 p. 43, 4 interpretatur σάλος, id est -o sive commotio). nom. hebr. p. 12, 3 Zauan motus vel -o eorum. *vox legitur apud* LIV. *primum*, VAL. MAX. SEN. phil. SOL., *tum apud* ECCL.

i. q. motus fluctuans, aestuatio, vacillatio, trepidatio: **I** *sensu strictiore*: SEN. dial. 4, 35, 3 (*de habitu irae*) artus trepidi, inquietae manus, totius corporis -o. MART. BRAC ira 1 artus trepidi et instabili -e totum concitatum corpus. **II** *sensu latiore*: **A** *de rebus*: **1** *de animo* (*i. q. vacillatio, instabilitas*): LIV. 9, 25, 6 in ea -e animorum opprimi incautos posse. SEN. epist. 120, 20 indicium est mal⟨a⟩e mentis -o et inter simulationem virtutum amoremque vitiorum . . . iactatio. PAVL. MED. bened. 10, 4 illi, quibus solidus sensus deest et mens eorum varia -e vacillat. *adde fere i. q. error*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 7, 2 p. 175, 6 tranquilla . . . mente alloqui deum et reparare ac recolligere a diversis -bus (ἀπὸ τῶν πλανωμένων) sensum. **2** *de variis rebus* (*i. q. vacillatio, perturbatio, inquietudo*): EPIST. pontif. 230 (*a. 362*) Migne 13, 18^{B} persecutiones non fieri neque -es inferri. AVG. epist. 187, 38 post -em huius saeculi. CASSIOD. in psalm. 138, 23 in tanta rerum -e. MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 4 p. 335 res quotidianae -o sunt et tempestates (κλυδώνιον . . . καὶ χειμών). 22, 3 p. 376 -es huius vitae evadere (τοῦ κλυδῶνος τοῦ παρόντος βίου). 34, 3 p. 455 omnibus -bus (τριχυμιῶν) huius vitae. GREG. M. moral. 10, 16 -em nostrae titubationis (*syn.* trepidatio). 18, 68 ab omni se abstrahere actionum carnalium -e.

singulariter i. q. fluor, fluxus: SOL. 32, 12 (*de Nili incremento*) *aiunt* omnem abscessus originem de sole concipi, primosque fieri excessus tumoris, cum per Cancrum sol vehatur: postmodum... emissis omnibus cumulis (*v. vol. IV p. 1385, 47*) totam -em erumpere (*pro* -em *habent codd. interpolati S A P*: propulso omni fluore tantam vim amnis).

B *de homine* (*spectat ad instabilitatem animi vel ad vacillationem, perturbationem vitae, rerum*): VAL. MAX. 7, 4, 5 *Metellus* hos obsidebat montes, paulo post ad illos transgreditur, cum . . . ignota erat causa inopinatae eius ac subitae -is. SEN. dial. 9, 1, 17 remedium, quo hanc -em meam sistas. VVLG. psalm. 54, 23 *deus* non dabit in aeternum -em iusto. Sirach 40, 4 furor, zelus, tumultus, -o *eqs.* AVELL. p. 637, 16 nec contrariorum spirituum ictibus nec -bus malorum principis (*i. perturbationibus a malorum principe concitatis*) . . . titubare possimus. CAPREOL. epist. 2, 6 p. 853^{C} hominis passiones et -es. CASSIOD. hist. 7, 1 p. 1063^{C} -em eius ad portum tranquillitatis adduxit (*syn.* aestuatio). MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 4 p. 309 paganum videamus in -e (ἐν περιστάσει).

syn.: aestuatio (*v. l. 30*), iactatio (*v. l. 1*), trepidatio (GREG. M. moral. 10, 16). *opp.*: tranquillitas (CASSIOD. hist. 7, 1 p. 1063^{C}). *cf.* PAVL. MED. bened. 10, 4 *ubi menti -e vacillanti opponitur* solidus sensus.

fluctuo, -āvī, -āre, *postea* **fluctuor,** -ātus sum, -ārī. [*a* fluctus. *Th.*] *de formis: de incerta poetarum forma* fluctо, -are *v. s. v. p. 939, 47.* QVINT. inst. 9, 3, 7 utroque modo (*sc. patiendi et faciendi*) efferuntur: luxuriatur, luxuriat, -atur, -at. *certae formae in* -o *vel* -or (*crebrum est part.* -ans) *traduntur his locis*:

	-o:	-or:
PLAVT.	Merc. 890 Rud. 303. 903	—
RHET. Her. .	4, 11, 16. 4, 55, 68	—
CIC.	Att. 2, 12, 3	ac. 2, 29 (-are V^{2})
CATVLL. . . .	64, 62. 65, 4	—
LVCR.	4, 1077. 6, 367	—
VERG.	georg. 2, 281 Aen. 4, 532. 8, 19. 10, 679. 12, 486. 527	—
LIV.	—	23, 33, 3. 30, 34, 10. 32, 13, 4. 36, 10, 4. 40, 32, 3
MANIL. . . .	1, 434	—
VAL. MAX. .	3, 8 ext. 6. 5, 5, 3	3, 1 ext. 1. 6, 2, 1. 8, 1 amb. 2. 9, 8, 1
SEN.	Herc. f. 699	Ag. 109 Med. 943 Tro. 657 benef. 5, 12, 6
	dial. 8, 1, 2	dial. 1, 5, 9. 3, 10, 2. 7, 14, 1. 10, 2, 3. 10, 5, 1. 12, 9, 6
		epist. 4, 5. 20, 1. 52, 1. 95, 57. 111, 4
	nat. 3, 14, 1. 4, 2, 5. 6, 7, 6	nat. 5, 2. 6, 1, 4. 6, 20, 1
CVRT.	—	4, 12, 21
LVCAN. . . .	2, 702	—
PLIN. nat. . .	2, 107	2, 209. 3, 109. 4, 66. 9, 26. 16, 186. 18, 98. 27, 28. 36, 130. 37, 190
VAL. FL. . . .	3, 637	—
SIL.	5, 503. 16, 314	—
STAT.	Theb. 9, 251 silv. 3, 2, 86	—
QVINT.	inst. 9, 3, 7 (*cf. l. 38*)	inst. 9, 3, 7 (*cf. l. 38*)
SVET.	—	Claud. 4, 4
APVL.	met. 4, 2. 5, 21. 23. 10, 2 Socr. 12 p. 146	—

posteriora exempla formae in -or *inveni haec:* MIN. FEL. 1, 6, 4 CYPR. mort. 6 AMBR. epist. 37, 4 (*in* -o fug. saec. 4, 21. 5, 28) GILD. Brit. 60 chron. III p. 59, 18 OP. imperf. in Matth. 1 p. 624 IORD. Get. 291 (*in* -o 223) GREG. TVR. glor. Mart. 105 NOVELL. Iust. 8 praef. ISID. diff. app. 165 p. 1328^{A} (*ibid. in* -o). *exempla formae in* -o *inde ab* APVL. *passim. partic. perf. legitur*: SEN. nat. 5, 2 PLIN. nat. 4, 66. 9, 26. 27, 28. *gerund.*: HIER. epist. 43, 3, 1. *abl. part. praes. in* -i *trad.* LIV. 42, 59, 8 (*v. p. 943, 39*) AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 27, 1 HIER. epist. 147, 1 SEDVL. op. pasch. 1, 11 p. 184, 16. -asse:

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. pall. 2. *sensu passivo usurpatur* VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 AMBR. epist. 37, 4. *de notione: male distinguitur* -are *a* -ari: ISID. diff. app. 165 p. 1328[A] inter -o et -or hoc interest, quod -o animo quasi fluctus ago et huc illucque fluo; -or, fluctu feror ideoque -at mare, -atur navis. SCHOL. Prud. cath. 6, 136 -are, perire, periclitari. GLOSS. -o κυμαίνομαι. -or κυματοῦμαι. -at κυμαίνει, extuat (*i.* aestuat), dubitat, vacellat. -ans *v. p. 944, 30. de usu: vox legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem. usque ad* APVL. *deest illis scriptoribus, qui in tabula supra posita omittuntur, exceptis* SEN. contr. TAC. GELL., *ubi est part. praes.*

fluentum, -i *n.* [*cf. c.* fluere, fluens. *Th.*]. *de notione*: SERV. Aen. 6, 8 'flumina monstrat': quaecumque -a (auct. Aen. 11, 659 'flumina' pro flumine, aut -a. COMMENT. Lucan. 2, 216 'Tiberina in flumina': -a). 6, 671 'magnos amnes': ... magna -a. GLOSS. -a ῥεῖθρα, ῥεύματα. -a aquae, lymfae. *v. etiam sub* fluo, fluentia *pro subst. de usu: vox legitur apud* LVCR. (5, 949) VERG. (*quater*) HOMER. SIL. (*bis*) (QVINT. inst. 8, 3, 73 *citatur Verg.*) APVL. SER. SAMM., *inde per totam latinitatem. vox plerumque legitur pluraliter. exempla formae singularis inveni haec*: HOMER. 783 APVL. met. 6, 12. 18 Socr. 19 p. 164 SER. SAMM. 492. 587 SOL. 19, 4. 23, 16 IVL. VAL. 3, 45 IVVENC. 1, 451 CANDID. gen. div. 5 ZENO 2, 27, 2. 2, 28. 36 AVIEN. Arat. 872 ora 299. 321. 365. 373. 623. 626. 631 orb. terr. 32. 91. 163. 246. 436. 688. 1099. 1134. 1160 AVSON. Mos. 419 FVLG. aet. mund. p. 130, 17 AMBR. Isaac 4, 24 apol. Dav. I 7, 35 PS. AMBR. paenit. 30 HEGES. 3, 26, 1 (*bis*) HIER. in Gal. 4, 4 p. 449 c. Lucif. 6 RVFIN. symb. 4 p. 342[A] Greg. Naz. orat. 38, 16 p. 104, 15 E. PRVD. perist. 12, 32 PAVL. NOL. carm. 21, 715 AVG. gen. ad litt. 8, 4 p. 235, 21 anim. 2, 5, 9 ZACCH. 2, 12 p. 1129[C] RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 16 SEDVL. carm. pasch. 4, 229 PAVL. PETRIC. Mart. 5, 162 DRAC. laud. dei 1, 612 Romul. 2, 92 VEREC. satisfact. 2. [*dub.*: AVSON. Mos. 60 penetrale profundi (*G*, -i *VRBL*). *scriptura mendosa mihi videtur* HIER. in Ion. 4, 5 p. 1146[D] trans fluenta[s] Iordanis, *quod cum apud* ECCL., *tum apud* HIER. (epist. 46, 12. 58, 5, 3. 77, 7 adv. Pelag. 2, 21 in Ier. 5, 1, 2 p. 294, 13 in Gal. 3, 14 sit. et nom. p. 108, 18) *passim legitur* -a Iordanis.]

i. q. fluctus: **I** *proprie, de rebus liquidis*: **A** *de aquis marium, fluminum sim.* (*etiam de fluvio ipso cf. p. 950, 33 sq. vel de aqua ipsa; de lacrimis v. p. 951, 12 sqq.; accedit gen.*): LVCR. 5, 949 templa ... nympharum, quibus e scibant umori (umore *codd.*) -a lubrica *eqs.* VERG. georg. 4, 369 unde pater Tiberinus et unde Aniena -a *effluunt* (*cf.* Aen. 12, 35 recalent ... Tiberina -a sanguine. SIL. 12, 548 ad Trebiam, ... ad Ticina -a. 14, 150 Thrasymenna. AVIEN. orb. terr. 506 Sicana. MART. CAP. 2, 119 Magnesia). Aen. 4, 149 Xanthi ... -a (*cf.* APVL. met. 6, 13 rauca [pauca *trad., em. Lips., cf. l. 67*] Cocyti -a. IVL. VAL. 2, 32 Strangae. CHALC. transl. p. 21[E] Nili ... -a [*Plat. Tim. 21[E] τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα*]. AVIEN. Arat. 100 Tethyos ... cetosa. orb. terr. 425 Heridani ... nemorosa. AVSON. Mos. 21 amoena ... Mosellae. 349 tua [*i. Mosellae*] glauca. AMM. 17, 4, 14 per maria -aque Tigridis [VVLG. num. 13, 30 iuxta mare et circa -a Iordanis]. 23, 6, 57 immania Oxi. 31, 3, 8 amplitudine -orum Histri. ENNOD. epist. 1, 6, 6 p. 15, 1 dulcia Larii. *al. cf. l. 46. p. 950, 67. singulariter*: HOMER. 783 Xanthi ... -o. APVL. Socr. 19 p. 164 Ilissi amnis modicum -um [-i *v. l.*]. SOL. 19, 4 Cyri amnis). Aen. 6, 327 nec ripas datur horrendas et rauca -a (*sc. Cocyti*) transportare. APVL. met. 6, 12 *platanus* mecum simul unum -um bibit. 6, 18 pigrum -um (*de Acheronte*). mund. praef. *describere* amnis -a (MAR. VICTORIN. ad Iust. 9. AMBR. hex. 2, 3, 12 inter se maris fluctus et amnis -a discernunt. *cf.* HIER. in Ier. 1, 26, 3 p. 26, 14 Assyrii fluminis. RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 219, 11 fluminum. hist. 2, 11, 2 fluvii [8, 12, 4]). mund. 8 *exhalationem umidam* ex -is superioris vaporis natura ad se trahit. ITALA Sirach 39, 17 (Eucher. form. 3 p. 17, 15) rosa germinat super uvida -a (VVLG. rivos aquarum). SOL. 23, 16 ab ordine -i (fluente *v. l.*) Propontis *appellata*. IVL. VAL. 3, 20 aquae -a (PS. AMBR. serm. 28, 2 aquarum [HIER. adv. Pelag. 2, 23] CORP. VIII 5335 VINCENT. LER. 20, 25 [*syn* fluctus]. *cf.* PS. AMBR. serm. 37, 3 *Moyses* populum ... per undarum -a transvexit). 3, 45 Amazonico flumine locum ambiente, eo -i circiter spatio *eqs.* ARNOB. nat. 5, 2 p. 174, 29 -a isse per fontium (HIL. trin. 3, 21. FVLG. myth. praef. p. 12, 20 Gorgonei ... fontis. CASSIOD. in psalm. 118, 136. *sing.* AMBR. Isaac 4, 24 -o ... fontis. *cf.* Hel. 2, 2 torrentis. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 49 -a laticis in vini naturam mutare. *trop.*: AVG. anim. 2, 5, 9 -um fontis divini [PETR. CHRYS. serm. 23 p. 263[B] *plur.*]). ZENO 2, 36 nectarei -i ... murmur. IVVENC. 1, 451 stagnante -o. AVIEN. Arat. 872 austri raptabunt flabra -um (*de mari*). ora 299 ab aequore salsi -i (623). 321 *in harenas* flumina u[e]rgent -um. 365 navigia ... adire non valent locos breve ob -um. 373 Scylax medium -um inter columnas (*Herculanas*) asserit tantum patere, quantus aestus Bosp⟨h⟩oro est. 626 aggeres stringit -o (fluendo *codd.*) Rhodanus. orb. terr. 32 *Tanais* inserto freta pellit ... -o (1160). 91 *Arabs* tumet ... rapido per aperta -o (*cf.* 1154 citis evolvitur unda [*i. mare*] -is. MEROB. carm. 2, 7 festinis onerat crystalla -is). 163 *mare* tenui praetexens ima -o (*cf.* RVFIN. hist. mon. 11 p. 429 aquae fontem lenibus repletum -is. CLAVD. 28, 159 placidis ... -is extulit *caput*. SEDVL. carm. pasch. 3, 227 glaucis ... -is lambebant marmora plantas. VEREC. in cant. 6, 13 flumina ... -is dulcioribus cumulata). 246 sola parens ponto, genetrix haec (*Scythica unda*) sola -o est. 688 *Aradus* curvo praelambitur ora -o. 767 inde -a tenduntur Scythici ... maris (AMBR. Hel. 7, 21 CYPR. GALL. exod. 512 MART. CAP. 6, 623 *al. cf.* PRVD. c. Symm. 2, 790 gurgitis aestivi ... pura -a. MART. CAP. 6, 638 interioris sinus. ENNOD. epist. 2, 7, 3 p. 46, 22 oceani. VEREC. in cant. 9, 28 pelagi). 1099 Arabas Syriaeque solum sinus iste (*Arabi*) -o (fluente *codd., corr. Vadianus*) dividit. 1319 *beryllum* prona -a procul internis a finibus aut adamanta detulerint. AVSON. Mos. 419 Rhene, sinus hyaloque virentem pande peplum spatiumque novi metare -i fraternis cumulandus aquis. DAMAS. (*?*) epigr. 1, 2 cupiens haurire -a (*syn.* latices). SYMM. or. 2, 4 -a conte[n]gere. 2, 20 margines turrium -a praestringunt (*syn.* flumina). AMM. 22, 8, 46 (*de Ponto*) limum globosque aggerente multitudine circumvenientium -orum (*syn.* unda). 24, 1, 11 magnitudine ... -orum (*syn.* aquae. 25, 6, 13. 27, 5, 5). AMBR. apol. Dav. I 7, 35 *David* non bibit ... aquam, sed domino fudit significans sitire se Christi sacrificium, non naturae -um (*trop.*: Isaac 1, 2 insipientiae sanguinem spiritalium rigatu dilueret -orum. *cf.* AVG. gen. ad litt. 8, 4 p. 235, 21 Christus ... -o spiritali nos irriget). PS. AMBR. serm. 38, 2 eadem consecratio, quae orientis flumina benedixit, occidentis -a sanctificat (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 896[C] Indus fluvius, omnium violentior -orum [*ῥεῦμα πάντων ποταμίων ὑδάτων πλεῖστον*]. VEN. FORT. carm. praef. 4 Ligerem et Garonnam, Aquitaniae maxima -a). HEGES. 1, 30, 9 praecipitium -orum ruina. 3, 26, 1 non exordium esse Iordanis in Panio, sed -um. VVLG. prov. 5, 15 bibe aquam de cisterna tua et -a putei. cant. 5, 12 resident iuxta -a plenissima. Is. 44, 3 effundam aquas super sitientem et -a super aridam (*δώσω ὕδωρ*). RVFIN. Adamant. prol. (*trop.*) *quosdam* cum ad fontes ac flumina librorum venerint, ... -a limpidissima ab imis commota vadis probrorum coeno temerare *video* (*cf.* Orig. in num. 12, 1 p. 658[B] venae illae ... sensuum ... pura ac sincera -a producant). 4, 12 fons ... -is perennibus (*gr. πηγὴν ἀέναον*) lavans, ut quanto amplius quis ex eo hauriat, tanto ille copiosius fluat (Orig. in cant. 3 p. 171[C]). symb. 4 p. 342[A] fons quomodo ex se generat fluvium, quo autem spiritu rapidus fertur in -um? PS. RVFIN. in Am. 9, 5 *Nilus* in alveum suum -a subducit, ut aquarum nulla fere ... vestigia relinquantur. CORP. VIII 18328, 20 in ... civitate meatus -orum deesse videbatur. CYPR. GALL. gen. 245 humanum ... genus vastis mersare -is (*antecedit* fluctibus aequoreis). Ios. 84 -is (-es *trad. corr. Mayor*) corpora purificent. PRVD. c. Symm. 2, 934 *Aegyptii* glebas ... rigentes ... mollire -is. perist. 12, 32 regio ... murmurans -o. PAVL. NOL. carm. 15, 39 terram sine aqua subitis manare -is iussisti. 21, 715 *urbs* per insertos calices sibi prima -um vindicat. 21, 783 iussa -a tibi (*Felix*) cum fenore reddita. 21, 815 largis ... -is (*v. l. 84*). 26, 377 pedibus calcare -a (*antecedit* scindere aquas virga). 27, 267 sicut ovis ... ad viva -a cucurri. AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 9 quo latius possent erumpentia -a dispergi. civ. 10, 8 p. 414, 23 D. petram ... abundantia -a fudisse. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 3 lignum aquis intulit, cuius haec vis fuit, ut dulcem saporem -is redderet. MART. CAP. 1, 14 eosdem amnes diversicolor -orum discrepantium unda raptabat. *ibid.* alius ... spumabat cunctis seminibus -orum. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934[B] euripi in utramque partem soliti sunt propria leniter -a convertere (*εὔριποι μεταῤῥέουσιν*). MAX. TAVR. hom. 39 p. 311[A] Israel populus pervenit ad -a Iordanis (*cf. p. 949, 46. 63*), ... Christianus populus pervenit ad -a baptismatis. RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 15 obductum terra -i alveum. SEDVL. carm. pasch. 4, 229 dona -i (*syn.* munera lymphae). DRAC. Romul. 2, 92 *nymphae appellantur* turba -i (*antecedit* fons). laud. dei 1, 610 incessanter aquas licet evomat impete pleno, iacturam tamen unda (*i. fons perennis*) negat sentire -i. ENNOD. epist. 6, 38, 3 p. 171, 23 relictis -orum alimoniis aether pisces petere (*syn.* flumina). dict. 12, 2 p. 462, 2 per secretiores meatus quasi per ... alveos ... -a reducuntur. opusc. 1, 46 p. 273, 22 sistebatur impetus -orum (*syn.* unda, *item* carm. 1, 7, 3 p. 524). 9, 8 p. 418, 4 ad cuius (*prophetae*) precatum -a siccentur, ut Hebraeus transeat. CASSIOD. in psalm. 41, 1 nec vacat quod 'ad fontem aquarum' dixit, non ad aquas. -a enim ... siccari possunt, 'fons' autem 'aquarum' semper irriguus est. IORD. Get. 208 *ei*, quos ... coegit in ... sitim vulnus ..., -a mixta clade (*i. sanguine*) traxerunt. CORIPP. Ioh. 2, 287 fercula ponit cuncta locis aptans dapibus mundansque -is. GREG. TVR. Franc. 10, 29 locus aridus absque -is currentibus infecundus. GREG. M. epist. 5, 53 si -a usibus hominum plumbi fistula ministraret. 11, 36 *Moyses petram* largis (*v. l. 57*) utique

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is (in effluentis *v. l.*) aperuit (*trop.* 12, 16ª *Marianum* de beatorum patrum . . . torrentibus profunda ac perspicua -a . . . bibere). *de bracchio fluminis*: SERV. Aen. 11, 457 Padusa pars est Padi, nam Padus licet unus sit fluvius, habet tamen -a plurima (*i. bracchia ostii; cf.* auct. *ibid.* alii Padum tribus fontibus nasci dicunt, e quibus . . . Padusa; . . . alii partem . . . Padi, in quam descenditur fossa). SIDON. epist. 1, 5, 5 sic dividua -a partitur Padus, ut praebeant moenibus circumfusa praesidium, infusa commercium. *i. q. decursus aquae*: COD. Theod. 9, 32, 1 (*a. 409*) si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili ulla -a de propriis ac vetustis usibus praeter fas . . . usurpaverit, flammis . . . consumatur (*item* COD. Iust. 9, 38, 1 *ubi codd.* valla -a). *de lacrimis*: PETR. CHRYS. serm. 111 p. 505ᴮ fontes et -a lacrimarum (*cf.* 103 p. 489ᴮ ex oculis stillantia dolorum -a). VEREC. satisfact. 2 lugubre -um (*i. lacrimas*) contritis sufferre genis.

B *de aliis rebus liquidis*: SER. SAMM. 492 Lenaei durum potare -um (*cf.* 682 tepidis Bacchi -is. ZENO 2, 27, 2 *vitis* concepta . . . musti felicibus lacrimis -a denuntiat. *ibid.* pretiosum -um [*i. vinum*] . . . bibitur. 2, 28 *vites* musti dulci -o ferventes. LEO M. serm. 20, 2 p. 189 fecunditatem segetum, -a vitium . . . ubertas imitetur animorum). 1001 acidis . . . -is (*i. aceto*). ARNOB. nat. 1, 21 p. 15, 8 olearum -a ra⟨n⟩cescere (*cf.* HIER. epist. 54, 16, 2 olei -a. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 162 oppleto nutaret testa -o [*i. oleo*]). 4, 21 p. 158, 8 *Iuppiter* suxit -a mammarum (*cf. trop.*: RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 88ᴮ salvatorem veteri vino novella uberum suorum -a miscentem). PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 176, 16 sanguinis -a manantia (PRVD. cath. 12, 138 SEDVL. hymn. 2, 68 *syn.* rivos cruoris. *cf.* POTAM. tract. 2 p. 1416ᴬ fontis -a purpurei [*de sanguine*]). *huc addam* SER. SAMM. 587 nimio praeceps urina -o.

II *translate: de rebus non liquidis*: **A** *de rebus corporeis*: APVL. mund. 34 illa flammarum -a . . . quasi duo flumina ex uno fonte manantia (*cf.* PS. AMBR. poen. 30 stagno ignis et -o incendii . . . obsessos). flor. p. 19 Indorum non aeque miror . . . ferri temperacula et argenti metalla et auri -a. *nota*: ZACCH. 2, 12 p. 1129ᶜ non veram in Christo carnem fuisse, sed ex nescio qua re (quo aere *ed. pr., recte ut videtur*) vel -o frivolam speciem pro homine demonstratam. **B** *de rebus incorporeis*: ZENO 1, 9, 1 *fons* avaritiae, unde criminum -a funduntur (*cf.* PAVL. NOL. epist. 44, 4 p. 373, 6 vitiorum. PS. AVG. serm. 87, 1 libidinum). 2, 27, 3 de homine . . . manant doctrinae caelestis divina -a (HIER. in Matth. prol. p. 18ᴮ Ioannes purissima doctrinarum -a potavit. AVG. civ. 18, 32 p. 301, 23 D. *al. cf.* RVFIN. Orig. in gen. 10, 3 haurire scientiae -a [PS. AVG. serm. 9, 4 CASSIOD. compl. in apoc. 1, 9. VEN. FORT. vita Hil. 2, 4 irrigua. GREG. M. moral. 27, 14]. MART. BRAC. form. vit. 1 *sapientiae* [*ibid.* scientiae rivuli]). FVLG. aet. mund. p. 130, 17 est . . . in nobis copiosum dictionis enormeque -um (*cf.* HIER. epist. 97, 3 eloquentiae -a [FVLG. RVSP. ad Monim. 1 prol. CASSIOD. var. 10, 6, 3 *al.*]. PETR. CHRYS. serm. 173 p. 651ᴬ nostri sermonis -a. ENNOD. epist. 1, 3, 6 p. 6, 16 alloquii. 1, 12, 4 p. 22, 4 colloquii. GREG. M. moral. 6, 6 sacrae locutionis. epist. 5, 42 linguae vestrae. FERRAND. epist. 11 spiritalis eloquii). AMBR. parad. 3, 14 flumina ista . . . sunt -a virtutum. in psalm. 118 serm. 21, 16, 3 *Elias et Elisaeus* ut transirent aquas fluvii Iordanis, passionum -a nostrarum . . . transierunt. PS. AMBR. serm. 20, 3 -a euangelicae pietatis (CASSIOD. in psalm. p. 103, 11 divinae pietatis). RVFIN. Orig. in gen. 12, 5 p. 229ᶜ sunt venae perennes, irrigua -a rationabilis sensus (*cf.* Orig. in num. 12, 1 p. 658ᴮ venae . . . rationabilium sensuum . . . pura ac sincera -a producant). Orig. in num. 12, 1 p. 658ᴰ apud aquas vivas id est apud viventis verbi -a. AVG. civ. 18, 35 p. 308, 10 D. non . . . -a iustitiae, sed iniquitatis lutum. LEO M. epist. 65, 2 p. 881 *rivum fidei* ad nos apostolicae institutionis -a miserunt. EPIST. pontif. 322 (*a. 417*) Migne 20, 592ᴬ regenerationis sacra -a. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369ᶜ pura . . . fidei -a. ARNOB. in psalm. 1 p. 329ᴬ permanens iuxta -a legis. ENNOD. epist. 3, 12, 1 p. 80, 6 transeunt haurientis ambitum, quae a Christo veniunt -a donorum (*ibid. antea*: largis meatibus . . . munerum). CASSIOD. in psalm. praef. p. 9ᴮ -a tam magnae praedicationis. GREG. M. moral. 1, 29 *vulgus* nec -a historiae exquirit. 7, 57 -a veritatis observare. 18, 49 praedicatores veri . . . a sacrorum librorum -is procedunt. *accedit genet. personae*: GREG. M. moral. 16, 61 imbres montium . . . *sunt* sacrorum patrum -a (*antea*: verba doctorum). DIONYS. EXIG. Procl. ad Arm. 27 p. 204, 7 Schw. (*de sententiis haereticorum*) -a haereticorum (*τῆς ἀπάτης ῥύακας*) dico perniciosa deoque inimica contagia.

nota: i. q. fluxio, profluvium, processus: CANDID. gen. div. 5 si iuxta puncti -um generatio ibi (*i. a deo*), quomodo? immobile enim est punctum. . . . si procedit, iam non punctum, sed lineamentum *est* (*syn. ibid.* 4 iuxta puncti fluentiam. *v. p. 949, 16*).

syn.: aqua (AMM. 24, 1, 11 AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 16, 3 VVLG. Is. 44, 3 RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 658ᴮ·ᴰ PS. RVFIN. in Am. 9, 5 PAVL. NOL. carm. 26, 377 SVLP. SEV. chron. 1, 16, 3 CASSIOD. in psalm. 41, 1), fluctus (HOMER. 783 AMBR. hex. 2, 3, 12 CYPR. GALL. gen. 245 VINCENT. LER. 20, 25), fluentia (CANDID. gen. div. 5/4), flumen (APVL. mund. 34 SYMM. or. 2, 4 AMBR. parad. 3, 14 in psalm. 118 serm. 21, 16 p. 1243 PS. AMBR. serm. 38, 2 PS. RVFIN. in Ioel 3, 17/18 ENNOD. epist. 6, 38, 3 p. 171, 23), fluvius (APVL. met. 6, 18 RVFIN. symb. 4 p. 342ᴬ EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 896ᶜ), lympha (SEDVL. carm. pasch. 4, 229), rivus (SEDVL. hymn. 2, 68), unda (VERG. Aen. 6, 327 AMM. 22, 8, 46).

deriv.: fluento. *compos.*: fluentisonus.

?fluentus, -a, -um. *i. q. fluens*: ITIN. Alex. 12 ipse . . . Cydnum amnem videt . . . acutum frigore, festinum meatu . . . , delectatusque tali elemento seu -o (fervente *Volkmann*, violento *Koch*) victus aestu . . . , saltu pontem fluminis scandit . . . inque amnem sese translatus . . . saltu *eqs.* CORP. XIII 2016 Valerius Silvicola et filia -is lacrimis orfanitatem (*i. 'lacrimis conquerentes' Hirschfeld; i.* fluentibus *Allmer; cf.* III 12666 merentis *pro* merentibus). GLOSS. (*ad* Rufin. hist. 8, 16, 4 superbus, inflatis . . . visceribus suppuratisque) suppuratis, insania (sania *id est* sanie *Goetz*) -is vel (et *al.*, id est *al.*) purulentis.

fluēsco, -ere [*cf. c.* fluere, fluidus, fluor. *Th.*]. *i. q. diffluere*: **1** *sensu strictiore* (*i. q. fluendo solvi, liquescere*): PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 10 *pruinae, gelus* . . . -unt et soluta depereunt. AVG. civ. 21, 5 p. 495, 30 D. Agrigentinum Siciliae salem perhibent, cum fuerit admotus igni, velut in aqua -ere (p. 497, 6. *cf.* EVGIPP. exc. Aug. p. 488, 23 fluere). 21, 7 p. 502, 16 de palea sic frigente, ut -ere nivem non sinat. **2** *sensu latiore* (*i. q. dissolvi*): AVG. serm. ed. Mai 53, 3 sensit petram pelagi Petrus vacillare iam debilem -entem. *accedit* in: DRAC. laud. dei 1, 697 cuius (*i. dei*) ab aspectu montes et saxa -unt in cineres. *fere i. q. tabescere*: AVG. in psalm. 29 en. 2, 7 ille Adam in stercore, parturiens immortalitatem intrinsecus, vermibus -ens extrinsecus. PS. AVG. serm. 96, 6 (*de Lazaro*) -entium membrorum taeterrimus fetor prohibebat accessum.

fluibundus, -a, -um [*a* fluere. *Th.*]. *i. q. diffluens*: MART. CAP. 1, 88 semper -a luxu levitate pernix desultoria gestiebat *Sors.*

fluido(r), -ārī (-āre) [*a* fluidus. *Th.*]. *i. q. liquefieri*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 136 immisso liquore plurimo -antur accepta (*i. cibi*).

fluidus, *antea* **flūvidus,** -a, -um [*cf. c.* fluere *et c.* uvidus. *Th.*]. *de etymologia*: EVTYCH. gramm. V 453, 20 ante 'idus' consonans positionis invenitur, ut madeo madidus, . . . fluo interposita 'v' fluvidus. *de formis: compar. legitur* CAEL. AVR. chron. 3, 8, 106 *v. p. 953, 28. superl. deest. metro probatur* flūvid- LVCR. 2, 464. 466 (*cf. ibid.* 452 flŭvĭdo). *lectio codd. inter* flu- *et* fluv- *vacillat*: VERG. georg. 3, 384 Ov. met. 14, 168. 15, 231. 362 MANIL. 1, 164 SEN. Oed. 423 epist. 52, 5. 58, 24. 71, 23 COLVM. 6, 9, 2 LVCAN. 6, 89 APVL. Plat. 1, 7 SER. SAMM. 557. 805 LACT. inst. 7, 21, 4 CHALC. comm. 203. 210. 296 HIL. in psalm. 118 lamed 7 p. 460, 24 AMBROSIAST. in I Tim. 5, 11 PAVL. NOL. carm. 25, 127 AVG. gen. ad litt. 3, 2 p. 66, 6 bon. coniug. 20, 23 conf. 13, 14, 15. 13, 20, 28 SEDVL. carm. pasch. 4, 186. *omnes codd. habent* fluvid-: LVCR. SEN. epist. 58, 27 AVG. civ. 11, 34 p. 510, 29 D. p. 511, 8 gen. ad litt. 3, 10 p. 73, 8 (fluid- *ed. pr. et Bened.*) ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 32 BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 19 ENNOD. carm. 2, 112, 1 p. 596 (fluidum *ed. pr.*) IORD. Get. 13. *v. praeterea l. 34. de notione*: GLOSS. -um, fluorem, fluxum. cruoris fluxum, cruorem. -us impetosus (IV 237, 57 impetuosus *v. l.*). *cf.* fluit: molle (IV 520, 12, molae V 295, 16). *de usu: vox legitur apud* LVCR. (*ter*) VERG. (*bis*) Ov. (*quater*) LIV. (*semel*) MANIL. CET. FAV. SEN. trag. *et* phil. COLVM. LAVS Pis. PLIN. nat. APVL. SER. SAMM. ARNOB. nat. LACT. IVST., *inde usque ad* ISID.

I *sensu strictiore, de rebus liquidis: i. q. fluens, liquidus*: LVCR. 2, 452 illa quidem debent e[x] levibus atque rotundis esse magis, -o quae corpore (corpora *v. l.*) liquida constant. 2, 464 sed quod amara vides eadem quae -a constant, sudor uti maris est, minime mirabile debet; (466) nam quod -us est, e levibus atque rotundis est. VERG. georg. 3, 484 abundabat -us liquor (*i. tabum*). Aen. 3, 663 *Polyphemus* luminis effossi -um lavit inde cruorem (Ov. met. 4, 482 [fulvidoque *v. l.*]. *cf* SER. SAMM. 805 reprimit -os . . . medicamine cursus [*sc. sanguinis*]). MANIL. 1, 164 -um . . . aequor (DRAC. laud. dei 1, 239 aequore pisces luserunt -o per caerula vasta natatu, *nisi adi. pertinet ad* natatu. *cf.* GREG. M. moral. 27, 16 -a maris dorsa calcare. *cf.* ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 32 -i itineris *sc. super mare*). LAVS Pis. 147 -is adopertus nubibus aether. APVL. Plat. 1, 7 *vicenalis sphaerae* forma -a et volubilis aquae similior est visa. HIL. in psalm. 118 lamed 7 p. 460, 24 *terra* cum -ae sit aquarum naturae subiecta (AVG. civ. 11, 34 p. 510, 29 D. aquarum -am gravemque naturam. *cf.* RVFIN. Orig. in gen. 17, 9 p. 261ᶜ nihil est aquarum in verbo scientiae, nihil -um, nihil frigidum [patr. 1, 5ª p. 306ᶜ nihil est aquaticum in verbo scientiae, nihil -um, nihil frigidum]. AVG. civ. 11, 34 p. 511, 8 D. umorem -um et frigidum et per hoc gravem. gen. ad litt. 3, 2 p. 66, 6 quidquid . . . aquarum sive labiliter undosum et -um est sive vaporaliter tenuatum. EVSTATH. Bas. hex. 1, 9 p. 877ᴬ cum sit aqua -a [*gr. ὑγρόν*. GREG. M. moral. 29, 61 aquae . . . per glaciem in superficie durescunt, sed -ae in intimis remanent]. IVNIL. 2, 2 aliquid -um ac liquidum, id est aquas). PRVD. ham. 750 *uxor Loth in saxum mutata* nulla ex -o plenae dispendia formae sentit deliquio. EVSTATH. Bas. hex. 6, 10 carnes . . . -a mox putredine corrumpuntur. EVG. TOLET. hex. 38 sustentant solidam (*sc. terram*) -is radicibus undae.

II *sensu latiore et translate, de rebus non liquidis*: **A** *de rebus corporeis*: **1** *de corpore, membris sim.*: **a** *i. q. manans aliquo liquore*: Ov. met. 14, 168 aspiciam -os humano sanguine

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rictus. COLVM. 6, 9, 2 (*inter signa febricitantis bovis*) -um salivis os. CHALC. transl. 43ᴬ circuitus immortalis animae circumligabant irriguo -oque corpori (*Plato Tim. 43ᴬ εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον* [influente atque effluente CIC. Tim. 47]. *cf.* CHALC. comm. 203 irriguum porro -umque corpus vocat ob ... egestionis et exsaturationis vices).

b *i. q. mollis, languidus, enervis* (*cf. infra l. 83*): OV. met. 15, 231 inanes illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, -os (validos *vix necessario coni. Helm, Götting. G. A. 1915, 553*) pendere lacertos. LIV. 34, 47, 5 mollia et -a corpora Gallorum (SEN. dial. 6, 11, 1 putre ... -umque corpus. nat. 1 praef. 4 causarium ac -um. 1, 5, 12 -o et vago et nihil amplius quam brevem speciem recipiente [*opp.* duro ... ac stabili ac manenti]. 6, 2, 3 imbecilla corpuscula, -a. epist. 66, 23 *v. infra l. 60*. HIL. in Matth. 11, 5 per luxum -a et dissoluta ... corpora. IORD. Get. 13 *Silorum* corpora magna, sed -a). SEN. epist. 92, 10 inutilis caro et -a (PLIN. nat. 9, 95 *v. infra l. 47*). HIL. in Matth. 7, 4 (*de puero paralytico*) artubus -is et ad consistendi officium ingrediendique corruptis. PRVD. apoth. 763 (*de resurrectione Lazari*) quis potuit -is animam suffundere membris? ISID. ort. et obit. 115 *Christus* paralyticis -a membra in proprium reparavit statum. **c** *t. t. philos.*: *i. q. fluctuans, mutabilis*: CHALC. comm. 24 natura corporis -a est (RVFIN. Adamant. 5, 16 -ae et mutabilis naturae [*ῥευστῆς οὐσίας*] est corpus et ideo semper defluit et ciborum accessione mutatur). *huc spectant*: CHALC. comm. 210 de corporeis atque sensilibus, quod -a (fluvi- *v. l.*) sint et mutabilia. 236 -am ... materiam ... exundare subtiles corporum fusiones. 296 Pythagoras ... -am (fluvi- *v. l.*) et sine qualitate esse silvam censet. **d** *nota apud medicos de alvo fluente*: SER. SAMM. 557 potio ... -am ... morabitur alvum (*cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 8, 106 *accedit* stercorum vel urinae abstinentia et per ventrem -ior exitus).

2 *de vestimentis, i. q. defluens, laxus*: SEN. Oed. 423 sinus la[illegible]i -umque syrma. ARNOB. nat. 3, 14 p. 121, 27 -arum vestium superie[illegible]ione perfusos *deos effingitis*. IVST. 41, 2, 4 vestis ..., posteaquam ac[illegible]essere opes ut Medis, perlucida ac -a. COMMENT. Lucan. 7, 514 'Arabes soluti' molles aut quoniam calidas regiones incolunt aut a -a veste, qua utuntur (PAVL. NOL. carm. 19, 576. 25, 127). *cf. etiam sub subst. p. 954, 15. huc addiderim*: DRAC. Romul. 6, 46 huc ades armatus -is (*i. fere pendulis*) post terga pharetris.

3 *de variis rebus corporeis: de sabulone* (*i. q. diffluens, mollis*): CET. FAV. 4 p. 289, 21 puteum ... cum fodere coeperis, si terra solida non fuerit aut harena lubrica aut sabulo -us ... fossionem resolvet, tabulas axium ... submittes. *de humo, via* (*fere i. q. umidus, lubricus*): SEN. nat. 3, 27, 5 vitis atque omne virgultum non tenetur solo, quod molle -umque est. epist. 52, 5 alterum *aedificium* fundamenta lassarunt in mollem et -am humum missa (*opp.* pervenitur ad solidum). APVL. met. 9, 9 viam ... stagnanti palude sam et alibi subluvie caenosa lubricam. *de carne, cibo, scilla* (*i. q. mollis*): PLIN. nat. 9, 95 (*de cancro*) unum hoc animalium, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, -a carne (*cf. l. 15*) non habet callum. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 13 sorbilem cibum dare, omnino tenuem vel -um. chron. 4, 8, 127 squilla erit ... aceto concoquenda, ne -a fiat. *aliter* (*i. q. defluens*) *de sagina*: PAVL. NOL. carm. 20, 356 *sus* in ... fine viarum defecit -ae depressus mole saginae. *de igni* (*i. q. liquidus*): LACT. inst. 7, 21, 4 *ignis sempiternus* est purus ac liquidus et in aquae modum -us.

B *de rebus incorporeis: i. q. fluctuans, instabilis, incertus, dissolutus, languidus*: OV. met. 15, 362 nonne vides, quaecumque mora -ove (-que *codd.*) calore corpora tabuerint, in parva animalia verti? SEN. nat. 4ᵇ, 13, 11 *febris* cor ipsum excoquit. luxuria invictum malum et ex molli -oque durum atque patiens. epist. 58, 24 de homine dixi, -a materia et caduca. 66, 23 pecunia et corpus (*cf. l. 12*) et honores imbecilla, -a, mortalia, possessionis incertae sunt. 114, 23 omnis ex languido -oque (*sc. animo*) conatus est (*cf.* PRVD. ham. 755 *uxor Loth* infirmum -umque animum per lubrica solvens consilia [AVG. bon. coniug. 20, 23 sine disciplinae forma indecenter -um ac dissolutum]. AVG. conf. 13, 14, 15 *deus* super interius nostrum tenebrosum et -um misericorditer supereffere batur. GREG. M. moral. 18, 67 *corda* per lapsum -a [ISID. in in gen. 1, 3 *sing.*]). LAVS PIS. 103 habitus, qualem nec dicere maestum nec -um ... possumus. PS. AMBR. serm. 2, 3 regnum caelorum, quod prius -um et remissum apud Iudaeos iacebat (*opp.* fixum et solidum). AMBROSIAST. in I Tim. 5, 11 (*de luxurioso homine*) -am (fluvidam *v. l.*) amat vitam (RVFIN. Orig. in exod. 4, 8 -am et lubricam iuventutis vitam. AVG. conf. 13, 20, 28 genus humanum ... procellose tumidum et instabiliter -um. mus. 4, 3, 4 -a, levicula, fragilia bona. LEO M. serm. 71, 6 vestigia gradientium a -is ad solida transferantur. SIDON. epist. 8, 16, 2 (*de genere dicendi*) utinam nil molle, nil -um ... reperiretur. BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 19 species -ae atque imperfectae nec determinatae.

adde de morbis sim. (*i. q. fluens, liquidus, umidus; cf. supra l. 57*): LVCAN. 6, 89 corpora dum solvit tabes ..., traxit ... caelum -ae contagia pestis ... in nubem. SEDVL. carm. pasch. 4, 186 -us mox viscera morbus (*i. hydrops, lues*) deserit. ENNOD. carm. 2, 112, 1 p. 596 (*de caeco*) orbe pereffosso -um de lumine vulnus pestifer ostentans ora sepulta geris.

C *de animantibus*: **1** *i. q. fluctuans, languidus, incertus* (*cf. supra l. 6*): SEN. epist. 58, 27 imbecilli -ique inter vana constimus (valla constituimus *codd., em. Gertz*). 71, 23 nos -i et enerves *sumus*. PETR. CHRYS. serm. 173 p. 653ᴬ ut quae (*Herodias*) -a tota, tota ierat resoluta, saeva et truculenta revolaret. LAVRENT. paen. p. 101ᶜ meretrix, adultera, fornicaria, -a, tu venis ad me. **2** *i. q. in fluctibus habitans*: DRAC. Romul. 2, 61 -ae ... puellae (*i. Nymphae*).

neutr. pro subst. **fluidum,** -ī. GLOSS. *v. p. 952, 48 sqq.* **1** *sensu strictiore, i. q. liquidum, umidum*: COLVM. 8, 16, 1 quid ... tam contrarium est, quam terrenum -o? CAEL. AVR. chron. 4, 1, 3 humectata atque -a densamus. *pendet gen.* (*cf. l. 14*): AVG. gen. ad litt. 3, 10 p. 73, 8 aer ... a confinio ... caeli usque ad aquarum -a et nuda terrarum pervenit. **2** *sensu latiore, i. q. languidum, remissum, imbecillum*: SEN. dial. 6, 11, 3 corpus ex infirmis -isque contextum. epist. 102, 25 detrahentur ossa nervique, firmamenta -orum et labentium. *pendet gen.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 258, 18 pretiosa quaeque gemmarum et vestium -a ac delicata sectamini (*τῆς ἐσθῆτος τὴν μαλακήν τε καὶ περιῤῥέουσαν*). PETR. CHRYS. serm. 24 p. 267ᴬ totum carnis nostrae pendulum, -um, resolutum constringi mandat (*dominus*) ... zona virtutis.

syn.: laxus (SEN. Oed. 423). *iuxta posita notabiliora*: dissolutus (HIL. in Matth. 11, 5 AVG. bon. coniug. 20, 23), enervis (SEN. epist. 71, 23), imbecillus (SEN. epist. 58, 27 *cf.* 66, 23), inanis (OV. met. 15, 231), infirmus (SEN. dial. 6, 11, 3 PRVD. ham. 755), languidus (SEN. epist. 114, 23), mollis (LIV. 34, 47, 5 SEN. nat. 3, 27, 5. 4ᵇ, 13, 11 SIDON. epist. 8, 16, 2), mutabilis (CHALC. comm. 210 RVFIN. Adamant. 5, 16), remissus (PS. AMBR. serm. 2, 3).

opp.: durus (SEN. nat. 1, 5, 12. 4ᵇ, 13, 11), fixus (PS. AMBR. serm. 2, 3), solidus (OV. met. 15, 231 PS. AMBR. serm. 2, 3 LEO M. serm. 71, 6 p. 389), terrenus (COLVM. 8, 16, 1). *deriv.*: fluidare.

fluitātio, -ōnis *f. a* fluitare. *fluctuatio, vacillatio*: CARM. laud. dom. 25 defunctis iungantur bracchia membris ..., ne ... accidat informis -o dissociatis. AVG. gen. ad litt. imperf. 8 p. 479, 24 *prudentiae* vigore cohibetur eius (*i. naturae*) -o (fluctuatio *cod. Par., ed. pr., ed. Benedict.*) atque constringitur.

fluitio, -ōnis *f. a* fluere. *i. q. fluxus, flumen*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 629 interpretatur ... Zorobabel -o postposita. *ibid.* -o postposita, ... quia defluitionem regni ad se decurrentem postposuit et elegit redemptionem populi sui.

fluito, -āvī, -āre [*a* fluere. *Th.*]. *de formis*: u *duplex legitur in codd., ex. gr.*: VERG. Aen. 5, 867 (*cod. Rom.*). 10, 305 (*Bern. 184*) SEN. Med. 631 (*Etrusc.*) dial. 6, 6, 3 (*cod. Ambros.*) epist. 51, 12 PLIN. nat. 15, 63 (*cod. Monei*). 16, 168. 204. 25, 98 (*Leid. Voss.*). 29, 52 (*Leid. Voss.*) TAC. hist. 2, 34. 3, 27 CYPR. GALL. iud. 303 (*Laud. I et II*) NOT. Tir. 73, 93. *formae breviores stirpis perfecti*: MANIL. 1, 746 -arunt. TAC. hist. 2, 93 -asse. *de* -ŭĭ- *bisyllabo constat ex metro his locis* SEN. Med. 631 PAVL. NOL. carm. 17, 178. 23, 342. 31, 520 SIDON. carm. 24, 74. *forma contracta* flūt- (*cf.* nuto) *metro non comprobatur nisi*: LVCR. 3, 189 (*l. 62*). 4, 77 (*p. 955, 61*). *nota etiam scriptionem cod. Sang.*: fluct-: SIL. 4, 486. 14, 543. *passive vel pro deponenti*: VARRO frg. Macr. sat. 3, 15, 8 *cod. Paris.* (*v. p. 977, 28*). *de notione*: GLOSS. -ans fluens. -antem diversa vacillantem. *de usu: verbum legitur apud* LVCIL. (288) VARRONEM CIC. CATVLL. LVCR. VERG. CVLICEM CIRIM HOR. TIB. PROP. OV. LIV. MANIL. SEN. rhet. *et* trag. CVRT. MELAM LVCAN. PETRON. LAVD. Pis. PLIN. nat. SIL. STAT. QVINT. TAC. PLIN. epist. FLOR. FRONT. GELL. TERT. [*corrupt. vel dub.*: TERT. pall. 2 *et* monog. 16 (fluit- *edd.*) *v. sub* fluctuo *p. 941, 25 et 942, 63*. SEN. Med. 631.]

i. q. fluere, fluctuare: **I** *sensu strictiore, de rebus liquidis (accedunt praepositiones; abl., quo indicatur, unde aliquid fluat, v. l. 70): de aqua* (*de alveo v. l. 63*): LVCR. 1, 718 -ans circum magnis anfractibus aequor Ionium (AVIEN. orb. terr. 152 Sicanum late -at mare. CYPR. GALL. exod. 761 -antis marmora ponti). 3, 189 movetur aqua et tantillo momine flutat. TIB. 2, 5, 59 -antibus undis Solis ... abluit amnis equos. LIV. 1, 4, 6 -antem alveum ... tenuis in sicco aqua destituisset. MELA 1, 73 rivis hinc atque illinc -antibus. AVG. gen. ad litt. imperf. 10 p. 483, 5 aqua congregatur, ut apparet arida, id est cohibetur, quod -at materiae. PS. AVG. quaest. test. 111, 5 p. 279, 11 *aquae* per venarum fistulas -antes (EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 -ans aqua; *gr. ῥυτὸν ... τὸ ὕδωρ*). CYPR. GALL. iud. 303 caelestes -ent ... rores. 314 canum ritu -ante⟨s⟩ lambere lymphas. *de sanguine*: VICT. VIT. 3, 22 rivuli sanguinis toto iam corpore -rent (CORIPP. Ioh. 8, 656 sanguinis ex omni -antes arbore rivi). CORIPP. Ioh. 8, 487 -ans cruor. *huc spectat de auro*: OV. met. 11, 126 miscuerat ... *Midas* auctorem muneris undis: ... per rictus aurum -are videres.

II *sensu latiore et translate, de rebus non liquidis et de animantibus*: **A** *de rebus corporeis*: **1** *i. q. fluctibus agitari, natare* (*de navibus, lignis, corporibus aliisque rebus*; quid, omnia, nihil *v. p. 955, 20. 21. 43; accedit abl.*, in *c. abl.*, per, inter, contra): CIC. Arat. frg. 25 -antia quaerere aplustra (LVCR. 2, 555 per ... oras [*syn.* natare]. SIL. 10, 325 per undas. *cf.* VERG. Aen. 5, 867 ratem. 10, 305 transtra. MANIL. 5, 51 aequore rostra. SEN. Ag. 504 *prora* [*syn.* natare]. PETRON. 123 vers. 213 classes ... mari. AVSON. Mos. 246 retia [392, 5 p. 254 P.]. AMBR. Iac. 2, 3, 11 p. 38, 14 ne velut navis in fluctibus ... -ret [fluctuaret *v. l.*]. CYPR. GALL. gen. 299 flumine cumba [*syn.* fluere]. exod. 76 -ante faselo. *trop.*: CIC. Sest. 46 rei publicae navem

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...-antem in alto). LVCR. 4, 442 quae (*i. partes ratis navigantis*) demersa liquore⟨m⟩ obeunt, ... in summo -are liquore *videntur* (*cf.* PLIN. nat. 28, 134 [*de butyro faciendo*] quod est maxime coactum, in summo -at). CVLEX 357 praeda ... omnis in aequoreo -at iam naufraga fluctu. LIV. 1, 37, 2 *Sabinorum* -antia arma ad urbem cognita in Tiberi prius paene, quam nuntiari posset, insignem victoriam fecere. MANIL. 4, 787 insula Trinacriae -antem ad iura sororem subsequitur Creten (*cf.* PLIN. nat. 16, 168 in insulis -antibus. PLIN. epist. 8, 20, 6 *insulae* non numquam destitutae tranquillitate singulae -ant). SEN. epist. 51, 12 -antem toto lacu rosam. CVRT. 4, 9, 19 cumuli ... sarcinarum passim -antes. PLIN. nat. 2, 233 aes et plumbum (*syn.* invehi, innatare, *opp.* mergi, sidĕre). 7, 77 virorum cadavera supina -are, feminarum prona (SIL. 6, 12 summo ... ponto. LAMPR. Heliog. 17, 2. *cf.* SIL. 2, 310 Libyae ... procul -antia membra [*Poenorum*]. TAC. ann. 6, 19 corpora [CYPR. GALL. exod. 501 *syn.* natare]). PLIN. nat. 10, 151 *ovum* inane -at (*opp.* sidere. *cf.* 29, 52 *urinum* contra aquas -et). 13, 57 materies *fici* (*syn.* innatare, *opp.* mergi, sidere. *cf.* PLIN. epist. 8, 17, 4 armenta atque inter haec arborum truncos aut villarum trabes varie lateque -antia). 15, 63 mala in patinis fictilibus -antia. 16, 203 neutra *cedrus* in aquis -at. 31, 22 in ... lacu ... omnia -ant, nihil mergitur (*cf.* AVSON. 347, 13 p. 165 P. quid -at pelago? *syn.* natare). 37, 37 electrum -ans. SIL. 4, 486 -bat (fluctabat *vel* fluctuabat *cod. Sang.*) in amne ... pons. 14, 543 scuta virum ... tutelaeque deum -ant (fluctant *codd.*). FLOR. epit. 2, 2, 32 cum ... praedae omnibus promunturiis ... -rent. 4, 11, 7 naufragium ... toto mari -bat (ferebat *v. l.*).

translate, de variis rebus corporeis: i. q. huc atque illuc agitari, moveri: VARRO Men. 12 pueri in aedibus saepius pedibus offensant, dum recentes musteos (*sc. petasones*) in carnario -are (-antes *Laurenberg*) suspiciunt. LVCR. 2, 1011 corpora prima quod in summis -are videmus rebus et interdum nasci subitoque perire. MANIL. 1, 746 (*de Phaethonte*) vaga dispersi -arunt lumina currus (*i. solis*). NEMES. cyn. 113 *cani* nimis molles -ant in cursibus aures. AVIEN. Arat. 1089 cancer premit ortus et anguem, agmine qua vasto -at (*Grotius*, pluit ad *trad.*) caput. CLAVD. 28, 567 quid ... draconum ora velint? ventis -ent (-ant *v. l.*) an vera minentur? carm. min. 25, 11 -ant (fluctans *cod. Parm.*) arcus *Amorum* (*cf.* ENNOD. carm. 1, 4, 53 p. 514 sic alloquitur matrem -antibus armis). SIDON. carm. 2, 334 in viridi -bat silva capillo. DRAC. laud. dei 1, 172 *vitis* verberat ... palmes ramos -ante flagello. *adde trop. de mutabilitate, inconstantia rerum*: CIRIS 492 hic velut in niveo, tenera est cum primitus, ovo effigies animantis et internodia membris imperfecta novo -ant concreta calore (*sequitur* corpus ... artus undique mutabant atque undique mutabantur). SEN. suas. 1, 9 nihil esse stabile, omnia -are et incertis motibus modo attolli modo deprimi *eqs.* *i. q. variare*: LVCR. 4, 80 *vela* omnem scenai speciem, patrum coetumque (*sic vel* ornatumque *Munroe*, matrumque *codd.*) decorum (deorum *codd.*) inficiunt coguntque suo -are colore. *i. q. agitari, vacillare, nutare*: TAC. hist. 3, 57 disiectam -antemque testudinem. *adde* PANEG. 6 (7), 12, 7 gubernacula -antia (*rei publicae*). *nota: i. q. manare, stillare, liquorem emittere*: TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 334, 10 caecus ⟨aliqui⟩ vel -antibus oculis. *huc spectat* MISC. Tir. p. 50, 22 *potum quendam* bibat ieiunus usque anus -at (*cf. tamen C. Moore, Archiv 10 [1898] 255 qui* fluat *legendum esse putat*). *i. q. effluere*: CYPR. GALL. iud. 234 *vir* -ante cerebro exspirat ... vitam.

2 *i. q. laxe defluere, undare (de vestibus, velis, loris sim.; de capillis v. l. 70)*: CATVLL. 64, 68 -antis amictus (*cf.* TAC. Germ. 17 locupletissimi veste distinguuntur, non -ante, ... sed stricta et singulos artus exprimente. FRONTO p. 66, 10 N. manuleorum intervallis, quae ... laxata videmus atque -antia. DRAC. Romul. 2, 84 pedes -ans vestis laxatur ad imos). LVCR. 4, 77 vela ... intenta theatris per malos trabesque trementia flutant (fluctus *B, om. A*). PROP. 3, 18, 13 tam pleno -antia vela theatro (OV. met. 11, 470 vela ... summo -antia [volitancia *c. Cantabr.*] malo. SEN. dial. 6, 6, 3 PLIN. paneg. 81, 4). OV. ars 2, 433 aspice ut in curru modo det -antia rector lora (*cf.* SIL. 8, 283 frena incerto -ant discordia curru. SIDON. epist. 1, 2, 5 *arcus* nervo lorove -antibus). LVCAN. 4, 451 suspendit vincula (*i. funes*) ponto et laxas (laxe *pars codd.*, laxa *Par. 7502*) -are sinit religatque catenas ('*vincula laxe -bant, non catenae' interpretatur Francken*). TAC. hist. 2, 34 ancorarum funes non extenti -bant. PAVL. NOL. carm. 23, 154 laxior hinc humili -bat linea tractu. *de capillis*: LVCIL. 288 ⟨i⟩actari caput atque comas, -are (fruitare *codd.*) capronas altas, frontibus immissas. MANIL. 1, 835 longi -ent de vertice crines. CARM. poet. min. V 77, 55 per ... humeros -ante capillo. *huc addas*: SIDON. carm. 24, 74 Porus posuit crepante gaza fulvo ex palmite vineam metalli gemmarum -antibus racemis.

B *de rebus incorporeis:* **1** *de oratione sim.*: LAVS Pis. 164 si carmina forte nectere ludenti iuvit -antia versu (*i. q. fluere, currere*). QVINT. inst. 7 pr. 3 oratio carens hac virtute tumultuetur necesse est et sine rectore -et (*i. q. huc atque illuc agitari, vagari*). **2** *de aliis rebus incorporeis:* **a** *i. q. instabilem esse, incertum esse, vacillare*: VARRO Men. 123 (*anapaesti*) Infamia stans nixa in volgi pectore flutanti (fluctuanti *trad.*). STAT. Theb. 7, 808 talis erat ... belli -antis imago. TAC hist. 2, 93 creditur Caecinae fides -asse (CLAVD. 15, 247). AMBR. hex. 2, 2, 5 p. 45, 1 -at ... illis impossibilitas ratio. 3, 1, 4 p. 61, 5 -ant singulorum incessus (*cf.* CLAVD. 3, 73 per aestum lassa recedentis -ant vestigia [*i. ultima indicia, reliquiae*] venti). bon. mort. 3, 12 p. 714, 1 vita ... levior fabulis et -ans et natans (nutans *v. l.*) verbis (*cf.* AVG. gen. ad litt. 1, 5 p. 10, 1 spiritalem vitam ... ante formam conversionis quasi -antem. 1, 9 p. 13, 28 intellectualis vita, quae ... -ret informiter). 9, 40 p. 737, 11 *ne anima* tamquam ebria perturbationibus eius (*i. corporis*) vacillet et -et (fluctuet *v. l.*). in psalm. 43, 3 inexaminata ... -at disciplina, sed examinata non -at. PRVD. apoth. 541 exiliis vagus huc illuc -antibus errat Iudaeus. AVG. bon. coniug. 5, 5 ut ... concupiscentia ... non deformis et dissoluta -ret. **b** *i. q. agitari, aestuare*: TERT. resurr. 61 p. 122, 18 forata sunt inferna in viro et in femina, nimirum qua libidines -ent. *incertum, huc an ad a pertineat*: TERT. anim. 48 p. 379, 8 si ... neque ... statio sensuum -et aut *eqs.* (*v. Hoppe, Synt. u. Stil d. Tert. p. 187*).

C *de animantibus:* **1** *i. q. fluctibus agitari, natare:* **a** *de bestiis*: CIC. nat. deor. 2, 100 (*agitur de mari*) quot genera quamque disparia partim submersarum partim -antium et innantium beluarum partim ad saxa [sa] nativis testis inhaerentium. PLIN. nat. 2, 203 magna circa eam (*insulam*) multitudine piscium -ante (9, 75 *anguillae* exanimes piscium solae non -ant. 25, 98 [fluvitant *cod. Leid. Voss.*]. AVSON. Mos. 84 -antes amne catervas). 5, 72 *lacus Asphaltites* nullum corpus animalium recipit, tauri camelique -ant (*opp.* mergi. *inde* SOL. 35, 2. *cf.* PLIN. nat. 9, 35 *testudines* non queant mergi invitaeque -ant). 9, 35 *testudines* per tranquilla (*sc. pelagi*) -antes. 9, 95 cetera (*animalia maris*) in undis natant, locustae reptantium modo -ant. **b** *de hominibus*: SIL. 6, 686 circum fragmenta ... classis et effusos -are in gurgite Poenos. TAC. hist. 5, 18 -antem (*in palude*) labantemque militem. GELL. 16, 19, 16 *delphinum* -anti ... sese homini (*sc. Arioni*) subdidisse. AVIEN. Arat. 869 nautis ... -antibus alto (AVSON. Mos. 197 super aequora lembo). AVSON. Mos. 282 inter captivas -vit praedo catervas. AMM. 16, 12, 57 licebat videre -antes alios ut stipites (*syn.* nare). PAVL. NOL. carm. 24, 342 -are rursus eligit (*syn.* navigare). **2** *i. q. agitari, instabilem esse, incertum esse, vacillare, nutare* (AMBR. Iac. 2, 3, 11 p. 38, 14 *v. p. 954, 82*): LVCR. 3, 1052 animi (*Lambinus*, animo *codd.*) incerto -ans errore vagaris. HOR. epist. 1, 18, 110 neu -em dubiae spe pendulus horae. AMBR. in psalm. 43, 3 severa ... *est* disciplina, ne -emus et vagemur errantes. PS. AMBR. apol. Dav. I 15, 72 p. 347, 23 is qui ... confirmatur spiritu, ... nescit -are, nescit errare nec studio nutat incertus, sed firmatus solido stabilitur vestigio. PAVL. NOL. carm. 17, 178 *salutis portus* petimus per aequor, dum vagae mentis -amus (fluctu- *v. l.*) aestu, ... tamquam ... carina corpore vecti. epist. 16, 8 in fragilitate corporea ... tamquam in navigii fatiscentis infida compage -amus. AVG. in Iob 38 p. 602, 15 quisquis eos (*libros divinos*) sine illo (*deo*) interpretari voluerit, -et atque erret necesse est. PAVL. PELL. 154 quas (*illecebras*) inter -ans (fluctans *B*) interque et vota parentum. *nota i. q. vagari, ruere*: PETRON. 124 vers. 281 *Discordia* petit ... iuga ... Appennini, unde omnes terras atque omnia litora posset aspicere ac toto -antes orbe catervas. *i. q. fluctuare (de turba bacchantium)*: PRVD. c. Symm. 1, 140 (*de Theseo et Ariadne*) hanc iubet assumptam fervens post vina neaeram secum in deliciis -antis stare triumphi (*vix i. q. super mare vehentis*). **3** *i. q. fluere, agitari, abundare, largiter instructum esse aliqua re*: RVFIN. hist. 8, 14, 11 *Maximinus* deliciis, luxu atque omni dissolutionum genere -ans (Orig. in exod. 2, 1 PAVL. NOL. carm. 31, 520. *cf.* RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 5 abundare divitiis ..., fecunda ... prole gaudere, deliciis -are). BOETH. cons. 1, 4, 154 sceleratorum officinas gaudio laetitiaque -antes. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 7 te effrenatius evagantem, et velut undosi aequoris gurgite, naturali quadam licentia -antem. *huc addiderim*: RVFIN. Orig. in gen. 4, 4 carni in luxuria et voluptatibus -anti. **4** *i. q. manare aliquo liquore*: PS. QVINT. decl. 8, 17 si -at nimis aeger humoribus. TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 5 femina, quae sanguine -bat.

syn.: abundare (RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 5), errare (*v. l. 39. 45*), fluere (CYPR. GALL. gen. 299), innatare (PLIN. nat. 2, 233. 13, 57), invehi (PLIN. nat. 2, 233), laxari (FRONTO p. 66, 10 N.), natare (LVCR. 2, 555 SEN. Ag. 504 AVSON. 347, 13 p. 165 P. AMM. 16, 12, 57 AMBR. bon. mort. 3, 12 p. 714, 1 CYPR. GALL. exod. 501), navigare (PAVL. NOL. carm. 24, 342), vacillare (AMBR. bon. mort. 9, 40 p. 737, 11).

opp.: mergi (PLIN. nat. 2, 233. 5, 72. 9, 95. 13, 57. 31, 22), sidere (PLIN. nat. 2, 233. 10, 151), stabiliri (PS. AMBR. apol. Dav. I 15, 72 p. 347, 23), stringi (TAC. Germ. 17).

part. praes. pro adi. **fluitāns**, -antis. GLOSS. *v. p. 954, 50.* *i. q. agitatus, motus, inquietus*: CIC. Tim. 9 non tranquillum et quietum, sed immoderate agitatum et -s (*κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως*). HIER. epist. 98, 19, 2 continentiam luxum voluptatis et -ia (fluentia *v. l.*) carnis incentiva siccantem. *i. q. mutabilis, instabilis, incertus, inconstans*: HOR. sat. 2, 3, 269 in amore haec sunt mala, bellum, pax rursum; haec si quis tempestatis prope ritu mobilia et caeca -ia sorte laboret reddere certa sibi, nihilo plus explicet *eqs.* STAT. Theb. 5, 378 invalidis -ia tela lacertis ... spargimus. SCHOL. Hor. epist. 1, 8, 12 'Romae Tibur amem ventosus', -s (fluctitans *cod. Hal.*). PAVL. NOL. carm. 21, 118 tota res vitae ... -s et anceps lubrico pendet statu. *i. q. aequoreus*: MANIL.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,196 (*de Piscibus*) utraque sors umoris habet -ia signa. *i. q. fluctibus agitatus* (*trop.*): PANEG. 12 (2), 7, 4 *Sullas, Catones, Scipiones* diu ... vitiorum turba iactavit et naufragos atque -es ab illis, quibus mersabantur, erroribus aegre aetas recepit.

nom. plur. masc. pro subst. **fluitantēs,** -ium. *i. q. navigantes*: PLIN. epist. 8, 8, 4 iucundum utrumque per iocum ludumque -bus ... laborem otio, otium labore variare.

nom. plur. neutr. pro subst. **fluitantia,** -ium. *i. q. res agitatae, instabiles, mobiles*: AVIEN. Arat. 23 ipse parens rerum -ia fixit.

syn.: agitatus (CIC. Tim. 9), mobilis (HOR. sat. 2, 3, 269). *opp.*: certus (HOR. sat. 2, 3, 269), quietus tranquillus (CIC. Tim. 9).

flūmen, -inis *n.* [*a* fluere. *Th.*]. *de etym.*: VARRO ling. 5, 27 fluvius, quod fluit, item -n (*v. praeterea l. 16. p. 965, 18. cf.* GRAMM. suppl. 277, 1 ISID. orig. 1, 28, 1). *de prosodia*: PRISC. gramm. II 126, 7 *nomina habent* 'u' productam, si in 'uo' desinit verbum: ... fluo, flūmen (GRAMM. suppl. 113, 20). flú- *invenitur* CORP. XII 1357. 2343, 4. *de formis*: fluminia GROM. *v. s.* flumineus. *in codd. interdum confunditur cum* fulmen *velut* CIC. rep. 1, 7 PVBLIL. R 14 LVCR. 5, 675. 6, 257 VITR. 4, 3, 6 LVCAN. 4, 77. 5, 770. 8, 864. 10, 206 SIL. 8, 644. *de genere: gen. neutrum testantur*: PRISC. gramm. II 21, 6 DVB. NOM. gramm. V 579, 3. *generis masculini legitur vulgariter*: CYPR. GALL. Ios. 189 GROM. p. 365, 7 IVL. HON. cosmogr. B 10 COSMOGR. 1, 7. 10? CHRON. Alex. chron. I p. 112, 201. *de notione et sensu* (*v. etiam infra l. 84*): SEN. nat. 3, 12, 1 -n ... facit copia cursusque aquae perennis. 3, 12, 3 -n est fluens aqua. SVET. frg. 157 p. 244 -n omnis humor, qui vel modice fluit. *distinguitur ab* amni (*v. etiam p. 967, 71sqq.*), fluvio, torrente: DIFF. ed. Beck p. 35, 66 *et* DIFF. gramm. suppl. 277, 1 GLOSS. V 201, 26 *v. vol. I p. 1942, 29—38. illis adde*: ISID. orig. 13, 21, 1 proprie ... -n ipsa aqua, fluvius cursus aquae *est.* diff. 1, 244 fluvius, perennis aquarum decursus generaliter, a fluendo dictus. et proprie -n quasi aqua, fluvius, cuius aqua. DIFF. gramm. VII 519, 13 -n idem fluit et manet, fluvius temporibus siccatur. *v. etiam p. 962, 7 sqq. 965, 37 sqq., adi.* torrens *v. l. 37 sq. p. 960, 3 sqq. definitio invenitur apud* VLP. dig. 43, 12, 1, 1 -n a rivo magnitudine discernendum est aut existimatione circumcolentium (*cf. p. 961, 79*). 43, 12, 1, 2 item -um quaedam sunt perennia, quaedam torrentia. perenne est, quod semper fluat, ἀέναος, torrens ὁ χειμάρρους: si tamen ... aestate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus perenne est. 43, 12, 1, 3 -um quaedam publica sunt, quaedam non. publicum -n esse Cassius definit, quod perenne sit. GLOSS. -n ποταμός. PAPYR. Britann. 481, 35 φλουμε⟨ν⟩ π⟨οταμός⟩. TAB. devot. Audollent 270, 24 ετ μιτταμ ουθ α φλουμινε φερατουρ. *de usu: vox inde ab* ENNIO (*quater*, amnis *bis*, fluvius *bis*) *per totam latinitatem viget. singulis locis legitur apud* CATONEM (amnis *bis*, fluvius *quater*), ACC. (amnis *bis*, fluviae *semel*), RHET. Her. (*ex coni. v. p. 958, 17. et* amnis *et* fluvius *deest*), SEN. rhet. (amnis *quater*, fluvius *deest*), GERM. (48, *praeterea ex coni.* frg. 3, 15. amnis *quater*, fluvius *deest*), PERS. (*et* amnis *et* fluvius *deest*). *vocabulum omnino deest* PLAVTO (*et* amnis *et* fluvius 5^{ies}), TER. SENT. Minuc. (*ut* amnis, fluvius *vero* 15^{ies}), GELL. (*et* amnis *et* fluvius *semel*). *quotiens apud singulos scriptores* amnis *et* -n *et* fluvius *inveniantur, demonstratur sub* amnis *vol. I p. 1943, 5—22, ubi addas:*

	amnis	flumen	fluvius		amnis	flumen	fluvius
CATVLL.	2	4	—	PAVL. FEST.	13	17	5
LVCR.	14	30	13	VAL. MAX.	5	13	—
VARRO	8	23	7	SEN. phil.	61	126	3
HOR.	12	21	5	COLVM.	4	16	3
TIB.	4	3	—	LVCAN.	35	20	17
PROP.	4	24	—	VAL. FL.	33	18	12
AETNA	5	7	1	SCRIPT. hist. Aug.	—	6	3
GRATT.	4	3	—	FIRM.	1	10	28
MANIL.	9	7	—				

apud GEOGR. min. 'amnis' *uno loco* (VIB. SEQ. geogr. p. 145, 10) *legitur, saepe* -n, *saepius* fluvius:

	amnis	flumen	fluvius
VIB. SEQ.	1	5	3
DIMENS. prov.	—	19	1
DIVISIO orb.	—	2	—
NOM. prov.	—	—	1
IVL. HON. A	—	15 (*semel addito nomine proprio*)	22 (*21^{ies} addito nomine proprio*)
„ „ B	—	10 (*semel addito nomine proprio*)	31 (*25^{ies} addito nomine proprio*)
EXPOS. mundi	—	1	5
„ interp.	—	2	4
LIB. gener.	—	8	1
CHRON. Alex.	—	1	12
COSMOGR. I	—	21	66
„ II	—	17	9

fluxio, -ōnis *f. a* fluere, *cf.* 1. fluxus. *i. q. profluvium, defluvium*: **1** *de rebus liquidis*: MARCELL. med. 10, 82 sanguinis -o (fluxo *PL*, fluxus *Niedermann*). PS. SORAN. quaest. med. 197 *curarum qualitatem sumere nos debere dicunt* methodici ... ab ipsis vitiis (*sc. morborum*), id est ex strictura -is et complexionis. ISID. diff. 1, 40 colluvium ... *est* congregatio sordium, quae fit a -e multa. **2** *de rebus non liquidis: de veste* (*cf. sub* fluere *p. 971, 3*): SCHOL. Hor. epod. 5, 25 'expedita' *est* cincta, ut nulla -o vestimentorum se impediret. *de capillis* (*cf. sub* fluere *p. 972, 15*): PS. SORAN. quaest. med. 215 mutatio capillorum in albedinem ... -e et radicibus existente. 216 quid est rysis trichon? -o capillorum.

fluxo, -are *a* fluere, *cf.* fluxus. *i. q. fluitare*: INSCR. christ. Rossi II p. 46, 3 (= CARM. epigr. 1448, 3) huc cernebamus amplas cuneis -are catervas, rorare caducum fuso Falerno limum.

fluxuātio, -ōnis *f. a* 2. fluxus (fluxuare). *i. q. fluxus, profluvium*: ITALA Esth. 14, 16 (Corb. 7) pannum -is muliebris (καταμηνίων, VVLG. pannum menstruatae).

fluxuōsus, inconstabilis, lubricus GLOSS. V 295, 40. *a* 2. fluxus.

fluxūra, -ae *f.* [*a* fluere, 1. fluxus. *Th.*]. *i. q. liquor* (*sc. musti*): COLVM. 3, 2, 17 *vites* duae lanatae, quamvis frondibus et palmitum pari facie, -ae qualitate sunt dispariles. 3, 2, 32 docere, qua ratione vineae pariter feraces et pretiosae -ae possint constitui. *i. q. mollities, luxuries*: PS. CYPR. singul. cler. 26 p. 203, 12 hoc non potest cuiusquam favere -ae (luxuriae *vulg.*), cum nulla fuerit opportunitas scandali.

1. fluxus, -a, -um [*cf. v.* fluere. *Th.*]. *de formis*: ORIBAS. syn. 4, 13 floxas. *compar. legitur*: SVET. Iul. 45, 3 Tib. 52, 1 DIOM. gramm. I 469, 23. 471, 3 AMM 15, 5, 30. 18, 2, 18. 22, 4, 14 ORIBAS. syn. 4, 12. *compar. adv.* AMM. 18, 7, 7. *superl. dcest. de notione*: SERV. Aen. 10, 88 -as: molles. auct. Aen. 10, 88 -as: labefactas. SCHOL. Prud. ham. 505 -o: labili. SCHOL. Hor. carm. 3, 23, 18 *gl.* sumptuosa, -a. GLOSS. -um: λαγαρόν, fluens, vanum, dubium, mollem, fluens vel molle luxuria. -am: resolutam. *de usu: vox legitur apud* PLAVT. (*semel*) ACC.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trag. 601 TRAG. inc. 260 (CIC.) LVCR. SALL. VERG. (*semel*) LIV. SEN. phil. COLVM. LVCAN. PLIN. nat. SIL. STAT. MART. TAC. PLIN. paneg. SVET. GELL. APVL., *inde etsi non frequentatur, tamen usque ad* ISID. *invenitur. structuras hic illic conservat verbales.*

I *proprie: de rebus liquidis, i. q. fluens, liquidus*: PLIN. nat. 9, 133 *conchae* -os (fluxus *trad.*) habent sucos. APVL. met. 2, 1 fontanos latices de corporibus humanis -os. mund. 19 ex diversis ... elementis mundi natura conflata sit, aridis atque -is, glacialibus et ignitis. Socr. 8 p. 138 in unda -a. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 11 *bioticum metrum accipitur modo* quarto per qualitatem umidam et -am, ut in cyatho, congio. AMM. 22, 15, 5 -is umoribus. RVFIN. hist. mon. 20 p. 443[A] -am eius (*naturalis humoris*) labem ... restringant *monachi*. VICTORIN. Christ. 60 sanguine -o. *adde*: CAEL. AVR. acut. 2, 10, 68 ventris retentio aut coacervata atque -a effusio.

II *translate: de rebus non liquidis*: **A** *de rebus corporeis*: **1** *i. q. defluens: de aëre* (*i. q. defluens, decurrens*): MVTIAN. Chrysost. hom. 9 p. 304 aer solutus ac labilis, etenim qui non iam stat, -us decurrens. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349[D] *aer* -ae et decurrentis efficaciae est (*ῥοώδους τινὸς καὶ ποϱευτικῆς ἐνεϱγείας*). *de vestimentis sim.* (*i. q. defluens, prolixus, laxus, mollis*): LIV. 38, 29, 6 *funda est* triplex scutale, crebris suturis duratum, ne -a habena volutetur in iactu. LVCAN. 2, 362 -os gemmis astrinxit amictus (ANTH. 198, 7 -os ... amictus). 3, 239 -a ... astringunt carbasa gemmis. 8, 367 illic et laxas vestes et -a virorum velamenta vides. STAT. Ach. 1, 533 vestes. AVR. VICT. Caes. 3, 11 *Caligula* cum ... nunc -o cultu Venerioque interesset, nunc armatus. AVG. serm. ed. Mai 69, 1 blattea -a. DRAC. laud. dei 3, 195 lintea. Romul. 2, 89 -o ... latent sub tegmine pinnae *Amoris in Naida mutati*. ISID. eccl. off. 2, 16, 10 p. 799[B] manicae. CORP. X 1948 (= CARM. epigr. 1510, 1) -a aut syrmata Bacchici coturni. *adde*: SVET. Iul. 45, 3 -iore cinctura. QVEROL. p. 17, 15 sume calceos humili -os (*i. molles*) tegmine. *de crine* (*i. q. defluens, diffusus, passus*): TAC. ann. 11, 31 crine -o tyrsum quatiens. *de armis* (*i. q. delabens, pendulus*): TAC. hist. 2, 99 *species exercitus*: lentum et rarum agmen, -a arma, segnes equi. **2** *i. q. dissolutus: de membris sim.* (*i. q. dissolutus, enervis, languidus, mollis*): COLVM. 1 praef. 17 sic iuvenum corpora -a et resoluta sunt, ut nihil mors mutatura videatur (TAC. hist. 2, 32 -is corporibus mutationem solis caelique haud toleraturos. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 144 mollia ne -um [flexum *v. l.*] nutrirent vellera corpus). STAT. Ach. 2, 108 durata ... sole geluque cutis; tenero nec -a cubili membra. APVL. flor. 16 p. 67 articulus loco concessit exque eo luxu adhuc -us est. Plat. 2, 16 corporis effetam et enervem et -am cutem. PHYSIOGN. 54 dum quidam student ... rigore quodam firmare cervicem, cum intellegant se -ae ac dissolutae esse cervicis *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 12 triticus ... faba carnem -iorem faciunt. 4, 13 *uvae* floxas et infusas carnes nutriunt (*χαύνῃ*). VEN. FORT. vit. Hil. 5, 15 -a suo stamine tela (*sc. manus*) marcebat. *adde*: SOL. 31, 6 *Himantopodes* -is nisibus crurum serpunt potius quam incedunt. AVG. virg. 53, 54 non tumidus aut -us (-is, flusus *v. l.*) incessus *in virginibus inveniatur* (*cf. p. 984, 22* 'motus'). *de variis*: LVCR. 6, 20 *vas* -um (*i. q. laxum, rimosum*) pertusumque. *de muris, harena* (*i. q. dilabens, instabilis*): TAC. hist. 2, 22 neglecta aut aevo -a (*sc. murorum*). HIL. in psalm. 126, 8 *domus* non super -am et dilabentem harenam initianda. *de frutice* (*i. q. mollis*): SOL. 2, 41 frutices, quantisper fuerint in aquarum profundis, -i (fixi *v. l.*) tactu prope carnulento, deinde ubi in supera tolluntur, ... lapides fiunt (*cf.* PLIN. nat. 32, 22 molles). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 54 panem cum radicibus -is ac mollibus. *nota*: TAC. ann. 15, 23 quae (*ludi circenses et alii decreti Poppaeae honores*) -a fuere (*i. in irritum ceciderunt*), quartum intra mensem defuncta infante.

B *de rebus incorporeis*: **1** *i. q. fluens, fluctuans, incertus, instabilis*: PLAVT. Capt. 439 fac fidelis sis fideli, cave fidem -am geras (SALL. Iug. 111, 2 LIV. 28, 6, 11 [*syn.* vana]. 40, 50, 5 TAC. hist. 2, 75. 3, 48. 4, 23 AVIEN. orb. terr. 278 SYMM. epist. 1, 16, 2 DICT. 3, 3. AMM. 15, 5, 30 -ioris ⟨fidei⟩. 18, 2, 18 -ioris f. CLAVD. DON. Aen. 1 prooem. p. 5, 16 SVLP. SEV. chron. 2, 46, 6). ACC. trag. 601 quae ego cuncta esse -a in mea re crepera comperi (APVL. flor. 22 p. 102 omnia -a infirmaque esse). CIC. Att. 4, 1, 8 ita sunt res nostrae, 'ut in secundis fluxae, ut in adversis bonae' ([= TRAG. inc. 260. *eadem* CIC. Att. 4, 2, 1. *cf.* ad Brut. 1, 10, 2 belli fortuna 'ut in secundis -a, ut in adversis bona']. SALL. Iug. 104, 2 humanarum rerum, quae -ae et mobiles. VERG. Aen. 10, 88 Phrygiae [*cf.* SERV. *ad l.* 'res ...-as' -am rempublicam]. SIL. 7, 17 Latii. 14, 90 -is [flexis *trad. em. Bauer*]. TAC. ann. 13, 19 nihil rerum mortalium tam instabile ac -um est quam fama potentiae non sua vi nixae. RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 173[B] a rebus -is et pereuntibus et caducis. AVG. ord. 2, 20, 52 honores vel huiusmodi res -ae atque nutantes). SALL. Catil. 1, 4 divitiarum et formae gloria -a atque fragilis est (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 58 p. 342[C] -is divitiis). hist. frg. 2, 93 -a pace. SEN. Phaedr. 491 vanos honores ... aut -as opes. TAC. hist. 1, 21 auctoritas. ann. 3, 50 studia ... inania et -a (*opp.* quicquam grave et serium). LACT. inst. 6, 12, 35 -um et fragile bonum facere sempiternum. AVIEN. Arat. 288 -a pilae vertis (vestis *trad.*) vestigia, *Fortuna*. RVFIN. Orig. in exod. 6, 4 p. 334[B] *homines erant lapides* tales, qui ... liquidum deligerent elementum, id est, qui amaram et -am praesentium rerum caperent voluptatem. PRVD. ham. 505 ex elementis cuncta solubilibus -oque creamine (*i. natura*) constant. AVG. soliloq. 1, 1, 5 -a et caduca spernenda esse (*opp.* certa et aeterna). EVSTATH. Bas. hex. 3, 5 p. 895[B] ad corruptibilem hanc et -am naturam *hominis* (*φθειϱομένην ... καὶ ῥέουσαν φύσιν*). PRISC. Anast. 92 spe -a. GREG. M. moral. 1, 54 *bona*. dial. 4, 59 cogitatio. *adde i. q. praeteritus*: PAVL. NOL. carm. app. 1, 10 fluit (fugit *v. l.*) omne quod tenemus, neque -a habent recursum. *cf. sub* fluo *p. 973, 81*. **2** *i. q. diffluens, enervis, infirmus, languidus, remissus, mollis*: SALL. Catil. 14, 5 animi molles ... et -i (*cf.* TAC. ann. 6, 38 -am senio mentem [ENNOD. opusc. 2, 121 p. 324, 18 -is et profligatis mentibus. GREG. M. moral. 3, 12]. AVR. VICT. Caes. 32, 4 ingenio. ENNOD. dict. 6, 7 p. 442, 14 corda [ISID. sent. 3, 32]). PLIN. paneg. 33, 1 spectaculum ... non enerve nec -um, nec quod animos virorum molliret et frangeret. SVET. Tib. 52, 1 Drusus -ioris remissiorisque vitae erat (AMM. 22, 4, 4. RVFIN. Basil. hom. 1, 5 *syn.* luxuriosa). PS. CYPR. singul. cler. 26 *apostolis* -a familiaritas (*Christi cum Magdalena*) potuit displicere, qui compulsi sunt et de ipso domino loquente cum femina dubitare. 27 in comparatione -orum. 29 numquam -is faveo. FIRM. err. 1, 1 p. 2, 13 spe -ae f⟨elicita⟩tis (fluxa *Oehler*). SCHOL. Hor. ars 216 'cum fidibus severis': quae ... sacris adhibebantur *fides*, non erant -o, quo nunc sunt sono, antea, sed austero et simplici. AVG. in Iob p. 524, 26 -os motus meos (*cf. p. 983, 57 sqq.*). in psalm. 91, 2 *diem sabbati* otio ... languido et -o et luxurioso celebrant Iudaei. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 261[B] *castitatis baltheo* -am carnis detruncemus ignaviam. SALON. in prov. p. 990[D] 'cingulum tradidit' -a opera gentilitatis astrinxit. ENNOD. carm. 2, 33, 4 tristia blanda simul, fortia -a facis (GREG. M. moral. 21, 4 ad -a et levia mentem enervem trahunt sensus). GREG. M. moral. 3, 40 -a intentio. 4, 15 -a mollities (*opp.* duritia rigiditatis). *de oratione, carmine, argumentatione sim.*: SEN. epist. 114, 20 iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et -a (*cf.* ENNOD. opusc. 5, 6 p. 395, 3 -um aut tenerum poema [6, 3 p. 402, 16 -um *poema*]). DIOM. gramm. I 469, 23 mollior ac -ior structura (*opp.* firmitas. 471, 3. *cf.* 472, 6 structura quae vel delumbis vel -a vel mollis dicitur. *aliter* FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127, 13 *opponitur structurae* resistenti aspera et confragosa, procurrenti -a [*i. q. diffluens, vaga*], volubili contorta et nimis rotata). p. 498, 29 *versus* -i (*κολοβοί*). p. 500, 17 *versus* -i sunt, qui soluto modo et uberi metro vacillanter quatiuntur. SERV. Aen. 10, 467 -am et vagam opinionem Epicureorum (*opp.* validus). BOETH. mus. 3, 11 p. 285, 12 *demonstratio Archytae* nimium -a est (*antecedit* firmiter demonstrabitur). *i. q. dissolutus, expeditus*: GELL. 4, 20, 8 illud indicium esset vagi animi et alucinantis et -ae atque apertae securitatis. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 107 corporis -am et irregibilem laxitatem.

C *de animantibus*: **1** *i. q. diffluens, enervis, languidus, mollis*: MART. 5, 41, 1 spadone cum sis eviratior -o, et concubino mollior Celaenaeo. SCHOL. Iuv. 6, 297 *J.* 'coronatum' *Tarentum* in conviviis sive -um. ANNIAN. Chrysost. hom. 4, 7 videbo te ... ut -am quandam perditamque meretricem. *accedit abl.* SIL. 8, 16 *Celtae* ingenio -i. *accedit gen.* SIL. 4, 50 -am morum gentem. APVL. flor. 6 p. 19 -os vestium Arsacidas et frugum pauperes Ityraeos et odorum divites Arabas. **2** *i. q. ruens, vagus*: TAC. hist. 3, 76 noctu dieque -i et amoena litorum personantes *Iulianus et Apollinaris*. SIDON. carm. 11, 107 Erythras ... -us odoratis vexat venatibus Indus. 23, 249 -is equitata Bactra Parthis. ENNOD. opusc. 2, 5 p. 288, 23 quisquamne -um et lacessentem hostem videat? **3** *i. q. semine fluens*: ITALA num. 5, 2 (Monac. *et* Lugd.) mittant ab castra omnem varium (omne leprosum *Lugd.*) et omnem -um (*γονοῤῥυῆ*), VVLG. qui semine fluit) et omnem immundum.

neutr. pl. pro subst. **fluxa**, -ōrum. *i. q. dilapsa*: AVG. conf. 4, 11, 16 sanabuntur omnes languores tui et -a tua reformabuntur et renovabuntur et constringentur ad te. *i. q. mollities*: GREG. M. moral. 3, 64 ne caro ... loquens blanda ad libidinis -a dissolvat *mentem* (*cf. ibid.* dissolutam turpitudinis mollitiem). 7, 34 *luxuriosus* a carne vinci turpe deprehendit. restringere ergo voluptatum -a deliberat. 30, 9 luxuriae -a (-ia *edd.*) restringunt.

syn.: ad I: umidus (MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 11). *ad II*: delumbis (DIOM. gramm. I 472, 6), eviratus (MART. 5, 41, 1), laxus (LVCAN. 8, 367), mollis (SALL. Catil. 14, 5 DIOM. gramm. I 469, 23. 471, 3 CAEL. AVR. acut. 2, 9, 54).

opp.: ad I: aridus (APVL. mund. 19). *ad II*: austerus (SCHOL. Hor. ars 216), certus (AVG. soliloq. 1, 1, 5), fortis (ENNOD. carm. 2, 33, 4), procurrens (FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127, 3), validus (SERV. Aen. 10, 467).

adv. **fluxē** *compar. v. l. 75* [*dub.* VARRO rust. 2, 11, 2 *legitur ex coni. Iucundi*, fuisse *trad.*, flusse *vet.*]. *i. q. laxe, remisse, neglegenter*: AMM. 18, 7, 7 *Sabinianus* more vitae remissioris -ius (-ius *in ras. 2. man.*) agens. FORTVN. rhet. 3, 23 p. 134, 11 quem ad modum cingemur? ... nec -e (flexe *v. l.*) nec astricte. GARG. MART. pom. 4, 1 Columella, cui curae fuit diligentius et de castanea conscribere, etiam ipse indifferenter et varie sententiam promit; -e enim ista scribit. GREG. M. moral. 18, 24 -e et inquinabiliter ... scripturae sacrae contexunt testimonia *haeretici*.

opp.: astricte (FORTVN. rhet. 3, 23 p. 134, 11).

2. fluxus, -ūs *m.* [*a* fluere; *cf.* 1. fluxus *et* fluctus. *Th.*]. *de formis: dat.* fluxui: SORAN. p. 69, 3 GREG. M. in euang. 10, 6. *plur.*

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur: TERT. scorp. 5 p. 155, 4 Ps. CYPR. singul. cler. 8 VVLG. lev. 12, 5 AVG. in Iob 7 p. 524, 15 VEN. FORT. carm. 8, 3, 301. *de notione*: SERV. Aen. 1, 465 'flumine' est fluore, id est -u ipso. 2, 305 'flumine', -u. HIER. in Agg. 1, 1 p. 740 ῥεῦσις...-us (APRING. in apoc. 2, 19 ISID. orig. 7, 6, 78). *ibid.* Zabulon, -us noctis (quaest. hebr. in gen. p. 47, 3). CASS. FEL. 82 p. 193 matricis emorrogian latino sermone sanguinis -um vel profluvium dicimus. GLOSS. -us (flussus *cod.*) regima (*i.* ῥεῦμα). *de usu: vox legitur apud* PLIN. nat. FRONTONEM VLP. TERT., *inde, etsi non saepe, per totam latinitatem usque ad* PASS. Petr., *maxime apud* ECCL. *et medicos.* [*corrupt. vel dub.*: PLIN. nat. 35, 162 HEGES. 4, 25, 2.]

I *sensu strictiore, de rebus liquidis:* **1** *i. q. destillatio, profluvium: de profluvio sanguinis* (*mulierum*): PLIN. nat. 9, 79 *piscis echineis* -us gravidarum utero sistens. TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 12 menstrui vel partualis sanguinis -um (scorp. 5 p. 155, 4 IVST. 12, 9, 12 PALLAD. 6, 7, 2. 4 ITIN. Theod. 2 p. 138, 10 CHIRON 11 p. 7, 20 *al.*). IVVENC. 2, 385 cruoris (AVG. civ. 14, 26 p. 54, 10 D. menstrui cruoris). VVLG. lev. 12, 5 -us menstrui (20, 18. *cf.* AMBROSIAST. in Rom. 4, 17 -us muliebris naturae). II Macc. 14, 45 cum sanguis ... magno -u defluueret. *adde*: SOL. 1, 69 e geminis si ... alter abortivo -u exciderit, alter ... Vopiscus nominatur. THEOD. PRISC. gyn. 31 si sanguineus et cum dolore -us fuerit. *de profluvio alvi*: AVR. Fronto p. 72, 7 N. alvi -us constitit. APVL. met. 4, 3 alvus ... lubrico -u saucia. CYPR. mort. 14 corporis vires solutus in -um venter eviscerat. SER. SAMM. 544 longo decurrent intima -u. PELAGON. 47 sin autem ventris -us cito steterit (AVG. c. Iul. op. imperf. 3, 48 SVLP. SEV. Mart. 17, 7 MARCELL. med. 27, 35 *al. cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 6, 82 ob ... ventris fluorem vel simili quolibet -u). *de profluvio seminis*: VVLG. lev. 15, 2 qui patitur -um seminis, immundus erit (15, 10 HIER. adv. Iovin. 1, 20 adv. Pelag. 1, 34. in Ezech. 2, 7 p. 73 quos in lege γονορρυεῖς, id est -um seminis sustinentes, ... scriptura cognominat. *al.*). 15, 30 pro -u immunditiae. Ezech. 23, 20 sicut -us equorum, -us eorum *amatorum*. Ps. MAR. VICTORIN. phys. 19 corporis -um (POMER. 3, 6, 5). CASSIAN. conl. 22, 3 tit. genitalis -us egestio. 22, 6, 1 immundo -u dormiens polluebatur. 22, 6, 4 inpurissimum -um (*sc. seminis*). 22, 6, 5 -us *egestionum. de variis rebus liquidis*: APVL. apol. 50 *albedo* ad summum caput viam molita dirum -um cerebro immiscuit. PALLAD. 11, 10, 1 olei meliorem -um redditura *oliva*. AVIEN. orb. terr. 396 sali. CHIRON 105 p. 34, 26 humoris (THEOD. PRISC. gyn. 31 CAEL. AVR. acut. 3, 19, 189 [*antecedit* fluor humoris]. *cf.* EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 892^{C} liquoris). MARCELL. med. 5, 18 *catarrhi*. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 918^{A} vitia ... molesti -us (ῥύσιν). SIDON. epist. 3, 12, 1 imbrium -u. ALC. AVIT. hom. 2 p. 106, 10 aquae. CASSIOD. var. 12, 4, 5 *uvae.* hist. 7, 40 p. 1099^{A} lacrimarum. *adde i. q. decursio, cursus*: VLP. dig. 43, 13, 1, 8 aestatis -us *fluminum* (*syn.* cursus). **2** *i. q. status vel effectus fluendi*: PLIN. nat. 23, 46 picem ... esse ... combustae resinae -um. CHALC. comm. 24 detrimentum et interitus partium (*corporis*) nŏn in -u est, sed in effluendo, id est extra fluendo. AVG. in Iob 38 p. 610, 1 stabilitatem et a -u continentiam glaciei. **3** *i. q. liquor*: AMBR. obit. Valent. 8 potum ... a -u malorum granatorum (*ibid. ter*). ALC. AVIT. carm. 4, 508 -um (*i. mundi fluentes undas*) ne sentiat ... mens. ENNOD. carm. 1, 5, 3 p. 518, 1 umor Castalius ..., quo ... Orpheus naufraga diffuso succendit pectora -u.

II *sensu latiore et translate, de rebus non liquidis*: **1** *i. q. manatio*: HIL. syn. 22 neque emanatio (*Christi de deo patre*) est, ut continenti -u per corporalem et individuum procursum idem ipse -us retentus in origine, ipsum sibi sit serie atque tractu cohaerenti origo quod -us. trin. 2, 22 *filium dei* non ex derivatione -uve deductum. AMBROSIAST. in Rom. 8, 20 *quae nascuntur in mundo* vana sunt, quia statum suum tenere non possunt: nam cuncta deformata per -um semper in se redeunt. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 p. 359^{C} mentum leni -u (*an* flexu?) deductum. **2** *trop. i. q. flumen*: AMBR. virginit. 16, 100 saecularium -us voluptatum (*comparatur cum -u sanguinis*. AVG. in Iob 7 p. 524, 15). HIER. in Agg. 1, 1 p. 740 huius mundi vanum et sordidum -um. ALC. AVIT. hom. 6 p. 108, 5 uberi -u annuae satisfactionis. GREG. M. moral. 3, 58 -us illicitae cogitationis (*cf. ibid.* pollutiones). in euang. 10, 6 corpus -ui luxuriae deservire (*cf. ibid.* in fetore luxuriae). **3** *i. q. remissio, mollities: de litteris*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 218, 2 *Vergilii quidam versus* tales syllabas habeant consonantium coitu, non liquentium -u. *spectat ad vitam, mores sim.*: TERT. pall. 4 si quis Menandrico -u (confluxu *v. l.*) delicatam vestem humi protrahat. cult. fem. 2, 13 mollitia et -u *deliciarum*. Ps. CYPR. singul. cler. 8 -bus (*an* luxibus?). AVG. in Iob 8 p. 526, 7 carnalium -u putrescentes (*Iudaeos*). 38 p. 601, 4 terrenarum delectationum -u. PASS. Petr. 1 *Roma* indecenti -u (luxu *v. l.*) dominabatur. *adde i. q. infirmitas*: PRVD. apoth. 955 cassa cadit ventoque liquescit assimilis, -u nec se sustentat inani *umbra nebulosi dogmatis Manichaeorum.* **4** *i. q. affluentia, abundantia*: Ps. HIL. libell. 10 p. 741^{D} -u ... rerum et ubertate copiarum.

nota: VEN. FORT. carm. 8, 3, 301 *pauper* spernit opum laqueos, unguenta, toreumata, -us (fluxos *v. l.*; *i. syrmata, fluentes vestes; cf. l.* 72).

syn.: ad I: fluor (CAEL. AVR. acut. 3, 19, 189 chron. 3, 6, 82). *ad II*: derivatio (HIL. trin. 2, 22), mollitia (TERT. cult. fem. 2, 13), ubertas (Ps. HIL. libell. 10).

deriv.: fluxilis, fluxibilis, fluxuatio, fluxuosus, fluxura.

flyctis *v.* phl-. [*Bacherler.*

? **fobo:** sermone GLOSS. V 543, 59 *non intellegitur.*

focāclus, -a, -um [*a* focus. *Th.*]. [*fem. it.* focaccia, *francog.* fouace, *hisp.* hogaza. *M.-L.*] ISID. orig. 20, 2, 15 subcinericius *panis* cinere coctus et reversatus, ipse est et -ius (focatius *B*, fucatius *K*). *neutr. quasi subst.*: ITALA III reg. 17, 12 (Ps. Aug. spec. 82 p. 582, 11) *vidua ad Eliam*: vivit dominus deus tuus, si est mihi -um (ἐγκρυφίας, VVLG. panem) nisi pusillum farinae. 17, 13 (*ibid.* 82 p. 582, 16) fac mihi inde -um pusillum in primis (ἐγκρυφίαν μικρόν, VVLG. subcinericium panem parvulum). *cf. Blümner, Technol. I 80. Vollmer.*

fōcāle, -is *n.* [*a* faux. *Th.*]. *i. q. fascia qua collum ligabatur*: HOR. sat. 2, 3, 255 ponas insignia morbi fasciolas, cubital, -ia. SEN. nat. 4, 13, 10 quosdam graciles et palliolo -ique circumdatos ... esse (*i. edere*) *nivem*. MART. 14, 142 tit. -e. *ibid.* 2 hoc -e tuas asserat auriculas (*cf.* GLOSS. II 580, 4 -e: inauris). QVINT. inst. 11, 3, 144 -a et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo. *v. Mau, PW. VI 2812.* [*francog. vet.* foaille. *M.-L.*]

fōcāneus, -a, -um [*a* faux. *Th.*]. COLVM. 4, 24, 10 vocatur *a rusticis* etiam -us palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, ... quod inter duo bracchia *vitis* ... enatus velut fauces obsidet *eqs. ibid.* tollitur *bracchium* et ipse -us submittitur. 5, 6, 35 -us est, qui inter duo bracchia velut in furca de medio nascitur. PALLAD. 3, 12, 2 -us (focata *vel* focalis *al.*) ..., qui inter duo bracchia medius nascitur, debet abradi.

fōcānum, -ī *n. a* faux. *videtur significare i. q. fauces*: MARCELL. med. 15, 86 adversus languorem -i expertum medicamen hoc facies *eqs.* (*ibid.* fauces inde continges). *Wulff.*

focāris, -e [*a* focus, *cf.* focarius. *Th.*]. ISID. orig. 16, 4, 5 hunc *pyriten* vulgus -em petram vocat. *v. l. 34.* [*val.* focar, *it.* focajo, *francog.* foyer, *hisp.* hogar. *M.-L.*]

focārius, -a, -um [*a* focus. *Th.*]. GLOSS. V 382, 21 petra -ia flint (*anglos.*). *v. l. 32. subst. masc.* **focārius,** -ī. GLOSS. II 557, 41 ξυλοκόπος -us i. a foco. 580, 33 (*cod. Cant.*) -us coquinarius. VLP. dig. 4, 9, 1, 5 qui opera mediastini fungitur ... ut puta atriarii et -ii *non continentur vocabulis* caupones et stabularii. NOT. Tir. 102, 68 -us. *vix recte* foc- *expletur* CORP. XIII 8183 (*Colon. Agr.*) ⟨g⟩enio ⟨c⟩ollegi ⟨.⟩ocariorum, *potius* loc-. *subst. fem.* **focāria,** -ae: GLOSS. V 471, 55 (508, 46) orcilla (*corruptum?*): -a. *ancilla rustica, quae ad focum operatur*: POMPON. dig. 33, 7, 15 pr. in cauponio institores et -am *contineri eis* quae. ... cauponae causa facta parataque sunt. VLP. dig. 33, 7, 12, 5 *instrumento legato contineri* -am et vilicam, si modo aliquo officio virum adiuvet. 33, 7, 12, 6 haec enim quae rusticorum causa parantur [lanificae et lanae et tonsores et fullones et -ae] non agri sunt instrumentum, sed instrumenti, puto igitur etiam -am contineri *instrumento legato*. PAVL. sent. 3, 6, 37 conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut dolia cupae ... pistores asini -ae, item ancillae quae vestimenta rusticis faciunt. VVLG. I reg. 8, 13 *rex* filias ... vestras faciet sibi unguentarias et -as et panificas (μυρεψοὺς καὶ ... μαγειρίσσας καὶ ... πεσσούσας). *in specie (vocabulum castrense): feminae quae quasi uxores cum militibus 'concessa consuetudine' ad castra viuunt (v. Mommsen, Corp. III p. 2011sq. et p. 2014; Kübler, Archiv 10, 1898, 448)*: GLOSS. -as: uxores militum. COD. Iust. 5, 16, 2 (*Marco militi, a. 213*) -ae tuae nomine instrumentum emptionis esse conscriptum ... licet cessante iure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen meos a -is suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. 6, 46, 3 (*A. Aurelio militi, a. 215*) si cum -a sua matreque eius moraretur *miles*. PAPYR. Berol. 614 (*a. 217*) ⟨τῆς σ⟩υμβιωσάσης μοι γυναικὸς φωκαρίας Σεμπρωνίας Τασουχαρίου. CORP. XI 39 (*Ravennae*) M. Aureli Vitalis militis ... Valeria Faustina -a et heres eius. [*falsa est* IX *156 (*Compsae*) = Orelli 2672] ENNOD. opusc. 3, 7 p. 332, 19 Epiphanius ... patre Mauro generatus et matre -a editus (*v. Bücheler, Rhein. Mus. 61 [1906] 628*).

? **fōcātio,** -ouis *f. a* (suf)focare. DIOSC. 1, 61 (*gr.* 1, 56, 3) tumores ... et fucationes (offoc- *cod. Bonon.*) vulvae (φλεγμοναῖς τε καὶ μύσεσιν).

fōcēs *v.* faux *p. 393, 2.*

fōcilātio, -ōnis *f. a* foculare. PAVL. FEST. p. 85 focus, fomenta, -es, foculi a fovendo id est calefaciendo dicta sunt.

fōcillare (fac- *trad.*) στραγγαλίσαι GLOSS. II 69, 52. *a* faux, fox, *nisi scribendum est* faucillare.

fōcilo *v.* foculo.

? **fōcimentum** *subscriptum est cum nota paulo diversa notae* fomentum NOT. Tir. 82, 39 *in cod. Cass.*

Aurasi(a) Gudula(e) f(ilia) Mazic(a) **focolimiam vixit annis XIIII** CORP. VIII 21109 (*Caesareae Maur., lectio certa*). *non intellegitur, fortasse patriae indicatio est.*

? ψωμίζω **focro** adesco GLOSS. II 481, 41. *v. Heraeus, Archiv 13 (1904), 166, qui comparat germ.* fodr *vel interpretatur* fo(v)ero.

foculāre, -is *n. a* foculus. GLOSS. IV 253, 3 lar: focolari intra domum (PLAVT. Aul. 386 *conferri iubet Plasberg*). VITAE patr. 5, 10, 94 p. 930^{A} mihi in -e[m] herbae ascenderunt *quod explicatur* expulisti

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a te hospitalitatem. *cf. Aldhelm, laud. virg. 38* -bus. *vocabulum omnino recens.* [*it.* focolare, *foro-iul.* fuglar, *engad.* fogler. *M.-L.*]

fōculo (*post* -ilo), -āvī, -ātum, -āre (*dep.* -or, -ārī *apud* VARR. *v. l. 23*) [*a* foculum. *Th.*] NON. p. 9 'focula'... unde et '-are' dicitur ut fovere. *recentior forma* (*iam in palimpsesto Frontonis obvia*) focilo *crebrius tradita, ita ut passim prave in codd. geminetur* l, *cum de quantitate syllabae secundae constet ex versu in* LAVDE Pis. (*l. 27*); *scriptura in* -illo *nullo antiquo codice aut lapide probatur, potest tamen a falsa analogia* (*vix a deminutivo* *focillum) *originem sumpsisse.* DIOM. gramm. I 364, 23 *inter exempla primae. coniugationis* -o, -avi (foclo, foclavi *cod. Monac.*).

i. q. fovere, sanare, restituere (GLOSS. V 629, 1 -at: fovet, reficit; 295, 49 -entur: nutrientur sive consulentur, *ubi* consol- *mavolt Bücheler*): PLIN. epist. 3, 14, 4 ipse *dominus a servis vulneratus* paucis diebus aegre -atus non sine ultionis solacio decessit. 3, 16, 12 *Arria* adverso ... parieti caput ingenti impetu impegit et corruit. -ata ... inquit. SVET. vita Verg. p. 62 *Octavia* cum recitationi *Vergili* interesset ad illos de filio versus 'tu Marcellus eris' defecisse fertur atque aegre -ata est. FRONTO p. 88 N. cholera... afflictus sum... post vesperam micularum minimum ... gluttivi: ita -atus [sum] totus sum. CYPR. epist. 40 -atus a comitibus. PELAGON. 442 cibariis -etur *equus.* HIER. epist. 1, 14 clam domi mulier -atur. NOT. Tir. 82, 41 -o. *translate* (GLOSS II 72, 45 -at: *θωπεύει*): VARRO ap. Non. p. 481, 10 propter ⟨res⟩ secundas sublato metu non in commune spectant, sed suum quisque diversi commodum focila⟨n⟩tur (*item et lemma Nonii*). SEN. epist. 13, 14 pudet me... sic tecum loqui et tam lenibus te remediis -are. LAVS Pis. 126 sed *patronus avarus clientem* miserum parva stipe -at, ut pudibundos exercere sales inter convivia possit. SVET. Aug. 17, 1 M. Antoni societatem semper dubiam et incertam reconciliationibusque variis male -atam abrupit tandem. CYPR. epist. 18, 2 partem plebis ... vestro solacio -ate. HIER. epist. 32, 2 Albinam, communem matrem, ... per te ... duplici pietatis officio -ari.

comp.: refocilo.

fōculum, -ī *n.* [*a* fovere. *Th.*]. *instrumentum ad fovendum*: PLAVT. Capt. 847 astitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foveri -is ferventibus. Persa 104 at edes, nam iam intus ventris fumant -a. *non bene* NON. p. 9 -a dicta sunt nutrimenta (*affert Pers. 104*).

foculus, -ī *m.* [*a* focus *deminutive. Th.*]. PAVL. FEST. p. 85 -i a fovendo id est calefaciendo.

i. q. focus parvus, plerumque in re sacra (*v. Wissowa, Rel. u. Kult. p. 351. 406; de differentia inter* aram *et* focum *v. p. 990, 3 sqq.*). CATO agr. 11, 4 *et* 16, 3 *inter instrumenta rustica* -os II. CIC. dom. 123 C. Atinius ... bona Q. Metelli ... consecravit -o posito in rostris adhibitoque tibicine (124 -o posito. 125 -us). VARRO ling. 6, 14 cum libis et -o ... sacrificantes. LIV. 2, 12, 13 *Scaevola* dextram ... accenso ad sacrificium -o inicit (VAL. MAX. 3, 3, 1 dexteram ... iniectam -o exuri. SEN. epist. 24, 5 destillantis in hostili -o dexterae. 66, 51). VAL. MAX. 1, 1, 7 cum carbasum ... -o *Vestae* imposuisset. 1, 6, 9 hostia ante -um cecidit. 3, 7 ext. 6 omnis -os, omnis aras. 9, 12, 3 consul ... cum ... sacrificaret, ... ante -um collapsus. PETRON. 136, 1 anum ... deiectam super -um. PLIN. nat. 22, 11 immolasse ad tibicinem -o posito. 35, 89 arrepto carbone extincto e -o. ACT. Arv. Dom. C 1, 4 vaccam ... immolavit ad -um (a. 105 II 10). a. 87, 1, 20 ture et vino in igne in -o fecit (a. 90, 13). a. 218 A 19 *promagister* in circo in -o arg(enteo) cespiti ornato extam vacc(inam) redd(idit). a. 240 (Dessau 9522) II 4 ad -um arg(enteum) exta bacchae (*i. vaccae*) reddidit. IVV. 3, 262 bucca -um excitat. FLOR. epit. 4, 12, 16 centurio ... -um gerens super cassidem agitatum motu corporis flammam velut ardenti capite funditabat. FRONTO p. 133, 7 N. apud omnis -os, aras, lucos sacros ... supplicavi. GELL. 1, 19, 5 -um coram cum igni apponit. APVL. met. 2, 8 procul a meo -o discede (*ambigue de amoris foco*). 7, 20 vicinorum -os transeuntem. TERT. apol. 9, 15 ut -um, ut acerram. ARNOB. nat. 4, 6 quibusnam lignorum generibus suis (*Laterani dei*) ardor in -is excitetur. AVSON. 152, 13 p. 6 P. -umque vivi caespitis vanis relinquo altaribus. AMM. 20, 11, 23 qui vehebant -os. 21, 15, 2 corpus... in modum -i fervens. 23, 6, 34 ignem caelitus lapsum sempiternis -is custodiri. SCHOL. Cic. Bob. p. 81, 1 St. Curius ... -o adsidens. CORP. IX 3677 (*Mars. Marr.*) ⟨balneum⟩ muliebre a solo ⟨fecit⟩, eadem lapide va⟨rio ex⟩ornavit, labrum aen⟨eum cum⟩ -o, sedes posu⟨it⟩ NOT. Tir. 102, 67 -us.

focus, -ī *m.* [*fortasse cf. c.* fax. *Th.*]. VARRO ap. Serv. auct. Aen. 3, 134 -um ... dictum a fotu (fovi *trad.; cf. tamen Isid. diff. 1, 307*) ... nec licere vel privata vel publica sacra sine -o fieri (*sim.* 11, 211 ISID. orig 20, 10, 1). OV. fast. 6, 301 at -us a flammis et quod fovet omnia dictus. PAVL. FEST. p 85 focus... a fovendo SERV. Aen. 12, 118 (*ex Varrone, cf.* ISID. diff. 1, 307 orig. 20, 10, 1) quidquid ignem fovet, -us vocatur, sive ara sit sive quid aliud, in quo ignis fovetur, sicut in tertio (*3, 134*) dictum est. DIOM. gramm. I 327, 26 *non recte inter masculina semper pluralia* -i pro sedibus et penatibus (*sim.* CHAR. gramm. I 32, 19 EXC. Bob. gramm. I 548, 24) EXC. Bob. gramm I 552, 6 *inter ea, quae lat. masc. at graece fem. sunt* -us *ἑστία, item passim* GLOSS., *ubi* II 315, 30 *ἑστία, ἔνθα τὸ πῦρ καίεται. pluralis poeticus inde a* VERG. *legitur.* [*val.* foc, *it.* fuoco, *francog.* feu, *hisp.* huego. *M.-L.*]

I *proprie* (GLOSS. *ἑστία;* lares, domicilium, hospitia, vestibula, portus) *intima et sacra pars domi, ubi Larum erat sedes* (*cf.* PORPH. Hor. epod. 2, 43 ara deorum penatium est -us): PLAVT. Amph. 226 victi... urbem agrum aras -os seque uti dederent. Aul. 7 thesaurum auri... in medio -o defodit, venerans me (*loq. Lar*), ut id servarem sibi. 386 haec imponentur in -o nostro Lari. 439 ad -um si adesses, *o coque.* TER. Ad. 404 adortust iurgio fratrem apud -um. Eun. 815 (*ad cocum*:) uti fortes decet milites, domi -ique fac vicissim ut memineris. CATO agr. 5, 3 *vilicus* rem divinam nisi Compitalibus in compito aut in -o ne faciat. 14, 2 *villae* faber... faciat... -um, ianuam. 75 libum... in -o caldo sub testa coquito. 76, 2 -um, ubi coquas. 76, 4. 143, 2 *vilica* -um purum circumversum cotidie ... habeat. kalendis ... coronam in -um indat. ACC. trag. 221 veribus in -o[s] lacerta tribuit. praetext. 7 ardet -us. TITIN. com. 135 toto fit in -o ... cena. AFRAN. com. 262 aeque profesto ⟨ac festo⟩ concelebras -um. CIC. S. Rosc. 23 nudum eicit domo atque -is patriis disque penatibus. Catil. 4, 18 de sedibus, de -is vestris ... iudicandum est. 4, 24 de aris ac -is, de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus... decernite (SALL. Catil. 52, 3 qui patriae parentibus aris atque -is suis bellum paravere. 59, 5). dom. 1 arae -i di penates. 106 uniuscuiusque vestrum sedes aras -os deos penates. 109 domus ... civium: hic arae sunt, hic -i, hic di penates. 143 haec restitutio in domo, in sedibus, in aris, in -is, in dis penatibus reciperandis. Sest. 90 qui ab aris, -is ferrum flammamque depellit. 145 pulsus aris -is deis penatibus. Pis. 91 demigrare et aras et -os relinquere. rep. 3, 40 *Curi* -um Cato ... visere solebat, apud quem sedens ille Samnitium ... dona repudiaverat (Cato 55 Curio ad -um sedenti. VAL. MAX. 4, 3, 5 in scamno assidentem -o. SEN. dial. 11, 10, 8 cum vilissimum cibum in -o ipse manu sua versaret. *cf.* PLIN. nat. 36, 111 illi ... ad ... triumphos ... referendos ab aratro aut -o exeuntes. IVV. 11, 79 Curius ... ipse -is brevibus ponebat holuscula. AMPEL. 18, 8 [= VIR. ill. 33, 7] Curius cum in -o rapas torreret). CIC. leg. 2, 29 quom ... Vesta quasi -um urbis ... complexa sit (*cf.* 2, 20 *p. 990, 1*). 2, 45 terra ... ut -us domiciliorum sacra deorum omnium est. Deiot. 8 te amicum et placatum ... regis arae -ique viderunt. nat. deor. 2, 67 *Vestae* vis ... ad aras et -os pertinet. 3, 94 est ... mihi tecum pro aris et -is certamen et pro deorum templis atque delubris. div. 2, 66 in Solonio..., ubi ad -um angues nundinari solent. Phil. 2, 72 ego arma ... contra deos patrios arasque et -os, contra patriam tuli. 2, 75 repetebant... deos [penates] patrios, aras -os, larem suom familiarem. 3, 1 bellum nefarium contra aras et -os. 8, 8 nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque p. R., aras -os, sepulcra maiorum ... patriam defendimus. 11, 10 moenibus patriae... huic urbi... dis penatibus ... aris et -is omnium nostrum ... inimicus. 13, 1 nec privatos -os nec publicas leges ... cara habere. 13, 16 contra patriam, contra deos penates, contra aras et -os ... gerit bellum. Att. 7, 11, 3 'non est', inquit, 'in parietibus res publica'. 'at in aris et -is' (*similia his de patria*: LIV. 5, 30, 1 pro aris -isque et deum templis ac solo, in quo nati essent, dimicandum. 9, 12, 6. 10, 44, 8. 26, 13, 13. 28, 42, 12. VAL. MAX. 7, 5, 2 ad nostras aras -osque migrantem. SEN. benef. 5, 15, 5. SIL. 2, 31 portisque -isque timebis. 6, 471 Latios ... tueri voce -os. FLOR. epit. 3, 13, 2 extorris aris ac -is. 3, 14, 3 laribus ac -is suis exularet. GELL. 19, 9, 8 pro lingua patria, tamquam pro aris et -is ... indignabundus ... inquit). VARRO Men. 266 pedem in -um non imponere. 292 noctilucam tollo, ad -um fero, inflo. ling. 6, 66 ligna ... quibus in -um uterentur. rust. 1, 15 *cupressus* virgas praebet saepibus et -o ac furno. 2, 10, 7 ad -um inferre ligna. frg. Non. p. 112, 19 cum a nova nupta ignis in face afferretur ⟨e⟩ -o eius sumptus (p. 182, 19). p. 83, 15 ad -um hieme ac frigoribus cenitabant (*v.* VERG. *l. 62*). CATVLL. 68, 102 penetrales deseruisse -os (VERG. Aen. 5, 660 rapiuntque -is penetralibus ignem). BELL. Hisp. 16, 4 qui eos ad aras et -os suos recepissent. VERG. ecl. 5, 70 convivia ... ante -um, si frigus erit, si messis, in umbra (*v.* VARRO *l. 59*). 7, 49 hic -us et taedae pingues, hic plurimus ignis semper. georg. 1, 175 suspensa -is explorat robora fumus. 3, 378 totasque advolvere -is ulmos ignique dedere. 4, 48 neve rubentis ure -o cancros. Aen. 3, 134 amare -os (*non bene* SERV. sacrificia celebrare. *melius additur*: quidam -os lares et per hoc domicilia tradunt. ergo -os pro 'penates' posuit. at e contrario penates pro -is ut ⟨*1, 704*⟩ 'flammis adolere penates'. *cf.* GLOSS. IV 472, 40 amare -os: domus construere). 3, 178 munera libo intemerata -is. 7, 680. 9, 74 diripuere -os. MORET. 7 vestigatque -um. 36 arsura -is imponere ligna (TIB. 2, 1, 22 ingeret ardenti... ligna -o. OV. fast. 4, 510 portat et arsuris arida ligna -is). 49 *panem* infert inde -o. 55 suspensa -um carnaria iuxta. HOR. epod. 2, 43 Sabina ... sacrum vetustis extruat lignis -um lassi sub adventum viri. carm. 1, 9, 5 dissolve frigus ligna super -o large reponens. epist 1, 5, 7 iamdudum splendet -us et tibi munda supellex. 1, 14, 2 *agrum* habitatum quinque -is. TIB. 1, 1, 6 dum meus assiduo luceat igne -us (*cf.* STAT. silv. 1, 2, 255 CARM epigr. 477, 10). 2, 2, 3 urantur pia tura -is *die natali.* 3, 11, 12 infidos, sancte, relinque -os. PROP. 1, 1, 20 in magicis sacra piare -is. 2, 1, 29 eversosque -os ... gentis. 2, 1, 54 sive Colchis Iolciacis urat ahena -is. 2, 1, 62 restituit patriis Androgeona -is (OV. trist. 5, 11, 18 me patriis iussit abesse -is. Pont. 1, 3, 34 fumum de patriis posse videre -is. SEN. Herc. O. 581 quas paternis

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extuli comites -is). 2, 28, 36 tacet extincto laurus adusta -o *magae* (Ov. fast. 4, 742 et crepet in mediis laurus adusta -is). 4, 1, 10 unus erat fratrum maxima regna -us. 4, 2, 4 Volsinios deseruisse -os. 4, 5, 70 horruit algenti pergula curta -o. 4, 6, 2 cadat ante meos icta iuvenca -os. 4, 6, 6 terque -um circa laneus orbis eat. 4, 11, 42 nec ulla labe mea vestros (*o maiores*) erubuisse -os. Ov. epist. 14, 26 dantur in invitos impia tura -os. medic. 16 ipsa *matrona* dabat virgas caesaque ligna -o. met. 8, 641 -o tepidum cinerem dimovit et ignes excitat hesternos. 8, 671 epulas . . . -i misere calentes. trist. 1, 3, 44 ante lares . . . adstrata . . . contigit extinctos ore tremente -os. fast. 1, 248 humanis numina mixta -is (locis *trad.*). 2, 646 ignem . . . fert . . . sumptum de tepidis ipsa colona -is. 4, 553. 698 humilem grato calfacit igne -um. 6, 315 suppositum cineri panem -us ipse parabat. 6, 317 inde -um observat pistor dominamque -orum *Vestam*. 6, 382 mollitam *Cererem* . . . manu duret in igne -us. 6, 532 liba . . . in subito cocta dedisse -o. 6, 631 in ornatum fundere vina -um. 6, 633 -o . . . sedet (*cf.* PLIN. nat. 36, 204). NVX 178 fumosis urite membra *nucis* -is. LIV. 45, 16, 5 ex -o suo sanguinem . . . manasse. MANIL. 4, 251 consum⟨m⟩entque -i Cererem. 5, 283 mergere farra ac torrere -is. VITR. 6, 6, 1 bubilia, quorum praesepia ad -um . . . spectent. 6, 6, 4 equilibus . . . loca calidissima . . . , dum ne ad -um spectent. PAVL. FEST. p. 78 extrarius est qui extra -um sacramentum iusque sit. p. 107 inquilinus qui eundem colit -um. VAL. MAX. 2, 4, 5 aquam calidam . . . a -o petens. 5, 3 ext. 3 discordes -i tui. SEN. Herc. f. 483 hospitali caede manantes -i *Busiridis*. Herc. O. 133 incolui non steriles -os. Oed. 563 sanguinem libat -is *maga*. Thy. 61. 146. 768. 1058. dial. 1, 3, 6 ad -um cenat . . . radices et herbas *Fabricius*. epist. 78, 23 coquorum . . . ipsos cum opsoniis -os transferentium. 95, 23 quanta circa nepotum -os iuventus premitur. 114, 5 -um mater aut uxor investiunt. COLVM. 8, 1, 2 familiarem (11, 1, 19). 11, 3, 60 fuligo, quae supra -os tectis inhaeret. LVCAN. 4, 199 graminei luxere -i. PERS. 1, 72 rus saturum . . . , ubi corbes et -us et porci. 3, 26 cultrix . . . -i . . . patella. 6, 1 admovit iam bruma -o te, Basse, Sabino? PETRON. 135, 4 cucumam ingentem -o apposuit. PLIN. nat. 1 ind. 36, 70 prodigia -i. 11, 98 alii *scarabaei* -os et prata (strata *Haupt*) crebris foraminibus excavant. 12, 81. 18, 103 offae ferventi -o . . . torrentur. 18, 358 cum cinis in -o concrescit. 19, 19. 87. 25, 101 *Vettonica* suspensa supra -um fugat e domibus serpentes. 28, 267 si vomerem . . . -us Larum, quo familia conveniet, urat. 36, 202. VAL. FL. 3, 116 vivoque reluxit torre -us. SIL. 2, 444. 6, 76 renovata -is et paupere Vesta lumina. 7, 176. 8, 490. 11, 276 adolere -os (STAT. Theb. 1, 514). STAT. Theb. 1, 694 fundite vina -is. silv. 4, 5, 13 pervigil. MART. 1, 49, 27 vicina in ipsum silva descendet -um. 1, 55, 8 ante -um plenas explicuisse plagas. 1, 92 si nec -us est nec . . . sponda . . . nec . . . calix (*i. si pauper es*). 2, 90, 7 me -us et nigros non indignantia fumos tecta iuvant et fons vivus et herba rudis. 3, 58, 22 cingunt serenum lactei -um vernae et larga festos lucet ad lares silva. 4, 66, 10 inculti rustica turba -i *vernae*. 5, 50, 4 nostrum sine te . . . caluisse -um. 6, 73, 6 devota -is *ligna*. 7, 27, 4. 8, 40, 5. 8, 67, 8 alget adhuc nudo clusa culina -o. 9, 61, 20. 10, 24, 5 addimus hanc -is acerram. 10, 44, 4 nec retinet rusque -usque senem. 10, 47, 4 non ingratus ager, -us perennis. 10, 96, 8. 11, 32, 1 nec toga nec -us est nec . . . lectus. 11, 52, 10 Velabrensi massa coacta -o *caseus* (*cf.* 13, 32). 11, 56, 4 tristis nullo qui tepet igne -us. 12, 18, 19 -us . . . superba vicini strue cultus iliceti, multa vilica quem coronat olla. 12, 32, 14. IVV. 4, 66 accipe . . . privatis maiora -is. 5, 97 instruit . . . -um provincia. 15, 83 longum . . . putavit expectare -os, contenta cadavere crudo. TAC. Germ. 17 totos dies iuxta -um et ignem agunt. PLIN. paneg. 68 cum domesticis aris -isque sermones. FRONTO p. 213, 17 N. *sine fumo* neque asae neque -i . . . usurpantur. VLP. dig. 8, 5, 8, 6 licere fumum non gravem, puta ex -o, in suo facere. 9, 2, 27, 9 (= COLL. Mos. 12, 7, 8) cum eo qui -um haberet *sc.* secundum parietem communem (*opp.* fornax *et* furnus). PAVL. dig. 33, 7, 18, 3 aenum, quod supra -um pendet. APVL. apol. 58 non in cubiculum reversus perrexit, sed . . . recta ad -um. met. 7, 28 procurrit ad -um. PORPH. Hor. carm. 3, 17, 13 apud -um epulari. epod. 2, 43 proprie hoc rusticae vitae est -um amare. ARNOB. nat. 4, 6 Lateranus . . . deus est -orum (*expl.* caminorum illud genus). *ibid.* testa aut materia . . . alia fabricati -i. *ibid.* praesidatum -orum. LACT. inst. 4, 14, 14 extractum -o torrem. FIRM. err. 14, 3 *Vesta* ignis est domesticus, qui in -is cottidianis usibus servit. PALLAD. 1, 21 boves nitidiores fient, si -um proxime habeant (*sim.* VEG. mulom. 4, 1, 1 semper -o vicini sint boves). RVFIN. hist. mon. 9 p. 427^{C} erepta . . . de -o holera. AVG. civ. 4, 10 p. 159, 10 D. Vestam non nisi ignem esse . . . pertinentem ad -os. 7, 30 p. 313, 21 *ignem* quem -is et luminibus adhiberent *homines*. SVLP. SEV. dial. 1, 11, 5. RVT. NAM. 1, 558 non inferiora . . . vomere Serrani Fabriciique -o. CASS. FEL. 66 p. 162 ceteris lento igne resolutis et a -o depositis. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7. SIDON. epist. 2, 2, 11 quem nunc ad -um minime invito. SEDVL. carm. pasch. 1, 272 *ligna* subiecta -is. LEX Burg. lib. const. 38, 1 quicunque hospiti . . . tectum aut -um negaverit (38, 10 non dederit).

iocose dictum: MAXIM. eleg. 5, 60 perstitit in medio frigus ut ante -o (*i. mentula flaccet*).

II *deorum* *in templis vel sub diu* (*v. Wissowa, Rel. u. Kult.*^{2} *p. 475*): CIC. har. resp. 57 deorum ignis, solia, mensas, abditos ac penetrales -os. leg. 2, 20 virgines . . . Vestales . . . custodiunto ignem -i publici sempiternum (2, 29 *v. p. 988, 32*). SERV. auct. ecl. 5, 66 Varro dis superis altaria, terrestribus aras, inferis -os dicari adfirmat (*cf. infra l. 8*). Aen. 3, 134 Varro rerum divinarum refert, inter sacratas aras -os quoque sacrari solere, ut in Capitolio Iovi Iunoni Minervae, nec minus in plurimis urbibus oppidisque, et id tam publice quam privatim solere fieri . . . quidam aras superorum deorum volunt esse, medioximorum id est marinorum -os, inferorum vero mundos (*cf. l. 3 et* SERV. Aen. 3, 178 ostendit cum aris etiam -os solere numinibus consecrari: sed hic ideo -is, non 'aris', quia privatum sacrificium loquitur, nam penatibus sacrificat). VERG. Aen. 12, 118 campum . . . dimensi . . . parabant in medioque -os et dis communibus aras gramineas (12, 285 craterasque -osque ferunt. *cf.* SERV. *ad l.* crateras scilicet quibus libaverant, -os vero ad quos legitimum sacrificium perfecerant). catal. 14, 8 taurus . . . sacratos sparget honore -os. TIB. 1, 2, 82 sertaque de sanctis deripuisse -is. 1, 8, 70 sanctis tura dedisse -is. 2, 5, 52 Vestales deseruisse -os *Iliam*. 3, 10, 24 debita reddet . . . sanctis . . . -is. 3, 12, 4 puella . . . se . . . compsit, staret ut ante tuos (*o Iuno*) conspicienda -os. PROP. 2, 19, 14 haedus ubi agrestis corruet ante -os. 3, 13, 42 di . . . praebebant vestris verba benigna -is. 3, 18, 12 amplexum Caesaris esse -os. 4, 3, 58 crepat ad veteres herba Sabina -os. 4, 4, 44 virgineo (*i. Palladis*) lecta ministra -o. 4, 5, 66 Venus o regina, columbae . . . ante tuos guttura secta -os. 4, 11, 54 exhibuit vivos carbasus alba -os *Vestae*. Ov. am. 3, 3, 33 pia tura -is imponere (CORIPP. Iust. 2, 8). 3, 6, 76 Iliacis . . . -is *Vestae* (fast. 3, 142. 418. 6, 456). epist. 20, 94 fumosis ingerit exta -is (fast. 4, 638). medic. 84 accensis . . . -is. ars 1, 638 dentur in antiquos tura merumque -os (fast. 4, 410 detis et in veteres turea grana -os. 4, 935 tura -is vinumque dedit). met. 4, 753 dis tribus ille -os . . . de caespite ponit. trist. 4, 2, 14 quae . . . castos (fast. 3, 698 castis. 4, 296 quaeque colunt sanctos virginitate -os) perpetua servant virginitate -os *Vestales*. 5, 5, 10 ara . . . de caespite fiat et velet tepidos nexa corona -os. Pont. 1, 1, 52 Isiacos ante sedere -os. 2, 1, 32 tura . . . sanctis imposuisse -is. 4, 8, 42 victima Tarpeios inficit icta -os. fast. 1, 76 sonet accensis spica Cilissa -is. 1, 452 uritur Idaliis (in calidis *trad.*) alba columba -is. 1, 630 ne violent puros exanimata -os. 1, 670 date paganis annua liba -is. 2, 542 adde preces positis et sua verba -is. 2, 564 ture vacent arae stentque sine igne -i. 3, 30 ignibus Iliacis aderam, cum . . . decidit ante sacros lanea vitta -os. 3, 283 aliquis . . . visa iam vertitur ara vinaque dat tepidis farraque salsa -is. 3, 728 arae sine honore fuerunt . . . et in gelidis herba reperta -is. 3, 734 sanctis. 4, 334 posito tura dedere -o. 4, 824 plenae *fossae* . . . imponitur ara et novos accenso finditur igne -us. 5, 308 spretos. 6, 268. 305 ante -os olim scamnis considere longis mos erat . . . nunc quoque . . . ante Vacunales stantque sedentque -os. GRATT. 442 ter pinguia libant tura -o. FEST. p. 178 sanguis destillet in -um. VAL. MAX. 4, 4, 11 aeternos Vestae -os. 5, 4, 7 vetustissimi -i . . . aeterni . . . ignes *Vestae*. 6, 1 pr. prisca religione consecratos Vestae -os. 9, 12, 5 vetustissimi -i *Iovis*. SEN. Ag. 168. Herc. O. 174 templa suis collapsa deis sparsosve -os. 790 (*praecedit* aras). Oed. 306 iam tura sacris caelitum ingessi -is. 383 immugit aris ignis et trepidant -i. Phaedr. 708. LVCAN. 1, 199 Vestalesque -i (SIL. 4, 411 AVG. civ. 2, 29 p. 96, 6 D.). 2, 128. 8, 338 Chaldaeos culture -os et barbara sacra. CALP. buc. 5, 26 caespite vivo pone -um. ACT. Arv. a. 59 (mai. 29) a 18 in aede[m] in -o sacrificio facto. SIL. 3, 29 (*seq.* altaria). STAT. Theb. 2, 739. 4, 457 silv. 3, 1, 60 MART. 1, 21, 2. 3, 24, 2 Bacche, tuis victima grata -is. 8, 30, 8. 9, 31, 6 cecidit sanctis hostia parva -is. 10, 25, 2. 11, 8, 9 deorum. IVV. 12, 85 mollis ornate -os. SVET. Aug. 1 semicruda exta rapta -o prosecuit. Vit. 13 quin inter altaria . . . paene rapta e -o manderet. FLOR. epit. 1, 2, 3. 1, 10, 5. TERT. pudic. 18 omnium -orum cineres. apol. 35, 2 -os et toros in publicum educere. LACT. inst. 5, 13, 13 *Scaevola* manum -o iniecit. 5, 18, 2 tura . . . in -um iacere. 6, 1, 5 si -os . . . vini profusione madefecerint (*praec.* templa et aras). SERV. Dan. Aen. 3, 134 -orum commemoratione instantium sacrificiorum mentio inducitur. SCHOL. Verg. Veron. 5, 241 (*ex Varrone*) claves in -um ad⟨dere prope⟩ mare. PETR. CHRYS. serm. 161 p. 625^{E} inter . . . gentium -os cenam domini . . . praeparaverunt. CASSIOD. hist. 10, 30 p. 1184^{D} pyrea id est -um . . . destruxit *apud Persas*. CYPR. GALL. exod. 1211.

III *i. q.* ***pyra, rogus***: VERG. Aen. 11, 212 confusa ruebant ossa -is (SERV. *ad l.* quod -os dixerit pyras, cum -us ara sit deorum penatium. an quod -um dicat ubicunque ignis est et fovetur, unde et Varro -um dici vult). S. C. de pago Mont. (Corp. I^{2} 591) 1, 5 neive ustrinae in eis loceis . . . nive -i ustrinae[ve] caussa fierent.

IV *officinarum* *vel stabulorum*: PROP. 4, 5, 26 murrea . . . in Parthis pocula cocta -is. COLVM. 8, 3, 2 *parieti apiarii* -us applicetur . . . ut . . . fumus perveniat in utramque cellam. MART. 8, 51, 4 nec odit exploratores nubila massa -os.

V *i. q.* ***ignis*** (*exempla significationis dubiae reliqui sub capite I*): SPART. Pesc. 10, 6 ut tota in expeditione nemo . . . -um faceret (CET. FAV. 3 p. 291, 1 -um si feceris [*et item* PALLAD. 9, 8, 7; ignis VITR. 8, 1, 5]. SERV. Aen. 6, 1 [*inde* SCHOL. Stat. Ach. 1, 444] Lucilius [*966*] 'scinde calam ut caleas' id est: o puer, frange fustes et fac -um. HIER. reg. Pachom. 120 CASSIOD. in psalm. 134, 2 LEX Burg. *v. p. 991, 35* SCHOL. Iuv.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3,214. 7,24). LAMPR. Alex. 36,2 ad stipitem illum ligari praecepit et -o apposito, quem ex stipulis atque umidis lignis fieri iusserat, necavit (*sim.* GALLICAN. Avid. 4,3). ARNOB. nat. 2,67 in penetralibus et culinis perpetuos fovetis -os. PALLAD. 11, 10, 2 -os . . . non propius admovebis *oleo*. AVSON. Mos. 127 stridentis . . . -is . . . alausas. PELAGON. 85 intepescat contra -um potio. VEG. mulom. 1, 28, 7 -o curare. 2, 11, 4 fervor -i *in cauterio*. 2, 149, 3 ad -um calefacies. HIER. in Is. 44, 6 p. 528 segmenta *statuae ligneae* . . . mittuntur in -um. VVLG. Is. 44, 15 pinus . . . facta est hominibus in -um (*εἰς καῦσιν*). 44, 16 calefactus sum: vidi -um (*πῦρ*). 47, 14 non sunt prunae, quibus calefiant, nec -us ad quem sedeant (*alia in graeco*). I Macc. 12, 28 et accenderunt -os (*πυρᾶς*) in castris suis. CLAVD. 28, 454 nox erat et late . . . videbam barbaricos ardere -os *vigilum*. PRVD. c. Symm. praef. 17 rapidos unde -os struant. 21 densere -i congeriem. MARCELL. med. 7, 19 ollam tolle de -o (35, 23. *cf.* 25, 3 tolletur ab igne). 9, 11 araneae . . . si ferveant ad -um positae (36, 49. 9, 16 in -o pones, *item* 31, 16). 18, 2 coagitentur ad -um (*cf.* 18, 6 ad ignem). 21, 3 sine -o coxerunt (*in formula magica; cf.* 28, 16 sine igni). 25, 2 *acopo* -o flammaque calefacto. ANON. med. ed. Piechotta 127 cinissa de focu(m) (128). 152 sucu(m) in -u(m) molle(m) hoc est super cinere(m) calidum impones. PLIN. med. 1, 31 levabis de -o. *et saepius*. DIOSC. 1, 34 (*gr.* 32) deposito de -o (*ἀπὸ τοῦ πυρός*). 1, 70 (*gr.* 68, 5) in -o missus. 1. 79 (*gr.* 71, 6) primo leviter -u(m) adhibes (*καίονται . . . κούφως*). 2, 51 (*gr.* 74, 3) -o lento (*πυρὶ κούφῳ*; *item* ANTHIM. 3 p. 9, 19 coquas l. -o. 35) imponis. *et saepius*. ARATOR act. 2, 1157 contulerat sarmenta -is. 1176 -us hic rapidique vapores. FELIX anth. 212, 2 sensit et imperium calx lapis unda -us. ALC. AVIT. carm. 3, 53 cum plueret nox taetra -os *super Sodom*. CASSIOD. var. 1, 40, 1 -os ipsos comprehendere virgultis teneris incohamus (*alluditur ad hunc sensum etiam* 3, 47, 2). GREG. TVR. glor. mart. 56 crebris ictibus lapidem quatiens nihil -i possit excutere. 80 accendebatur . . . -us. ANTHIM. praef. p. 8, 9. 20 ustulant se -o in stomacho. 4. 8. 11 ut longius a -o assentur (23). 14 p. 11, 4. 67 lenticulam, dum in -o est. 75. ORIBAS. syn. 4, 35 maiorem -um debent habere. postea . . . ad lenem -um (*διὰ μαλακοῦ πυρός*) est coquenda. LEX Burg. lib. const. 41, 1 si quis in exarto suo -um fecerit et -us nullo compellente vento per terram currens ad saepem vel messem pervenerit alienam, quidquid concrematum . . . fuerit, ab eo qui -um fecerit reformetur (*similia* LEX Rom. 18, 4). VEN. FORT. vita Radeg. 5, 15 vix tepefieri poterat vel -o vel lectulo. 23, 57 -um flatibus forcipibus admonens. 24, 58 flatu -um vivificans. vita Marcell. 5, 19 -i calor (5, 17). vita Amant. 4, 29 -is. carm. 9, 2, 114 recremanda -is. ISID. orig. 20, 10, 7 fax dicta quod -os faciat (GLOSS. V 68, 17). PASS. Tarach. 11 -um ante se habentes propter vigilias noctis.

etiam translate: CARM. epigr. 1405, 8 (*christ.*) incendis varios (*pro abl.*) viscera nostra -os (*i. doloris*).

derivata: foculus, focacius, focaris, focarius, foculare.

fodico, -ātus, -āre [*cf. c.* fodere. *Th.*]. NON. p. 66 -are est fodere, a fodiendo dictum: Cicero Tusc. lib. III *eqs. item* GLOSS. V 650, 51; *ibid.* II 432, 37 -o *σκάπτω*. PRISC. gramm. II 432, 3 albo . . . albico, . . . vello vellico, fodio -o, itidem nutrio nutrico vel nutricor. *usu fere transfertur*: PLAVT. Bacch. 64 eadem . . . aculeata sunt, animum -ant, . . . facta et famam sauciant. Cas. 361 stimulus ego nunc sum tibi, -o (eo dico *trad.*) corculum. CIC. Tusc. 3, 35 -antibus *nos* iis rebus, quas malas esse opinemur (*seq.* lacerant, vexant, stimulos ammovent). HOR. epist. 1, 6, 51 servom . . . qui -et latus et cogat . . . dextram porrigere. AMM. 24, 2, 15 -are valvarum latera, ut aditum facerent. 26, 10, 13 lateribus -atis (*a tortore, item* 29, 1, 28). CYPR. GALL. num. 605 calcibus et -at virgaque everberat *equum*. [*francog.* fouger. *M.-L.*]

fodīna, -ae *f.* [*cf. c.* fodere. *Th.*]. *metalla*: CATO or. frg. 93 (Gell. 2, 22, 28) in his regionibus ferrariae, argenti -ae pulcherrimae. VARRO rust. 1, 2, 22 magis . . . figilinas . . . exerceri . . . quam argenti -as aut alia metalla. VITR. 7, 7, 1 argenti -ae. PLIN. nat. 33, 98 odor ex argenti -is inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus. VLP. dig. 7, 1, 13, 5 ferri et ceterorum -as *instituere* (*praec.* lapicidinas vel cretifodinas vel harenifodinas). 24, 3, 7, 14 si cretifodinae, argenti -ae vel auri vel cuius alterius materiae sint vel harenae. 27, 9, 3, 6 (*v. sub* argentifodina). *v.* argentifodina, aurifodina, cretifodina, harenifodina. *actus fodiendi*: AMM. 22, 15, 30 syringes subterranei quidam et flexuosi secessus, quos . . . adventare diluvium praescii . . . penitus operosis digestos -is per diversa struxerunt. 24, 4, 21 milites, quibus cuniculorum erant -ae mandatae. *Vollmer.*

✖**fodio,** fōdī, fossum, -ere [*cf. c. lituan.* bedu '*fodio*', badau *slavon.* bodą '*pungo*', *cambr.* bedd '*sepulcrum*', *fortasse c. gr. βόθρος, βόθυνος, got.* badi '*lectus*' (*cf. Meringer, Indogerm. Forsch. 19, 448 sq.*). *Th.*]. *de veriloquio*: ISID. orig. 17, 5, 33 -ere vero est foveam facere quasi fovere. *de formis: veterem declinationem in* -ire *exhibet* CATO agr. 2, 4 fodiri, *inde* COLVM. 11, 2, 35 arb. 30, 2, *post* VLP. dig. 45, 1, 72 pr. 45, 1, 75, 7. 46, 3, 31 AMM. 24, 6, 1 GROM. p. 302, 5 DIOSC. 4, 143 p. 65, 8 fodiri, *adde*: DIOSC. 4, 157 p. 75, 9 fodire (-iri *vel* fodi *cod.*) debes. *econtra habemus iam* PLAVT. Bacch. 1159 fŏdĭtur, Curc. 131 foderé (*anap.*), Most. 380 fódere (Trin. 754) *etc.* *part. praes.* fodentes *trad. apud* ENN. ann. 504 (*ubi* fodantes *Merula ex* PAVL. FEST. p. 84 fodare: fodere), *post legitur* GREG. TVR. conf. 79, *item* fodent (-unt *FB*²) *pro praesenti* VEN. FORT. carm. 9, 2, 14. *imp.* 'fode', *non* 'fodi' (PS. ARNOB. confl. 2, 25 *l. 41* GLOSS. *l. 15*) *fuse tractat* PS. PROB. gramm. IV 184, 35. *perfecti formam* fodi (*sic iam* PLAVT., fōdēre ENN. *etc.*) *solam agnoscit* PRISC. gramm. II 461, 12. 477, 14 *al., in sermone volgari habetur forma in* -īvī(t): ITALA gen. 50, 5 (Lugd.), *in* -ī(t): ITALA Is. 5, 2 (cod. Veron.) Matth. 21, 33. 25, 8 (codd. a b) Marc. 12, 1 (cod. l) VVLG. gen. 26, 22 Tob. 8, 11 Os. 3, 2 (cod. Amiat.) FVLG. myth. 3, 9. *part.* fossus *legitur inde ab* OV. epist. 3, 146. 4, 172 *al., in prosa inde a* BELLO Alex. 8, 1 *sat raro, nota*: INSCR. Dessau 9369 (*a. 86*) fodītu(m) est (*ὠρύγη*) flumen Philagrianu(m) *canalis.*

definitiones: PAVL. FEST. p. 331 Graece . . . *σκάπτειν* -ere dicitur (*Plut. Fab. Max. 1 φόδερε τὸ σκάψαι*). SERV. auct. Aen. 1, 443 sane -ere est tantum sollicitare terram, effodere hoc ipsum faciendo aliquid eruere (= ISID. diff. 1, 228). GLOSS. -o *ὀρύσσω. σκάπτω. ἀνασκάπτω.* -it *ὀρύσσει.* -ito -i. *legitur inde ab* ENNIO PLAVTO *per totam latinitatem. frequentant* CATO (*10ies*) VARRO (*11ies*) OV. (*15ies*) VITR. (*33ies*) SEN. phil. (*10ies*) COLVM. (*46ies, praecipue in* arb.) PLIN. (*52ies*) SIL. (*14ies*) STAT. (*10ies*) DIG. (*18ies*) PALLAD. (*32ies*) VVLG. (*41ies*), *raro apud ceteros, deest ex. gr.* LVCR. HOR. PROP. TIB. PLIN. epist.

I ***intransitive*** (*sed identidem obiectum praecedit vel facile ex sententiarum nexu subaudiri potest*): **A** ***proprie:*** **1** *i. q.* ***arare, sollicitare terram***: ENN. sat. 68 decem coclites, quas (ques *Scaliger, i. qui*) montibus summis Ripaeis -ēre. TER. Haut. 69 -ere aut arare aut aliquid ferre. CATO agr. 33, 3 crebroque -ito. 38 ubi satis -eris. 43, 2. 49, 2. 140 si -ere voles (= tit. 149). VARRO ling. 7, 100 hoc verbum Ennii (*sc.* ann. 571 fossari) dictum a -endo, a quo fossa. 10, 32 -iturne. rust. 1, 37, 5 arandum aut -endum. CIC. de orat. 2, 174 quibus *signis locorum* cognitis ipse sibi -ret (*sc. aurum defossum*) et id quod vellet . . . inveniret. VITR. 8, 6, 12 homines -entes. PAVL. FEST. p. 281. SEN. dial. 4, 25, 2 cum vidisset -entem. epist. 114, 26. COLVM. 4, 33, 2 ut -i et runcari possint. 11, 1, 8 opera -endi arandique. arb. 7, 6 *al.* PLIN. nat. 17, 189. 203. 232. 33, 9 *al.* VLP. dig. 39, 2, 24, 12 alte -am in meo. APVL. met. 9, 32 dum -ens, dum irrigans. ITIN. Aetheriae 16, 5 ut -rent in eo loco. 16, 6. FVLG. myth. 3, 9 in terram -vit VVLG. gen. 26, 19 in torrente (*per imaginem*). Is. 37, 25 Ier. 13, 7 Matth. 25, 18. DRAC. laud. dei 2, 181 nullo -ente ligone. VEN. FORT. vita Germ. 66, 178. CORP. VI 34, 635ᵃ fossor, vide ne -as (*sc. ne ares ad tumulum*). **2** *i. q.* ***excavare, effodere***: CIC. div. 2, 134 fōdit, invenit auri aliquantum. LIV. 38, 7, 6 sub terra -entes. VITR. 8, 1, 1 PLIN. nat. 31, 48 *al.* FRONTIN. aq. 10 quas venas *aquae* secuti qui -ent. PS. ARNOB. confl. 2, 25 -i (*sc. venam fontis*) quantum potes. **3** *i. q. cavando aliquid efficere*: VITR. 10, 15, 1 quae . . . testudines ad -endum (*sc. vallum*) comparantur (*ὀρυκτίδες* graece dicuntur) . . . uti . . . -entes, qui intus sunt, tueantur. **4** *i. q.* ***pungere, transfigere***: ENN. ann 504 Illyrii restant, sicis sybinisque -entes (*v. p. 991, 83*). SEN. Ag. 905 ille iam exanimem petit laceratque corpus, illa -entem adiuvat. PLIN. nat. 11, 3 ut -endo (*dat.*) acuminatum . . . esset.

B ***translate:*** *i. q. pungere, de dolore*: CIC. Tusc. 2, 33 pungit dolor vel -at sane.

II ***transitive:*** **A** ***proprie:*** **1** *i. q.* ***σκάπτειν, ὀρύσσειν:*** **a** *terram, vincam, hortum sim., sollicitare, arare*: PLAVT. Poen. 1020 *hortum* (CATO agr. 2, 4 hortum -iri. IVST. 36, 4, 3 PALLAD 1, 34, 2. *nota per imaginem sensum obscenum*: CARM. poet. min. V 90, 5 hortorum deus . . . Priapus cunctis hunc [*sc. hortum puellae*] -it et rigat diebus). CATO agr. 6, 4 harundinetum (COLVM. 11, 2, 19). 50, 2 vineam (56 VARRO rust. 1, 31, 1 COLVM. 4, 27, 1. 4, 28, 2. 11, 2, 11 arb. 5, 3 *saepe*. PLIN. nat. 17, 145. 18, 243. 257 PALLAD. 3 tit. 20. 7, 3 tit. VVLG. deut. 28, 39 *al.*). VARRO rust. 1, 9, 7 terra (CVLEX 393. SIL. 6, 37 facilem discedere terram ense -it. FLOR. epit. 4, 12, 11 TRYPH. dig. 41, 1, 63, 3 PALLAD. 2, 10, 1. 3, 18, 1. 3, 24, 13 *al.* OPTAT. 6, 1 p. 145, 14). CATVLL. 68, 111 *solum* (COLVM. 5, 9, 9 PLIN. nat. 19, 107 STAT. Theb. 11, 63 solumque ense -it Stygio *Tisiphone*. silv. 3, 1, 128). VERG. georg. 2, 408 humum (ANTH. 476, 7. HIER. epist. 1, 12 fossam humum). OV. met. 11, 33 arva (LVCAN. 4, 295 nec solum rastris durisque ligonibus arva, sed gladiis -ēre. 8, 526 BVC. Eins. 2, 30). SEN. dial. 1, 3, 6 rus. COLVM. 4, 31, 2 salix. 5, 5, 18 *pars* ea quae fuerat occupata vel -itur vel aratur. 10, 8 ager (IVV. 9, 45 PALLAD. 2, 13, 7). PLIN. nat. 17, 29 colles (VOPISC. Prob. 18, 8 montem). MART. 14, 49, 2 vinea fossa. PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 harenae -endae gratia (VLP. dig. 4, 3, 34. 7, 1, 12. 8, 3, 1, 1). POMPON. dig. 43, 16, 11 VLP. dig. 43, 20, 1, 27 PALLAD. 2, 10, 2. HIER. in Zach. 1, 3 p. 806 omne quod sculpitur et -itur. *nota metonymian, fere i. q. gignere*: SEN. Thy. 353 non quidquid -it Occidens aut unda Tagus aurea . . . devehit (LVCAN. 7, 755 quidquid -it Hiber, quidquid Tagus expuit auri). MART. 10, 16, 3 accipe Callaicis quidquid -it Astur in arvis, aurea quidquid habet divitis unda Tagi. *locus communis, ut docent exempla*).

b *i. q. verrere, findere:* **α** *de bestiis*: LAEV. carm. frg. 6 (*in Adonide*) humum umidum pedibus -it *aper* (FEST. p. 238 ⟨rostro sem⟩en -iendo corrum⟨peret⟩ *sata sc. sus.* PHAEDR. 2, 4, 8 -ere terram quod vides cotidie aprum. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 quam *partem prati* porci . . . -erunt. SALON. in prov. p. 976ᴬ terram . . . -ere naso *porcum*). PLIN. nat. 9, 65 caenum -ente eo *pisce*. 11, 99 -unt . . . scara-

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

baei tellurem aridam. **β** *i. q. aquas verrere, scindere*: SIL. 14, 359 mersis ...-it aequora remis.

c *-iendo aliquid efficere, plerumque de puteo, specu, scrobe, fossa, fovea sim. (hic illic ex sententiarum conexu obiect. supplendum)*: PLAVT. Most. 380 puteum (Rud. 423 CAES. civ. 3, 49, 5 BELL. Alex. 8, 1. 9, 1 LIV. 44, 33, 1 VITR. 8, 6, 12 CET. FAV. 4 p. 291, 13 CVRT. 7, 10, 14. 9, 10, 2 PLIN. nat. 5, 38. 31, 47 GELL. 5, 16, 26 PALLAD. 9, 8, 7. 9, 9, 1 *al.* VVLG. gen. 21, 30. 26, 15. 18. 22. 25. 32 num. 21, 18 RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 76[B] in gen. 12, 4 hist. mon. 23 p. 446[B] EVSTATH. Bas. hex. 2, 5 p. 884[C] PALLAD. hist. mon. 2, 10 p. 361). VARRO Men. 255 in scrobe -endo (CAES. Gall. 7, 73, 5 COLVM. 5, 10, 2. 3. 5, 11, 13 arb. 4, 4. 19, 1. 27, 2 PLIN. nat. 8, 112. 17, 139 PALLAD. 2, 10, 13. 3, 18, 5). VARRO rust. 1, 35, 2 fossas (LIV. 3, 26, 9. 38, 7, 8. VLP. dig. 45, 1, 72 pr. fossam -iri. 45, 1, 75, 7. 46, 3, 31 PORPH. Hor. carm. 3, 18, 15). VERG. georg. 1, 183 cubilia (AETNA 140 cubilia...antraque demersas penitus -isse latebras. PHAEDR. 4, 20, 1). VITR. 2, 1, 2 speluncas. 7, 7, 1 specus (8, 6, 3. 10, 16, 9. 10 SEN. dial. 11, 9, 2 CVRT. 5, 6, 17. COLVM. 5, 6, 8 scrobiculos. TER. MAVR. 987 SIDON. epist. 2, 9, 8). VITR. 8, 4, 1 fons (VLP. dig. 39, 3, 1, 12). COLVM. 3, 13, 4 sulcos derigunt -untque. 11, 2, 35 seminaria ... runcari et adhuc commode -iri possunt (11, 2, 41. 79 PALLAD. 5 tit. 2. 6 tit. 4. 6, 4, 2). arb. 12, 1 fossuram. PLIN. nat. 5, 141 *mare* verticibus limitem -ens. 31, 49 aestuaria. QVINT. decl. 255 p. 46, 23 cuniculos (VEG. mil. 3, 20). FLOR. epit. 2, 15, 14 portum. ITALA Is. 5, 2 (Veron.) torcular -ii (t. -i Eucher. form. 3 p. 17, 2; *ἐχαράκωσα*, VVLG. exstruxit. VVLG. Matth. 21, 33). ITALA Marc. 15, 46 (cod. k) *monumentum* fuit -ssum in petra (*λελατομημένον ἐν*, VVLG. excisum de). PALLAD. 2, 15, 6 aream. 3, 10, 1 tabulam (9, 9, 3). *al.* AMM. 24, 6, 1 *fossile flumen* -iri in modum canalis (INSCR. Dessau 9369 *p. 992, 10*). VEG. mil. 4, 24 cavernas. VVLG. gen. 50, 5 *sepulcrum* (II par. 16, 14 Tob. 8, 11). exod. 21, 33 cisternam (deut. 6, 11 Ier. 2, 13). psalm. 56, 7 foveam (93, 13. prov. 26, 27 qui -it foveam, incidet in eam [*proverbialiter* eccles. 10, 8 Sirach 27, 29]. Ier. 18, 20 [*per imaginem*]). Marc. 12, 1 lacum (BARNAB. 11, 2). MACR. sat. 3, 3, 10 novos rivos.

d *i. q. effodere, praecipue de metallis, radicibus sim.*: PLAVT. Trin. 754 locum (OV. Pont. 3, 8, 6). VARRO ling. 8, 62 argentum (LIV. 28, 3, 3. VITR. 8, 3, 5 aurum, argentum, aes, plumbum. PLIN. nat. 33, 1 -itur ... aurum, argentum, electrum, aes. CLAVD. 1, 50). LIV. 21, 37, 1 tantum nivis -endum atque egerendum. MANIL. 2, 824 -ssis metallis (SEN. epist. 23, 5 PLIN. nat. 2, 158. 6, 30. 74 VVLG. deut. 8, 9). VITR. 2, 4, 2 sin autem non erunt harenaria, unde -atur *arena*. 7, 7, 1 colores. 7, 7, 5 auripigmentum. 7, 8, 1. 7, 9, 6 chrysocolla. 7, 12, 2. 8, 3, 7 sal. 8, 3, 11. PLIN. nat. 8, 8 radices (37, 107 herbas radicesque. DIOSC. 4, 143. *cf.* PLIN. nat. 12, 47. 13, 124. 25, 50. 117. 148. 28, 1. 33, 68 DIOSC 4, 157). 33, 73 aurum (33, 79). 34, 2 vena *aeris*. 36, 182 *gypsum* e terra -itur. STAT. silv. 2, 2, 87 quod (*sc. marmor*) ... -ēre secures. AMM. 24, 4, 22 proxima -entis ... ferri tinnitus. *nota*: OV. trist. 3, 12, 28 quaeque lacu durae non -untur aquae.

e *i. q. suffodere, imprimis de aedificiis i. q. terram iterare, oblaqueare, necnon de vitibus herbisque*: VARRO ling. 5, 41 cum fundamenta -rentur aedis Iovis (VITR. 1, 5, 1. 3, 4, 1 fundationes. 5, 12, 5 PLIN. nat. 28, 15 AMM. 28, 2, 6). OV. met. 11, 535 murum. VITR. 3, 4, 2 locus (7, 6. 7, 7, 3. 8, 1, 4. 6). 5, 9, 7 *ambulationes* -antur et exinaniantur quam altissime. 7, 4, 5 triclinii altitudo. VAL. MAX. 2, 4, 5 fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum -rent. COLVM. 3, 11, 10 *vitem* (4, 32, 5 vineta. arb. 7, 4 QVINT. inst. 9, 4, 5. PALLAD. 1, 6, 11 vindemia. 3, 20, 1). 4, 30, 6 salicta. arb. 3, 5 *semina*. 30, 2 *viola* -iri ... et interputari oportet. PLIN. nat. 17, 162 *malleolus* deciditur -iturque saepius. 17, 262 palmas. 18, 295 terram iterare, arbores circumfodere, ... germinantia nisi in solo luxurioso -enda non sunt. 21, 20 *rosae* -untur altius. 21, 69 rosaria. PALLAD. 3, 21, 3 bulbi.

f *i. q. defodere*: MELA 1, 57 mortuos ... nec cremare aut -ere fas putant.

g *i. q. disrumpere, solvere*: AMM. 20, 6, 6 acumen arietis coagmenta -ens lapidum recens structorum (20, 7, 13).

2 *i. q. ferire, pungere, transfigere*: **a** *corpus animantis*: PLAVT. Aul. 418 latus (SEN. suas. 2, 7 HIER. epist. 1, 5, 1. 14, 11, 2 RVFIN. Clement. 2, 63. *cf.* TER. Hec. 467 noli -ere *sc. latus* [*monendi causa*]). Curc. 131 stimulo -ere ... te (Men. 951). VERG. Aen. 6, 881 equi -ret calcaribus armos (SIL. 6, 212 quadrupedem planta. RVRIC. epist. 8 *equus* cum -itur calcaribus. CORIPP. Ioh. 7, 444 cornipedum -ens densis calcaribus armos). OV. epist. 3, 146 -sso pectore (am. 3, 5, 24 pectora rostro. 3, 5, 39. rem. 19 ferro. Ib. 625 telis. SIL. 5, 566. 11, 355 MART. 6, 32, 4 APVL. apol. 85). epist. 4, 172 cuspide -ssus aper. ars 1, 339 lumina (*i. q elidere*. SEN. Oed. 957 oculi. Phoen. 43 vultus. STAT. Theb. 11, 614 MART. 1, 92, 12 oculum). met. 7, 315 guttura cultro. Pont. 2, 8, 66 -ssis lumen abire genis. LIV. 8, 10, 6 ora (CVRT. 4, 15, 29. MART. 6, 74, 3 tonsis ora laxa lentiscis. TAC. Agr. 36 ann. 2, 21). 21, 55, 11 aversos *elephantos* sub caudis. OCTAVIA 371 hic est -endus ... ferro. CVRT. 5, 4, 32 telis plerosque -bant. 9, 1, 16 repugnantes. LVCAN. 4, 511 -emus viscera ferro (7, 309 STAT. Theb. 7, 767. AVIEN. Arat. 901 *corvus* ut ... -at ... viscera *Hydrae* rostro. HEGES. 5, 2 v. 69. CLAVD. rapt. Pros. 2, 210 nudataque viscera fōdit unguibus *leo*. *cf.* SIL. 6, 544 -unt ad viscera corpus). PLIN. nat. 9, 13 *orcae* rostris -unt *balaenas*. SIL. 4, 198 cadit inguine -sso. 5, 256 ilia (7, 67). 9, 173 ense -it praecordia. 10, 182. 231 laevaeque -it vitalia mammae. HOMER. 410 scapulis ... -ssis. STAT. silv. 1, 2, 84 iterataque vulnera -i (*v. Vollmerum ad loc.*). Theb. 4, 631 -it ense patrem. 5, 225 -bat Epopeā mater. 10, 322 iugulum (MART. epigr. 7, 8 iugulum ense). TAC. hist. 1, 79 gladio inermem Sarmatam cominus -bat (5, 18 hastis...militem eminus -bant). 4, 29 multos ... pugionibus -ere. CARM. poet. min. V 95, 4 id *corpus* -o. VVLG. psalm. 21, 17 -erunt manus meas et pedes meos. AVG. epist. 140, 39 -ssae sunt ... clavis manus et pedes eius. ORIENT. carm. app. 3, 44 populus quem fōdit iniquus. SIDON. carm. 5, 413 aclyde -ssus. DRAC. Orest. 150 ferietur adulter Pyladis -ente manu. 275 eversorem Asiae (*sc. Pyrrhum*) -ret quod cultor agelli. GREG. TVR. Franc. 4, 30 exercitus a tergo iaculis -retur. **b** *i. q. ferire terram* (*praecipue de Pegaso ungulis fontem eliciente*): OV. fast. 3, 456 cum levis Aonias ungula -it aquas (SCHOL. Pers. prol. 1 dicitur Pegasus ... ibi (*sc. in Helicone*) ... siti oppressus ungula -isse. RVT. NAM. 1, 266 Musarum latices ungula -it equi. SIDON. carm. 14, 8 quem fōdit pede Pegasus). HIER. in Naum 3 p. 565 habet autem Ninive et equum ... cuius ... ungula terram -ens. VVLG. Iob 39, 21 terram ungula -it. **c** *sensu obsceno i. q. stuprare*: PRIAP. 52, 8 cum te male -erint iacentem.

ex falsa versione verbi hebraici q. e. פָּדָה (*1. fodere, 2. emere*) *nata est obscuritas*: VVLG. Os. 3, 2 -i eam mihi quindecim argenteis (*gr. ἐμισθωσάμην*).

B ***translate*** *et per imaginem*: **1** *de animo pungendo*: PLAVT. Bacch. 1159 cor stimulo -itur (CIC. Phil. 2, 86 num expectas, dum te stimulis -amus? SIL. 7, 512 patrum Saturnia mentes invidiae stimulo -it. AVG. epist. 84, 1 desideriorum stimulis -ar. ENNOD. epist. 1, 4, 9 *quem* verborum stimulis -istis). SIL. 5, 159 is vero ingentia sumat, e medio -ant quae magnas pectus in iras. IVVENC. 4, 304 aeternum miseri poena -entur iniqui. RVFIN. Basil. hom. 2, 7 generabit ex se...suppliciorum vermem perpetua ultione conscientiam -entem. PAVL. NOL. carm. 17, 271 e quibus vivum -ente verbo eruis aurum. AVG. c. Cresc. 4, 66 cum eorum conscientia ipso flagitio -retur. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915[B] -itur ... mens. SIDON. carm. 4, 15 non ... mordaci -am ... dente (*sc. invidiae*) Maronem. ENNOD. epist. 5, 22, 1 calcaribus suis animum meum -it affectio. dict. 8, 10 p. 449, 2 -etur *adulescens* prosapiae suae calcaribus. **2** *i. q. intimare, penitus indere*: TERT. coron. 5 auditum in auribus -it *deus*.

part. perf. pass. pro substantivo **fossum**, -ī *n.* GLOSS. II 432, 34 *σκάμμα*. PLIN. nat. 17, 159 -um purgari et extendi (*sed potest participialiter intellegi*). STAT. Theb. 4, 559 nec tristi incumbere -o (*i. scrobi a Tiresia facto*) cura (sulco *B M*, fossae ς *Klotz*). *Gudeman.*

fodo, -āre *v.* fodio *p. 991, 83.*

? **foedālis** *a* foedus *male formatum*. SERV. Aen. 1, 62 fetialibus ⟨qui olim -es dicebantur⟩ *add. cod. Paris. 1750 saec. X videtur esse additamentum Carolini nescio cuius ex* GLOSSA, *v.* foederalis.

foedē *v. p. 1001, 40.*

foederālis, -e *a* foedus. GLOSS. V 23, 25 (= 69, 6) foedera⟨les⟩ dicuntur sacerdotes per quos foedera fiunt inter duas gentes, quae post bellum ad pacem redeant (*vel* veniunt) *deducta ex* SERV. Aen. 1, 62.

foederāticus, -a, -um *graece formatum* [*a* foederatus. *Th.*]. *quod spectat ad militem foederatum q. d.*: NOVELL. Iust. 147, 2 tam militares quam -as (*φοιδερατικάς*; = 148, 2 foederatorum) discussiones. *ibid.* militaris vel -ae expensae. IOH. ANTIOCH. Hermes 6, 344 *τῶν καλουμένων φοιδερατικῶν ἀννώνων*. MALALAS Hermes 6, 369 *αἱ φοιδερατικαὶ ἄννωναι*.

foederātio, -ōnis *f. a* foederare, -atus; *cf.* confoederatio. HIER. epist. 117, 2, 2 mater et filia, nomina pietatis, officiorum vocabula, vincla naturae, secundaque post deum -o. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 4 p. 586[B] per orgia quaedam et mysticas -es (conf- *al.*). Orig. princ. 4, 4, 4 p. 354, 13 haec anima ... cum verbo dei immaculata -e coniuncta est. PS. RVFIN. in Os. 2, 18—20 p. 979[C] -o prisca servabitur (*syn.* consortium, *opp.* discidium). CASSIOD. var. 2, 39, 3 mirabili coniungi -e. GLOSS. III 424, 44 -o *εὐγνωμοσύνη*.

arbiter: gratiator, unitor, **foederātor**, pacis factor GLOSS. cod. Leid. 67[E] (*Löwe, prodr. 410*).

foederātus, -a, -um [*a* 2. foedus. *Th.*]. *superl.* RVFIN. Greg. Naz. orat. *p. 995, 74.* *scriptio vetus* foideratei *plur. v.* S. C. Bacch. *p. 995, 18.* ***foedere iunctus*** (GLOSS. *ἔνσπονδος, ὁμόσπονδος, ὑπόσπονδος* foedere constrictus, iuramento constrictus; -i amicati IV 239, 31). **I** *Romanis* (*acc. dat.* VIR. ill. *p. 995, 9* AMM. *p. 995, 17*): LEX Silvani et Carbonis (Cic. Arch. 7) si qui -is civitatibus ascripti fuissent. CIC. Verr. 3, 160 Tauromenitani, quorum civitas est -a. 4, 13 -ae civitates sunt duae ... Mamertina et Tauromenitana (6, 56. 133 Balb. 48. 55 NEP. Hann 3, 2. PLIN. nat. 3, 37 Vocontiorum civitatis -ae. 3, 76 Ebusus ... civitate -a. PLIN. epist. 10, 92 Amisenorum civitas libera et -a ... legibus suis utitur. FLOR. epit. 2, 2, 3. PROC. dig. 49, 15, 7 fiunt apud nos rei ex civitatibus -is. SERV. Aen. 3, 20 *civitates* apud maiores aut stipendiariae erant aut -ae aut liberae. SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 6 St. *cf.* GLOSS. IV 344, 2 -a civitas: foedere commissa). Verr. 5, 26 -in ... solo -o atque pacato. Balb. 19 ex -o populo (20 *bis, opp.* liber; 22. 27. 50. 52. 64 Pis. 98 de orat. 1, 182 SCHOL. Cic. Bob.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 175, 17. PLIN. nat. 3, 77 *Baliaris maior* oppida habet civium Romanorum Palmam et ... et -um Bocchorum fuit (SVET. Cal. 3, 2 libera ac -a oppida sine lictoribus adibat *Germanicus*). 4, 106 Treveri liberi antea et Lingones -i, Remi -i. 4, 107 Aedui -i, Carnuteni -i (*opp.* liberi). 7, 78 e Vocontiorum gente -a (SVET. Iul. 24, 3 tam -is quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis. VEG. mil. 2, 1 auxilia a sociis vel -is gentibus mittebantur. IORD. Get. 238). SVET. Aug. 47 urbium quasdam -as ... libertate privavit (PANEG. 8 [5], 3, 1 fuit olim Saguntos -a [VIR. ill. 42, 2 Romanis]. CORP. XI 3873 [*a. 193*] Capenates foeder(ati). 3876[a] [*a. 198*] Capenates federati [*sic trad.*]. 3932 municipio Capenae -o. 3936 [*a. 162*] municipI Capenatium -orum. XII 1855 [*imp. Traiano*] civitatis Remorum foeder(atorum). 1869 [=1870] ⟨civitatis Remorum⟩ -ae. XIII 5089 colonia ... Emerita ⟨Helv⟩etiorum -a. 5681 [*a. 199*] ⟨civitas Lingonum⟩ foede⟨rata⟩). PANEG. 12 [2], 22, 5 rex ... etsi adhuc nomine -us, iam tamen tuis cultibus tributarius est. RVF. FEST. 13 *Cypri* rex -us. ENNOD. opusc. 1, 63 p. 278 -i Mundonis. AMM. 14, 8, 15 Ptolemaeo rege -o nobis (18, 2, 13). *nude pro subst.*: S. C. de Bacch. (Corp. I[2] 581) 3 quei foideratei essent. CIC. Verr. 6, 49 quod sunt -i. *ibid.* Tauromenitanis item -is. 6, 163 in oppido -orum. Balb. 20. 25 patrone -orum. 26. 49. 53 *opp.* hostis. 54 Latinis id est -is. 65 qui -os civitate donarunt. LIV. 8, 2, 9 *opp.* hostes. 42, 41, 14 non vobis nec -is. FEST. p. 218 cum populis liberis et cum -is et cum regibus postliminium nobis est (*v.* PROC. dig. *l. 28*). PLIN. nat. 3, 8 Malaca ... -orum. 3, 10 Epora -orum. 3, 18 Latinorum veterum XVIII, -orum unum, stipendiaria CXXXV *oppida continet Hispania citerior.* 3, 24 *opp. item* Latini veteres *et* stipendiarii. FLOR. epit. 1, 13, 5 pro sociis ac -is Romanus intervenit. PROC. dig. 49, 15, 7 non dubito, quin -i et liberi nobis externi sint nec inter nos atque eos postliminium esse (*v.* FEST. *l. 23*) ... liber ... populus est is qui ... sive is -us est item, sive. SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 16. IORD. Get. 16, 89 Gothi reip. Romanae -i erant et annua munera percipiebant. MALCHVS (hist gr. min. ed. Dind. I p. 399) frg. 11 *τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*

de militibus auxiliaribus (*v.* VEG. mil. *supra l. 5*; *Mommsen, Hermes 24 [1889] 218*): COD. Theod. 7, 13, 16 (*a. 406*) eorum servos, quos militia detentat, -orum nihilo minus et dediticiorum. NOVELL. Valent. 9, 1 (*a. 440*) militum atque -orum tuitionem. SIDON. epist. 1, 8, 2 student ... armis eunuchi, litteris -i. 2, 13, 5 inter tumultus militum, popularium, -orum. 3, 8, 2 natione -orum. NOVELL. Theod. 24, 2 (*a. 443*) de Sarazenorum ... -orum aliarumque gentium annonariis alimentis. 24, 3 limitaneorum militum ac -arum gentium. NOVELL. Iust. 103, 3, 1 (*a. 536*) ille *dux* ... praeerit militibus et limitaneis et -is et quidquid in provincia armatum omnino est. IORD. Get. 21, 112. 28, 145. 32, 165. 34, 176. *inde a saec. V militum genus mercennariorum a singulis ducibus conductorum* (*v. Mommsen, Hermes 24, 235 sq.; Benjamin, PW. VI 2817.* CLAVD. in Ruf. 2, 76 armata clientum agmina privatis ... famulantia signis. GLOSS. V 361, 9 -us: gitreuudae *anglos. i. fidelis*). OLYMPIODOR. Theb. (frg. hist. gr. IV p. 59) 7 *ὡς δ' αὖτως καὶ τὸ φοιδεράτων* (*ὄνομα ὥσπερ τὸ βουκελλαρίον ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀνωρίου*) *κατὰ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς ἐφέρετο πλήθους.* PROCOP. bell. Vand. 1, 11 p. 358 *ἐν δὲ δὴ φοιδεράτοις πρότερον μὲν μόνοι βάρβαροι κατελέγοντο* (*v.* VEG. mil. *supra l. 5*) ... (p. 359) *τὸ δὲ νῦν ἅπασι τοῦ ὀνόματος τούτου ἐπιβατεύειν οὐκ ἐν κωλύμῃ ἐστί ... ἄρχοντες δ' ἦσαν φοιδεράτων ... Δωρόθεος τε ... καὶ Σολόμων.* 2, 15 p. 481 *ἡγεμόνες φοιδεράτων.* bell. Goth. 3, 31 p. 406 *ἄρχοντα φοιδεράτων.* THEOPHANES Conf. chron. (ed. de Boor I p. 157, 11) ad a. 6005 *Πατρικιόλου ... κόμητος φοιδεράτων* (ad a. 6055 p. 237, 26; ad a. 6074 p. 251, 27; MALALAS ed. Dind. p. 364, 13. 493, 14). MALALAS Hermes 6, 369 *κόμητας ... καὶ ... παῖδας καὶ παραμένοντας αὐτοῖς ἀνθρώπους, οὓς ἐκάλεσε φοιδεράτους.* COD. Iust. 1, 5, 12, 17 (*a. 529*). 4, 65, 35, 1 (*a. 530*). NOVELL. Iust. 116 (*a. 542*) pr. militem in quocunque relatum numero aut -um (116, 1 *quater*). 117, 11 (*a. 542*) sive milites sive -i sive scholares. PROSP. chron. I p. 476, 1330 piraticam barbari -orum desertores exercuerunt.

II *de foederibus aliorum populorum*: LIV. 8, 5, 2 Samnitibus -is *Latinorum.* PLIN. nat. 3, 35 Massilia Graecorum Phocaeensium -a. PANEG. 10 (4), 18, 1 conspiratione -ae societatis *Germanorum.* VVLG. Ios. 10, 1 Gabionitae ... essent -i (*aliter in graeco*) *eorum* (*Israhelitarum*). I reg. 11, 1 habeto nos -os (*διάθου ἡμῖν διαθήκην*). III reg. 20, 34 -us (*ἐν διαθήκῃ*) recedam a te. *nude subst.*: LIV. 8, 4, 9 Samnites, -os suos *i. Latinorum.*

III *translate*: LIV. 25, 18, 10 nihil sibi cum eo consociatum, nihil foederatum hosti cum hoste. RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 224, 11 Eng. totius creaturae -issimas leges, quoniam caelum et terra ac mare inter se in pace sunt et quiete et proprios naturae suae terminos servant. VICT. VIT. 1, 25 ut coniugia -a manerent. ENNOD. epist. 1, 12, 1 p. 22 -am promissionem quasi obsidem mentis amplector. 3, 29, 1 p. 92 conceptum -i pectoris. 4, 14, 3 p. 109 -um fratrem ... insinuo. 4, 35 p. 122 coniunctio -a. VVLG. prov. 17, 9 separat -os (*φίλους καὶ οἰκείους*).

foederifragus, -a, -um *v.* foedifragus ***p. 996, 44.***

foedero, -āvī, -ātum, -āre [*a* foederatus *ductum esse videtur. Th.*]. *i. q. iungere, consociare, unire* (GLOSS. pacificavit, univit; -ans: pacificus): MIN. FEL. 8, 4 *plebs* nocturnis congregationibus ... non sacro quodam sed piaculo -antur. 9, 5 hac -antur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. TERT. patient. 1 p. 2, 8 *philosophi* in eam (*patientiam*) conspirant, in eam -antur. resurr. 63 p. 124, 3 in semetipso -vit Christus *carnem et spiritum.* pall. 2 diversitatis discordiam vices -ant. NOVATIAN. trin. 13 p. 907[C] utramque substantiam in unam nativitatis Christi -asse concordiam. IVL. VAL. 1, 22 magistratibus ad amicitiam communi sacrificio -atis. IVL. VICT. rhet. 4, 2 non ... palam ... reciperet, sed eos clam sibi -ret. AMBR. Abr. 2, 6, 28 homo ... velut portiones suas -are debet. HIER. epist. 49, 2, 7 digitorum coniunctio et quasi molli osculo se complexans et -ans maritum pingit et coniugem (= adv. Iovin. 1, 3). 84, 3, 7 quod ... peregrinorum atque mendacii inter se orgiis -entur. 97, 2, 2 haereseos sectatores, qui cum ecclesiasticis non valent -ari. 108, 20, 5 iurgantes inter se sermone lenissimo -bat. in Is. 7, 2 p. 102 Herodes et Pilatus ... amicitia -antur. quaest. hebr. in gen. p. 24, 7 duobus fontibus ... in unum rivulum -atis. reg. Pachom. praef. 2 ut ternae vel quaternae domus *monasterii* in unam tribum -entur. VVLG. gen. 34, 15 in hoc valebimus -ari (*ὁμοιωθησόμεθα*), si *eqs.* Ier. 15, 12 numquid -bitur ferrum ferro (*aliter in graeco*). Dan. 11, 6 -buntur *reges* (*συμμιγήσονται*). PRVD. perist. 10, 56 uno -atus spiritu grex Christianus. MACR. somn. 1, 6, 24 permisceri ... et ... -ari *terram et ignem.* AVIAN. fab. prol. 18 concordiā -ati. SIDON. epist. 9, 5, 1 *regna* fidelibus animis -buntur. IORD. Get. 103 *incolam* sibi -vit quasi ... pugnaturum. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 8 in thalamo ... sponsus et sponsa -antur sibique in amore iunguntur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349[D] aer ... multa ad terrenam naturam cognatione -atur. *c. acc. rei effectae*: FLOR. Verg. p. 184, 1 nascentem amicitiam -bamus (SYMM. epist. 9, 144 votivo pignore. HEGES. 1, 1, 5 Romanorum ducibus. HIER. epist. 4, 1, 2. 5, 1 reciprocis epistulis, *opp.* divellat). TERT. nat. 2, 5 habitatio ista mundi circulorum condicionibus -ata. adv. Hermog 25 p. 153, 19 electrum ... ex auro et argento -atum. AMM. 24, 2, 21 pace -ata (25, 7, 14 annorum triginta. 27, 5, 9 placuit -ari pacem. 30, 2, 3 cum Ioviano). 31, 4, 13 cum -retur concordia. HEGES. 4, 23, 1 convivio -ata gratia. AVG. doctr. christ. 2, 20, 30 pacta ... cum daemonibus placita atque -ata (2, 24, 37). GAVDENTIVS epist. ap. Aug. c. Gaud. 1, 24, 37 pax ... inter animos gentium dissidentes armis et belli exitu -atur. CASSIOD. in psalm. 146, 7 virtutes ... se -ata societate coniungunt.

singulariter dictum: BOETH. cons. 4, 7 carm. 7 *Agamemno* exuit patrem miserumque tristis foederat (foderat *v. l.*) natae iugulum sacerdos *quod vide an pro* foedat *ausus sit poeta. cf.* 4. foedus.

foedifragus, -a, -um *a* foedus *et* frangere. CIC. rep. frg. inc. 7 Afros. off. 1, 38 Poeni. LAEV. carm. frg. 9 oblitteram gentem -os (*cf.* GELL. 19, 7, 5 hostes qui foedera frangerent '-os' non 'foederifragos' dixit *Laevius*). MART. CAP. 9, 912 chaos. SIDON. epist. 6, 6, 1 gentem.

foeditās, -ātis *f. a* foedus *adi. plur.* APVL. met. 8, 29 TERT. nat. 2, 7. 13 ARNOB. nat. 2, 16. 3, 10. 14. 4, 22 HIL. in Matth. 21, 9 SCHOL. Cic. Bob. p. 173, 13 St. AVG civ. 22, 12 p. 589, 21 D. *al.* GLOSS. *αἰσχρότης, ἀπρέπεια, ἀσχημοσύνη. pronuntiatio volgaris* fēditās ANTH. 224, 4.

I *i. q. deformitas*: CIC. Tusc. 3, 27 habet ... *animi* aegritudo ... tabem cruciatum afflictationem -em, lacerat, exest animum planeque conficit. LIV. 1, 28, 11 avertere omnes ab tanta -e spectaculi oculos. 4, 39, 9 ubi cum vasta desertaque omnia atque eandem quam apud hostes -em invenisset. SEN. dial. 1, 6, 4 quantum altae ac verae -is alienus splendor absconderit. 2, 18, 1 tanta illi (*C. Caesari*) palloris insaniam testantis -s erat (*syn.* deformitas). 12, 17, 6 luctum suum ... sordium ac squaloris -e irritare. COLVM. 12, 1, 1 *vilicae* -s fastidiosum, nimia species desidiosum faciet ... contubernalem. PLIN. nat. 11, 114 -e *morbi.* 26, 1. 43 consummationis *i. digestionis.* 33, 110 cicatricum. 36, 12 Hipponacti notabilis -s vultus (MIRAC. Steph. 2, 2, 1) erat. QVINT. inst. 1, 5, 5 barbarismi ac soloecismi. 12, 10, 76 vix enarrabili -e *dictorum corruptorum.* APVL. Plat. 1, 18 *opp.* pulchritudinem. GARG. MART. med. 52 palloris. FIRM. math. 3, 6, 16 uxorem ... gravi -e deformem. 5, 3, 16 coloris -e deformes. 6, 25, 1 uxorum ... faciem inhonesta -e deturpat. IVST. 38, 8, 10. PLIN. med. 1, 4 alopeciae (*de eadem re* THEOD. PRISC. eup. faen. 16 *bis*; MARCELL. med 6, 15). HIER. in Mich. 2, 7 p. 1225[C] ad priorem deformationem cicatricis novellam accedere -em. AVG. civ. 22, 19 p. 598, 14 D in psalm. 44, 3 *opp.* pulcritudinem (GREG. M. moral. 24, 15). bapt. 1, 19, 29 tartarea. GREG. M. moral. 17, 48 *opp.* ornamenta. *de odore*: CIC. nat. deor. 2, 127 multae *bestiae* ... insectantes odoris intolerabili -e depellunt. CELS. 2, 3, 5 odoris (2, 6, 12). PLIN. nat. 34, 171 excrementorum. FIRM. math. 3, 13, 13 os gravi odoris -e turpetur. PALLAD. 12, 6 VEG. mil. 3, 2 p. 69, 1.

II *i. q. atrocitas*: LIV. 21, 58, 3 transeuntem Apenninum adeo atrox adorta tempestas est, ut Alpium prope -em superaverit. 31, 34, 4 vulnerum. SEN. dial 5, 3, 2 -em ... ac feritatem *irae.* epist. 57, 3 insolitae rei novitas ... ac -s. CORP. X 7122 extinctori tyrannicae ⟨foe⟩ditatis.

III *i. q. turpitudo, infamia, dedecus*: CIC. Scaur. 8 neque eam (*uxorem*) habere in matrimonio propter -em neque dimittere propter dotem volebat. Phil. 2, 15 o -em hominis flagitiosam! 12, 12 in hac vestitus -e. off. 3, 105 illa depravatio et -s turpificati animi.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fin. 3,38 nisi eos per se -e sua turpitudo ipsa deterreat. Liv. 1,26,11 supplicii (7, 15, 10). 3, 47, 5 decreti. Sen. epist. 110, 13. Qvint. inst. 8, 6, 15 si Cicero recte 'sentinam rei publicae' dixit, -em hominum significans. Tac. ann. 6, 1 loci. Plin. epist. 2, 14, 6. Apvl. met. 8, 29 exsecrandas -es. Tert. nat. 1, 10. 2, 7. 13 fabulae ... de fastidiosis -bus atque summis flagitiis *deorum* compositae. pudic. 7 scaenicae -is (Avg. civ. 6,7 p. 260,6 D. deformiora ... omni scaenica -e). adv. Marc. 4, 21 p. 490, 21 nativitatis et educationis. Itala Is. 50, 6 (Cypr. testim. 2, 13 *et* epist. 13, 4) faciem ... meam non averti a -e sputorum (a ... conspuentibus Vvlg.). apoc. 3, 18 (Cypr. eleem. 14) -s (*αἰσχύνη*. Vvlg. confusio) nuditatis tuae. Porph. Hor. epist. 2, 1, 267 ne erubescam muneris accepta -e. Cod. Iust. 3, 28, 19 (*a. 293*) si filia tua turpiter et cum flagitiosa -e vivit. Cod. Theod. 9, 38, 4 (*a. 368*) adulterii (Amm. 16, 8, 6). Vopisc. Car. 13, 2 Asper -e et deformibus consiliis agens. 16, 2. Arnob. nat. 1, 59 vitiorum (3, 19). 3, 6 opinionum (4, 22. 31 *syn.* probra). 3, 15. 4, 19 coeundi. 4, 21 turpitudinis. 5, 10. 24 in simili -e aut turpitudinis genere. 7, 42 *syn.* labes. Amm. 18, 4, 3 assentandi. 30, 8, 1 adulandi. Schol. Cic. Bob. p. 89, 12 St. indicia -is et dedecora. *passim.* Avg. civ. 22, 12 p. 589, 21 D. *syn.* vitia. Salv. gub. praef. 2 scripta verborum -bus sordida. 6, 17 motuum turpitudines, gestuum -es. Nicet. vigil. 3 p. 58, 21 Burn *opp.* sanctitas.

ipsa res foeda: Arnob. nat. 2, 16 superfluas -es inferioribus egĕrunt abiciuntque posticis. 3, 10 habent ergo di sexus et genitalium membrorum circumferunt -es, quas ... infame est suis appellationibus promere? 3, 14. 7, 45 extremos tramites, per quos immunda faex eat aversabili corpora -e exonerans. Ivst. 2, 13, 12 tantaque -s morientium fuit, ut viae cadaveribus implerentur. Vvlg. lev. 18, 19 ad mulierem, quae patitur menstrua, non accedes nec revelabis -em eius (*ἀσχημοσύνην*). deut. 23, 14 nihil ... -is (*ἀσχημοσύνη πράγματος*). 24, 1 si *mulier* ... non invenerit gratiam ... propter aliquam -em (*ἄσχημον πρᾶγμα*).

foedo, -āvī, -ātum, -āre [*ab* 1. foedus. *Th.*]. *verbum per poetas Augusteos increbuit.* Gloss. *αἰσχύνω χραίνω*. -ant: coinquinant. inquinant. -are: deturpare. inquinare, sordidare. -vit: polluit.

I ***proprie:*** *i. q. deformare, maculare* (*add.* in *c. acc.* Tac. Germ. 46, 6 *infra l. 82*): Enn. scaen 174 ferro -ati iacent. Plavt. Amph. 246 impetu alacri -ant et proterunt hostium copias (*item de vulneribus et cruore* Cic. carm. frg. 32 v. 19 *aquila Promethea* perenni vivom -at miseria. Lvcr. 4, 844 membra cruore. Cornif. carm. frg. 2 Centauros -are bimembres. Carm. inc. frg. 1 p. 357 Baehr. viscera ferro. Verg. Aen. 3, 241 ferro -are volucres. 7, 575 -ati ... ora Galaesi. Paneg. in Mess. 57 -atus lumina *Polyphemus.* Ov. met. 13, 563 Paneg. 5 [8], 16, 4 Dict. 2, 27. 4, 1. 5, 12 Amm. 19, 7, 5 *passim; cf.* Serv. Aen. 2, 286. 502. 4, 673. 7, 575. 11, 86 *qui transcribit* cruentare. *cf.* Clavd. 26, 587 rescissaque contis gloria -ati splendet iactantior oris). Catvll. 64, 224 canitiem terra atque infuso pulvere -ans (Verg. Aen. 12, 99 in pulvere crines. Prop. 2, 9, 13 comas. Ov. met. 8, 530 pulvere canitiem ... voltusque seniles. trist. 1, 3, 93 Sil. 13, 311 Homer. 323 Stat. silv. 3, 3, 181 Comm. instr. 2, 8, 11 Drac. Romul 9, 208). Sall. hist. frg. 4, 80 ⟨nubes⟩ -vere lumen (*v. infra l. 69* Cvrt.). Verg. Aen. 2, 55 ferro Argolicas -are latebras (Serv. dilacerare ... alii -are secundum Graecos accipiunt, quid enim foedius quam duces Graecorum latentes deprehendi. Gloss. IV 75, 30 detegere). 2, 286 quae causa indigna serenos -vit voltus? (Gloss. IV 75, 31 turpes fecit). 2, 539 patrios -asti funere voltus (Serv. *non bene* crudeles impiosque fecisti). 3, 227 harpyiae ... contactu omnia -ant immundo (Val. Fl. 4, 454). 4, 673 unguibus ora soror -ans et pectora pugnis (11, 86. 12, 871. Sil. 4, 774 -ata genas lacerataque crines. Drac. Romul. 5, 151. Carm. epigr. 1405, 3 patrios subito -asti funere vultus). Tib. 2, 6, 43 lacrimis oculos (Apvl. met. 4, 34 ora). Ov. met. 3, 523 sanguine silvas -bis. 6, 237 calido tellurem sanguine -at. 7, 845 sparsas -antem sanguine vestes. 14, 60 -ari latrantibus inguina monstris *Scyllae.* 14, 190 -ataque bracchia tabo *Polyphemi.* Liv. 3, 18, 10 multi exulum caede sua -vere templum. 3, 26, 1 -ati agri. Sen. suas. 3, 6 locum, quem *ille* ... vomitu -verat Val. Max. 9, 11 ext. 4 virorum strage -atum ⟨amnem⟩. Octavia 148 Silanus ... cruore -vit suo patrios penates. Sen. dial. 4, 35, 3 pulcherrima cra -vit *ira.* Cvrt. 4, 10, 2 luna deficiens ... sanguinis colore suffuso lumen omne -vit (*cf.* Sall. *supra l. 51.* Avr. Vict. Caes. 41, 7 defectu solis ... -ato die. Dict. 1, 21. Clavd. rapt. Pros. 1, 164 *Actna* picea ... gravatum -at nube diem). Plin. nat. 36, 176 nullae tectoria rimae -vere. Sil. 5, 6 lacus ... -bat proxima limo. 5, 578 -vit ... sanguis canitiem. 6, 49 lacerae nares -ataque lumina morsu. 9, 521 cohortes *pulvere iniecto.* 12, 697 lacus. 15, 535 *villae* -ant ... suis mea regna ruinis. Homer. 1001 -atum pulvere corpus *Hectoris tracti* (Clavd. rapt. Pros. 3, 77 -ari pulvere ramos). Stat. Theb. 1, 528 ora notis -ata. 11, 86 sanguine -atum rictus *Tydea.* 12, 364. Mart. 2, 83, 1 -asti miserum, marite, moechum *lacerato ore.* 9, 8, 2 -andos ... prostituisse mares *i. castrandos.* Ps. Qvint. decl. 5, 8 membra verberibus. Tac. hist. 3, 77 verberibus -atus. 3, 84 domos arasque cruore. 5, 3 tabe, quae corpora -ret. Germ. 46 *Peucinorum* ⟨ora⟩ conubiis mixtis nonnihil ⟨in⟩ Sarmatarum habitum -antur. Ps. Frontin. strat. 4, 1, 28 -ato habitu. Apvl. met. 4, 29 arae ... frigido cinere -atae. 9, 30 mulier ... lurore buxeo macieque -ata. Tert. anim. 33 animae ... -andae in immundis. Veg. mil. 2, 14 p. 48, 11 situ ac robigine arma -antur (*opp.* splendent). Clavd. 20, 256 -atam cum reddidit umbra Minervam *inflatis tibiis.* 26, 247 *cometes* crine vago Getici -vit sidera Plaustri *i. quasi obscuravit.* 28, 538 aer quamvis assiduo noctem -verat imbre. rapt. Pros. 1, 265 bruma ... perenni -at ... telas *depicta hieme foeda.* Avg. gen. ad litt. 7, 6 p. 205, 26 caro ... et salute decoratur et morbis ... -atur. Epist. pontif. 321 p. 588[A] quibus totus ... -batur et caligabat aspectus. Marcell. chron. II p. 88, 33 Constantinopolis magno invasa incendio facieque -ata. p. 95, 33 cavea -ata cruore. Cael. Avr chron. 4, 1, 12 ex aqua gravi, quae aut natura aut aliqua corruptione -ata sit. Apon. 7 p. 126 soluti sparsique capilli -ant. Corp. VI 31912 nymphium sordium squalore[m] -atum (X 7017) et marmorum nuditate deforme[m] ad cultum pristinum reduxit. VIII 18328 curia ... ordinis ... verum in odium feda⟨ta⟩ iacuisse videtur. X 1693 (*a. 383*).

de odore: Sil. 6, 187 *serpens* caelum -vit hiatu. 14, 435 fax nidore gravi -vit ... auras.

II ***translate:*** Liv. 7, 34, 1 gaudium ... clade -atum est. Sen. epist. 66, 4 non deformitate corporis -ari animum, sed pulcritudine animi corpus ornari. Tac hist. 4, 40 fastos adulatione temporum -atos exonerarent. ann. 4, 19 victoria per avaritiam -ata. 11, 6 pulcherrimam *artem* ... sordidis ministeriis -ari. Ivl. Val. 1, 31 vers. 9 si spes futuri nullo -etur metu. Ivst. 29, 3, 1. 36, 4, 1 regnum caedibus amicorum. Evtr. 9, 23 totam Aegyptum ... proscriptionibus caedibusque -vit. Dict. 3, 16 -atur regni habitus. Amm. 14, 1, 1. Clavd 21, 29 pacem -at vitiis. Avg. civ. 1, 32 p. 49, 27 D. animos miserorum tantis obcaecavit tenebris, tanta deformitate -vit, ut. 2, 24 p. 88, 11 qualia non -rent, sed auferrent omnino rem publicam. Macr. somn. 2, 10, 6 ferro saecula postrema. Vincent. Ler 11, 16 labores suos ... velut cuiusdam leprae admixtione. Drac. Romul. 8, 598 moenia iustitio -ant. Carm. epigr. 737, 2 matris -are senectam *obita filia.* 787, 40 ut speciem domini foedare⟨nt⟩ luce corusca *haeretici.*

speciatim infamia dedecore turpare: Plavt. Trin. 656 ut rem patriam et gloriam maiorum -arim meum. Cato ad fil. frg. 1 spurcius nos quam alios Opicon appellatione -ant. Cic. har. resp. 32 sacella ... summa ... turpitudine -ata. 49 belli extinctorem nefario scelere -asset. Scaur. 2 ⟨memoriam iuventu⟩tis suae ... senectutis dedecore -vit. Lvcr. 3, 49 -ati crimine turpi. Sall. hist. frg. 1, 47 cum arae ... supplicum sanguine -rentur. Verg. Aen. 2, 502 Priamum ... per aras sanguine -antem quos ipse sacraverat ignis. Ov. met. 9, 182 -antem peregrino templa cruore Busirin. Val. Max. 6, 3, 3 spiritum extinxit, corpus contumelia carceris ... -vit. Cvrt. 5, 7, 1 in voluptatibus ... temperantiam haud tolerabili vini cupiditate -vit *Alexander.* Val. Fl. 2, 275 -atum te funere. Sil. 11, 49 quos vile genus despectaque lucis origo -bat. Qvint. decl. 321 p. 263, 12 -urus ... cadavere illud convivium. Tac. hist. 1, 26. 72 infamem vitam -vit etiam exitu sero et inhonesto (ann. 16, 11 vitam ... servitio). 4, 37 egregia ... merita mox rebelles -rent. 4, 58 si vobis non fuit cordi ... haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui -arique ... ne sinatis. ann. 4, 3 illa ... seque ac maiores et posteros municipali adultero -bat. 14, 14 *Nero* ratus ... dedecus molliri, si plures -asset, *nobiles* ... in scaenam deduxit. 15, 32 feminarum nobilium senatorumque plures per harenam -ati sunt. 15, 37 *Nero* per licita atque illicita -atus nihil flagitii reliquerat quo corruptior ageret. Apvl. met. 6, 22. 9, 23. Tert. anim. 27 concubitum libido, non condicio -vit. Porph. Hor. epist. 2, 1, 261 in aeternam memoriam -atus est quem tale carmen polluerit. Paneg. 12 (2), 12, 4 libido honesta -andi. 9 (12), 18, 3. Capitol. Max. Balb. 9, 2 templa. Avr. Vict. Caes. 42, 24 Ps. Avr. Vict. epit. 4, 6. 12, 7. Cod. Theod. 12, 1, 26 (*a. 338*) ab his -antibus honores. Rvf. Fest. 20 legiones sub iugum missae sacramenta -arunt. Avson. 284, 1. Vvlg. II reg. 16, 21 quod -veris (*κατῄσχυνας*) patrem tuum *ineundo eius paelices.* Clavd. 18, 26 servili ... -are curules crimine. Coll. Mos. 5, 3, 1 (*a. 390*) urbem Romam ... effeminati in viro pudoris contaminatione -ari. Prvd. ham. 685 curto (*i. curtato*) -atus honore *Adam.* Cod. Theod. 16, 8, 22 (*a. 415*) si Christianum ... Iudaica nota -are temptaverit. Avg. civ. 3, 13 p. 112, 10 D. gravius -rent pristinas, quamvis et ipsas pudendas ... victorias. serm. 32, 1 Drac. Romul. 5, 144. 293. Boeth. cons. 1, 4 existimatione -atus.

nota i. q. infaustum reddere: Liv. 3, 32, 4 multiplici clade -atus annus. Lvcan. 1, 558 dirasque diem -asse volucres. Sil. 14, 589 tempora ... autumni ... -vit *sol torridus.* Amm. 31, 12, 16 primordia belli.

1. foedus, -a, -um [*orig. inc.: sunt qui conferant c. lituan.* baidyti 'proterrere', baisus 'foedus', *cf. Pedersen, Indogerm. Forsch. 5, 41. Th.*]. *compar. et superl. leguntur iam inde a* Cic. *nota usum retrogradum, ubi est i. q.* foedatus: Hor. carm. 3, 6, 4 *et* Tib. 1, 9, 73 *p. 999, 25.* Ov. rem. 570 *p. 999, 28.* Liv. 2, 23, 7 tergum -um recentibus vestigiis verberum. 30, 6, 6 iumenta. Octavia 606 -a vulneribus. Val. Fl. 4, 498. Ivv. 6, 132 fumo ... lucernae -a. *al., liberius* Tac. Germ. 5 terra ... paludibus -a. Agr. 12 caelum ... crebris imbribus ac nebulis -um. *al.* *mala de scriptione doctrina*: Beda gramm. VII 273, 4 'fedus' quod est deformis, per 'e' solam scribendum, 'foedus' quod est pactum, per 'oe' dipthongon (*sim.* VII 301, 29 suppl. p. 293, 9, *rec-*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tius suppl. p. 189, 12. 298, 11), *obloquuntur et codices et inscriptiones.* *inutilia de 'homonymis' adi. et subst.* -us PROB. gramm. IV 120, 14 *et* app. 203, 27. *de synonymis et glossis v. p. 1000, 78.* *legitur inde a* PLAVTO (*semel*), CAECIL. (*semel*), TER. (*bis*) *saepius multo apud prosarios quam apud poetas.* *exempla dedi usque ad* OV. *omnia, ex reliquis selecta.* [*hisp.* hedo. *M.-L.*]

I *ingratus sensibus: oculis* (*i. q. deformis, hic illic etiam i. q. atrox, terribilis*): CIC. Sest. 106 nemo illum -um voltum aspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat. off. 1, 126 partes corporis ... aspectum essent deformem habiturae atque -um (formam *trad.*). Phil. 2, 62 in urbe auri argenti maximeque vini -a direptio. 2, 63 o rem non modo visu -am, sed etiam auditu! 2, 86 quom es nudus contionatus. quid hoc turpius, quid -ius, quid suppliciis omnibus dignius. 3, 12 -o illo et flagitioso die. 3, 24 quam misera fuga, quam -a, quam turpis. Att. 15, 1ᵃ, 4 parumne -a persona est ipsius senectutis? LVCR. 2, 421 rerum ... colores ..., qui compungunt aciem lacrimareque cogunt aut -a specie di⟨ri⟩ turpesque videntur. SALL. Catil. 15, 5 color ei exsanguis, -i oculi. 52, 13 loca taetra, inculta, -a atque formidulosa. 55, 4 incultu, tenebris, odore -a atque terribilis eius *loci* facies est. VERG. georg. 1, 323 -am glomerant tempestatem (LIV. 2, 62, 1. 23, 34, 16. 25, 7, 7 *al.*) imbribus atris ... nubes. Aen. 3, 216 -issima ventris proluvies *harpyiarum.* 3, 244 vestigia *earundem.* HOR. sat. 1, 5, 60 cicatrix (AVSON. 393, 34 lacunas). 2, 3, 126 caput ... impexa -um porrigine. carm. 3, 6, 4 deorum ... -a nigro simulacra fumo. TIB. 1, 9, 73 corpora -a podagra et senis amplexus culta puella fugit. OV. ars 3, 247 turbida perversas induit illa comas: hostibus eveniat tam -i causa pudoris. rem. 570 damno litora -a (*i.* foedata) suo *naufragi.* met. 5, 549 volucris *bubo* (*cf.* Ib. 222). hal. 58 ursus. LIV. 2, 23, 3 corporis habitus. 8, 24, 14 -a laceratio corporis (41, 18, 3 CELS. 1 pr. 44). 9, 31, 2 Samnites verberibus -um in modum laceratos (23, 7, 3 *al.*). 24, 47, 15 incendium. 30, 12, 9 spectaculum (TAC. hist. 2, 70 -um atque atrox. *al.*). 38, 21, 9 plagae. SEN. suas. 1, 2 -a beluarum magnitudo. CELS. 5, 28, 19ᴬ vitiligo ... -a est. 6, 6, 9ᴮ quo minus -a postea facies sit. SEN. Herc. f. 686 palus ... -a Cocyti. 702 tellus. Oed. 839 lues. Thy. 507 quam -a iaceat barba. nat. 3, 26, 6 -a quaedam *in fonte.* 3, 26, 7 colore. *et passim.* *nota*: CORP. VIII 20982 (*saec. III*) *portae*(*?*) -a indignaque nitoris civitatis suae facie. *auribus*: CIC. Phil. 2, 63 *v. supra l. 12.* PETRON. 136, 4 -o ... ac veluti rabioso stridore *anserum.* IVV. 8, 225 cantu. ALC. AVIT. carm. 5, 157 ranarum -is cantibus. *gustui*: LVCR. 2, 401 sapore. QVINT. inst. 9, 4, 30 -a vomendi necessitas. *naribus* (GLOSS. σαπρός): SALL. Catil. 55, 4 (*v. supra l. 19*). OV. met. 7, 548 silvisque agrisque viisque corpora -a iacent: vitiantur odoribus aurae. LIV. 38, 7, 13 -o quodam odore ex adusta pluma. CELS. 2, 8, 24 odor (3, 20, 1. 4, 27ᴮ. 5, 26, 31ᴱ. 5, 28, 3ᴬ. 6, 8, 1ᴬ. 7, 3, 1. 7, 29, 6 PLIN. nat. 11, 61. 20, 171. 25, 44 FIRM. math. 8, 20, 4). 3, 2, 3 deiectiones. SEN. Herc. f. 627 -o obsiti paedore nati. epist. 95, 25 ructus. 102, 27 -i atque olidi ventris. rem. fort. 5, 4 corpora et visu -a et odore. PLIN. epist. 10, 98, 1 cloaca -issima ... turpis immundissimo aspectu ... pestilens odore taeterrimo. SER. SAMM. 158 -a fluunt ... quae purgamenta cameli. SVLP. SEV. Mart. 17, 7 -a relinquens vestigia fluxu ventris egestus est *daemon.*

II *quod animo non placet, non probatur i. q. improbus, turpis, flagitiosus, inhonestus sim. (de moribus, fama sim.), hic illic etiam i. q. terribilis, dirus*: PLAVT. Amph. 1084 me uxor insanum facit suis -is factis (CAECIL. com. 233 CIC. Phil. 2, 115 *al.*). TER. Eun. 943 facinus (SALL. Catil. 11, 4 -a crudeliaque. 52, 36 LIV. 40, 4, 8 *al.*). CIC. Catil. 4, 2 hanc pulcherrimam patriam ... ex -issima flamma ... eriperem. Sull. 75 ut cum ... Catilina ... -issimam vitam ... degeret. 90 ignominia -issimi criminis. har. resp. 38 in re -issima (*i. crimine sacrificii violati*). 45 iniecta fax est -a ac luctuosa rei publicae. Pis. 17 quo -ius nec fieri nec cogitari quicquam potest. 41 -issimae turpitudinis notas. leg. 1, 51 animi deformitas ..., cuius turpitudo ex ipsis vitiis facillime perspici potest: quid enim -ius avaritia, quid immanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? 2, 37 religionibus (*al.*). fin. 3, 14 si nihil malum nisi quod turpe inhonestum indecorum pravum flagitiosum -um *est.* Tusc. 4, 54 nullum erat iracundia -ius *vitium.* 4, 75 perturbatio ... mentis in amore -a per se est. 5, 80 quid ... -ius, quid deformius sola relicta *vita beata*, ⟨a⟩ comitatu pulcherrimo segregata? off. 1, 123 luxuria ... cum omni aetati turpis, tum senectuti -issima est (*v.* NON. p. 435 *p. 1000, 84*). 1, 159 sunt ... quaedam partim ita -a, partim ita flagitiosa, ut ea ne conservandae quidem patriae causa sapiens facturus sit (*seq.* taetra *et* obscaena *et* dictu turpia). 2, 27 in causa impia, victoria etiam -iore. 3, 36 regnandi cupiditates, quibus nihil nec taetrius nec -ius excogitari potest. 3, 83 -issimum et taeterrimum parricidium patriae. 3, 115 flagitiosa, -a, turpia. Phil. 3, 36 nihil est detestabilius dedecore, nihil -ius servitute (12, 15. 14, 37). 7, 15 hunc in eum ordinem recipi ... quam -um flagitiosumque sit. 13, 14 quid ... turpius aut -ius aut quod minus deceat quam contra senatum ... cives ... patriam exercitum ducere? 14, 10 aut -issimam mortem ... aut miserabilem fugam cogitabant. 14, 25 immanem et -am crudelitatem. 14, 32 in fuga -a mors est, in victoria gloriosa. Att. 4, 6, 1 quid -ius nostra vita? 7, 26, 3 bellum -issimum (epist. 4, 4, 2). 8, 3, 3 quid -ius, quid perturbatius hoc ab Vrbe discessu? (epist. 10, 28, 1. SALL. Iug. 38, 7 fuga, *item* 43, 1 TAC. hist. 3, 79. 4, 18 *saepius*) 8, 9, 3 quid hoc miserius, quam alterum plausus in -issima causa quaerere, alterum offensiones in optima? 8, 11, 4 nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil -ius. 9, 2ᵃ, 1. 10, 4, 8 o rem -am! 12, 11 nihil vidi -ius. 15, 10 ludos ... non facere, quid -ius? 15, 20, 2 genus interitus. epist. 8, 6, 3 fo⟨e⟩d[er]a et inhonesta. ad Q. fr. 3, 9, 1 exitum iudicii -um et perniciosum. LVCR. 4, 1158 amore. 5, 1343 commune malum ... -umque. SALL. Catil. 58, 14 illa -a atque intoleranda viris videbantur. Iug. 51, 1 facies totius negoti varia incerta -a atque miserabilis. VERG. Aen. 7, 619 ministeria. HOR. epist. 2, 1, 236 scriptores carmine -o splendida facta linunt (*cf.* SEN. contr. 9, 1, 15 -o genere cacozeliae. 9, 2, 14). ars 392 homines ... caedibus et victu -o deterruit Orpheus. carm. 3, 5, 15 condicionibus (LIV. 9, 8, 11 -ae pacis. *sim. saepe*). PROP. 3, 11, 45 -aque Tarpeio conopia tendere saxo *Cleopatram.* OV. met. 1, 165 -a Lycaoniae ... convivia mensae (Ib. 431). 8, 156 -umque patebat matris adulterium monstri novitate biformis. 10, 319 -o ... amori *filiae in patrem.* 12, 366 volnere. LIV. 1, 6, 4 certamen. 9, 18, 4 -a supplicia. 25, 31, 9 exempla (27, 6, 4 *al.*). CELS. 6, 18, 1 -iora verba *i. obscaena. et sic creberrime.* *nota*: PORPH. Hor. epod. 9, 11 tam -a sunt haec, ut non videantur ab ullo Romano admitti potuisse. AVG. civ. 3, 17 p. 124, 9 D. foedus ... -um. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176*) 3 -a et inlicita vectigalia. 5 rapinae. 7 quaestus. S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 41 tam -o genere negotiationis.

i. q infaustus, infelix, malus: SALL. Catil. 26, 5 quae occulte temptaverat, aspera -aque evenerant (LIV. 3, 44, 1 -o eventu. 8, 33, 15 -issimo cum eventu). LIV. 2, 8, 7 nuntium *de morte fili.* 22, 3, 12 omine. 27, 37, 6 prodigium (40, 19, 1). 8, 18, 1 -us insequens annus seu intemperie caeli seu humana fraude fuit (TAC. ann. 4, 68. 16, 3). TAC. hist. 3, 56 contionanti ... tantum -arum volucrum supervolitavit, ut. IVST. 9, 6, 4 diem ... -um luctu funeris. 12, 6, 11.

homines: TER. Eun. 684 ille erat honesta facie et liberali. :: ita visus est dudum quia varia veste exornatus fuit. nunc tibi videtur -us, quia illam non habet. CIC. prov. 7 a -issimo tribuno pl. har. resp. 51 -ior aut inquinatior in Cn. Pompeio accusando. Pis. 31 immanissimum ac -issimum monstrum. Scaur. 13 quibus familiis quam -is, quam contaminatis, quam turpibus. de orat. 1, 117 vastum hominem ac -um (SALL. Catil. 19, 2). rep. 2, 48 tyrannus, quo nec taetrius nec -ius nec dis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest. leg. 3, 19 *antea* insignis ad deformitatem puer (*in imagine de potestate tribuni pleb.*) brevi tempore ... multo ... taetrior et -ior renatus est. Tusc. 4, 35 quid ... est non miserius solum, sed -ius ... et deformius quam *aeger.* 4, 52 quid Achille Homerico -ius, quid Agamemnone in iurgio? Phil. 13, 35 -issimum hostem. epist. 10, 6, 1 a -issimis latronibus. 12, 4, 1 *syn.* flagitiosius. VERG. Aen. 4, 195 dea (*Fama*). 11, 392 -issime. AETNA 80 Tityon. SEN. Med. 511 dies, qui prole -a misceat prolem inclitam, Phoebi nepotes Sisyphi nepotibus. dial. 6, 17, 5 -os regiae intemperantiae greges. TAC. hist. 1, 7 Capitonem ... avaritia et libidine -um ac maculosum (2, 30 ann. 13, 33). PLIN. epist. 3, 9, 2 homo -us et aperte malus. *passim.* *de bestiis*: bubo *v. p. 999, 28.* ursus *v. p. 999, 29.* SEN. benef. 3, 30, 4 animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiam -issimis. 7, 9, 2 -issimorum pigerrimorumque animalium *i. testudinum.* nat. 3, 19, 1 -orum situ piscium. PLIN. nat. 1 ind. 29, 17. 22, 108 lendes et -a capitis animalia. 29, 61 cimicum, animalis -issimi. 30, 82. 37, 60.

III *iuncturae: seq. supinum*: CIC. Phil. 2, 63 visu ... auditu. OV. met. 9, 167 relatu (FRONTIN. aq. 91). LIV. 1 praef. 10 -um inceptu, -um exitu. 21, 32, 7 visu quam dictu -iora. 21, 33, 8 visu (SEN. dial. 3, 1, 4 rem. fort. 5, 4 *p. 999, 49* PLIN. nat. 8, 179. IVV. 14, 44 dictu ... visuque. *al.*). VELL. 2, 100, 2 dictu (SEN. nat. 1, 16, 3 epist. 17, 7 PLIN. epist. 3, 14, 2 *al.*). SEN. benef. 4, 31, 3 aspectu (IVV. 6, 461). 7, 2, 2 voluptas ... exitu -a. ARNOB. nat. 5, 41 prolatu. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 9 p. 22, 19 factu. *acc. inf.*: LVCAN. 3, 348 horrida cerni -aque contingi. *add. dat.*: LIV. 3, 32, 1 fames pestilentiaque, -a homini, -a pecori. SEN. epist. 92, 35 cadaveris laceratio -a visuris. PLIN. nat. 15, 25 semen ... cibis -um. *neutrum add. gen.*: CASSIOD. var. 4, 43, 2 ad seditionum -a concurri. **-um est** *seq. inf. vel acc. c. inf.*: CIC. Phil. 13, 14 (*p. 999, 80*). Att. 15, 10 (*supra l. 7*). SEN. benef. 1, 1, 3 decoquere ... -issimum *est.* epist. 92, 19 quid ... -ius, quid indignius quam comparari veneranda contemptis? QVINT. inst 9, 4, 72 versum in oratione fieri multo -issimum est totum, sed etiam in parte deforme. IVV. 7, 5 CLAVD. DON. Aen. 1, 28 CASSIOD. var. 4, 10, 1. *seq.* si: VVLG. Iudith 12, 11. *seq.* ut: OPTAT. 4, 7 p. 112, 17 CASSIOD. var. 12, 2, 6. *parenthetos*: FLOR. epit. 4, 2, 85 -um, etiam in barbaros.

IV *synonyma et opposita*: GLOSS. αἰσχρός, σαπρός (*v. p. 999, 42*), εἰδεχθής; -a: turpia inquinata. *non sat bene* SERV. Aen. 2, 55 '-um' ... tam apud Vergilium quam apud Sallustium (Catil. 15, 5 *p. 999, 18*) non turpe significat, sed crudele. 3, 216 hic turpis ... alibi '-um' cruentum. 4, 195 dea foeda: crudelis impia. NON p. 304 '-um' consuetudine est deforme. Terentius (Eun. 684) ... execrandum, Vergilius (Aen. 7, 618). p. 435 'turpe' levior res est, '-um' vim habet

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maiorem (CIC. off. 1, 123 *p. 999, 72*). *synonyma apud scriptores obvia*: deformis: CIC. off. 1, 126 leg. 1, 51 Tusc. 4, 35. 5, 80 LIV. 27, 31, 5. 31, 12, 8 SEN. benef. 4, 31, 3 QVINT. inst. 9, 4, 72 *p. 1000, 73* RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 182^{C}. turpis: CIC. Scaur. 13 fin. 3, 14 off. 1, 123. 151. 3, 115 Phil. 2, 86. 3, 24. 7, 15 LVCR. 2, 421 LIV. 27, 37, 6 SEN. dial. 4, 11, 2. 10, 20, 2 IVV. 7, 5 VLP. dig. 17, 2, 5 *al. nota*: PORPH. Hor. sat. 1, 6, 13 proiectus in omnem turpitudinem. RVFIN. hist. 5, 1, 35 omni turpitudinis deformitate -iores. flagitiosus: CIC. fin. 3, 14 off. 1, 159. 3, 115 epist. 12, 4, 1 Phil. 3, 12. 7, 15 ARNOB. nat. 5, 14. detestabilis: CIC. Phil. 3, 36. infamis: PLIN. epist. 6, 19, 4. ignominiosus: LIV. 9, 9, 14. inhonestus: CIC. fin. 3, 14 epist. 8, 6, 3. indignus: LIV. 28, 19, 12. 29, 17, 5 SEN. epist. 92, 19 (*p. 1000, 72*) Ps. APVL. Ascl. 12; *cf.* indignitas LIV. 5, 48, 9. degener: PANEG. 9, 13, 5. inquinatus: CIC. har. resp. 51. contaminatus: CIC. Scaur. 13. maculosus: TAC. hist. 1, 7. 2, 30 ann. 13, 33. contumeliosus: ARNOB. nat. 4, 6. indecorus: CIC. fin. 3, 14 SEN. epist. 99, 29. pudendus: IVV. 8, 183. taeter: CIC. rep. 2, 48 leg. 3, 19 off. 1, 159. 3, 36. 83 SALL. Catil. 52, 13 RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{D}. obscaenus: CIC. off. 1, 151 Ps. TERT. haer. 1 p. 215, 28 CLAVD. 19, 31. sordidus: VAL. MAX. 3, 5, 3. despectus: SEN. dial. 4, 11, 2 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 13 p. 365^{B}. obscurus: SEN. epist. 94, 58. caducus: SEN. dial. 3, 13, 4. dirus: LVCR. 2, 421 IVV. 4, 14. pravus: CIC. fin. 3, 14. malus: PLIN. epist. 3, 9, 2. execrabilis: SEN. dial. 4, 31, 6. ferus: LIV. 28, 22, 5. inhumanus: LIV. 1, 48, 7. impius: CIC. off. 2, 27 ARNOB. nat. 4, 6. sacrilegus: Ps. TERT. haer. 1 p. 215, 24. sceleratus: ARNOB. nat. 5, 22. inlicitus: S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176*) 3. immanis: CIC. Pis. 31 Phil. 14, 25. atrox: TAC. hist. 2, 70. miser: CIC. Tusc. 4, 35 Att. 8, 11, 4. miserabilis: CIC. Phil. 14, 10 SALL. Iug. 51, 1 FLOR. epit. 4, 6, 4. miserandus: PLIN. epist. 8, 18, 9 IVST. 8, 4, 7. tristis: STAT. Ach. 1, 549. acerbus: LIV. 3, 72, 7. asper: PANEG. 8, 7, 4. intolerandus: SALL. Catil. 58, 14.

oppositа: honestus et liberalis: TER. Eun. 684. gloriosus: CIC. Phil. 14, 32. honestus: ARNOB. nat. 5, 41 RVFIN. Orig in gen. 3, 6 p. 182^{C} (*ibid.* sanctus). optimus: CIC. Att. 8, 9, 3. splendidus: HOR. epist. 2, 1, 236. inclitus: SEN. Med. 511 (*p. 1000, 49*). pulcherrimus: COLVM. 12, 1, 1. pulcher: MART. 1, 10, 3 HIER. epist. 54, 7, 1 BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 95, 10 (αἰσχρός). decorus: AVSON. 77, 4 CASSIOD. in psalm. 95, 6. speciosus: RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 192^{D}. formosus: ACT. Petr. 20. ornatus: CASSIOD. in psalm. 50 concl.

adv. **foedē**: *comp. inde a* LIVIO, *superl. inde a* CIC.

I *de aspectu*: PACVV. trag. 201 reliquias ... per terram sanie delibutas -e divexarier (SEN. Phaedr. 1246 dispersa -e membra laniatu. TAC. hist. 1, 41 laniaverunt. AVR. VICT. Caes. 32, 5. VVLG. deut. 25, 3 -e laceratus [ἀσχημονήσει]. *al.*). SALL. hist. frg. 3, 54 undarum vi mulcato -e corpore ... interibant. CELS. 4, 24, 1 lumbrici ... modo ex inferioribus partibus, modo -ius ore redduntur. 6, 6, 9^{C} oculus ... quatenus -e prominebit.

II *turpiter* (*sic* GLOSS.), *cum infamia, sceleste*: CARM. Nelei Fest. p. 317 -e stupreque castigor cotidie. PLAVT. Persa 230 ne ... -e semper servias. TVRPIL com. 149 -e dum (foedum *trad.*) in lustris lates. CIC. prov. 3 fidem publicam ... me ac meos omnes -issime crudelissimeque vexarint. har. resp. 3 legato ... -issime et crudelissime venas incideret. Phil. 2, 6 cum esses -issime stipatus armatis. Att. 5, 11, 2 Marcellus -e in Comensi (sedendi comes *trad.*). 9, 7, 4 causa ... optima, sed agetur ... -issime. epist. 9, 18, 2 ceteri ... -e perierunt, at Cato praeclare (SALL. Iug. 31, 2). LVCR. 1, 62 humana ante oculos -e cum vita iaceret in terris, oppressa gravi sub religione. 1, 85 aram ... turparunt sanguine -e. 5, 1224 ob admissum -e dictumve superbe. VERG. Aen. 5, 794 *Iuno* per scelus ... excussit -e puppis. 10, 497 caesa manus iuvenum -e. PROP. 2, 16, 24 candida tam -e bracchia iuncta viro. LIV. 1, 27, 11 arma -e iactantes. 2, 51, 7 -ius ... inde pulsus. 3, 51, 7 de virgine adeo -e ad libidinem petita. 4, 40, 5 deserta -e castra. 6, 22, 4. 7, 13, 4 signa -e amissa. 9, 5, 6 -ius inde, quam venissent, abituri. 9, 7, 7. 9, 43, 1. 22, 6, 4 peremptorum -e civium. 22, 6, 9. 24, 38, 3. 25, 8, 2. 26, 1, 9. 30, 20, 6. 30, 30, 23 quanto altius *fortuna* elatus erat, eo ... is corruit. 31, 14, 9 id tam -e atque hostiliter factum. 31, 31, 12. 31, 41, 5. 40, 2, 3. 42, 3, 6. 43, 2, 2. VAL. MAX. 5, 3, 1 saeculum ... conditoris sui cruore -e maculatum. 5, 3 ext. 3 cineribus nostris -e ac miserabiliter dispersis. SEN. benef. 2, 12, 2 parum enim -e furioseque insolens fuerat qui. CVRT. 4, 16, 30 aut -e fugiendum aut miserabiliter cadendum fuit. STAT. silv. 3, 1, 169 FLOR. epit. 1, 18, 5 TERT. nat. 1, 10 *et passim.*

III *misere, infeliciter, infauste*: PLAVT. Trin. 833 distraxissent disque tulissent ... *venti* me miserum -e. LVCR. 4, 169 modo cum fuerit liquidissima caeli tempestas, perquam subito fit turbida -e. CVLEX 196 -e ... petentis *draconis*. LIV. 5, 42, 6 diem tam -e actum. 6, 1, 11 ad Alliam ... -e pugnatum. 22, 3, 1 multis hominibus iumentisque -e amissis. 28, 36, 12 PAVL. FEST. p. 84.

adv. **foediter**. Ps. RVFIN. in Os. 1, 2 foeditatem illam consortii -r horruisse.

***2. foedus**, -eris *n.* [*cf. c.* fidere, fidus, fides. *Th.*]. *formae vetustae*: CARM. Sal. (Varro ling. 7, 26) 14 fedesum (*accipe* foidesom): foederum. LEX Iul. munic. (Corp. I^{2} 593) 93 (*a. 709*) foidere, *at* 104 foedere, *itemque* foedere *iam* LEX agr. (Corp. I^{2} 585) 29 (*a. 643*) de Gall. cisalp. (Corp. I^{2} 592) 12 (*a. 705*). VARRO ling. 5, 86 foedus, quod 'fidus' (*an* foidus*?*) ENNIVS scribit dictum (*quod* ELEG. in Maecen. 1, 11 *et* ANTH. 15, 9 *traditur* fidus fidere *nil refert*). *de etymologia*: (VARRO*?*) ap. Aug. dial. 174 (frg. gramm. ed. Funai. p. 283) -is nomen quod res foeda non sit; quod si a foeditate porci dictum est, ut non nulli volunt (SERV. Aen. 1, 62 vel a fetialibus ... vel a porca foede hoc est lapidibus occisa. 8, 641 ISID. orig. 18, 1, 11), redit origo ad illam vicinitatem, cum id quod fit ab eo per quod fit nominatur. ... aut per efficientiam, ut hoc ipsum a foeditate porci per quod -s efficitur. PAVL. FEST. p. 84 -s appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia necaretur. Vergilius (*Aen. 8, 641*) ... vel quia in -e interponatur fides ISID. orig. 10, 100 -s nomen habet ab hirco et haedo, f littera addita. *ad synonyma v.* DIFF. Suet. p. 276 'indutiae' numero dierum finiuntur, ... '-s' in perpetuum ⟨a⟩ut in annorum certum numerum fer⟨i⟩tur, 'pax' cum eo populo componitur qui imbecillior est. *de plurali poetico* (*inde a* VERG.) *cf. Bednara, Archiv 14, 557.* GLOSS. συνθήκη, σπονδή (ἡ πρὸς πολεμίους), pax perpetua vel amicitia (vel iuratio), ius iurandum; -e ὅρκῳ; -a ὅρκια; contra -s: contra pactum. *nota addi hic illic genetivum explicativum*: CIC. Verr. 6, 50 societatis. LVCR. 5, 1155 pacis (*al.*). SIL. 6, 472 poenae. DICT. 2, 41 certaminis. AMM. 14, 6, 3 -e pacis aeternae (27, 5, 1). *exempla* LIVIO *antiquiora dedi omnia.*

I ***inter homines*:**

A ***publicum*** (*et actio et status et instrumentum, cf. ex. gr.* CIC. Verr. 6, 50 recitentur -a. 6, 55 interpretes *et sim.*; Balb. 53 *infra l. 82.* VERG. Aen. 12, 13 concipe -s. LIV. 6, 1, 10 -a ac leges ... conquiri. 42, 23, 4 capite -is. 44, 16, 5 perlegendi. PAVL. FEST. p. 56 clipeum ... in quo -s Sabinorum cum Romanis fuerat descriptum. p. 166 in -e Latino [*secuntur verba*] SEN. contr. 10, 5, 3 tabulam -is [PETRON. 109, 1 PLIN. nat. 34, 139 *alia*]): **1** *inter Romanos aliasque gentes* (*v. Mommsen, Röm. Staatsr. I^{3} 249; Neumann, PW. VI 2818 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kult.^{2} 387. 552 sqq. formulam et ritus exhibet* LIV. 1, 24, 4 *sqq.*; *cf.* 9, 5, 1. 38, 38, 2. 38, 39, 1. PAVL. FEST. p. 92 Feretrius Iuppiter ... ex cuius templo sumebant ... lapidem silicem quo -s ferirent. SERV. Aen. 1, 62. 8, 461. 12, 119. 120. *de tribus generibus locus gravissimus* LIV. 34, 57, 7—10. *trita* SVET. diff. p. 276 CAPER gramm. VII 99, 14). ENN. ann. 32 accipe daque fidem -sque feri bene firmum (*sic saepe iuxta legitur* fides: *nota* SIL. 2, 273 -sque fidesque). CATO orig. 4 frg. 84 Carthaginienses sextum de -e decessere. CAEL. hist. frg. 6 qui cum iis ita -s icistis. QVADRIG. hist. frg. 73 -s prior Pompeianum non esse servatum. VAL. ANT. hist. 58 quod novissime nobiscum -s fecissent. SISENNA hist. 112 -a maiorum suom dissoluta. LEX agr. (Corp. I^{2} 585) 29 ⟨ex lege pleb⟩eive sc(ito) exve -e licuit (LEX de Gallia cisalp. Corp. I^{2} 592, 12). RHET. Her. 4, 14, 20 qui sunt qui -a saepe ruperunt? Karthaginienses. CIC. Verr. 3, 160 Tauromenitani ... qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum remoti consuerant esse praesidio -is. 4, 13 sine -e immunes civitates ac liberae. 4, 123 condicionem societatis amicitiae -is (Balb. 23. 29 *item addito* sponsione pactione). 5, 21 navem imperare ex -e (6, 50. 58 ex -e quod debuerunt. 6, 136. Balb. 35 liceret. NEP. Hann. 7, 5 pecunia ... ex -e penderetur. LEX Iul. munic. [Corp I^{2} 593] 93 nisi ... vocatio rei militaris ... ex -e sit. 103. LIV. 1, 23, 7 res ex -e ... repetitae. 1, 52, 5 *et passim*). 6, 49 in publicis religionibus -um (Balb. 12). 6, 50 duo -a duorum populorum. *ibid.* ut Tauromenitanis nominatim cautum et exceptum sit -e, ne (leg. agr. 1, 10 de quibus cautum sit -e. 1, 11. 2, 58. Balb. 37 caveri -e, ut. 47 LIV. 7, 30, 4). *ibid.* Mamertinis in ipso -e sanctum atque praescriptum sit, ut (Balb. 38 in -e nihil esse cautum praeter pacem. LIV. 33, 13, 10 in -e primo cautum esse, ut). *ibid.* contra -s (6, 59. Balb. 13 fecisse. 16 LIV. 8, 39, 10 *al.* adversus LIV. 10, 39, 17. 29, 12, 5 *al.*, adversus condicionem -is VAL. MAX. 5, 2, 8). *ibid.* quin ... *illis* plus ... -s opitulatum sit. *ibid.* recitentur -a. *ibid.* memoriam -is. *ibid.* pretio abs te ius -is ... redemerunt. 6, 51 in hoc -e faciendo. *ibid.* inerat ... in illo -e societatis quasi quaedam nota servitutis. *ibid.* -e assequi *aliquid.* 6, 55 -um interpretes (6, 56. Balb. 14 interpretationem. 45. 52). 6, 56 causam -is. 6, 59 merces ... -is. Caecin. 51 quae lex ..., quod -s aut pactio ... non infirmari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus. leg. agr. 1, 11 -s illud habet aliquam dubitationem. 2, 58 hoc quia vos -s non iusseritis, veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum. *ibid.* -s totum accipitur, comprobatur. Arch. 6 civitas aequissimo iure ac -e. Balb. 2. 11. 13 -a scientem neglexisse violasse rupisse. 15 scientiam in -bus, pactionibus, condicionibus populorum, regum, ... nationum. 17. 20. 25 patrone -um et foederatorum. 27 nec -e impediatur quominus. 29 *ter.* 30 religionis ac -um. 31 violatum -s eorum. 32 quaedam -a extant ... quorum in -bus exceptum est, ne. 34 cum Gaditanis -s icisse. *ibid.* cum Gaditanis -s vel renovatum vel ictum. 35 *bis. ibid.* nihil est enim aliud in -e nisi, ut. *ibid.* ut sint illi in -e inferiores. 36 verbi genus ... quo magis in legibus quam in -bus uti solemus. *ibid.* -is sanctione. 39 hoc -e Catuli senatusque auctoritate. 41 *bis.* 44 inferius esse suum -s quam ceterorum. 45. 47 *ter.* 52. 53 -s ... nuper in columna ahenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. har. resp. 43 in eo -e improbando. Rab. Post. 6 regi ..., quicum -s feriri in Capitolio viderat. Phil. 4, 14

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rationem ... pacis et -is. inv. 2, 92 *ter.* de orat. 1, 159 iura sociorum, -a, pactiones. part. 130 publicum lex senatusconsultum -s, privatum tabulae pactum conventum stipulatio. rep. 1, 31. 48 populi ... domini sint legum iudiciorum, belli, pacis, -um, capitis uniuscuiusque, pecuniae. 2, 13 *bis.* 2, 14 oratrices pacis et -is. 3, 28. 41. leg. 2, 16 -um religiones. 2, 21. 3, 41 qua quisque sit lege condicione -e. fin. 2, 54. Cato 16 ad pacem cum Pyrrho -sque faciendum. off. 3, 109 Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate -s fecerat. LENT. Cic. epist. 12, 15, 2. VARRO ling. 5, 86 ut -e fides pacis constitueretur. *ibid.* per hos (*fetiales*) etiam nunc fit -s. rust. 2, 4, 9 initiis pacis -s cum feritur, porcus occiditur. vita pop. Rom. Non. 485 quibuscum turpe fecerant -s sine publico consilio. CAES. civ. 3, 108, 3 haec uti fierent, per omnes deos perque -a, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus pop. R. obtestabatur. BELL. Alex. 44, 1 M. Octavium ... cum barbaris -a percussisse. SALL. Iug 38, 9. 39, 2. 3 suo atque populi iniussu nullum potuisse -s fieri. 43, 1. 80, 5 -s et amicitiam petitum. 104, 4. 5. 111, 1. 2. 112, 3 NEP. Hann. 7, 5. VERG. Aen. 4, 112 miscerive ... populos aut -a (-e *v. l. ap. Serv.*) iungi. 4, 624 nullus amor populis nec -a sunto (*Rom. et Carth.*). 7, 546 in amicitiam coeant et -a iungant (12, 822 leges et -a). 8, 56 hos castris adhibe socios et -a (-e *P*) iunge. 8, 169 iuncta est mihi -e dextra. 8, 540 poscant acies et -a rumpant. 8, 641 caesa iungebant -a porca (PAVL. FEST. p. 235 caesa porca -s firmare solebant). 10, 15 placitum laeti componite -s. 10, 105 Ausonios coniungi -e Teucris. 10, 154 Tarchon iungit opes -sque ferit. 10, 900. 11, 129. 164. 292 coeant in -a dextrae. 11, 321 -is aequas dicamus leges. 11, 330 qui dicta ferant et -a firment, centum oratores. 11, 356 pacem hanc aeterno -e firmes. 12, 13 concipe -s *i. formulam* (12, 158 conceptumque excute -s). 12, 109 oblato gaudens componi -e bellum. 12, 151. 191 paribus se legibus ambae ... gentes aeterna in -a mittant. 12, 200 *Iuppiter* -a fulmine sancit. 12, 202. 212. 242. 286. 290. 314. 316 ego -a faxo firma manu. 12, 496 laesi ... -is aras. 12, 573 -sque reposcite flammis. 12, 582. 633. 658 quae sese ad -a flectat. 12, 695 pro vobis -s (*sc.* ruptum) luere. HOR. epist. 2, 1, 24 -a regum vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis. PROP. 4, 6, 79 sero confessum -e Parthum. 4, 4, 60 vos medium palla -s inite mea. LIV. 1, 1, 9 inde -s ictum inter duces. 1, 14, 3 -s inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. 1, 19, 4 cum omnium circa finitimorum societate ac -bus iunxisset animos. 1, 24, 3 -s ictum inter Romanos et Albanos his legibus, ut. 1, 24, 4 -a alia aliis legibus ... fiunt. ... nec ullius vetustior -is memoria est. *ibid.* iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani -s ferire? 1, 28, 6 Mettius -is Romani Albanique ruptor. 1, 28, 9 fidem ac -a servare. 1, 49, 7 *Tarquinius* regum primus ... bellum, pacem, -a, societates per se ipse ... iniussu populi ac senatus fecit diremitque. 1, 52, 2 quod ... Latini ... eo -e teneantur. 1, 52, 4 in eo -e superior Romana res erat. 2, 13, 8 pro rupto -s se habiturum. 2, 33, 9 nisi -s cum Latinis ⟨in⟩ columna aenea insculptum monumento esset. 3, 18, 3 fidem ... -um. 4, 7, 4 in -e atque amicitia mansuros. 4, 30, 1 cum pro -e deditio ostentaretur. 5, 51, 10 *Galli* in pondere auri -s ac fidem fefellerunt. 6, 29, 2 di testes -is (21, 10, 3 *al. cf. l. 57*). 7, 19, 4 -e in societatem accepti. 7, 27, 2 cum Carthaginiensibus legatis Romae -s ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent. 8, 2, 13 qui non -e, sed per deditionem in fidem venissent. 8, 4, 2 sub umbra -is aequi servitutem pati. 8, 4, 3 si -s, si societas aequatio iuris est. 8, 4, 11 in -e ac societate esse. 8, 25, 3 -e ... in amicitiam accepti. 9, 1, 7 dis arbitris -is (21, 10, 3 *al. cf. l. 51*). 9, 4, 4 Romanum ac Samnitem aequo -e victurum. 9, 5, 1 negarunt iniussu populi -s fieri posse nec sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni. itaque non ... -e pax Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut sponsoribus (*cf.* FLOR. epit. 3, 14, 2) in -e opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat quominus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur. 9, 5, 4 si ex -e acta res esset, praeterquam duorum fetialium non extarent *nomina.* 9, 5, 5 propter ... -is dilationem. 9, 9, 12 cum populo de pace ac -e agere. 9, 11, 8 hoc fide, hoc -bus, hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. 9, 19, 13. 9, 20, 2. 3. 8 impetravere, ut -s daretur neque ut aequo tamen -e, sed ut in dicione populi R. essent. 24, 29, 12 integro secum -e. 28, 34, 7. 29, 12, 14 ab rege -i ascripti Prusia ..., ab Romanis Ilienses. 30, 22, 5 seniores ..., qui -bus interfuerant *sc. faciendis.* 30, 42, 10 quod socios ... quando iure -is (34, 32, 16 eodem iure -is. *al.*) non possit, armis tueatur. 30, 42, 21 per quos deos -s icturi essent. 31, 31, 11 ipsos -e primum, deinde conubio atque cognationibus, postremo civitate nobis coniunxissemus. 34, 31, 4 Romanos ..., qui rerum divinarum -a, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis. 38, 9, 10 insula ut extra ius -is esset. 42, 23, 3 Carthaginienses -e illigatos silere. 45, 25, 9 ut sociali -e se cum Romanis non illigarent. MANIL. 1, 898 -e rupto cum fera ductorem rapuit Germania Varum. 4, 33 rupisset -a virgo. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 STAT. silv. 1, 1, 80. 3, 3, 168. SIL. 6, 472 salvo -e poenae. 15, 793 mentito -e. 16, 168 sociali (16, 274). QVINT. inst. 8, 2, 12 commentarios ... pontificum et vetustissima -a et exoletos ... auctores (*cf.* PLIN. epist. 8, 6, 14). MEROB. carm. 4, 44 -is sequester. poet. 5 famulantia -a.

2 *inter patres et plebem*: LIV. 4, 6, 7 -e icto cum plebe.

3 *inter alias gentes vel indefinite*: LVCR. 5, 1025 pars servabat -a caste. CAES. Gall. 6, 2, 2 *Treviri* Ambiorigem sibi societate et -e adiungunt. SALL. Iug. 14, 18 ne societates, ne -a nova acciperemus. VERG. Aen. 5, 496 Ov. met. 7, 486. 487. 503 -s ... et iura parentum. LIV. 24, 29, 11 teneri alienis -bus. 25, 16, 6. 26, 24, 12 si Aetoli ... -i ascriberent ita ratam fore pacem, si. 28, 17, 6. 29, 23, 5 ut publicum quoque -s privato adiceretur. 31, 14, 5. 33, 20, 2 -e antiquo Atheniensium cum regibus Persarum. 42, 12, 5. 44, 30, 11 inter Persea et Gentium. MANIL. 2, 818 -busque suis externas iungere gentes. SEN. contr. 1, 1, 6 inter funestas acies armatae manus in -s porriguntur. contr. exc. 6, 5 contr. 10, 5, 3. 16. SEN. Med. 64 quae dat belligeris -a gentibus. Phoen. 212. 293 civibus pacem dare, patriae quietem, -i laeso fidem. CVRT. 3, 10, 9 -a divini humanique iuris violata. MELA 2, 12 ne -a quidem incruenta sunt, sauciant se qui paciscuntur. PLIN. nat. 7, 202 invenit ... indutias Lycaon, -a Theseus. VAL. FL. 3, 503. 5, 633. 6, 692 HOMER. 269. 279. 346. STAT. Ach. 1, 404 Phrygium. SIL. 15, 290. 318. 422 -is arti. FLOR. epit. 2, 7, 4. VVLG. Is. 42, 6 dedi te in -s populi (49, 6). *nota*: FLOR. epit. 3, 6, 1 rupto -e generis humani.

B ***privatum:*** **1** *generaliter post litem*: PLAVT. Amph. 395 pacem feci, -s feci. Most. 1060 -s feriam. Pseud. 1283 nunc ab ero ad erum meum maiorem venio (adveni *A*) -s commemoratum. CIC. Phil. 2, 89 neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste -e ullo confirmari posse. LVCR. 5, 1155 qui violat factis communia -a pacis. SEN. contr. 1, 1, 3 me -i medium pignus addite. VELL. 2, 77, 2 in hoc pacis -e *inter triumviros.* SEN. Thy. 1024 hoc -s, haec est gratia, haec fratris fides? LVCAN. 3, 335. 4, 205. 234. 365. 508. PETRON. 109, 1 tabulas -is signat, quis haec formula erat (*iocose*). 113, 4 -is verba. 113, 6. VAL. FL. 8, 271 nec -is ulla spes erit aut irae quisquam modus. STAT. Theb. 1, 141. 2, 394. 3, 208. 8, 160 data -e parvo maesta viris requies. 12, 783 AVSON. 139, 1. AVG. civ. 3, 14 post -s et pacem.

2 *ad aliquod agendum, i. q. societas, coniuratio, consensus, concordia*: CIC. Catil. 1, 33 latrones Italiae scelerum -e inter se ac nefaria societate coniunctos. 2, 8 nemo ... fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris -s asciverit. dom. 66 fregit -s Gabinius, Piso tamen in fide mansit. 131 consulum societate et nefario -e. p. red. in sen. 16 provinciarum (p. red. ad Quir. 11 provinciarum -e infrenati. Sest. 33 pacto iam -e provinciarum. 34 Vatin. 29 Pis. 28). p. red. ad Quir. 13 omnia cum omnibus -a. Sest. 15 hunc ... Pompeius omni cautione, -e, exsecratione devinxerat nihil ... contra me esse facturum. *ibid.* -s violaturum. 24 -s fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab eo provincias acciperent ... id autem -s meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. Pis. 28 -s, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti. 29 -e obstricti tenebamini. Scaur. 21 uno testimoni -e et consensu omnium. Phil. 13, 4 o ratum religiosumque -s, quod cum Antoniis fecerimus (*seq.* violare). 13, 37 cum tam pio iustoque -e. 13, 42 quod inter Antonium et Dolabellam ... -e et fide sanciretur. fin. 1, 70 -s esse quoddam sapientium, ut ne minus amicos ... diligant (2, 82 -s ... inter se facere sapientes, ut). epist. 5, 8, 5 has litteras velim existimes -is habituras esse vim non epistulae meque ea quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum diligentissimeque esse facturum. LVCR. 5, 1443 auxilia ac socios iam pacto -e habebant. VERG. georg. 4, 158 aliae *apes* ... -e pacto exercentur agris. 4, 493 rupta tyranni (*i. Ditis*) -a. CIRIS 414 sacrato -e coniunx dicta tibi. 422 si nostra ... nudasset -a casus. Ov. met. 2, 757 contra data -a. 10, 599 penduntque ex -e poenas. LIV. 3, 36, 9 *decemviros* non in praesentis modo temporis ... iniuriam conspirasse, sed -s clandestinum inter ipsos iure iurando ictum, ne comitia haberent (3, 40, 3 -is nefarie icti cum collegis). 3, 56, 12 eodem -e obligatos. 22, 38, 5 ex voluntario inter ipsos -e. CORN. SEV. carm. frg. 13, 5 deprensaque -a noxae *i. Catilinae sociorumque.* SEN. contr. exc. 6, 1 chirographum prode, parricidarum -s et nefariae spei pactum. VAL. MAX. 9, 11 ext. 3 cruenta conspiratione -s facientem. PHAEDR. 1, 31, 8 regem me creatis icto -e *inter columbas et miluum.* SEN. dial. 3, 5, 3 mutuo amore in -s auxiliumque commune constringitur *vita humana* (*cf.* RVFIN. hist. 1, 2, 23 concordiae subire -a). LVCAN. 1, 4 rupto -e regni. 1, 86. 226. VAL. FL. 5, 220 infanda ... natae (*Medeae*) -a *cum Iasone.* STAT. Ach. 1, 704 gemini ceu -e iuncto ... lupi. TAC. hist. 1, 54 obstringuntur inter se tacito -e legiones. ann. 1, 10 Brundisino. 6, 4. 30. FLOR. epit. 4, 6, 1 cruentissimi -is societatem. IVV. 7, 123 ex -e pragmaticorum. CORP. VIII 12261 populi fabor universique -s et ordinis. CARM. epigr. 111, 51 (*a. 384*) consecrandi -e *mystarum.* *translate*: VVLG. Iob 31, 1 pepigi -s (*διαθήκην*) cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Is. 28, 15 percussimus -s cum morte (28, 18). RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{C} -s cum falsa voluptate componit. EPIST. pontif. 388 Migne 50, 556^{C} vitiorum.

3 *in amore vel matrimonio* (*v. Reitzenstein, Sitz.-Ber. Heidelb. Akad. 1912, 12. Abh. p. 9 sqq.; hic illic sublucet translatio a rebus publicis*): PLAVT Cist 460 qui frangant -a. CIC. Cael. 34 ut tu amorum turpissimorum cotidie -a ferires. CATVLL. 64, 335 nullus amor tali coniunxit -e amantes qualis adest Thetidi, qualis concor-

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dia Peleo. 373 accipiat coniunx felici -e divam. 76, 3. 87, 3 nulla fides ullo fuit unquam in -e tanta. 109, 6 aeternum hoc sanctae -s amicitiae. LVCR. 3,781 ita sunt animarum -a pacta. VERG. Aen. 4, 339 nec coniugis unquam praetendi taedas aut haec in -a veni (*cf.* OV. epist. 7, 9 cum -e solvere naves). 4, 520 non aequo -e amantis (GLOSS. non aequali affectu). HOR. carm. 3, 24, 23 metuens alterius viri certo -e castitas. TIB. 1, 5, 7 furtivi -a lecti (PROP. 4, 3, 69 incorrupta mei conserva -a lecti. OV. epist. 5, 101. ars 3, 593 partita. met. 7, 710. 852. Ib. 15 perpetuo. met. 7, 403 thalami . . . -e. ars 2, 462 pete concubitus -a. 2, 579 veniunt ad -s amantes. met. 3,294 Veneris cum -s initis). TIB. 1, 9, 1 quid mihi, si fueras miseros laesurus amores, -a per divos, clam violanda, dabas? 3, 19, 2 hoc primum iuncta est -e nostra venus. PROP. 2, 9, 35 feminea non constat -s in ira. 3, 20, 15 -a sunt ponenda prius signandaque iura et scribenda mihi lex in amore novo. 3, 20, 21 vincitur -e lectus. 3, 20, 25 qui pactas in -a ruperit aras. 4, 7, 21 -is heu taciti, cuius fallacia verba . . . diripuere noti. 4, 8, 71 supplicibus palmis . . . ad -a veni (*seq.* 74 formula legis). OV. epist. 4, 17 non ego . . . socialia -a rumpam (met. 14, 380). 4, 147 properataque -a iunge. 19, 188 -a lecta *a Cydippa in malo Aconti* (20, 241 deceptae -a linguae). ars 1, 641 pietas sua -a servet. met. 7, 46 dabit ante fidem; cogamque in -a testes esse deos. 9, 501 diversa *i. non solita, vetita.* 11, 743 nec coniugiale solutum -s. trist. 2, 536 legitimo -e iunctus amor. Pont. 3, 1, 73 socialis amor -sque maritum (STAT. Theb. 12, 535). GRATT. 163 dat Venus accessus et blando -e iungit *canes.* SEN. contr. 2, 2, 6 non . . . solvi -is pactionem *repudio.* SEN. Phaedr. 910 odisse Veneris -a (LACT. Phoen. 164 *al.*). CVRT. 10, 3, 12 hoc sacro -e. LVCAN 2, 341 da -a prisci illibata tori. 2, 352. 378. 5, 766 rumpamus -a taedae (8, 399 SIL. 6, 447). 6, 740 VAL. FL. 2, 173. 3, 291. 7, 177. 8, 222 fidem thalami -sque iugale. STAT. Theb. 2, 229. 339. 3, 300 genialia. 5, 138. 6, 290. 8, 629 dum mea nescio quo spondentur -a pacto. Ach. 1, 926. SIL. 2, 83 Veneris iam -a passae. 2, 416 furtiva . . . -a amantum. 3, 110. 5, 291. 6, 517. 7, 454 caelo ac terris qui -a sancit *Iuppiter.* APVL. met. 5, 28 squalentium -um insuave fastidium. 8, 8 caritatis. 9, 26 tori . . . genialis calcato -e. NEMES. cyn. 24 sub -e primo. ANTH. 451, 1 pia -a rupi. PANEG. 6, 3, 4 nuptiarum (HIER. epist. 49, 6, 1). IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 9 invicta et insubiugabilia -a. ARNOB. nat. 2, 8. 5, 7 matrimonii (COD. Iust. 8, 55, 7. 8, 57, 1 *al.*). 4, 20. 23. 5, 32. AVSON. 71, 1 genitalia -a coetus. DAMAS. epigr. 53, 6 thalami post -a prima. AMM. 31, 9, 5 nefandi concubitus. AMBR. Isaac 6, 51 coniugiorum -a. PRVD. cath. 3, 125 -a tristia *Evae.* ham. 591 blanda inter -a *i. coitum viperarum.* AVG. civ. 3, 13 tit. MART. CAP. 1, 1. 3. 23. 31. 91. 2, 101 *al.* 6, 573 hinc de patre ferunt sine matris -e natam *Pallada.* COD. Theod. 5, 1, 9 (*a. 428*) -e coniugali. *fere i. q. coniunx*: PAVL. NOL. carm. 21, 840 Piniadem Melani cum -e par benedictum.

4 *parentatus*: OV. met. 10, 353 neve . . . concubitu vetito naturae pollue -s *loq. Myrrha secum.* 15, 460 aliquo iunctorum -e nobis. LIV. 1, 1, 9 Latinum . . . domesticum publico adiunxisse -s filia Aeneae in matrimonium data. SEN. benef. 6, 3, 2 ruptis . . . affinitatis, amicitiae, collegii -bus. LVCAN. 9, 1048 mixti . . . generis. STAT. Theb. 2, 166. Ach. 1, 902 concipe -s. FLOR. epit. 4, 2, 13 generi socerique concordiam matrimonii -e continebat *Iulia.* APVL. met. 4, 31 maternae caritatis -a. 5, 12 post . . . calcata sanguinis -a. PS. RVFIN. in Am. 1, 9 -s, quod inter germanos natura ipsa constituit. PAVL. NOL. carm. 22, 163. AVG. civ. 3, 13 -a germanitatis affinitatis societatis divinitatis. COD. Iust. 1, 3, 19 naturale. CARM. epigr. 1403, 6 et cluso sacro -e fulsit amor.

5 *amicitiae, hospitii, collegii, societatis sim.*: VERG. Aen. 10, 91 -a solvere furto. HOR. epist. 1, 3, 35 indigni fraternum rumpere -s. ELEG. in Maecen. 1, 11 -s (fidus *trad.*) erat vobis nam propter Caesaris arma, Caesaris et similem propter in arma fidem. OV. trist. 1, 8, 27 nullo mihi -e iuncti. 3, 6, 1 -s amicitiae (STAT. silv. 4, 6, 93 APVL. met. 6, 3) . . . dissimulare. Pont. 2, 5, 60 servat studii -a quisque sui. 2, 9, 63 haec quoque res (*i. studium canendi*) aliquid tecum mihi -is affert. 4, 13, 43 per studii communia -a sacri, per . . . nomen amicitiae. LIV. 1, 9, 13 incusantes violati hospitii -s. 3, 57, 1 Ap. Claudium et legum expertem et civilis et humani -is esse. 4, 19, 3 ruptor -is humani. MANIL. 2, 301 mundi *i. inter homines* (STAT. Theb. 12, 642 terrarum leges et -a mundi). 2, 340 his natura dedit communi -a lege (*seq.* affectus *et* favor). 2, 605 pax est sublata per orbem et fidei rarum -s paucisque tributum. 2, 626. 639. 686 -s sub sanguine fallunt. 3, 122 similes coniungens -s amicos. 4, 714 privato -e. SEN. contr. 7, 1, 2 ab omni -e vitae communis abstractus *naufragus.* VAL. MAX. 2, 9, 6 artissimo se amicitiae -e iunxissent. 5, 1, 3. SEN. dial. 4, 5, 3 ira . . . omne -s humanum eiecit animo. VAL. FL. 4, 102 -a legum. 5, 494 tuae . . . -a dextrae. 5, 662. 6, 12. MART. 1, 93, 5 iunctus uterque sacro laudatae -e vitae *amici.* STAT. Theb. 2, 112 in -a vitae. 2, 211 regni. 8, 240 ad coetus sociaeque ad -a mensae. SIL. 15, 279 femineo socium violarunt -s amore. PLIN. epist. 3, 4, 4 patrocinii. 8, 24, 2 amicitia, -e et religione. TRAIAN. Plin. epist. 10, 93 legibus . . ., quibus de officio -is utuntur *Amiseni.* APVL. met. 7, 16 hospitalis Iovis servato -e. ITALA II Tim. 3, 3 (Cypr. unit. eccl. 16) homines . . . sine -e (ἄσπονδοι, VVLG. sine pace. *cf.* VVLG. Rom. 1, 31 absque -e). ARNOB. nat. 1, 6. LACT. inst. 1, 18, 17 humanae societatis (5, 5, 13). AVSON. 319, 22. 342, 4. 399, 11 consponsi -is. 417, 109. SYMM. epist. 3, 79 cum iis misceri -s animorum. AMM. 22, 15, 17 quasi pacto -e quodam castrensi *inter crocodilos.* VVLG. I reg. 18, 3 inierunt . . . David et Ionathas -s. PRVD. psych. 531 *Iudas* fallit -e mensae *Christum.* CLAVD. carm. min. 27, 82 *inter aves.* MART. CAP. 1, 6 ENNOD. epist. 1, 9, 3 p. 18, 19. 1, 11, 3 p. 21, 20 *al.*

6 *liberius i. q. praeceptum, lex*: VERG. georg. 1, 60 Aen. 1, 62 *v. sub II infra l. 37.* OV. met. 5, 532 sic Parcarum -e cautum est. fast. 2, 159 promissaque -a (*i. virginitatem*) serva (2, 161). SEN. Herc. f. 49 -s umbrarum perit. COD. Iust. 6, 2, 21, 4 (*a. 530*) nostro -e.

7 *apud Christianos*: **a** *inter deum et homines*: HIL. trin. 2, 33 intercessionis -e *de spiritu sancto.* AMBR bon. mort. 5, 20 sponsus . . . animae deus verbum est, cui anima legitimo quodam conubii -e copulatur. HIER. chron. a. Abr. 2343 Arnobius . . . pietatis -s impetravit *i. Christianus factus est.* VVLG. gen. 6, 18 ponam . . . -s (διαθήκην) meum tecum. 15, 18 pepigit dominus -s cum Abram. exod. 24, 7 volumen -is (deut. 29, 21 libro *al.*). 31, 7 tabernaculum -is (33, 7. 9 *passim*). 39, 40 tectum -is (40, 30 *al.*). num. 10, 33 arca -is. *passim.* deut. 9, 11 tabulas -is (*passim*) *et saepissime.* RVFIN. hist. 10, 11 p. 973 gens . . . verbi dei -a . . . suscepit. ARATOR act. 2, 286 -a necte superna. *de bibliis*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 26, 25 ubicunque in graeco testamentum legimus, ibi in hebraeo sermone est -s sive pactum id est 'berith'. **b** *in ecclesia inter fideles*: HIL. ad Const. 2, 2 caritatis. DAMAS. epigr. 2, 5 lacerat sanctae matris pia -a. 18, 7. 48, 4. AMBR. in I Cor. 13, 2 *Tertullianus et Novatianus* -a perdiderunt, in schisma versi . . . haereses creaverunt. RVFIN. hist. 5, 24, 9 ab ecclesiastico -e segregaret. PRVD. perist. 2, 67 disciplinam -is.

II ***inter res***: **1** *naturale sive inter naturam et res, sive inter res varias* (*hic illic debilius i. q. lex, praeceptum*): CIC. Scaur. 5 ut fugere vitam vetent atque id contra -s fieri dicant legemque naturae. LVCR. 1, 586 quid quaeque queant per -a naturai (2, 302. 5, 310 adversus naturae -a niti. 5, 924. 6, 906 EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942^{C} *al.*). 2, 254 quod fati -a rumpat. 3, 417 hoc anima atque animus vincti sunt -e semper. 5, 57 quo quaeque creata -e sint. VERG. georg. 1, 60 has leges alternaque -a certis imposuit natura locis. Aen. 1, 62 *ventis* regemque dedit, qui -e certo et premere et laxas sciret dare iussus habenas (SERV. modo lege, alias pace. GLOSS. certa lege vel condicione). AETNA 281 unde repente quies et multo -e pax sit. MANIL. 1, 252 deus . . . multa in cunctas dispensat -a partes. 1, 493 caecoque creatum -e mundum. 2, 48 naturae -e rupto. 2, 62 ingentem aequali moderantem -e molem *deum.* 2, 233 -e (digere *trad.*). 2, 271 -e gaudent *signa.* 2, 359 -a servant. 2, 379 est illis -s (phebus *trad.*) sub lege propinqua. 2, 401 nunc -s (phebo *trad.*) stellis nunc et dictantibus iras. 2, 469 astra . . . aut odium -sve gerunt. 2, 478 deus . . . iunxit amicitias horum (*i. astrorum*) sub -e certo. 2. 524 Aries, Leo et Arcitenens . . . negant Chelis -s. 2, 577 si -s (phebus *trad.*) non datur astris. 2, 670 manent sub -e tali. 3, 55 staretque alterno religatus -e mundus. 3, 310 aequo stat -e tempus *dierum et noctium.* 3, 659 Libra, diem noctemque pari cum -e ducens. SEN. Med. 335 bene dissaepti -a mundi traxit in unum Thessala pinus. 605 rumpe nec sacro, violente, sancta -a mundi. Phaedr. 540 rupere -s *aetatis aureae* impius lucri furor et ira. Thy. 482 ante cum flammis aquae . . . cum mari ventus fidem -sque iungent (*adynaton*). COLVM. 1 praef. 8 rupto naturae -e *primo navigio.* 10, 219 sacra . . . orgia naturae secretaque -a caeli. PERS. 5, 45 amborum -e certo consentire dies et ab uno sidere duci (*de synastria*). LVCAN. 1, 80 turbabit -a mundi. 2, 2 legesque et -a rerum . . . vertit natura. SIL. 14, 346 cur -e certo . . . globum Thetys circumliget undis. 15, 75 natura . . . -e certo (*i. lege*) degeneres tenebris animas damnavit Avernis. MIN. FEL. 11, 1 rupto elementorum omnium -e (PETR. CHRYS. serm. 81 p. 428^{A}). CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 9 contra -s iusque nascendi (*de incesto*). TIBERIAN. carm. 4, 29 mundanas olim moles (*i. chaos*) quo -e rerum sustuleris *o deus.* CARM. de pond. 15 haec non -e certo naturae, sed lege valent hominumque repertis. AVSON. 369, 28 turgentis -a partus. CLAVD. 3, 4 dispositi . . . -a mundi. 20, 428 *de belua in piscem desinente.* carm min. 26, 76 in -s elementa vocat. MART. CAP. 9, 923 -s animarum *cum corporibus.* DRAC. laud. dei 2, 193 -e concordi . . . elementa tenentur.

2 *de rebus arte factis*: PAVL. NOL. epist. 32, 15 p. 290, 1 nova . . . veteris . . . tecti culmina conspicimus portarum -e iungi. CARM. epigr. 105 *puer* socius parenti gemino tumuli -e. *in re metrica*: TER. MAVR. 1836 de -e temporis aequi. *de insitione*: PALLAD. 14, 17 -bus blandis dulces confundere sulcos.

III *iunctura notabiles*: **A** *verba*: -s ferire (*de interpretatione v.* LIV. 9, 5, 3 *p. 1003, 63* PAVL. FEST. p. 84 *p. 1002, 10*): ENN. ann. 32 PLAVT. Most. 1060 CIC. inv. 2, 92 Cael. 34 har. resp. 43 Rab. Post. 6 VARRO rust. 2, 4, 9 VERG. Aen. 10, 154 LIV. 1, 24, 4. 9, 4, 5 *passim.* facere (fieri): PLAVT. Amph. 395 VAL. ANT. hist. 58 CIC. inv. 2, 91 Verr. 6, 51 Vatin. 29 Phil. 5, 12. 13, 4 rep. 3, 28 fin. 2, 83 *bis.* Cato 16 off. 3, 109 VARRO ling. 5, 86 vita pop. Rom. Non. 485 CAES. civ. 3, 108, 3 SALL. Iug. 38, 9. 39, 3. 112, 3 VERG. Aen. 12, 316 LIV. 1, 24, 4. 8, 5, 9 *saepe; addo* infectum VERG. Aen. 12, 242. 286. icere: CAEL. hist. frg. 6 CIC. Sest. 24 Balb. 34. 50. 53 Pis. 28 rep. 2, 13

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 12, 314 LIV. 1, 1, 9. 1, 24, 3. 1, 25, 1. 1, 26, 1. 1, 32, 3 *passim; cf.* -is ictu VAL. MAX. 2, 7, 1 LVCAN. 5, 372. iacere: TAC. ann. 11, 9 SIDON. carm. 2, 357. sancire: CIC. Sest. 24 LIV. 1, 24, 6. 23, 8, 11. 34, 57, 11. 44, 23, 8 TAC. ann. 2, 65. 12, 46 *al.* (*subi.* iusiurandum SEN. contr. 1, 6, 12); *cf.* -is expiatio LIV. 9, 1, 4. pangere: CIC. Sest. 33 LVCR. 3, 781. 5, 1443 VERG. georg. 4, 158 Aen. 10, 900 SIL. 13, 729 VVLG. gen. 14, 13. 15, 18 *al.* percutere: BELL. Alex. 44, 1 FEST. p. 254 SEN. contr. exc. 6, 5 contr. 9, 2, 15 LVCAN. 9, 1021 FLOR. epit. 1, 1, 14. 1, 16, 2. 4, 10, 1 VLP. dig. 50, 15, 1 pr. VVLG. gen. 21, 27 *al.* sollemni ritu implere: AMM. 30, 3, 7. iungere (*saepe ad IB*): VERG. Aen. 7, 546. 8, 56. 641 OV. epist. 4, 147 LIV. 7, 30, 4. 10, 12, 1. 23, 33, 9 SEN. Thy. 482 VAL. FL. 4, 215 SIL. 17, 67. componere: VERG. Aen. 10, 15 PETRON. 109, 4; ponere (*ad I B 3*) PROP. 4, 4, 60. inire: PROP. 4, 4, 60 AVSON. 139, 1 SERV. Aen. 1, 108 VVLG. gen. 21, 32. 26, 28 *al.* constituere: VVLG. gen. 9, 17 *al.* concipere: VERG. Aen. 12, 13. 13, 158. *alio sensu* AMM. 31, 10, 2. scribere: LIV. 42, 12, 5; -s in haec verba fere . . . conscriptum est: LIV. 38, 38, 1. aequare: HOR. epist. 2, 1, 25. firmare: VERG. Aen. 11, 330. 12, 212 PAVL. FEST. p. 235 TAC. ann. 6, 30. renovare: CIC. Balb. 34 LENT. Cic. epist. 12, 15, 2 LIV. 1, 14, 3. 1, 52, 3. 5. 1, 55, 1 *passim*; in easdem leges 42, 62, 5. restituere: LIV. 10, 3, 5. dare: SALL. Iug. 104, 5 TIB. 1, 9, 2 OV. met. 2, 757 LIV. 9, 20, 8. 9, 45, 18 *al.* reddere: LIV. 8, 2, 1. 9, 45, 4. dilargiri: TAC. hist. 3, 55. petere: SALL. Iug. 80, 5. 104, 4. 111, 1 OV. ars 2, 462 LIV. 4, 30, 1. 7, 38, 1. 9, 20, 7. 9, 37, 12. 9, 41, 6 QVINT. inst. 7, 2, 6 TAC. ann. 2, 45 *al.* rogare: CLAVD. 28, 70. reposcere: VERG. Aen. 12, 573. offerre: VERG. Aen. 12, 109. accipere: CIC. leg. agr. 2, 58 SALL. Iug. 14, 18. assequi: TAC. ann. 11, 23, 3. excipere: AMM. 30, 3, 4. negare: LIV. 2, 22, 5. comprobare: CIC leg. agr. 2, 58 LIV. 21, 19, 3, improbare: CIC. inv. 2, 91 har. resp. 43 VIR. ill. 30, 4.

frangere: PLAVT. Cist. 460 CIC. dom. 66 Pis. 28 Scaur. 42 SIL. 17, 349 *al. cf.* infractum CYPR. GALL. gen. 1078. rumpere: RHET. Her. 4, 14, 20 CIC. Balb. 13 LVCR. 2, 254 VERG. georg. 4, 493 Aen. 8, 540. 12, 202. 582 HOR. epist. 1, 1, 35 OV. epist. 4, 17 LIV. 2, 13, 8 *passim; cf.* ruptor LIV. 1, 28, 6. 4, 19, 3 TAC hist. 4, 57 FLOR. epit. 1, 3, 8; abrumpere: STAT. Theb. 3, 655 SIL. 1, 296. 2, 293. 451 PANEG. 12 (2), 30, 1 *al.*, corrumpere: SIL. 12, 302, irrumpere: VVLG. II Macc. 13, 25. violare: CIC. Sest. 15 Balb. 13. 31. 55 Scaur. 42 Phil. 13, 4 rep. 1, 31 LVCR. 5, 1155 TIB. 1, 9, 2 LIV. 8, 7, 5. 30, 42, 8. 21 *al.; cf.* violator TAC. ann. 1, 58. CATO orig. 4 frg 84 decedere de -e. neglegere: CIC. Balb 13 rep. 3, 41; oblivisci: TAC. hist. 4, 67. infitiari: CIC. fin. 2, 54. dissolvere: SISENNA hist. 112; solvere: VERG. Aen. 10, 91 OV. met. 11, 743 SIL. 17, 75. laedere: VERG. Aen. 12, 496 OV. met. 14, 380 SEN. Phoen. 293. excutere: VERG. Aen. 12, 158. turbare: VERG. Aen. 12, 633 HOMER. 346 STAT. Theb. 3, 233. confundere: VERG. Aen. 5, 496. 12, 290. intermittere: LIV. 7, 12, 7. dirimere: LIV. 1, 49, 7 FLOR. epit. 1, 16, 12. intercidere: APVL. met. 8, 8. discindere: AMM. 29, 1, 3 (discidium *iam* LIV. 25, 18, 5). fallere: LIV. 5, 51, 10. mutare: LIV. 35, 16, 9. calcare: STAT. Theb. 3, 208 SIL. 3, 85 APVL. met. 5, 12. 9, 26. temerare: SIL. 11, 161. polluere: SIL. 11, 321. 17, 86 PANEG. 12 (2), 22, 3. *cf.* fides mota -is est LIV. 35, 33, 4. delere: VVLG. Is. 28, 18. irritum facere: VVLG. deut. 31, 16 Ier. 14, 21; praevaricari: VVLG. IV reg. 3, 5 Ier. 34, 18 Ezech. 17, 19; dissipare: VVLG. Is. 24, 5; transgredi: VVLG. Os. 8, 1. ludere: CLAVD. 26, 566. non servare: QVADRIG. hist. 73; servare: LVCR. 5, 1025 OV. ars 1, 641 Pont. 2, 5, 60 fast. 2, 159 LIV. 1, 28, 9. 41, 23, 5 inviolatum. SIL. 4, 185 *al.*; conservare: PROP. 4, 3, 69; sanctum habere: LIV. 41, 19, 6; custodire: IVST. 43, 5, 3; -e staretur 21, 19, 4. tenere: VVLG. Is. 56, 4. 6.

B *adiectiva sim.*: firmum: ENN. ann. 32 CIC. leg. agr. 2, 58 VERG. Aen. 12, 317 *al.* ratum: CIC. leg. agr. 2, 58 Phil. 13, 4 LIV. 39, 17, 10; stata -a: STAT. Theb. 11, 380. sanctum: CIC. Balb. 45 LIV. 9, 9, 4 *al.*, sacrosanctum: CIC. Balb. 32 *al.* religiosum: CIC. Phil. 13, 4. pium *et* iustum: CIC. Phil. 13, 37. legitimum: FLOR. epit. 2, 18, 4. infidum: LIV. 7, 42, 8. honestum: CIC. inv. 2, 92, turpe: *ibid. et* LIV. 9, 4, 7 *al. saepe.* foedum: AVG. civ. 3, 17. aequum: CIC. Balb. 45 LIV. 8, 4, 2. 9, 4, 4. 9, 20, 8. 23, 5, 8 *al.*; specie 39, 37, 13; *definitio* 34, 57, 9; iniquum: LIV. 35, 46, 10; par: SIL. 6, 487; ex aequo: LIV. 42, 25, 11. *cf.* CORP. XI 5631 iure aequo -is sibi confirmato. medium: PROP. 4, 4, 60. sociale: LIV. 34, 57, 9 *definitio*; 45, 25, 9. servile: SIL. 11, 527. publicum (*opp.* domesticum): LIV. 1, 1, 9; (*opp.* privatum) 25, 18, 5. 29, 23, 5. 8; publice ac privatim iunctum: 30, 13, 8. 11. *nominantur singula foedera publica ut* Pompeianum QVADRIG. hist. 73, Q. Pompei VELL. 2, 90, 3; Gaditanum CIC. Balb. 32. 33, Gaditanorum *ibid.* 34, Camertinum *ibid.* 45, Camertium 47, Numantinum CIC. har. resp. 43 de orat. 1, 181 Brut. 103 rep. 3, 28 QVINT. inst. 3, 8, 3 *al.*; Romanum Albanumque LIV. 1, 28, 6; Romanum 21, 10, 3. 35, 13, 3, Punicum 23, 8, 3, Latinum 8, 2, 13 PAVL. FEST. p. 166, Neapolitanum LIV. 8, 26, 6, Caudinum FLOR. epit. 2, 18, 7, Samnitium LIV. 7, 30, 4, Latinorum 7, 42, 6. Catuli CIC. Balb. 39, Auli SALL. Iug. 43, 1, regum HOR. epist. 2, 1, 24, Hasdrubalis LIV. 21, 18, 11, Lutati 21, 19, 2, Mancini VELL. 2, 90, 3 *sim. passim.*

3. foedus *vetuste i. q.* haedus *q. v.*

4. foedus, -eris *n. vocabulum vitiose ab adi.* foedus *deductum, cf. doctrina grammaticorum p. 998, 82. i. q. turpitas*: PAVL. dig. 23, 2, 43 senatoris filia, quae corpore quaestum vel artem ludicram fecerit aut iudicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit; nec enim honos ei servatur, quae se in tantum foedus (*sic trad.*, dedecus *Köhler*) deduxit. *vocabulum non Paulo attribuendum, sed interpolatori, cf.* VITA Desiderii (Krusch, script. rer. Merov. III) 15 labem periurii reserati et foedera sacramenti deserti.

foenum *et deriv. v.* faen-; **foenus** *et deriv. v.* fen-.

f(o)eteo, -ēre [*orig. inc., fortasse cf. cum* fimum; *v. Pokrowskij, Z. f. vergl. Sprachforsch. 35, 238. Th.*]. *de dipthongo non constat, libri dant* -e- (*sic etiam A Plauti*) *vel* -ae- *vel* -oe-, *sed testimonia a Lachmannio ad Lucr. 4, 1160 collecta non sufficiunt, ut* -e- *scriptio sola proba habeatur.* fētentem *dat in exitu versus* COMM. apol. 642. *de structura*: IDIOM. cas. gramm. IV 572, 8 -o vinum et vino; *acc. non legitur nisi* HEGES. 5, 2 *l. 34, ablativus creber est.* GLOSS. *βρομῶ, ὄζω σαπρόν*; putet. *non leguntur nisi formae praesentis.* [*it. merid.* fętere, *hisp.* heder. *M.-L.*]

speciatim: **1** *instrumentum artis ferrariae* (*v. Mau, PW. VI 2828; organorum v. l. 76 et 81*): GLOSS. -es fabriles *φυσηλάται.* -is *καμίνου ἀσκός, φῦσα χαλκέως.* blestbaelg (*anglos.*). PLAVT. Bacch. frg. VIII 10 scio spiritum eius maiorem esse multo quam -es taurini habent, cum liquescunt petrae, ferrum ubi fit. CIC. nat. deor. 1, 54 *rerum formas* effici posse sine -bus et incudibus non putatis. VERG. georg. 4, 171 *Cyclopes* alii taurinis -bus auras accipiunt redduntque (Aen. 8, 449 alii ventosis -bus a. a. r.). AETNA 563 fabriles operae . . . -es . . . trementes exanimant pressoque instigant agmine ventum. HOR. sat. 1, 4, 19 conclusas hircinis -bus auras usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. LIV. 38, 7, 12 scintillam . . . -e fabrili ad caput fistulae imposito flando accenderunt. VITR. 10, 1, 6 -es fabrorum. CVRT. 4, 2, 13 admotis . . . -bus ignem flatu accenderent. PERS. 5, 11 -e premis ventos. PLIN. nat. 33, 108 spuma *argenti* . . . accensa -bus. 33, 123 accenso -bus continuis igni. 36, 143 *lapis* flatus -bus donec rufescat. IVV. 10, 61 iam -bus atque caminis ardet adoratum populo caput. ARNOB. nat. 4, 16 officina fabrilis . . . incudes mallei fornaces -es carbones et forfices (*cf.* EVG. TOLET. carm. 71 arula sex semper rebus candescit: asello ignibus et lignis cum forcipe -e batillo). SCHOL. Pers. 1, 13 flatus ex pulmone accipitur et emittitur in modum -is. SCHOL. Iuv. 1, 9. PRVD. perist. 5, 70 numina excisa fabrili manu cavis recocta et -bus. AVG. civ. 14, 24 sicut -es fabrorum vel organorum flantis respirantis loquentis clamantis cantantis serviunt voluntati. c. Iul. 4, 14, 68 *pulmonibus* velut -bus alternante motu vitales flatus haurimus et reddimus. in Iob 32, 19 p. 861, 47 veluti -is aerarii disruptus. VINDIC. med. 22 pulmonum, qui sunt in modum -is ferrarii (*cf.* gyn. p. 438 *codd. gl et* p. 439 *codd. dpc*). CASSIOD. in psalm. 150, 4 fistulis *organi* . . . flatu -ium vox . . . destinatur. CORIPP. Ioh. 3, 103 -bus obductis . . . ventos arte movet. SYMPH. Anth. 286, 232 tit. uter; -is.

2 *instrumentum pugilum* (*κώρυκος, v.* folliculus *p. 1015, 10 sqq.*): *[Vollmer]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Rud. 721 ego te -em pugilatorium faciam et pendentem incursabo pugnis.

3 *genus pilae* (*v. Mau, PW. VI 2829*): [MANIL. 5,166 ludere fulto *trad., non recte* -e *Bentley.*] MART. 4, 19, 7 plumea seu laxi partiris pondera -is. 7, 32, 7 non pila, non -is, non te paganica thermis praeparat. 12, 82, 5 colliget et referet laxum de pulvere -em. 14, 45 haec quae difficili turget paganica pluma, -e minus laxa est et minus arta pila. 14, 47, 2 -e decet pueros ludere, -e senes.

4 *ad servandam pecuniam i. q. crumena*: IVV. 13, 61 si reddat veterem cum tota aerugine -em. 14, 281 ut tenso -e reverti inde domum possis tumidaque superbus aluta (*nisi mavis accipere de -bus mercium plenis*). CALL. dig. 35, 1, 82 si ille in -e reliqua obtulerit. APVL. met. 4, 9 *dives* aureos -es incubabat. VEG. mil. 2, 20 decem -es hoc est decem sacci per cohortes singulos ponebantur *ad conferendam pecuniam.* addebatur et saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat sepulturae scilicet causa. *inde certa pecunia, atque ea:* a *tempore Diocletiani et brevi post* -is *= 125 miliarensia = 6250 denarii; v. Seeck, PW. VI 2829*: OPTAT. app. 1 p. 189, 4 (*fere a. 310*) omnes vos . . . scitis de quadringentis -bus Lucillae cl. f., pro quo vobis coniurastis *et* p. 189, 6 Victor fullo . . . dedit -es viginti ut factus esset presbyter (AVG. c. Cresc. 3, 29, 33 p. 441, 3. 7). EVSEB. hist. eccl. 10, 6, 1 (*a. 313*) *τρισχιλίους φόλλεις*. COD. Theod. 11, 36, 2 (*a. 315*) triginta -ium poena multetur. 7, 20, 3 (*a. 320*) pecuniae in nummo viginti quinque -ium consequantur. 14, 24, 1 (*a. 328*) mensae oleariae . . . caducae . . . vicenis -bus . . . distrahantur. *ibid.* mensam . . . praedictis -bus emptam. CORP. IX 4215 (*a. 338*) dedit . . . arcae eorum -es n⟨. . .⟩, ex quorum usuris *eqs.* *praeterea* CORP. III 743 sumptos ⟨fuisse⟩ in numo X -is m⟨ille⟩. V 2046 dedit coll(egio) fab(rorum) ad mem(oriam) col(endam) . . . X foll. quingentos. INSCR. Rossi Roma sott. III 549 *locum* emit f(ollibus) n(umero) VII. *saepius in multis sepulcralibus*: CORP. III 2240 dabit in fiscum Φ ⟨f⟩ol. ∞. 9597 ⟨folles⟩ mille. 12872 fol(les) n(u)m(ero) quinquaginta. 13896 X fol⟨les . . .⟩. 13917 f(olles) ∞. V 1880 denariorum folex sescentos. 1973 X fol. sescentos. 8724 ⟨de⟩narioru⟨m . . .⟩. 8697, 9 pecuniae -es mille (*cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 335). IX 984 -es mille. *in usu erat praecipue de collatione glebali* (*v. Seeck, PW. IV 365*): COD. Iust. 12, 2, 2 (*fere a. 450*) glebam vel -em sive septem solidorum functionem sive quamlibet eiusmodi collationem . . . iubemus aboleri. COD. Theod. 6, 2, 13 (*a. 383*) duorum . . . fo⟨llium⟩. 6, 4, 21, 6 (*a. 372*) cum duos -es aut IV . . . in professionem habebunt. 6, 2, 15 (*a. 393*) ⟨praebitionem⟩ implere -um. NOVELL. Marcian. 2, 4 (*a. 450*) quidquid ex titulo senatorii -is in provinciis debetur. ZOSIM. 2, 38, 4 *ἐπιθεὶς ᾧτινι φόλλιν ἐπέθηκεν ὄνομα.*

b *nummus aereus, qui valebat* II *denarios* (*v. Seeck, PW. VI 2832*): *cf.* EPIPHAN. metrolog. I 49 p. 267, 4 *φόλλις ὃ καὶ βαλάντιον καλεῖται* (id est sacculus *add. versio lat. 40*)· *διπλοῦν δέ ἐστιν ὑπὸ δύο ἀργύρων συγκείμενον οἳ γίνονται σὴ δηνάρια. καὶ φόλλις δύο λεπτὰ κατὰ τὸν δηναρισμόν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμόν* (follis . . . secundum denariorum pondus ac numerum, non secundum metalli meritum *versio*). p. 303, 11 *βαλλάντιον ὃ καὶ φόλλις, δηναρίων ρν'*. ISID. orig. 16. 18, 11 -es dicuntur a sacculo quo conduntur. SVIDAS *s. v. ὀβολοῦ*: . . . *ὀβολοὶ δέ εἰσιν οὓς καλοῦμεν φόλλεις . . . φόλλις δέ, φόλλεως ὁ ὀβολός.* PROCOP. anecd. 25, 12 *ὀβολούς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν. videtur primum legi* COD. Theod. 7, 20, 3 (*a. 320*) veterani . . . ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo viginti quinque mili[ti]a -ium consequantur *et ibid.* qui autem negotii gerendi habuerit voluntatem, huic centum ⟨milium *addidi*⟩ -ium summam immunem habere permittimus. 9, 23, 1, 1 (*a. 352*) nec vero aliquis negotiatorum plus mille -bus pecuniae in usu publico constitutae animalibus propriis sumptuum gratia portare debebit. LAMPR. Heliog 22, 3 cum . . . haberet in sorte . . . centum aureos et mille argenteos et centum -es aeris. AVG. civ. 22, 8 p. 574, 10 D quinquagenos -es, unde vestimentum emeret. *ibid.* p. 574, 16 grandem piscem . . . trecentis -bus vendidit. CORP. VIII 22660 eroga⟨tum⟩ est sumtos mercedibus in nummo X foll⟨es⟩ singulares numero quadraginta quinque ⟨milia⟩ sescentos. 22661 in numo X follis . . . milia. 24512 (*in ripa lacus*) quid ratari(i)s transeuntes dare debeant: homo caballaris f(o)l(les) IIII, homo pedester fl. I *et sic deinceps.* INSCR. Röm. Mitt. 1904 p. 148 ut quinque milibus -ium horti sibi possessio conpararetur. MALALAS p. 412, 9 Dind. *φόλλιν μίαν.* p. 439, 14 *ἡμερησίας ἀνὰ φόλεις σε'.* LEONT. NEAP. vita Ioh. 1 (ed. Gelzer p. 5) *οὔτε λογάριν οὔτε φολλερόν.* 36 p. 70 *ἑνὸς φολλεροῦ* (*v. l. μιᾶς φόλλεως*). *ibid. τὰ φολλερά* (*at* 37 p. 76 *et saepius φόλλεις*). *saepius etiam in papyris φολ. v. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) 150.*

5 *de partibus corporis animalis:* *i. q. scrotum*: IVV. 6, 373[b] mangonum pueros . . . -isque pudet cicerisque relicti. *i. q. pulmones* (*cf. p. 1016, 74. 78*): IVV. 7, 111 immensa cavi spirant mendacia -es. TERT. anim. 10 spirari . . . non . . . sine pulmonum -bus et sine fistulis arteriarum. GREG. M. moral. 2, 8 aereus flatus -e ventris attrahitur. *stomachus et intestina*: AVG. c. Iul. 2, 8, 28 ne tui stomachi -is indigesta maledictorum cruditate rumpatur. MACR. sat. 7, 4, 17 in -em ventris. CASS. FEL 51 p. 135 per podicem cremizato (*i. evacuato*) -e. *oculorum*: CASSIOD in psalm. 10, 6 palpebrae . . . sunt quaedam luminum thecae et quasi -es oculorum.

6 *de granorum, fructuum velamentis: i. q. folliculus acini*: CASSIOD. in psalm. 8 praef. pressae uvae . . . gigartis comminutis -busque ⟨e⟩vacuatis dulcissima vina profundunt. GLOSS. III 448, 81 (= 478, 5) -is lup⟨in⟩orum *λέπυρα.*

II ***translate:*** *de corpore hominis* (*v.* folliculus *p. 1016, 16*): TERT. apol. 50 tunde . . . Anaxarchi -em (*θύλακον Diog. Laert. 9, 10, 2*), Anaxarchum enim non tundis. ARNOB. in psalm. 149 p. 568[A] in tympano: id est in extensione -is nostri corporei. RVFIN. hist. 11, 9 p. 1016, 10 qui . . . Basilium de nodo -is huius absolveret. *de animo*: AVG. serm. ed. Mai 127, 2 adhuc tumes -is inflatus? deus est humilis et tu superbus? *nota convicium*: GILD. epist. 3 chron. III p. 87, 10 hi . . . -es diaboli dicunt . . . melioribus *eqs.*

2. follis: *i. q. stultus, fortasse i. q.* follis *1*: *cf. l. 9 et* GLOSS. V 568, 58 fatuus: stultus, sine sensu[m], vacuus follis, mattus. GLOSS. V 621, 24 morio est follis; *cf francog.* fou; *v. tamen* follus.

follītus, -a, -um *a* follis *ut* pellitus, *i. q. folle indutus*: PLAVT. Epid. 351 nil moror vetera et volgata verba 'peratum duct⟨it⟩are' [at]: ego -um ductitabo. *cf.* follis *i. q. crumena.*

follus, -a, -um; *cf. francog.* fou *et* 2. follis. VITA Caes. Arel. 2, 42 folle homo, quid mentiris?

***?* folonicia:** vanitas GLOSS. V 202, 2 (= 599, 51), *ubi φιλονεικία Vulc.*, follinitia *Heraeus* (*a* follinus, *ut* stultitia *sim.*).

folus *v.* holus.

fōmen, -inis *n.* [*cf. c.* fomentum. *Th.*]. GLOSS. V 202, 6 -n: nutrimentum. CARM. de Baebiani baptismo 28 sedula tunc coniunx -n de nomine Christi unguentum spirare docet. *cf. Brandes, Archiv 6 (1889) 46. 168.*

fōmentātio, -ōnis *f. a* fomentare. GLOSS. *πυρίασις*, vaporatio, [s]caldamenta, cataltici (*καθαρτική Heraeus*). VLP. dig. 32, 70, 7 ne ea quidem, quae -is gratia comparata sunt vel medicinae, lanarum appellatione continentur. PELAGON. 337 -o ad omnes tumores. SORAN. p. 27, 8 ea quae relaxare possunt, -o scilicet olei calidi vel aquae calidae (PS. SORAN. quaest. med. p. 241 spissis *spongiis* utimur ad -es corporum). PHILAGR. med. 3 p. 94 adhibere -em. THEOD. PRISC. eup. faen. 23 frequentibus . . . -bus. 31. 67. 86 murra viscidiore -o adhiberi debet. log. 28 lavacrorum -e. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 51 frigida -o. 2, 18, 103 adhibenda -o levis capiti. 2, 18, 105 oris . . . adhibita -e. 2, 21, 128 calidae aquae. 3, 18, 186 -es et cataplasmata frigidae virtutis adhibenda. chron. 3, 2, 23 capitis. *ibid.* studiosa ac iugis. 4, 8, 119 competens. ORIBAS. syn. 6, 15 eup. 2, 1 A 26.

✖ fōmento, -āvī, -ātum, -āre [*a* fomentum. *Th.*]. *in versu corrupto* fomento LVCIL. 311. GLOSS. *καταντλῶ.* *in codd. passim* fum- *legitur.* *t. t. medicorum*: PELAGON. 266 -as diutissime. 433 cum lana -bis (*cf.* 315). VEG. mulom. 2, 8, 3 caput -ando diutius vaporabis. 2, 8, 4 cum prius calida -verint caput. 2, 56, 7 pedes -bis aqua calida. 2, 57, 1 pedem . . . -bis farina frumentacea. CHIRON 47 cave ne eam (*gambam*) -es. 66 -a oculum. 77 -ato calido. 159 calda -ato. 474 in flumine. 620. 624 aceto et oleo. 627 ex vino. 639 *et passim.* SORAN. p. 26, 5 faciem. p. 36, 14 *infantem.* p. 112, 11 *matrix* aqua calida vel oleo dulci -anda est. PHILAGR. med. 3 p. 94 cum vino austero et tenui. PHILVM. med. 1 p. 20 anus -ari debet . . . de creta. PS. APVL. herb. 2, 2. 80, 1 de aqua. THEOD. PRISC. eup. faen. 35 oculi -andi sunt. 40 hordei decoctione calida oculos -bis. 57 aceto tepido. 66. 71 ex . . . vino. 77 ex aqua marina. 78. 84 log. 11. 12. 36. 41. 50 CAEL. AVR. acut. 1, 9, 68. 2, 9, 50 frigida caput. ORIBAS. syn. 1, 15 -bis spongiis . . . locum. 5, 12 eup. 2, 1 L 2 CASS. FEL. 29 p. 51, 3 *et saepe.* *nota structuram*: CAEL. AVR. acut. 2, 12, 86 suci frigidi . . . -ati atque capiti impositi. *translate*: CASSIAN. inst. 10, 7, 1 infirmitatem . . . verbi curatione -ans.

✖ fōmentum, -ī *n.* [*a* fovere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 85 -a . . . a fovendo. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 82 -a dicta, quod aegritudinem foveant, inde et 'fomites' dicti, quod flammam foveant. *singularis multo rarior est plurali: legitur tamen* VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 CELS. 4, 6, 2. 5, 26, 27[C]. 6, 8, 1. 6, 18, 2. 7, 26, 5[C]. 8, 10, 7[A] SEN. epist. 102, 26. 122, 8 PLIN. epist. 2, 7, 3. 4, 21, 4 FRONTO p. 67, 14 N. APVL. met. 7, 18. 19. 8, 2 flor. 16 p. 68 FIRM. err. 2, 6 *al.* *volgariter* fum- *passim apud* CHIRONEM *al.*

I ***proprie*** *in medicina* (GLOSS. *πυρίασις, θαλπτήριον, θάλψις, ἐνβροχή*, balneum de petris [*?*], medicina): HOR. sat 1, 1, 82 qui lecto assideat, -a paret. epist. 1, 2, 52 iuvat illum sic domus et res ut lippum pictae tabulae, -a podagrum. CELS. 2, 17, 9 -a . . . calida sunt milium, sal, harena, quidlibet eorum calfactum et in linteum coniectum *eqs.* (2, 17, 7 *et* 9 *verbum* fovere). 3, 10, 3 siccis -is uti licet. 3, 11, 1 sicca et calida -a. 3, 12, 4 -is, sed . . . validioribus, totum corpus circumdet maximeque involutis extinctis testis et titionibus. 3, 21, 9. 4, 6, 3 opus est -o umido et calido (4, 7, 2). 4, 8, 3 thorax -is cataplasmatisque calidis aut siccis aut etiam umidis adiuvandus est. 4, 9, 1. 4, 11, 8. 4, 12, 2 non vehementissima. 4, 13, 2. 4, 14, 3 imposita. 4, 18, 3 frigidis et umidis -is stomachum fovere. 4, 18, 5 partes corporis . . . calidis . . . -is nutriendae. 4, 21, 1 admovere . . . -a. 4, 3 1, 4. 5, 26, 27[C] post id -um . . . imponi . . . emplastrum. 6, 8, 1. 6, 9, 5. 6, 18, 2[B]. 7, 26, 5[C] sudor . . . finis eius -i est. 7, 26, 5[I]. 8, 10, 7[A]. SEN. dial. 1, 4, 9 cuius pedes inter -a subinde mutata tepuerunt. 5, 10, 3 -is contra frigus rigoremque pugnatur. 7, 11, 4 mollibus lenibusque -is . . . lacessitur eorum corpus. CVRT. 3. 6, 14 -a corpori admovit. COLVM.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6,12,5 dolor corporis ... -is discutitur. 6,13,3. 6,30,3 frigori -a adhibentur. 7,5,16 *pecus* -a non aspernatur lactis caprini. 11,1,18. PETRON. 98,7 *illum* osculis tamquam -is aggressus est. STAT. silv. 5,5,42 medicasque manus -aque quaero vulneribus, sed summa, meis (*in imagine*). TAC. ann. 1,65 non -a sauciis *erant*. 1,69. 4,63 -a et medici passim praebiti. 12,68 cum iam exanimis vestibus et -is obtegeretur *Claudius*. 14,6 medicamina vulneri et -a corpori adhibet. 15,55 -a vulneribus *parata*. SVET. Aug. 81,1 quia calida -a non proderant, frigidis curari coactus. FLOR. epit. 4,2,72 ausi post hoc virum medici violare -is. APVL. met. 5,10 -is olidis et pannis sordidis et foetidis cataplasmatibus. AVSON. 419,76 -a dispensas. PS. AVSON. 431 -is medicae artis admotis. PELAGON. 30 frigori -a adhibeantur. 363 si...pedes in -um de aceto...miseris. 448. VEG. mulom. 3,28,26 -um ad tumores. CHIRON 636. 700 *al.* RVFIN. hist. 1,8,11 cum depositus fuisset in ... -o. MARCELL. med. 10,17 THEOD. PRISC. eup. faen. 24. 37. 51 chalastica (log. 31). 67. 72. 73 78. 87. 97 log. 17. 21. 31. 42. 43 olei ... rosei. *al.* EPIST. pontif. 321 Migne 20,584^{A}. 388 Migne 50,533^{A} (*in imagine*). 557 Thiel 10 praef. 3 CAEL. AVR. acut. 1,9,67. 68. 1,10,74. 2,9,50. 51. 2,12,83 gravabilia. 2,12,86. 3,18,187 chron. 1,1,8. 9 iugi -o. 1,1,42. 45. 1,4,120. 3,4,53. EVG. TOLET. carm. 13,3 morbus adest iugis, desunt -a salutis.

latiore sensu: quod fovet: SEN. nat. 4,13,5 sanus ... stomachus ... naturalibus -is contentus est. epist. 90,18 tecta tegumentaque et -a corporum. 102,26 ex maternorum viscerum calido mollique -o emissum. 122,8 -o...aquarum calentium (FIRM. math. 1,7,16. SCHOL. Cic. Bob. p. 88,16 St. ad aquarum...velut -a salubria convenire). APVL. met. 7,18 -i vice ipsae me *defessum* plagae suscitarent. flor. 16 p. 68 apud Persianas aquas leni temperie nec minus utili quam blando -o gressum recuperavi.' PS. ORIG. tract. 16 p. 178,6 malagma et oleum et alligaturae -a sunt corporis (*cf.* VVLG. Is. 1,6). ARNOB. nat. 6,16 miserorum -a pullorum. FIRM. err. 2,6 fruges genitalis terrae -o conceptae. math. 1,4,6 quando frigus eius (*Saturni*) -o alieni ardoris incalescat. PS RVFIN. in Ioel 3,17 p. 1056^{C} rigationis -a suppeditet *agro*. EVSTATH. Bas. hex. 5,3 p. 912^{B} genitiva -a. 5,8 -a solani caloris. VICT VIT. 2,77 ignis proprii -a.

translate: CIC. Tusc. 2,59 haec sunt solacia, haec -a summorum dolorum. fin. 2,95 virtutis ... fortitudinis -is dolor mitigari solet. HOR. epod. 11,17 -a volnus nil malum levantia. epist. 1,3,26 frigida curarum -a relinquere. OV. Pont. 1,3,44 exilii morsus e pectore nostro -is speras cedere posse tuis. 2,3,94 -isque iuvas volnera nostra tuis. VAL. MAX. 8,1 absol. 3 inde aliquod -um procellae petens, unde ... impetus ... eruperat. SEN. epist. 51,5 indomitum ... nivibus atque Alpibus virum enervaverunt -a Campaniae. QVINT. inst. 4,3,10 his ... velut -is si quid erit asperum praemolliemus *in perorando*. TAC. ann. 1,46 militaribus animis adhibenda -a ut ferre pacem velint. PLIN. epist. 2,7,3 *patris* gravissimo vulneri magno aliquo -o medendum fuit. 4,21,4 magno...-o dolor meus acquiescet. 6,7,2 gratum *est* quod his -is acquiescis. FRONTO p. 67,14 N. litteras ... mittes, quod mihi solacium atque -um sit. p. 82,4 cedere -is et remediis ... vim doloris. GELL. 12,4,1 -is levamentis solaciis. APVL. met. 2,21 paupertati meae -a conquiro. PORPH. Hor. epist. 1,1,10 depositis levibus animi -is id est iocis ac versibus. MOYS. Cypr. epist. 31,1 maeroribus -a suscepimus. 31,2 percepimus...solacia...-a. FIRM. math. 1 praef. 2 amicitiae. CYPR GALL. gen. 1395 quaerit -a dolori. RVFIN. hist. 6,43,2 -is (*φαρμάκοις*) paenitentiae medicandos. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 509^{C}. 167 p. 638^{B}. MAX. TAVR hom. 29 p. 291^{B} salubrium -a imbrium. ANTH. 198,59 turpis -a medelae. BOETH. cons. 2,5 quoniam rationum iam in te mearum -a descendunt. CASSIOD. in psalm. 118,143 ARATOR act. 1,813 GREG. M. in Ezech. 2,6,6 in euang. 34,3 past. 3,2. INSCR. christ. Rossi II p. 240, 4^{a} descende intrepidus vitae i⟨n f⟩omenta perennis (*i. baptisterium*). ANTH. 378,5 vitae -a perennis ... lavacra (*baptismus*). *cf.* PETRON. *et* STAT. *supra l. 3 sqq*

II *i. q.* ***fomes*** (GLOSS. nutrimentum; -a: adiumenta, adiutoria; succendia): SERV. CLODIVS ap. Serv. Aen. 1,176 -a taleae excisae ex arboribus. APVL. met. 7,19 -o tenui calescens et enutritus ignis. HIL. trin. 10,45 (*in imagine*). AMM. 20,7,12 ignium. CLAVD. DON. Aen. 5,661 -a virgultorum et frondium congerebant. VEG. mil. 4,24 sarmenta ... aliaque -a flammarum. 4,44 ignium. HIER. epist. 22,8,2. in Ezech. 14,45 p. 572 -um luminis sempiterni (*in imagine*). tract. in psalm. 106 p. 179,28 scintilla nostra, quae latebat in cinere, -a accipit (*in imagine*). 127 p. 238,19 *oleum* lumini -a *praebet*. RVFIN. Orig. in gen. 15,2 p. 241^{C} ignis ... -is adhibitis reparetur. *ibid.* p. 241^{D} in lev. 13,1. in num. 12,2 (*in imagine*). PS. PROSP. carm. de prov. 920 (*in imagine*). PETR. CHRYS. serm. 24 p. 268^{A} *sancti* -is operum ... inflammant lampades suas. 109 p 502^{A} VAL. CEM. hom. 12,5. CLAVD. MAM. anim. 2,4 p. 115,10 *ignis* -o pastus. ALC. AVIT. carm. 6,484 ne ... desint -a lucernis. GREG. TVR. glor. mart. 10,14 Franc. 4,41. GREG. M. moral. 14,23 sulphur quid aliud quam -um ignis est, quod tamen sic ignem nutrit. 15,35.

translate: APVL. met. 8,2 flamma ... amoris ... -o consuetudinis exaestuans. TERT. uxor. 2,6 -a fidei. CYPR. ad Donat. 8 probrorum. hab. virg. 9 sperandi -a succendas. epist. 43,2 -a ... et hortamenta. PS. CYPR. singul. cler. 2 peccati. 14 caro ... incitamenta cupidinis provocat et ... parit -a peccandi. ARNOB. nat 2,62 inanium -a votorum. LACT. inst. 6,23,5 *diabolus* oculis ... suggerit ... -a. FIRM. err. 8,3. 12,9 cupiditatis. math. 1,5,12 divino. CHALC. transl. 49 -a ... generationis. EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes^{7} p. 270) II 8 qui desideriis ... ferventibus gaudiorum debeamus f⟨om⟩en⟨t⟩a praestare (*ὀφίλουσιν αὔξεσθαι*). GAVDENT. serm. 19 init. blasphemiae. COD. Iust. 5,4,19 (*a. 405*) restinctis ... calumniarum -is. AMBR. patr. 3,12 incentiva libidinis et -a nequitiae. HIER. epist. 54,7,1 libidinum. in Eph. 5,18 voluptatum. tract. in psalm. 106 p. 179,29 vitiorum. adv. Iovin. 2,11 epularum varietates -a avaritiae sunt. GENNAD. vir. ill. 2 -o est Eutychianae impietatis. 93. CYPR. GALL. iud. 657 quae vires -a novent *Samsonis*. PELAG. in I Cor. 11 p. 749^{D} concupiscentiae. HIER. epist. 121,8,7 quidquid non licet, -um accipit desiderii. RVFIN. hist. 4,6,3 cum ... belli -a concrescerent (*ἀκμάσαντος ... τοῦ πολέμου*). 4,29,4 -a maxima eius sectatoribus praestitit (*κρατύνας τὴν ... αἵρεσιν*). 9,11,4 impietas -a conceperat (*ἐκραταιοῦτό τε καὶ ηὔξετο*). epist. Clement. 9 caritatis recipiendae ...-um. ZACCH. 1,30 luxuriae -a succendunt. AVELL. p. 69,11 PETR. CHRYS. serm 45 p. 328^{A}. 122 p. 552^{B}. SIDON. epist. 4,11,6 causis ... doloris -a sufficimus. 7,1,1 odiis ...-a subministramus. BOETH. cons. 2,3 ENNOD. epist. 1,3,1 p. 5,2. 2,1,8 p. 40,10 opusc. 2,83 p. 313,11. 3,69 p. 348,13. 3,80 p. 351,12. 7,10 p. 413,20 dict. 1,23 p. 429,21. 8,15 p. 454,9. CASSIOD. var. 9,18,2 iurgii. GREG. M. moral. 26,61 PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 247. 7 p. 278^{B}. 36 p. 322^{C}. 36 p. 323^{B}.

huc pertinere videtur etiam CORP. V 532 (*Tergeste*) 2,9 *imp. Antoninus Aug. Pius* universam rem p. n. cum -is ampliavit adm⟨it⟩tendo ad honorum communionem et usurpation⟨em⟩ Romanae civitatis et optimum et locupletissimum quemque.

?πελεκῶ dolo, **fomeo** GLOSS. II 400,53 *v.* fomito.

fōmes, -itis *m.* [*cf. c.* fovere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 fomites sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae (*sim.* SERV. Aen. 1,176 *seq.* quod foveant ignem. *cf. etiam* SCHOL. Hor. sat. 1,1,82 ISID. orig. 17,6,26. GLOSS. astula minuta; astula eo quod lignum foveat): dictae, quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. at Opilius adustas iam -es vocari existimat. -es alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur, dictae autem ita, quia igni sunt confotae. pari modo assulae, quae sunt securibus excussae. IDIOM. gen. gramm. IV 578,64 fomis *τὸ φρύγανον, τὸ πελέκημα* (EXC. Bob. gramm. I 552,27 GLOSS. II 542,33 *et saepius*). GLOSS. *πυρέκβολον, θαλπτήριον, θάλψις*, truncus semustus, lignum aridum (quo ignis fovetur id est nutritur), incendium, ligna vel stipulae eo quod ignem foveant. V 70,1 fom⟨it⟩es: feni manipulos iuncti radicibus ut noces pinnatos (*?*). *mensura adulterata* fŏmitém CARM. epigr. 1395,28 (*a. 688*). *nom. volgaris* fomis *v. supra l. 37; saepe in* GLOSS. (*semel* fomix). *legitur inde a* SALL., *sed raro ante* ECCL.

I ***proprie:*** *lignum vel similis materia quo ignis accenditur et nutritur*: SALL hist. ap. Hier. in Dan. 3,46 (*cf.* hist. frg. 4,61) napthas sit genus -is apud Persas, quo vel maxime nutriantur incendia. VERG. Aen. 1,176 silici scintillam excudit Achates succepitque ignem foliis atque arida circum nutrimenta dedit rapuitque in -e flammam. MORET. 8 parvolus exusto remanebat stipite -es (fumus *trad.*). PAVL. FEST. p. 75 defomitatum a -bus succisum. LVCAN. 8,776 excitat invalidas admoto -e flammas. PLIN. nat. 16,208 teritur ... lignum ligno ignemque concipit attritu, excipiente materie aridi -is, fungi vel foliorum facillimo conceptu. APVL. apol. 16 cur cava specula, si exadversum soli retineantur, appositum -em accendant. ARNOB. nat. 6,25 *Iuppiter* dextra -em sustinens perdolatum in fulminis modum. LACT. inst. 7,21,3 *ignis* nisi alicuius materiae -e alatur, extinguitur. AMM. 21,12,10 sarmentis ac vario -e (form- *cod.*) flammarum. VVLG. num. 28,24 ita facietis ... in -em ignis (*deest in graeco*). PRVD. c. Symm. 1 pr. 25 -e fumeo. AVG. civ. 21,4 p. 493,24 D. oleum, quod magis *quam aqua* -es est ignis. MART. CAP. 1,17. CYPR. GALL. exod. 132 -e quo ... tam clara incendia surgant. 897. OROS. hist. 4,12,8 (*imago*) EVSTATH. Bas. hex. 8,1 p. 946^{C} SEDVL. epist. 4 p. 1 (*imago*) DRAC. laud. dei 1,614. 3,177 GREG. TVR. Mart. 4,47.

liberius de nutrimento ignis vel lucis: AVIEN. Arat. 390 duas pigro succendit -e flammas. 394 torrentur -e acuto singula. 1778 denso iam -es in igni marcescit penitus. orb. terr. 762 -e flagrat continuo. HIER. in Is. 30,30 p. 421 nutrimentum *gehennae* et -es ignis est. RVFIN. Orig. princ. 1,1,6 -es ipse *sol* ac fons quantus sit corporei luminis. MART. CAP. 2,118 qui caelum stellet -es. 2,185 -es sensificus *sol*. 9,912 MAR VICTOR aleth. 1,99. ENNOD. opusc. 1,24 p. 268,5 nec micare...scintillas famulantum extinctus tyranni -es indulserat. 4,39 p. 392,16 metitus est -is sui lucem, dum vidit alieni. ARATOR act. 2,535.

de semine humano: CYPR. GALL. gen. 676 parili ambarum (*filiarum Loth*) vitalia -e turgent *i. ambae a patre conceperunt*. DRAC. laud. dei 2,643 mirantur ... senes recidivo -e venas in subolem caluisse suas.

de terra aquam vel herbas animaliave gignente: CYPR. GALL. gen. 843 invenit gelidas scatebroso e -e lymphas. num. 471 virga ... Aaronis ... nullo de -e terrae floruit. 536 vipereas acies viroso ex -e prompsit.

II ***translate*** *i. q. incitamentum, nutrimentum (etiam de hominibus), causa* (GLOSS. nutrimentum; incendium aut radix aut origo

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel firmitas; radix origo initium; adiutorium; materia; -tes; initia ncitamenta; incrementa, initium vel esca): GELL. 15, 2, 3 -em esse quendam ... et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret (MACR. sat. 2,8,4 *ubi* igni- *pro* inci- *codd.*). APVL. flor. 15 p. 59 tot tamque multiiugis -bus (com- *trad.*) disciplinarum toto orbe haustis. TERT. pall. 4 p. 938 ex isto -e aestuantem . . . regem. CYPR. hab. virg. 1 -es ac nutrimentum bonae indolis. 18 libidinum -es accenditur. laps. 14 peccandi -em subministrat (PS. CYPR. singul. cler. 8). PS. CYPR. singul. cler. 37 quaecunque igniferi -is sulfurantibus flammis scatens fornax ebullientis carnis exaestuat. OPT. PORF. epist. ad Constant. 9 audaciae meae -em ... suscitavit. FIRM. math. 1, 2, 11 nos ad ... vitia malignis stellarum ... incitari -bus. 1,5,11 ex illis perpetuis animi -bus, *i. stellis*. 3 praef. 4 *hominem* perpetuitatis sustentari -bus (com- *trad.*). CHALC. comm. 317 universi corporis -es et prima subiectio. PS. HIL. libell. 19 -em et flammam et materiam ... criminum subministrasse. LVCIF. Athan. 1, 19 p. 100, 25 *tu* intellegeris esse ... haereticorum -es. non conv. 7 p. 15, 20 omnium iniquitatem operantium -i. VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 p. 551^{C} lentum -em. FELIX epist. 2 (Migne 13, 28^{A}) iniuriae. FAV. EVL. p. 9, 24 semen fusum et -e matris exceptum. AMBR. in psalm. 1, 23 -es avaritiae (*syn.* incitamenta). 1, 27 scintilla peccati, si quo vitiorum -e fuerit excitata (*an* excepta *?*), incendium ... excitat. Cain et Ab. 1, 5, 20 ebrietas -es libidinis (PS. AMBR. prec. 1, 3). virg. 1, 12, 62 castitatis. paenit. 14 saucio cordi eius -em consolationis iniecit. 26 peccandi ... -em praebuisse (AMBROSIAST. in epist. ad Rom. 3, 8 *cf.* 1, 32. PS. AMBR. epist. 1, 3 discede a me, -es peccati *et saepe sic cum* peccandi *vel* peccati *velut* RVFIN. Orig. in num. 20, 5 PRVD. apoth. 941 PS. AVG. quaest. test. app. 61, 3 *al.*). HYMN. Ambros. 75, 23 morbi ... -em. AMBROSIAST. in I Cor. 7, 37 nec *virgini* ingerat -em nuptiarum, quam videt nubendi voluntatem non habere. HIER. in Matth. 15, 19 cogitationum ... scintillam suis -bus inflammare. PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 scintillam nostro -i subiecisti. HIER. epist. 98, 22 patientia nostra quasi quodam temeritatis -e abutentes. VVLG. gen. 37, 8 invidiae et odii -em ministravit. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 4 materiam suggesserit ac -em febrium. in exod. 4, 8 concupiscentiae vel irae. hist. 9, 10, 8 **ex** eo -e, quod ..., plurimas direptiones factas *esse*. PS. RVFIN. in psalm. 43, 4 de ... -e vitiorum ac radice (AVG. epist. 167, 10 CASSIAN. conl. 5, 6, 6. 5, 16, 2 *al.*). CARM. epigr. 111, 43 (*a. 384*) -es pudoris. PRVD apoth. 927 materiam peccati ex -e carnis ... trahit. ham. 115 *diabolus* rerum principium mortis de -e traxit. 188 arsit ... scintilla odii de -e zeli. 557 *diabolus* -es nostrorum et causa malorum est. PAVL. NOL. carm. 10, 45 veri bonique -em *deum*. 23, 178 *globulus* oculum ... fulcit et umecto venarum -e pascit. carm. app. 3, 201 iusti de -e iustus. epist 16, 6 in. veri luminis -em Christum. 23, 34 med. cum -es operum fides sit. 32, 6 extr. amor sit -es ... foederis. 37, 8 med. 41, 1 extr. AVG. civ. 5, 14 p. 219, 20 D. c. Faust. 19, 25 'dentem pro dente' non -es, sed limes furoris est. c. acad. 2, 2, 5 admoto nobis -e. conf. 3, 2, 2. PS. AVG. quaest. test. 2, 2 conspirationis. serm. 7, 1. 175, 2. MACR. somn. 1, 9, 3 *anima* puro ac levi -e virtutum rigatur. 2, 6, 10 hinc ... -es quintae ortus est quaestionis. MART. CAP. 2, 124. 6, 567 Pallas, aetherius -es. COD. Theod. 14, 6, 3 (*a. 365*) frumentarii tituli -em. 2, 27, 1, 3 (*a. 421*) infitiandi. 10, 10, 29, 3 (*a. 421*) calumniae. NOVELL. Valent. 21, 2 condendarum legum -em ... invenisse. COD. Iust. 11, 72, 1 (*imp. Theod.*) illicito patrocinii sui -e iura conturbent. RVT. NAM. 1, 488 inque pari dispar -e quaerat opus (*i. effectum*). OROS. hist. 5, 9, 5 CASSIAN. conl. 4, 12, 5. 4, 20, 4. 5, 10, 3. 5, 25, 2. 5, 26, 1 LEO M. serm. 44, 2. 45, 4 potuerit -es evelli. AVELL. p. 49, 6. 88, 7. 224, 17. 707, 9 CANON. Migne 56, 491. 549 PROSP. chron. I p. 483, 1373 in psalm. 100, 5. 101, 10 epigr. 59, 3 GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 25. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 135 digestionis ... protervitas detracto -e languescit. PETR. CHRYS. serm. 25 p. 271^{A}. 162 p. 627^{C}. VAL. CEM. hom. 20, 2 ex hoc -e ... pullulare odiorum causas. SALV. eccl. 2, 69 quasi in naturali quodam -e pullularint *vitia* (MART. BRAC. superb. 7). SIDON. epist. 8, 11, 12 factionis -es, incentor, antesignanus. POMER. 3, 10, 1 COMPVT. Carth. 2, 9 BOETH. cons. 1, 6 p. 48, 22. 3, 11 carm. 14. ENNOD. carm. 1, 6, 5 p. 521, 5 oblocutionis. FVLG. RVSP. epist. 2, 16, 32. 3, 15, 25 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 79. Ios. antiq. 10, 14 p. 301 occasionem et derogationis -em (*ἀφορμήν*). GREG. TVR. Franc. 9, 40 tit. scandali. VEN. FORT. carm. 3, 21, 12 vocis. 7, 1, 24 -e condito cui salis (*i. facetiarum*) unda natat. CORIPP. Ioh. 4, 637 -es belli rectorque. PS. PRIMAS. in II Thess. p. 650^{B} GREG. M. moral. 26, 1 ISID. in deut. 16, 3 eccl. off. 1, 45, 2 sent. 2, 23, 3 PASS. Petr. 2 VITA Desid. 15. CARM. epigr. 546, 6 -e a⟨moris⟩. 1395, 28 (*a. 688*) maeroris fŏmitem congerit atque parit. CARM. inscr. Christ. Rossi II p. 52, 2 vers. 3. p. 442, 153 vers. 16. *nota*: CASSIOD. Ios. antiq 10, 10 p. 289 eum ... sub hoc -e (*οὕτως*) deridebant *quasi 'ea de causa'*.

inde orta videtur (*non redire ad interpretamenta quale* astula) *nova significatio: i. q. surculus, truncus arboris*: PS. AVG. serm. 203, 1 Paulus ... in alieno -e peregrinos gentium ramos inserit. SIDON. epist. 2, 2, 3 mons ... colles tamquam gemino -e effundit. 2, 2, 15 tiliae duae conexis frondibus, -bus abiunctis. CORIPP. Ioh. 8, 72 crepitant cum -e culmi. *hoc ipsum translate*: SIDON. epist. 3, 13, 9 spinam ..., de cuius internodiorum -bus erumpens ... curvatura costarum *eqs.* carm. 2, 402 vincto de -e *vinculo cothurni*. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 258 peccatum a -e tollens et stirpem exosam primam ab radice reciдens. ALC. AVIT. carm. 1, 208 ebeni piceo de -e ramus surgit. ENNOD. epist. 2, 4, 1 p. 42, 25 *amicitia* fertilibus est maritata -bus. opusc. 3, 93 p. 355, 2 boni germinis -es. dict. 1, 7 p. 425, 1 carm. 1, 6, 5 p. 521, 9.

? ita facietis ... in **fomitatem** (fomitem VVLG., *non est in graeco*) ignis ITALA cod. Tolet. num. 28, 24; *vide an merum mendum sit librarii.*

fō[r]mitat: fo[r]mitibus exassulat GLOSS. V 22, 26 (= 70, 11) *v.* fomeo *et* defomitatum *vol. V p. 367, 4* [*a* fomes. *Th.*]. VERG. priap. 3, 3 quercus arida rustica fo[r]mitata securi.

fōn- *v.* phōn-.

***fōns,** fontis *m.* [*cf. c. nomine loci umbr.* Fondlir-e ('*in fonticulis*'*?*); *orig. inc.; conferendum esse cum ind.* dhánvati, dhanáyati '*currit, fluit*' *censet Bugge (Curtius' Stud z. gr. u. lat. Gramm. 4, 343) cum aliis. Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 5, 123 -s, unde funditur e terra aqua viva. PAVL. FEST. p. 84 -s a fundendo dictus (ISID. orig. 13, 21, 5 -s caput aquae est nascentis quasi fundens aquas; *cf.* diff. 1, 244. 494). *cf.* PRISC. gramm. II 27, 1 vetustissimi ... proferentes 'funtes' (*v. p. 1028, 31 s. v.* fontana) pro 'fontes' ... quae tamen a iunioribus repudiata sunt quasi rustico more dicta (*cf.* VEL. gramm. VII 49, 16). *male* CASSIOD. in psalm. 67, 30 -s ... a fovendo dictus est, quod corpora nostra labore fessa refoveat. *de formis: nom. sing.*: CONSENT. gramm. V 395, 31 qui dicit ... '-is', cum debuerit '-s' dicere, una orationis parte peccavit. *abl. sing.*: VARRO ling. 9, 112 qui dicit ... hoc -i, cum alii dicant ... hoc -e, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum. frg. Char. gramm. I 122, 29 ab hoc ... -e ... dicimus. SENT. Minuc. Corp. I^{2} 584, 6 ab -ei in Mannicelo (*errore, nam* 12 ab -e). *gen. plur.* -ium (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. I 148, 2) *ex versibus probatur* VARRO Men. 405. 442 HOR. carm. 3, 13, 13. 4, 14, 45 *al., traditur in soluta oratione* RHET. Her. 4, 6, 9 CIC. part. 140 nat. deor. 2, 98 VITR. 8, 1, 7. 8, 2, 8 *al.* *acc. plur.*: VARRO ling. 8, 66 hos ... -es et hos ... -is. PLIN. dub. serm. ap. Char. gramm I 129, 19 *commendat* -eis *scriptionem*. PRISC. gramm. II 360, 7 hos -es vel -is. *in codd. de hac re nulla fides est.* *genus masc. testantur* DVB. NOM. gramm. V 578, 17 GRAMM. suppl. 123, 2; *fem. est* ITIN. Burdig. p. 22, 12. 24, 8 Anton. Plac. rec. A 4. 24. 25. 32. IORD. Get. 20, 109 suae (sui *pars codd.*) -is. PASS. Thom. p. 115, 4 (155, 16) VITA Vedasti 5 CARM. epigr. 796, 7. o *in* -s *nom. natura longam esse docet* DIOM. gramm. I 431, 18 PROB. cath. gramm. IV 6, 12. [*it.* fonte, *francog.* fonts, *hisp.* fuente. *M.-L.*]

exempla antiqua cum Ovidianis dedi plena, inde a LIVIO *excerpta.*

I ***proprie*** (*pluralis poeticus inde a* VERG.): *caput rivi, aut locus aut ipsa aqua* (GLOSS. *πηγή, ὕδωρ, βρέχων*): NAEV. trag. 42 creterris sumere aquam ex -e. ENN. scaen. 130 eunt ad -em, nitidant corpora. ann. 379 contempsit -es, quibus ex erugit aquae vis (*in comparatione*). PLAVT. Cas. 122 dabitur tibi amphora una et una semita, -s unus. Stich. 708 tibi propino. decumam a -e tibi tute indis, si sapis (*in vinum*). RHET. Her. 4, 6, 9 se -es maximos penitus absconditos aperuisse (*in comparatione*). CIC. Arat. 177 *astrum* gelido delapsum flumine -is. progn. frg. 5 sono -is et stagna cietis (*aves aquariae*). carm. frg. 22, 14 -s unde emanat aquai (*ἀγλαὸν ὕδωρ*). Verr. 5, 118 in hac insula ... est -s aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, qui fluctu ... operiretur, nisi ... mole lapidum diiunctus esset a mari. 6, 80 post Arethusae -em (OV. met. 5, 573 Arethusa, sacer -s. *al.*). rep. 2, 11 locum ... -bus abundantem. nat. deor. 2, 98 -ium gelidas perennitates. 3, 52 flumina et -es. top. 33 tamquam rivorum a -e diductio. VARRO Men. 387 ⟨e⟩ cavo -e ut umor rigavit (ut cum irr- *trad.*) cavata aurium anfracta. 442 lympha ... e lacuna -ium allata. 458 viatorem meridie praetereuntem -em. ling. 5, 71 a -bus et fluminibus et ceteris aquis. 6, 22 Fontanalia a Fonte, quod is dies feriae eius: ab eo tum et in -es coronas iaciunt et puteos coronant. LVCR. 1, 230 unde mare ingenui -es externaque longe flumina suppeditant? 2, 345 circum ripas -esque lacusque. 2, 590 volventes frigora -es. 4, 1024 flumen item sitiens aut -em propter amoenum assidet. 5, 261 umore novo mare flumina -es semper abundare. 5, 603 quam late parvos aquai prata riget -s interdum campisque redundet. 5, 945 at sedare sitim fluvii -esque vocabant. 6, 613 suos -es. 6, 748 calidis ... -bus. 6, 848 -s luce diurna frigidus. 6, 850. 862. 867. 873. 879. 885. 887. 890 endo marist Aradi -s, dulcis aquai qui scatit. 6, 895. 905. CAES. civ. 2, 24, 4 hoc ⟨in⟩ itinere est -s, quo mare succedit longius. 3, 49, 4 puteos fodere cogebantur; qui tamen -es a quibusdam praesidiis aberant longius et celeriter aestibus exarescebant. HIRT. Gall. 8, 41, 1. 2. 3 cuniculos tectos ad venas (vineas *trad.*) agunt et caput -is (8, 43, 4 cuniculis venae -is intercisae sunt). 8, 41, 5 turris ... quae superaret fastigium -is. 8, 43, 5 perennis exaruit -s (-s perennis exaustus *β*). BELL. Alex. 5, 2 -s urbe tota nullus est. SALL. Iug. 55, 8 aquarum -es, quorum penuria erat, corrumpere. 89, 6 non longe a moenibus aliquot -es erant (*syn.* iugi aqua, *opp.* pluvia). 92, 7 castello *erat* ... -s aquae. 98, 3 in uno *colle* ... -s aquae magnus erat. SALL. hist. frg. 3, 94 in proxima villa -e (forte *Dietsch*) lavabatur. 4, 77 (*verba Hieronymi*)

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam Tigris quam Euphratis in Armenia -es demonstrari. LEX Vrson. (Corp. I² 594) 79 qui fluvi rivi -es lacus aquae stagna paludes sunt in agro. VERG ecl. 1, 39 ipsi te -es ... vocabant, *Tityre*. 1, 52 hic inter flumina nota et -is sacros frigus captabis opacum. 3, 97 omnis in -e lavabo *capellas* (Aen. 7, 489 puroque in -e lavabat *cervom* OV. epist. 20, 177 in umbroso ... -e lavari. met. 4, 310 -e suo ... perluit artus. *similia saepe*). 5, 40 inducite -bus umbras (9, 20 viridi -es induceret umbra). 6, 43 Hylan nautae quo -e relictum clamassent. 7, 45 muscosi -es. 10, 42 hic gelidi -es, hic mollia prata, Lycori, hic nemus. georg. 2, 200 non liquidi gregibus -es, non gramina desunt. 2, 243 dulcesque a -bus undae. 3, 131 -bus arcent *equos pastores*. 3, 428 amnes ... rumpuntur -bus 3, 499 victor equos -es ... avertitur. 4, 18 liquidi -es et stagna virentia musco assint. Aen. 2, 244 -em superare Timavi. 4, 512 latices simulatos -is Averni. 7, 84 Albunea, nemorum quae maxima sacro -e sonat. 7, 161 -is stagna Numici (7, 242 -is vada sacra N.). 7, 517 -esque Velini. 8, 74 quo te cumque lacus ... -e tenet *o Thybri*. CVLEX 78 novis manantia -bus antra (OV. met. 3, 177 rorantia -bus antra). 95 tempe -is Hamadryadum. 148 gelidis manans e -bus unda (LYGD. 5, 1 Etruscis manat quae -bus unda). 157 pastor ut ad -em ... requievit. 381 tu cole -es et ... silvas et pascua. AETNA 118 tantos emergere -es. 130 nulla ... -bus et rivis constet via. 394 -es infectae eripiantur aquae. 625 sub munere -is (*i. aquam portans*). DIRAE 18 desint et silvis frondes et -bus umor. 65 tibi sunt -es, tibi semper flumina amica. 90 casti -es. LYDIA 17 gaudebunt mollia prata et gelidi -es. HOR. sat. 2, 6, 2 iugis aquae -s. carm. 3, 13, 1 o -s Bandusiae, splendidior vitro. 3, 13, 13 fies nobilium tu quoque -ium. 4, 14, 45 te, -ium qui celat origines, Nilus. epist. 1, 15, 8 qui caput et stomachum supponere -bus audent. 1, 16, 12 -s ... rivo dare nomen idoneus. TIB. 2, 1, 14 manibus puris sumite -is aquam (PROP. 1, 20, 24 *v. l. 32*). PANEG. in Mess. 86 -bus ut dulces erumpat terra liquores. PRIAP. 30, 2 ad -em ... qua sit iter. PROP. 1, 20, 24 raram sepositi quaerere -is aquam. 1, 20, 50 ab extremis -bus. 4, 4, 7 -em vallo praecingit. 4, 4, 14 bellicus ex illo -e bibebat equos. 4, 9, 25 -es ... piandos. 4, 9, 35 -is egens erro. 4, 9, 59 di tibi dent alios -es; haec lympha puellis ... una fluit. OV. am. 3, 6, 92 nec tibi (*o fluvi*) sunt -es ...; -is habes instar pluviamque nivesque solutas. epist. 14, 97 -e bibis. met. 1, 38 -es et stagna ... lacusque fluminaque. 1, 281 *amnes* -bus ora relaxant. 2, 218 tum sicca, prius creberrima -bus, Ide. 2, 273 contractos undique -es. 2, 406 -es et nondum audentia labi flumina restituit. 2, 464 nec sacros pollue -es. 3, 27 petere e vivis libandas -bus undas. 3, 161 -s sonat ... tenui perlucidus unda, margine (*cf. l. 47*) gramineo patulos succinctus hiatus. 3, 407 -s erat illimis, nitidis argenteus undis, quem *nihil* ... turbarat. 3, 414 -em ... secutus. 3, 427 fallaci ... dedit *Narcissus* oscula -i. 3, 545 pro -bus ... lacuque. 4, 90 arbor ... gelido contermina -i. 4, 98. 287. 385 quisquis in hos -es vir venerit, excat inde semivir. 4, 388. 5, 425. 5, 598 margine -is (*cf. l. 42; var. lect.* ripae). 7, 533 in -es vitium venisse lacusque. 7, 568 -bus et fluviis puteisque ... haerent. 8, 165. 9, 664. 10, 122 -is ad undam. 11, 140. 12, 413. 13, 690. 14, 788. 791. 794. 14, 786. 798. 15, 270. 280. 322. 550. 713 trist. 4, 8, 26. Pont. 3, 1, 17 -es laticis ... paene marini. 4, 2, 18 fast. 1, 511. 2, 166. 250. 260. 264. 3, 303. 4, 249. 469. 5, 210 LIV. 1, 21, 3 *saepe*. EDICT. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 9 rivi specus saepta fon⟨tes⟩. VITR. 8, 6, 12 *opp.* putei. SEN. nat. 6, 7, 2 tot -es, tot capita fluminum. epist. 89, 20 amnes ... usque ad ostium a -e vestri sunt. COLVM. 10, 25 *fere syn.* puteus. VAL. FL. 1, 692 adhuc in -bus amnes. QVINT. inst. 2, 1, 4 (*in imagine*) grammatice ... tenuis a -e ... pleno iam satis alveo fluit. FRONTIN. aq. 4 Romani *aquas* ... aut ex Tiberi aut ex puteis aut ex -bus hauriebant. LEX aq Frontin. aq 120 ex ... -bus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire. PAVL. dig. 8, 3, 9 servitus aquae ducendae vel hauriendae nisi ex capite vel ex -e (ponte *trad.*) constitui non potest. VLP. dig. 43, 22, 1 pr. *opp.* lacu puteo piscina. OPTAT. 2, 9 p. 45, 4 rivum concisum a -e. VVLG. gen. 7, 11 -es (*πηγαί*) abyssi.

arte inductus vel ornatus (*de Vrbis fontibus v.* FRONTIN. aq. 5 *sqq.*): PLIN. nat. 2, 219 -s, inclusus ad putei modum. CORP. III 24 -s felicissimus Traianus Dacicus *ὕδρευμα εὐτυχέστατον Τραιανὸν Δακικόν*. 990 -em Aeterni ... a solo restituit. VI 775 (= Dessau 626) perpurgatis -ium rivis et itineribus eorum ad perennem usum refectis. 8718 (= Dessau 5740ª) -em dilapsum restituit. VIII 1828 (= Dessau 5783) qui ... salutem civibus perpetuam perductis -bus contulerit. 2653 (= Dessau 3282) collectis -bus et ⟨scatu⟩riginibus aedem Neptuni ⟨a⟩ solo fecit. 2369 *et* 2370 (*Thamugadi, a. 214*) ambitum fontis cancellis aereis conclu⟨dendum⟩. 25377 *municipium* novum -em habere perfecit *ille*. IX 665 (= Dessau 5784) -em ... novum induxit. 3351 aquam Ventinam ex s. c. cludendam cellasque -is et Ventinae et Virium faciendas ... curarunt. X 6481 (= Dessau 5431) aram lucos font(em) Dianae sacr. XI 1162 (= Dessau 3870) Nymphis ... -em et omnem opus d(e) ⟨s(uo)⟩ f(ecit). 5942 (= Dessau 5762) -em et conceptum aquae ... dedit. XII 1188 -em ... et viam ad font(em) ... populo d(e) s(uo) d(edit) (XIII 7252). XIII 5330 I(ovi) o(ptimo) m(aximo) font(em) et aram. VI 31564 (*imp. Constantino*) formam aqu⟨ae⟩ Virginis con⟨l⟩apsam a -bus renovatam. INSCR. Dessau 6804 Neptuno ... -em ....

personatus: VARRO ling. 6, 22 (*v. p. 1022, 63*) VERG. (ecl. 1, 39 *v. p. 1023, 3*; LYDIA 17 *p. 1023, 25*) Aen. 12, 181 -esque fluviosque voco. 12, 816 adiuro Stygii caput implacabile -is. PROP. 1, 18, 27 divini -es. EPIST. Sapph. 158 -s sacer (hunc multi numen habere putant). OV. met. 2, 238 nymphae ... -esque lacusque ... deflevere. fast. 4, 759 -es fontanaque numina placa. SIL. 1, 666 *ceterum v. s.* Fons *in Onom.*

singuli fontes notiores plurimi nominantur a VITR. 8, 3 *ubi de qualitatibus salubribus agitur, a* PLIN. nat. 2, 227 *sqq. ubi mirabilia fontium enarrantur; item* 31, 7 *sqq.; fontes aquarum urbis Romae tractat* FRONTIN. aq. 5 *sqq.; de Latii notissimis v. Ruggiero, Diz. epigr. III 183 sqq.*

fons Musarum: PLAVT. Aul. 559 interbibere ... Corinthiensem -em [et] Pirenam (pirineum *trad.*). LVCIL. 1008 quantum haurire animus Musarum e -bus gestit. LVCR. (1, 412 *v. p. 1025, 74*) 1, 927 iuvat integros accedere -es atque haurire (4, 2). VERG. georg. 2, 175 sanctos ausus recludere -es. AETNA 7 Pierio properent a -e sorores (STAT. silv. 1, 2, 6 de Pieriis vocalem -bus undam). HOR. carm. 1, 26, 6 o quae -bus integris gaudes ... Pimplea dulcis. 3, 4, 25 Camenae ... vestris amicum -bus et choris. epist. 1, 3, 10 Pindarici -is qui non expalluit haustus. PROP. 2, 10, 25 nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina -es. 3, 1, 3 puro de -e. 3, 3, 5 parvaque tam magnis admoram -bus ora. 3, 3, 51 talia Calliope, lymphisque a -e petitis ora Philitea nostra rigavit aqua. OV. am. 3, 9, 25 Maeoniden, a quo ceu -e perenni vatum Pieriis ora rigantur aquis. met. 5, 256 novi -is ..., dura Medusaei quem praepetis ungula rupit (5, 263 Pegasus huius origo -is). 5, 312 -e Medusaeo. Pont. 4, 2, 47 Aonius. fast. 5, 7 -es Aganippidos Hippocrenes. PAVL. FEST. p. 212 *s. v.* Pegasides. GERM. 220 Musaeos -es (223). SEN. Oed. 229 sancta -is lympha Castalii. COLVM. 10, 435 veteres ... recludere -es. MELA 2, 36 Libethra carminum -es. PERS. prol. 1 -e ... caballino (AVSON. 393, 9 -e caballi. MART. CAP. 2, 119). PETRON. 5 vers. 15 Maeoniumque bibat felici pectore -em. PLIN. nat. 3, 8 -s Castalius (STAT. Theb. 1, 565 MART. 12, 3, 13 *al.*). 3, 11 -s Pirene. STAT. Theb. 4, 38. silv. 1, 4, 28 gurges ... qui rapitur de -e tuo *quasi e Musaeo*. 2, 2, 39 reseretque arcana pudicos Phemonoe -es. 5, 3, 2 Elysio de -e. Ach. 1, 9 da -es mihi, Phoebe, novos. MART. 4, 31, 5 averso -e sororum. IVV. 7, 59 bibendis -bus Aonidum. NEMES. cyn. 5 Castalius ... -is alumnus.

simpliciter aquae vivae materia: LVCR. 6, 1072 vitigeni latices aqua⟨i⟩ -bus audent misceri. VERG. georg. 3, 529 pocula sunt -es liquidi atque exercita cursu flumina. 4, 32 irriguomque bibant violaria -em. 4, 376 manibus liquidos dant ... -es. Aen. 2, 686 sanctos restinguere -bus ignes. 12, 119 -emque ignemque ferebant. MORET. 44 admixtos ... -es atque farinas (CYPR. GALL. exod. 392). PROP. 4, 4, 15 hinc Tarpeia deae -em libavit. OV. met. 5, 447 ora ... nulli colluerant -es. SEN. Phaedr. 520 nuda manu captasse -em. CVRT. 3, 10, 8 ut neque -ium haustum nec solitos cibos relinquerent deditis. COLVM. 9, 8, 8 apium ... -em libantium. 11, 3, 8 si non sit fluens aqua, -e puteali ... irrigari. LVCAN. 3, 235 ferens rapidum diviso gurgite -em ... Indus. 4, 117. 5, 337 si ... minentur flumina ... subducere -es. VAL. FL. 7, 364 Stygiis ... -bus. SIL. 4, 348. 639. 16, 123 gelidis restinguere -bus ignes. STAT. Theb. 3, 409 Ach. 1, 180. MART. 9, 18, 6 cum mihi vicino Marcia -e sonet. SER. SAMM. 460 tepido ... -i.

apud ECCL. *saepe de baptismo* (*cf. francog.* fonts *aqua baptismi*): FIRM. err. 28, 1 quaere -es ingenuos. OPTAT. 5, 3 p. 125, 13 absit ut iam lotum revocemus ad -em. PRISCILL. tract. 4, 80 p. 61, 9 baptismatis. RVFIN. Orig. in gen. 13, 4 baptismi. PRVD. cath. 6, 127. AVG. c. Iul. 2, 5, 12 in sacro -e (6, 16, 50). SEDVL. carm. pasch. 5, 421 in -e lavari. CORP. III 9586 quae ... gloriosi -is gratiam con⟨sec⟩uta est. XII 2115 (= CARM. epigr. 1445, 4) -e renata dei. CARM. epigr. 1394, 13 *et passim*. -s *videtur nominatus esse locus in ecclesia ubi baptizabantur*: ISID. orig. 15, 4, 10 -s ... in delubris locus regeneratorum est, in quo septem gradus in spiritus sancti mysterio formantur, tres in descensu et tres in ascensu *eqs.* ANTH. 378 versus -is facti a Calvulo grammatico *cum titulis* descensio -is, ascensio -is, in circuitu -is. *cf.* fontalis *apud* OPTAT. *p. 1027, 66*.

II *translate*: A *de materiis cum aqua viva comparatis*: NAEV. trag. 6 †animi †iubeo -e lavere ⟨me⟩ memini manum. VARRO Men. 405 corporis fervidos -ium aperis lacus sanguinis. LVCR. 5, 281 liquidi -s luminis (MIN. FEL. 32, 6 RVFIN. apol. Orig. 2 p. 558 MART. CAP. 2, 184 *al.*) aetherius sol. 5, 598 hinc mundi patefactum totius unum largifluom -em scatere atque erumpere lumen. 6, 828 (*de Averno*) veneni ... -es. HOR. carm. 2, 19, 10 vinique -em, lactis et uberes cantare rivos. OV. epist. 8, 64 ument incultae -e (*lacrimis*) perenne genae. SEN. Oed. 495 niveique lactis candidos -es. PLIN. nat. 6, 179 bituminis -em. STAT. Theb. 5, 5 sanguineis mixtum ceu -bus ignem hausissent belli. PS. QVINT. decl. 6, 4 p. 114, 11 -em ... lacrimarum (*oculos*) ... caecitas clausit (VVLG. Ier. 9, 1 quis dabit ... oculis meis -em lacrimarum? *al.*). GELL. 12, 1, 8 fontem illum sanctissimum corporis (*lac maternum*) ... arefacere. 17, 10, 13 *Pindarus* fontes imitus (*in Aetna*) ignis eructari ... dixit. APVL. Plat. 1, 9 illam, -em animarum omnium, caelestem animam. met. 5, 30 (*loquitur Venus*) *pinnas Amoris* nectarei -is infeci. TERT. anim. 56 obiit ... infans sub uberum -bus (resurr. 60 p. 121, 7). ITALA lev. 12, 7 (Lugd. *et* Aug. quaest. hept. 3, 40) purgabit (emundabit *Lugd.*) eam (*mulierem*) a -e

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(πηγῆς, VVLG. profluvio) sanguinis eius. PANEG. 6, 2, 4 seminarium iuventutis et quasi -em humani corporis. FIRM. err. 17, 3 amarae myrrae -bus AMM. 14, 6, 17 per primigenios seminis -es. SERV. Aen. 8, 275 tam Graecos quam Troianos de uno sanguinis -e descendere. VVLG. lev. 20, 18 ipsa ... aperuit -em (φύσιν) sanguinis sui.

(**forātus**), *abl.* **-ū** *a* forare. TERT. pall. 4 *puer* aurem ... -u effeminatus. LACT. opif. 8, 6 oculorum orbes concavis foraminibus conclusit *deus*, a quo -u frontem nominatam Varro existimat (*inde* VINDIC. gyn. p. 457 ISID. diff. 2, 53).

forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam graeci φορβήν vocant PAVL. FEST. p. 84. GLOSS. V 457, 44 (501, 40) fordea (*sic cod.*) omnis herba. [*a gr.* φορβή *tractum videtur. Th.*]. *v.* orbia.

forceps, -ipis, *vulgariter* (**forpex**), -icis, *post* **forfex**, -icis *f. et m.* [*ex* *formucaps *factum esse conferendumque c.* formus *et c.* capere *recte docet Paulus Festi*; forfex *a* forceps forpex *non diversum esse censet Charisius, recte ut videtur; cf. Brandis, de aspiratione latina quaest sel. 32 sqq. Th.*]. PAVL. FEST. p. 91 'formucapes' -pes dictae, quod forma capiant id est ferventia. p. 84 -pes dicuntur quod his forma id est calida capiuntur. CHAR. gramm. I 94, 21 'forfices' et '-pes' ⟨et 'forpices' *add. exc.*⟩ quidam discidunt, ut 'forfices' sint sarcinatorum a faciendo, ⟨'forcipes' fabrorum *add. exc.*⟩, quod ferrum calidum capiant, 'forpices' tonsorum, quod pilum secent; sed inepta haec esse Lucilius docet, qui etiam medicorum forcipes dicit libro IX (*401*) ... item paulo post (*403*) ... sed et Vergilius in VIII (*Aen. 8, 453; eadem similiter, omissis exemplis, ex Papiriano* CASSIOD. gramm. VII 160, 19 *nisi quod id lucidius*: si a filo dicamus, f debemus ponere ut forfices quae sunt sartorum, *et inde* ISID. orig. 19, 7, 3, *ubi* quasi ferricipes, *et melius* 20, 13, 3 ALCVIN gramm. VII 302, 12). PROB. app. gramm. IV 202, 14 inter 'forfices' et '-pes' hoc interest, quod forfices incisorias esse designat, -pes vero tenaces (*cf. l. 28 sq.*) esse demonstrat. IDIOM. gen. gramm. IV 574 apud Latinos masculina, apud Graecos feminina ... forfex ψαλὶς τοῦ ῥάπτου ἤτοι πυράγρα ἤτοι ὀξύλαβος, εἰ διὰ τοῦ π γραφῇ (*i.* forpex). CONSENT. gramm. V 397, 16 barbarismum facit ... qui dicit 'forficem' pro '-pe'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 11 '-pes' quod formum capiant id est calidum ut fornaces, aut de foro capiant ut 'foricipes'. forus autem status tam in foro quam in navi et torculari id est ληνῷ. VEL. gramm. VII 71, 12 est quaestio in loquendo ut 'forpices' et '-pes' et 'arcesso' et 'accerso'. ... adnotabimus veteres per transmutationem syllabae '-pes' dixisse. nam et Vergilius (*georg. 4, 175*) ... -pes dicimus ab eo quod formum capiant id est calidum. CAPER gramm VII 109, 16 -pes fabri. SERV. Aen. 8, 453 'forfices' sunt quibus incidimus, '-pes' quibus aliquid forvum tenemus quasi 'forvicapes', nam 'forvum' est calidum (*corrige ter* form-; *similia cf.* georg. 4, 175), unde et 'formosos' dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulcritudinem creat (*similia* DON. Ter. Phorm. 107 ISID. orig. 19, 7, 3). auct.: has tamen -pes in medicinalibus Graeci 'ardiotheres' appellant (*similia* 12, 404), quibus solent in bello vulneratis spicula extrahi. NON. p. 531 'fornum' et 'fornaces' dicuntur a formo quod est calido: inde '-pes', quod candens teneant ferrum, ut Vergilius lib. VIII (*453*). ISID. diff. 1, 262 (*cf. l. 8*) forfices id est incisorias, forcipes tenaces (*inde* DIFF. ed. Beck p. 58, 31). *similiter fere* GLOSSAE *distinguunt inter* forceps πυράγρα *et* forfex ψαλίς; *nota* IV 344, 12 forceps fabri quae corrupte forcipes (*lege* forpices) dicimus vel forfices. V 599, 32 forceps fabricae corrupte forfices dicuntur. 23, 9 (= 70, 6) forcipes non forfices dicimus (quae sunt fabrorum *add.* 70, 6). furcepem *quod afferunt ex* INSCR. Grut. 711, 3 = CORP. XIV 3857 *interpolatum est.* [forfex: *val.* foarfece, *it.* forfice, *francog.* forces. *M.-L.*] *videntur primum in casibus obliquis* forcipem *sim. consonae locum mutasse in* forpicem (*haec forma traditur in codd.* CATONIS COLVM. 12, 45, 2 CALP. SVET. CASS. FEL. SIDON. GLOSS., porf-: COLVM. 6, 26, 2 *Sang.* ITALA cod. Lugd. *p. 1052, 8*), *deinde effectum esse* forficem; *et ex grammaticorum testimoniis id discimus, iam ante saec. fere III distinctum esse inter* forcipes *tenaces et* forfices *incisorias (nam* forpices *de pilis dici ludus est grammaticorum), qua autem aetate ea differentia constituta sit, non constat; ego malim ex. gr.* CELSO *ubique reddere formas* forpice *sim., non* forfice. *singulis locis codicibus Carolinis nulla fides est, cum iam in Vergilii Romano peccatum sit. quare sat habeo exempla sic afferre, ut traduntur. pluralis pro uno instrumento* (VARRO Men. 441?) VITR. 10, 2, 2 SEN. epist. 90, 13 COLVM. 6, 26, 2 GELL. 10, 9, 1 TERT. pall. 5 CHIRON 64. 66 HIER. epist. 18[B], 2, 1 SIDON. epist. 4, 13, 1. *ubi de genere constat, est fem.*: NOVIVS Atell. 42 OV. met. 12, 277 FEST. p. 91 CELS. 7, 12, 1[B]. 8, 4, 16 PERS. 4, 40 CALP. ecl. 5, 74 APP. Prob. gramm. IV 202, 14 CASSIOD. gramm. VII 161, 1 SERV. Aen. 8, 453 ITALA Lugd. exod. 27, 10. 30, 4. 38, 17 *al.*; *masc genus testantur* IDIOM. gen. gramm. IV 574, 35 EXC. Bob. gramm. I 552, 7 PRISC. gramm. II 168, 15, *traditur* VITR. 10, 2, 2 CELS. 7, 12, 1[F] VVLG. III reg. 7, 49 II par. 4, 21. *ad singulos casus adnoto rariores esse nom. sing.*: forceps *trad.* ZENO tract. 2, 13, 1 PRVD. perist. 10, 269, forfex: CELS. 7, 12, 1 ZENO tract. 2, 13, 4 VEG. mil. 3, 17; *gen. plur. semel legi* LVCIL. 401 forcipium; *abl. in* -e *legi inde a* CATONE, *versu probari inde a* VERG., *formam in* -i *nusquam tradi.*

I *instrumentum fabrorum, quo ferrum candens capitur, vel de usu simili capiendi* (GLOSS. πυράγρα, καρκίνος; forcipes fabri; forfex: ψαλὶς τοῦ ῥάπτου ἤτοι πυράγρα ἤτοι ὀξύλαβος; πυράκμων, πυρολαβίς, ἄψις, καρκίνος χαλκέως, forfices: πυρολαβίδες. *de formis et usibus v. Mau, PW. VI 2851 sqq.*): CATO agr. 10, 3 forpicis II, rutabulum I, foculos II. 11, 4 foculos II, forpices II, rutabulum I. NOVIVS Atell. 42 signare oportet frontem calida -pe. VERG. georg. 4, 175 *Cyclopes* versantque tenaci -pe ferrum (*idem fere versus* Aen. 8, 453, *ubi R* forfice; *cf.* 12, 404 *p. 1051, 54*). OV. met. 6, 556 comprensam -pe (forfice *M*) linguam abstulit ense fero. 9, 78 angebar ceu guttura -pe pressus. 12, 277 ferrum igne rubens ..., quod -pe (*sic* N^2, forfice MN^1, forpice *g*) curva cum faber eduxit, lacubus demittit. SEN. epist. 90, 13 utrum malleus in usu esse prius an -pes coeperint. PLIN. nat. 7, 195 tegulas invenit Cinyra ... item -pem, martulum, vectem, incudem. IVV. 10, 131 a carbone et -bus ... *et* incude. SVET. Aug. 75 rutabula et forpices. APVL. mund. 1 ut in tornando artifex solet -pe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare. TERT. pall. 5 artificem ... qui totum contracti umbonis figmentum custodibus -bus assignet. ARNOB. nat. 4, 16 p. 154, 22 incudes mallei fornaces folles carbones et forfices. 6, 26 -pes *Volcani*. VEG. mil. 4, 23 *adversum arietes* plures in modum forficis dentatum funibus illigant ferrum, quem lupum vocant, apprehensumque arietem aut evertunt aut ... suspendunt. VVLG. exod. 27, 3 faciesque in usus eius *altaris* in lebetes ad suscipiendos cineres et -pes (κρεάγρας) atque fuscinulas et ignium receptacula (*item* 38, 3). Is. 6, 6 calculus

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(ἄνθρακα), quem -pe (τῇ λαβίδι) tulerat de altari (*de hoc loco aenigmatissant patres ut* ZENO tract. 2, 13, 1 p. 429 hanc *Iacobi scalam* Isaias in modum -pis vidit ⟨cum duobus cultris⟩, quibus *eqs. et ibidem* -ps duo testamenta *sunt.* 2, 13, 4 p. 433 forfex in duos producitur cultros, sed eorum unus est morsus. FILASTR. 156, 1. 4. 5 -pe. AMBR. fid. 1, 20, 132 carbonem ... utriusque -pe deferens testamenti. HIER. epist 18A praef. 7 -pe. 18A, 11, 1 -pem. 18A, 14, 1 -pe. 18A, 14, 3 -pem. 18B, 2, 1 *ter* -pe, *semel* -bus. 18B, 2, 13 -pes ... secundum interpretes ... diversas gratias debemus accipere, quibus ... olim deus patribus nostris locutus est in prophetis. 54, 17, 4 -pe utriusque testamenti. in Ezech. 3, 10, 1 p. 100 -pe. in Am. 3, 7 p. 327 duorum testamentorum -pe. adv. Pelag. 3, 14 p. 584C -pe. PAVL. NOL. epist. 11, 7 p. 66, 24 *cf. p. 1052, 14.* GILD. Brit. 72 chron. III p. 67 -pe. APON. 1 p. 13 -pe). PRVD. perist. 10, 269 -ps Myronis, malleus Polycliti. VEN. FORT. vita Radeg. 23, 57 focum flatibus -pibus admonens. Mart. 4, 22 monile, quod nec lima polit neque malleus addit acumen, non incude ferit fornaxque examinet igne nec mordax gemino forceps trutinavit obunco. EVG. TOLET. carm 71, 2 arula sex rebus semper candescit: asello, iguibus et lignis cum -pe folle batillo. CORP. III 1952 Matri magnae ... cymbala tympana catillum forfices (*de castrando accipit editor, potius ad usum aurae*).

II *instrumentum* ***incisorium*** *(etiam in medicina) vel* ***tonsorium*** (*cf.* CIRIS 213 ferro ... bidenti; GLOSS. forfex: ψαλίς, ψαλὶς ἡ τοῦ ῥάπτου, ψαλὶς τῶν κουρέων; forfices: ψαλίδες, de quibus filum inciditur; *anglosax* sceroro; de quibus inciditur aurum [*cum lemmate* forfices *vel* forcipes]; forpices: de quibus capilli seu pili inciduntur; tenaces, sunt autem tonsorum): VARRO Men. 246 detotonderat -bus tvitariferis (*vel* vitarp- *trad.; cf Bücheler, Kl. Schr. I 573*). VERG. catal. 10, 9 *mulas se* Sabinus ... bidente dicit attodisse -pe. CELS. 7, 16, 3 ex *omento*, si quid iam nigri ... est, forfice excidi debet. 7, 21, 1C qui omentum forfice praeciderent *ibid.* id prolapsum forfice praeciditur (CHIRON 64 forficibus fasciolum praecides. 66 forficibus ... cristam ... auferas). COLVM. 12, 44 4 vitiosa grana forficibus amputant. 12, 45, 2 vitiosa grana forficibus (forpi- *Sang Ambr.*) amputantur. SCRIB LARG. 46 spongeae partem praesectam apte forfice. CALP. ecl. 5, 74 ne sit acuta forpice (-fice *cod. Itali*) laesa cutis *in tondendis ovibus.* PLIN. nat. 15, 62 demptis forfice corruptoribus acinis *ex uva* 32, 124 *hirudines* sugere orsas forficibus praecidunt. MART. 7, 95, 12 barba, qualem forficibus metit supinis tonsor ... Cilix *arieti.* HIER. in Nah. 1, 11 p. 545 numerus capillorum acutae -pi non repugnat. SIDON. epist. 14, 13, 1 barba ad cutem secta -bus (forpicibus *pars codd. bon.*). carm. 15, 184 rupit odoratam redolenti -pe (forpice *C*) barbam *Lais philosophi.* GREG. TVR. Franc. 3, 18 p. 127, 15 miserunt Arcadium ... cum -pe *ad crines tondendos* (*brevi post.* -pem). VEN. FORT. carm. 2, 16, 145 non sibi forfice (forcipe *cod. F*) pressa enituit Christi vertice tonsus ovis. PALLAD. hist. mon. 2, 4 p. 349A accepit forficem et aurem ... abscidit.

III *varii usus in* ***medicina*** (GLOSS. fortex dentalis *vel* dentaria: ὀδοντάγρα, unde medici dentes tollunt; *de variis usibus v. Mau, PW. VI 2852 sq.*): LVCIL. 401 scalprorum -piumque milia viginti. 403 uncis (eunis *trad.*) -bus dentes ⟨e⟩vellere. VARRO Men. 441 hic bipennis (bipens *trad.*), ille -pes (-pen *trad.*) dentharpagas (gae *trad.; cf.* NON. p. 99 dentharpagas, quas Graeci ὀδοντάγρας vocant, latine voluit appellari Varro quinquatrubus). VERG. Aen 12, 404 *medicus* prensatque tenaci -pe (forfice *R*) ferrum (*cf.* georg. 4, 175 *p. 1050, 67*). CELS. 7, 5, 2B mucro vel digitis apprehendi vel forfice atque ita educi debet. 7, 5, 2C spicula ... forfice ibi comminui debent. 7, 5, 4A telum ... forfice extrahendum est (7, 5, 4B vel manu vel forfice). 7, 12, 1B si fieri potest, manu, si minus, forfice dens excipiendus est. *ibid.* ne sub forfice confringatur *dens.* recta vero forfex ⟨d⟩ucenda est. 7, 12, 1C saepe ... forfex, cum dentem comprehendere non possit ..., os gingivae ... frangit. 7, 12, 1F *dentis* radix ... ad id facta (-o *trad.*) forfice, quam ῥι⟨ζάγραν⟩ Graeci vocant, eximenda est. 8, 4, 16 si qua labant ..., forfice ad id facta colligenda sunt. COLVM 6, 26, 2 duabus angustis ligneis regulis veluti -bus (porf- *Sang*) apprehendere testium nervos (*inde* PALLAD. 6, 7, 1 *similiter*). SCRIB. LARG. 53 ad dentium dolorem quamvis plurimi dicant forfices (-cipes *Ald.*) remedium esse (*inde* MARCELL. med 12, 1). PERS. 4, 40 quinque palaestritae licet haec plantaria vellant elixasque nates labefactent -pe (forfice α) adunca. CASS. FEL 19 p. 29 ut ad os vulneris forpice emplastrum aperias.

IV *variae* ***res*** *forma vel usu* ***similes:*** **1** *forma aciei:* CATO frg. de re militari ap. Fest. p. 344 sive forte opus sit cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra, ut adoriare. GELL. 10, 9, 1 vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: frons ... forfices, serra, alae, turres. AMM. 16, 11, 3 multitudine geminata nostrorum -pis specie. VEG. mil. 3, 17 si cuneus sit agendus aut forfex, superfluos habere debebis post aciem, de quibus cuneum vel forficem facias. 3, 18 si adversarii cuneum fecerint, ipse forficem facias. 3, 19 contra quod (*caput porcinum*) ordinatio ponitur, quam forficem vocant. nam ex lectissimis militibus in v litteram ordo componitur. **2** *membrum cancri, insectorum sim.:* PLIN. nat. 9, 97 bina bracchia denticulatis -bus (*sic E*, forficibus *codd. rell.*). 11, 97 *insectorum* cornua ... bisulca dentatis forficibus in cacumine, cum libuit ad morsum coeuntibus. 32, 148 *pisces cum bracchiorum* binis articulis singulisque -bus (*sic Bamb.*, forficibus *codd. recc.*) denticulatis. HIER. vita Malchi 7 p. 57B *formicae* herbarum semina -pe oris trahebant. **3** *in machina ad tollenda saxa, similia:* VITR. 10, 2, 2 ad rechamum ... imum ferrei forfices religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur. **4** *in altari Iudaeorum:* ITALA exod. 27, 10 (Lugd.) forfices eorum argenteae II (ψαλίδες). 30, 4 erunt forfices (ψαλίδες, VVLG. vectes) lamellatae uti tollatur *altare* in eis. 38, 17 et porfices (λαβίδας) eius aureas. VVLG num. 4, 9 candelabrum cum lucernis et -bus suis (λαβίδας). III reg. 7, 49 lucernas ... et -pes aureas (ἐπαορύστρις; *item* II par. 4, 21 λαβίδες).

V ***translate:*** FVLG. aet mund. p. 130, 25 ubi quilibet necessitudinis constringatur -pe. p 132, 9 constringitur ... noster ... sermo huius interdictionis -pe domitus. p. 134, 19 tenaci -pe suggillati. *aliter de caedendo:* PAVL. NOL. epist. 11, 7 extr. onerosa *impedimenta* gestanti -pe verbi caelestis abscidis.

forcilla *et* **forcula** *v.* furc-.

forco quam nunc falliscum appellamus, nunc culter (cultra 22, 2), alias securis (secularis 22, 2), qua pontifices in sacris utuntur (dicta ab eo quod ferianda petat *add.* 22, 2) GLOSS. V 22, 2 = 70, 7. 501, 35 forco faliscum vel cultrum sive securem. [*orig inc Th.*]

forctis (-us) *male pro adi. acceperunt quidam XII tabularum interpretes:* FEST. p. 348 in XII cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod Forctibus id est bonis [et] qui nunquam defecerant a populo Romano. *cf.* p. 322 ⟨fo⟩rctos et sana⟨tes⟩ ... ut sant forcti .... *cf.* 426. 428. *inde* PAVL. FEST. p. 84 forctes frugi et bonus sive validus. p. 102 horctum et forctum pro bono dicebant (GLOSS V 503, 35 570, 17). *esse gentis Latinae nomen monuit Hülsen apud Gradenwitz, Sitz.-Ber. Heidelberg. Akad. phil.-hist Kl 1916 Abh. 14 p. 53; Rosenberg, Hermes 54 (1919), 127 sq. cf.* horctus.

forda, -ae *f.* [*cf. esse videtur c.* ferre; *v. Ciardi-Dupré, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der idg. Spr. 26, 193 sq. Th.*]. VARRO ling. 6, 15 fordicidia a -is bubus. bos -a quae fert in ventre. quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a -is caedendis fordicidia dicta. rust. 2, 5, 6 quae sterilis est vacca, taura appellata; quae praegnas, horda. ab eo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tum hordae boves immolantur. OV. fast. 4, 630 tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus, pontifices, -a sacra litate bove. -a ferens bos est fecundaque, dicta ferendo. PAVL. FEST. p. 83 fordicidi(i)s boves -ae, id est gravidae, immolabantur, dictae a fetu. COLVM. 6, 24, 3 post unum coitum -a non admittit taurum. 6, 24, 4 nec -a simul operis et uteri gravetur onere. SERV Aen. 2, 140 hostia ... si gravida fuerat, -a dicitur; quae sterilis autem est, taurea appellatur. GLOSS. II 72, 64 forba (*sic*) θυσία ἐγκύμονος βοός. V 361, 32 -a[s] sus (bos *Hessels*) praegnans. II 72, 60 -as ἐγκυμονούσας V 22, 10 = 70, 8 -a plena, dicta a praegnante, quod proprie significat. *antiquarius aliquis ausus esse potest masculinum vel neutrum sensu translato:* FRONTO p. 213 N. iocularia austere, fordiora habunde dicenda (*ita in palimpsesto legit Hauler et accipit pro 'gravidiora' vel 'graviora'*), *ubi* fortiora *aegre sufficit.*

fordeum *v.* hordeum.

fordicīdia, -ōrum [*a* forda *et* caedere. *Th.*]. VARRO ling. 6, 15. rust. 2, 5, 6 hordicalia *et* FEST. p. 83 *v. sub v.* forda. FASTI varii April. 15 *die nefasto* (Corp. I2 p. 213. 224. 235. 242) ford(icidia). p. 216 ⟨fo⟩r(dicidia). *cf.* LYD. de mens. 4, 72 φορδικάλια (φορκιδάλια A1) *et Wissowa, Rel u. Kult 2 p. 192.*

fore, forem *v.* sum. **forecula** *v.* foricula.

1. forēnsis, -e [*a* forum. *Th.*]. VEL gramm. VII 79, 1 Cicero ... 'foresia' et 'Megalesia' et 'Hortesia' sine 'n' littera libenter dicebat. *cf* foresis CORP. II 3493, fores ium) VI 30884. PRISC. gramm. II 133, 13 forum, -is. GLOSS. -es a foro, qui in foro sunt DIFF. Suet. p. 308, 18 Roth dicimus '-ium', non '-iorum'. *vocabulum orationis solutae, in versibus* HOR. epist. 1, 7, 8 ars 245 OV. Pont. 4, 6, 29 LAVS Pis. 34. 81 AVSON. 154, 4. 192, 7. [*it.* forese. *M.-L.*]

I *quod in foro est, versatur, agitur, apparet, imprimis de oratore qui in iudiciis verba facit* (*Romae plerumque, apud externos ex. gr.* NEP. Alc. 3, 4 VAL. MAX. 3, 8 ext 4 VVLG. act. 19, 38): GLOSS. ἀγοραῖος, πραγματικός. CIC. div. in Caec. 41 paratior ad usum -em (47 Manil. 2 Cael. 72 de orat. 1, 59. 65. 111. 199. 260. 2, 58. 348 orat. 30 leg. 1, 15 parad. 1). Verr. 6, 186 rerum -ium ... arbitri et testes ... Castor et Pollux (de orat. 1, 1. 77. 3, 30. 107. 147 orat. 148 opt. gen. 16. PAVL dig. 22, 3, 25, 1 -ium rerum expers. VLP reg. 11, 1 -ium rerum ignorantiam. AMM. 14, 9, 5). Mur. 22 laus (VITR. 3 praef. 1 gratia -i et eloquentia ... parati. VAL. MAX. 8, 7 praef. gloria SEN. epist. 68, 11 gratia. AVSON. 192, 7 palmae -is et camenarum decus). Mur 34 industriam (Ps. AVR. VICT. epit. 41, 8). 41 sit par -is opera militari (Pis. 64 fin 1, 10 ac. 2, 2 div. 2, 142 Att 2, 22, 3. 2, 23, 3 NEP. Alc. 3, 4. HOR. epist. 1, 7, 8 opella. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 efficacis operae -is. QVINT. inst. 12, 1, 25 APVL. apol. 66). Sull. 11 labor (Cael. 6 Brut. 91. 236 fin. 1, 10 Att. 1, 17, 6. 1, 20, 7 ad Q. fr. 3, 5, 4 TAC. dial. 11). Arch. 3 sermone. de orat. 1, 81 consuetudine dicendi. 1, 108 dictionis (Brut. 272). orat. 13 eloquentia (SEN. epist. 14, 11 ISID. sent. 3, 56, 2). 170 oratione (VELL. 1, 17, 3 oratio ac vis -is). fin 2, 17 rhetorica (SCHOL. Hor. ars 244). Arch 12 strepitu (orat. 32). Cael 1 negotiis (de orat. 2, 23 off. 3, 1 epist. 5, 8, 5 SEN. epist. 53, 3 QVINT. inst. 1, 12, 7 TAC.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dial. 14 Vlp. dig. 2, 12, 9. 48, 19, 9, 4 Apvl. met. 9, 6 Amm. 14, 6, 1 Cassiod var. 8, 18, 1 Isid. sent. 3, 56, 1). Pis. 11 latrocinium. Phil. 6, 4 parricidiis. 8, 11 causis (de orat. 1, 213. 2, 55. 3, 144 Brut. 35. 44 orat. 12. 30. 120. 209. 211 nat. deor. 3, 9 Qvint. inst. 2, 10, 7. 12, 2, 25 Tac. dial. 4. 8 Lampr. Alex. 25, 3 Amm. 29, 2, 8). de orat. 1, 22 in -bus disceptationibus iudiciorum (2, 175. 3, 111). 1, 52 cancellis. 2, 66 controversiis (opt gen. 16 Qvint. inst. 7, 1, 4). 2, 271 actionum (Qvint. inst. 2, 4, 27. 4, 2, 29 Vlp. dig 47, 9, 1, 1 Svlp. Vict. rhet. 1 p. 313, 25. 6 p. 316, 19). 1, 118 haec turba et barbaria -is 1, 157 in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem -em (orat. 208 certamine. Ov. Pont. 4, 6, 29 Marte -i posse tuo peragi . . . ore reos. Qvint. inst. 5, 12, 17 pugnam 5, 12, 23 -ium certaminum pugnam. 6, 3, 28 pugna -i[um]. 10, 1, 34 pulverem. 10. 5, 17 certaminibus. Firm. math. 4 praef. 3 -ium certaminum depugnationibus liberatus. Amm 14, 9, 1 iurgiis Fvlg. Virg. cont. p. 98, 24 litigii. Avg. epist. 103, 1 -is campi . . . signa. Isid. sent. 3, 21, 4). de orat 2, 64 sine sententiarum -bus aculeis (orat. 62) 2, 139 sine hac -i exercitatione (Epist. pontif. 292 Migne 20, 490^{C}). 2, 341 utilitatis. 3, 80 sine -bus nervis (orat. 62). 3, 85 -es feriae. 3, 92 instrumentum (*ibid.*). Brut. 32 magnus orator . . . , quamquam -i luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam. 155 duae civiles artes ac -es *iurisprudentia et eloquentia* (orat. 148). 287 Thucydides . . . hoc -e concertatorium iudiciale non tractavit genus (off. 1, 3 illud -e dicendi et hoc quietum disputandi genus. 1, 4. 133. Qvint. inst. 2, 10, 9 *opp.* declamatorium. Schol. Cic. Bob. p. 175, 25 St.). orat. 37 rerum . . . quae absunt a -i contentione. 143 cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, -e [et] in agendis, reliquom in se ipsis reficiendis . . . consumerent. fin. 1, 10 -bus operis laboribus periculis. acad. 2, 6 ne litteram quidem ullam fecimus nisi -em (off. 2, 3 litterae . . . -es et senatoriae). Att. 2, 18, 1 consalutatio -is perhonorifica. 4, 1, 3 splendorem nostrum illum -em et in senatu auctoritatem. epist. 9, 18, 1 quod . . . ego sublatis iudiciis amisso regno -i ludum quasi habere coeperim. ad Q. fr. 2, 13, 5 *Romae erat* summum otium -e. Liv. 9, 46, 10 Flavium dixerat aedilem -is factio (perioch. 9). 9, 46, 13 in duas partes discessit civitas: aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud -is factio tenebat, donec . . . Fabius *censor* . . . omnem -em turbam excretam in quattuor tribus coniecit urbanasque eas appellavit (*inde* Val. Max. 2, 2, 9). Sen. contr. exc. 5, 6 qui -ia stipendia auspicabantur. Val. Max. 7, 2, 5 -bus haec, illa militaribus stipendiis (8, 7, 5 Apvl. met. 11, 30 Ambr. exc. Sat. 1, 49) prudentia exhibita. 8, 5, 5 M. Cicero -i militia summos honores . . . adeptus. 8, 8, 2 animum . . . -bus ministeriis fatigatum. Petron. 118, 2 -bus ministeriis exercitati frequenter ad carminis tranquillitatem . . . refugerunt. frg. 8 Cerberus -is erat causidicus. Lavs Pis. 34 armorumque decus praecede -bus actis. 81 posita gravitate -i. Qvint. inst. 1, 8, 11 cum poeticis voluptatibus aures a -i asperitate respirent. 3, 4, 10 *προσομιλητικήν* . . . sermocinatricem: quae a -i ratione (Ps. Qvint. decl. 6, 17) diiungitur et est accommodata privatis disputationibus. 4, 2, 128 repetita narratio, quae *ἐπιδιήγησις* dicitur, sane res declamatoria magis quam -is. 5, 1, 1 contentionum (11, 1, 70 decl. 298 p. 175, 25). 7, 2, 20 sunt . . . secundum -e ius duae lites. 10, 1, 27 attrita cotidiano actu -i ingenia. decl. 301 p. 187, 8 insidias. Apvl. met. 10, 33 -ia pecora . . . togati vulturii 11, 28 quaesticulo -i. Paneg. 4 (9), 2, 2 sectam -ium patronorum. Spart. Geta 2, 4 Severum ille (*Pius*) ad fisci advocationem delegerat ex formularia -i. Lampr. Alex. 44, 5 in provinciis oratoribus -bus multum detulit. Firm. math. 4 praef. 2 contemptis -bus lucris . . . purum ac fidele patrocinium defensionis exhibui. Ivl. Sev. rhet. 1 p. 355, 11 gymnasii. Amm 28, 1, 36 ultra -es terminos semet extentans. 30, 4, 3 professionem oratorum -ium (Hier. chron. a. Abr. 2369 Gennadius -is orator). Cod Iust 1, 55, 1 (*a. 365*) *res* quae dignae -i magnitudine videbuntur. Vvlg. act. 19, 38 conventus -es (*ἀγοραῖοι*) aguntur. Avg. epist. 43, 25 non gestis -bus (108, 14) aut ecclesiasticis agamus. c. Pelag. 3, 5, 14 quamvis ecclesiastico iudicio, non -i (Leo M. epist. 167 p 1206^{B}) tamen repetit sua. Mart. Cap. 6, 577 rabulationis Sidon. epist. 4, 3, 10 rabulas. 9, 3, 5 spiritales regulas vel -es. Cod. Iust. 4, 21, 20, 2 (*a 530*) ex -bus vel publicis instrumentis (*i. chartis*). Cassiod. var. 1, 22, 2 polisti . . . -i cote . . . ingenium. Lavrent. Novar. hom. p. 99^{C} homo -is (*circumscribitur* publicanus). p. 116^{D} o conventus -is (*seq.* in foro). Corp. II 3493 M. Oppius M. f.: foresis ars hic est sita.

subst. m. forensis, -is *qui in foro agit*: Varro Men. 147 -es decernunt ut Existimatio nomen meum in sanorum numerum referat. Hor. ars 245 caveant . . . Fauni, ne velut innati triviis ac paene -es . . . iuvenentur. Vitr. 6, 5, 2 -bus . . . et disertis elegantiora *vestibula* et spatiosiora ad conventus excipiendos *sunt facienda*. Sen. contr. 2, 3, 13 hoc Latronem videri quasi -em facere. Corp. IV 783 forenses rog(ant *seq. nomen evanidum*). Qvint. inst. 5, 10, 27 rusticus, -is, negotiator, miles, navigator, medicus. Gloss. V 296, 4 -is: tabellio.

II *quod ad forum Romanum ut locum pertinet*: Varro rust. 1, 2, 9 C. Licinius . . . populum ad leges accipiendas in septem iugera -ia e comitio eduxit. vit. pop. Rom. frg. Non. p. 532, 13 -is dignitas crevit atque ex tabernis lanienis argentariae factae. Pavl. Fest. p. 45 canalicolae -es homines pauperes dicti, quod circa canales fori consisterent. Plin. nat. 14, 42 *uvae p. 1054, 57.*

III *quod ad forum provinciale spectat*: Inscr. Revue archéol. 1912, 20 p. 472, 220 vicani -es. Itala act. 17, 5 (cod. d e gig.) quosdam viros -es (*τῶν ἀγοραίων*, Vvlg. de vulgo). *nota collegium* (*v. Ruggiero, Diz. epigr. III 186*): Corp. VI 30884 (*vix urbanus, fortasse Africanus, a. 333*) coll(egium) fores(ium). VIII 16556 decurioni-b(us) et lib(ertis) Caes(aris) n(ostri) itemq(ue) forensibus et amicis, curiis quoque et Augustalibus aureos binos . . . dedit. XI 6362 *Pisauro, fere saec. IV*) patrono vivir(um) August(alium) itemq. coll(egiorum) fabr(um), cent(onariorum), navic(ulariorum), dendr(ophorum), vicim(agistrorum), iuvenum forensium (*an etiam* 4086 collegi iuvenum m(?) f(orensium) *sit accipiendum ambigitur*). XII 689 (*Arelate*) Sex. Allius Vitalis forens(is) IIIIIIvir Aug. 697 . . . ⟨f⟩orens⟨ium⟩ . . . . *cf.* 1283 (*Vasione*) Genio -i Calomallus Vas(iensis) tabul(arius). *vide tamen an in* VIII 16556. XII 689 *indicatum sit idem munus quod in* Papyr. Marini 5, 8 (*saec. V—VI*) testamentum meum Agnello v(iro) h(onesto) for(ensi) scribendum dictavi 7, 2 Deusdedit for(ensis) civ(itatis) Classis Rav(ennatis). 7, 113 (*a. 504*) si Flavio Vitali v. h. forensi conscribendas dictaverit. Test. Bruns fontes^{7} 123 p. 319 scribendum dictavi Domitio Iohanni for(ensi).

synonyma: civilis: Cic. de orat. 1, 77. 3, 144 Brut. 155 opt. gen. 16. iudicialis: Cic. orat. 170. publicus: Cic. orat. 30. 148. popularis: Cic. de orat. 1, 81 Brut. 44 fin. 3, 4. vulgaris: Cic. de orat. 1, 260. 3, 92. communis: Cic. de orat. 3, 147. *oppositа*: militaris: Cic. Mur. 41 Val. Max. 7, 2, 5 Ps. Qvint. decl. 6. 17. domesticus: Cic. de orat. 1, 157 Brut. 91. 273 orat. 143. 148 fin. 2, 77 Tusc. 1, 84 off. 1, 4 Att. 1, 17, 6. 1, 18, 1. 4, 2, 7 epist. 5, 8, 5 ad Q. fr. 3, 5, 4 *al. cf.* intra parietes: Brut. 32. umbratilis: Cic de orat. 1, 157. inclusus: Cic. orat. 148. quietus: Cic. off 1, 3 Sen. epist. 14, 11. naturalis: Svlp. Vict. rhet. 1 p 313, 25. philosophorum: Cic. fin. 2, 17. studiosus: Qvint. inst. 11, 1, 70. declamatorius: Qvint. inst. 2, 10, 9. 4, 2, 128. privatus: Cic. fin. 3, 4 Qvint. inst. 3, 4, 10. publicus: Cic. Att. 2, 23, 3. ecclesiasticus: Avg. epist. 43, 25 c. Pelag. 3, 5, 14 Leo M. epist. 167 p. 1206^{B}.

2. forēnsis, -e [*a* foris, foras. *Th.*]. *neutr. subst.* Ambr. *l. 70 et p. 1055, 4 sq.* *apud* Cic. *hic illic non facile diiudicatur an significet res in foro an foris gestas* (*ut* Brut. 91 orat. 148).

1 *opp.* domesticus: Cic. Cluent. 101 aperiebatur egestas domestica, quaestus -is. leg. agr. 2, 64 sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, -bus domesticisque rebus (*cf.* off. 1, 4 *l. 45* Att. 1, 17, 6. 4, 2, 7. 7, 1, 9 epist. 5, 8, 5). Cael. 42 iuventus . . . revocet se . . . ad curam rei domesticae, rei -is reique publicae. Planc. 29 signa probitatis non fucata -i specie (*v.* Ambr. *l. 66*), sed domesticis inusta notis veritatis. Tusc. 1, 84 et domesticis et -bus solaciis ornamentisque privatis (epist. 5, 15, 3). fin. 2, 77 ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam -em, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur? off. 1, 4 nulla . . . vitae pars neque publicis neque privatis neque -bus neque domesticis in rebus (Att. 1, 17, 6) . . . vacare officio potest. Att. 1, 5, 1 quanto fructu sim privatus et -i et domestico Lucii fratris nostri morte. 1, 18, 1 illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore -i, fructum domesticum non habent. epist. 16, 4, 3 tua . . . in me officia, domestica -ia, urbana provincialia, in re privata, in publica. ad Q fr. 3, 2, 3 habes -ia; domi recte est. Q. Cic. pet. 17 omnis sermo ad -em famam a domesticis emanat auctoribus. Varro Men 349 si quis *μιλῳδεῖν δεινός ἐστ' ὄνος λύρας*, praesepibus se retineat -bus (*i. alienis*). Colvm. 12 praef. 4 natura comparata est mulieris ad domesticam diligentiam, viri . . . ad exercitationem -em et extraneam (12 praef. 7. 8).

2 *opp* indigena, patrius *sim.*: Plin. nat. 14, 42 *uvae* quae -es vocantur (*nisi foro destinatae sunt*). Apvl. met. 1, 1 exotici ac -is (ac -is *del. Leo*) sermonis rudis locutor. 4, 13 praecipuo studio, -i[s] etiam (*sed* forinsecus *coni. Heinsius*). Ambr. hex. 3, 3, 13 quidam de scriptoribus -bus. Heges. 5, 5 ubi -e proelium paulisper quievit, internum successit. Ps. Avg. quaest. test. 100 minime . . . litteris -bus eruditi. Greg. M. epist. 1, 72 -bus bellis (*opp.* ecclesiastica proelia). 6, 13 Decium -em presbyterum (*i. extra dioecesin Romanam*).

3 *opp.* internus *sim., de animo*: Ambr. expos. in psalm. 118 serm. 4, 4 -i quadam specie (*v.* Cic. *l. 41*). 11, 12 fides non -i sermone sapientiae, sed dei virtute firmatur. 13, 27 ut aliud pectore concipias, aliud -i sermone praetendas. 14, 12 ad hanc lucernam gressus noster -is internusque moveatur. 20, 50 -bus persecutionibus (*opp.* interioribus). in psalm. 40, 7 deus non solum -ia hominis, sed etiam occulta diiudicat. exc. Sat. 1, 37 ut interiore potius foveretur affectu quam -i blanditia divulgaretur *amor* hex. 6, 9, 58 frons . . . quae signis -bus internam exprimat voluntatem. Abr. 1, 1, 1 -ia . . . actuum eius vestigia. inst. virg. 3, 18 non in -i pelle, sed in interiore homine . . . probandus. off. 1, 12, 44 non secundum -em abundantiam, . . . , sed secundum interiorem conscientiam. Mvtian. Chrysost. hom. 29, 4 p. 525 sup. -es (*i. corporales; deest in graeco*) etiam iuges habebis vigilias. Antidot. Brux. 42 ulceribus . . . -bus.

nota: vestis qua extra domum utebantur: Liv. 33, 47, 10 primis tenebris vestitu -i ad portam . . . est egressus. Pavl. Fest. p. 368 vestis . . . , ut stragula, -is, muliebris. Corp VI 5193 Anteros, Ti. Caesaris cistarius a veste foren(si). Colvm. 12, 47, 5 vestimenta -ia. Corp. VI 12649, 6 me . . . funerari iussi rebus lugubris (*sic*), quibus vivos paravi, lecto stragulis forensis paenula, nigris omnibus (*incertum utrum*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-si *nude, an* -si paenula *voluerit*). LAMPR. Alex. 42, 4 vestes -es binas, domesticas singulas. AVSON. 154, 4 habitum -em da, puer. AMM. 31, 2, 5 nec alia illis (*Hunis*) domestica vestis est, alia -is. *etiam nude*: PETRON. 56, 9 cenatoria et -ia. SVET. Aug. 73 -ia ... et calceos. Cal. 17, 2.

forestis, -e *adi. a* 2. foris, -as, *cf.* forensis *et* agrestis; *francog.* forêt. DIPLOMA regis Childeberti (Mon. Germ. dipl. imp. I n. 5 p. 7, 42) a. 556: in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus et nostra -is est (*i. silva non publica*).

forfex *v.* forceps.

forficātio *ψαλίδωμα* GLOSS. II 72, 68. *a* forficare.

forfico, -āre [*a* forfex. *Th.*]. CHIRON 66 -bis praecisum *palpebrum.* GLOSS. -o *ψαλίζω.*

forficula, -ae *f.* [*a* forfex *deminutive. Th.*]. PLIN. nat. 25, 58 *helleborum* incisum -is ... cribrant (*cf.* 25, 53). APVL. met. 3, 17 quendam -is attondentem caprinos utres. GLOSS. *ψαλίς ἡ τοῦ ῥάπτου. τριχολαβίς.* ferrum quo pili tonduntur. II 597, 40 vulsella. 595, 35 tonsilla (-lia *trad.*). [*it.* forfecchia '*Ohrwurm*'. *M.-L.*]

forforicula *v.* furfuricula. **fori**(...) *v. sub* forica *l. 38.*

1. foria, -ae *f.* [*cf. c.* forire. *Th.*]. *morbus alvei in pecoribus:* VARRO rust. 2, 4, 5 quidam adiciunt (*in pacto de subus emendis*) perfunctas esse *sues* a febri et a foria. PELAGON. tit. cap. 10 ad eos *equos*, quibus membra deficiunt [quod mulomedici foria appellant *postea addita videntur*] et ad lassitudinem vel de bulimo.

2. foria, (-ōrum) *n.* [*cf. c.* forire. *Th.*] [*francog.* foire. *M.-L.*]. NON. p. 114 foria: stercora liquidiora (*secuntur loci cum* conforisti *et* foriolus); foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris. GLOSS. V 641, 68 -a: stercora.

forica, -ae *f.* [*cf. c.* forire. *Th.*]. GLOSS. *ἡ ἀμάρα.* latrina, secessus. -as: latrinas, cessus, sellus (-as?). V 655, 22 phoricas id est stercus, purgandas latrinas vel cloacas; forire ventrem ⟨purgare⟩ dicimus. GLOSS. Papiae: forire: foras ire: inde foricas dicimus cloacas, in quas publica stercora fluunt: nam latrinae sunt privatae. *haec deducta ex* SCHOL. Iuv. IVV. 3, 38 munera nunc edunt ... inde reversi conducunt foricas, *ubi* SCHOL. stercora, hoc est vectigal. forire est pro deonerare ventrem, forire enim foras (fossas *trad.*) eicere. alii tabernas dicunt foro vicinas aut vectigal vinarium. *non certa est explicatio sigillorum* CORP. XV 7941 fori(cis) Hadrimet(inis). 7942 acta(riis) f(oricarum) K(arthaginiensium). 7943 f(oricis) K(arthaginiensibus); *si vera est,* foricae *sunt tabernae in* foro. 7976 stat(ionis) ferr(ariae?) for. Ost. *item obscurum.*

foricārius, -ī *m. a* forica. *qui foricas purgandas conduxit:* PAVL. dig. 22, 1, 17, 5 fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit: ut solet a -iis, qui tardius pecuniam inferunt, item ex vectigalibus.

foricula, -ae *f.* [*ab* 1. foris, fores. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 *a foro* et fores et foras et foreculae, id est ostiola, dicuntur. VARRO rust. 1, 59, 1 oporothecas qui faciunt, ad aquilonem ut fenestras habeant atque ut eae perflentur, curant, neque tamen sine -is, ne, cum umorem amiserint, pertinaci vento victa fiant. ITALA (*ubi?*) Hier. adv. Pelag 1, 36 quando aedificaveris domum novam, facies -am tecto tuo in circuitu. *utrubique intellegitur claustri vel cancellorum genus. cf. Blümner, Röm. Privataltert. p. 102, 6.*

foriculiārius, -a, -um *a* foricula. CORP. VI 31227 (= 1016) imp. ... M. Aurelius Antoninus ... hos lapides constitui iussit propter controversias, quae inter mercatores et mancipes ortae erant, uti finem demonstrarent vectigali foriculiarI (*male* -lari *descr. priores*) et ansariI promercalium ... exigundo. *de hoc vectigali non sat noto v. Ruggiero, Diz. epigr. III 186 et praecipue Rostowzew, PW. VI 2856. nomen redire videtur ad portulam vel cancellos nescio quos, apud quos vectigal solvebatur.*

forīnsecus *adv.* [*cf. c* 2. foris *et c.* extrinsecus, intrinsecus. *Th.*]. GRAMM. suppl. 54, 12 (*enumerantur adverbia* in us) ... intrinsecus extrinsecus -s altrinsecus. *vulgariter pro adi.*: GLOSS. cod. Leid. 67 F[5] exotica: forinseca. *adverbium creberrimum apud* ECCL.

1 *i. q.* ***extrinsecus*** *cum quaeritur* '*ubi*': COLVM. 8, 3, 6 ab chorte -s ... fenestellis scandulae (*i. scalae gallinariae*) similiter iniungantur, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam. PLIN. nat. 13, 122 *ferulae* lignum omne corticis loco habent -s, ligni autem loco fungosam intus medullam. PALLAD. 1, 27, 3 oculos ... suco -s ... curemus. 1, 39, 3 AMM. 19, 8, 2. 21, 9, 2 oppida -s (*sc. lembis in flumine*) transibat. HIER. epist. 64, 13. in Is. 66, 6 -s contra hostes, intrinsecus contra cives dimicans. in Matth. 23, 27 (*opp.* intrinsecus *et* intus). in Eph. 5, 6 (*syn.* extrinsecus). in Ezech. 13, 42 p. 517 *opp.* intrinsecus. 14, 48 p. 608 (*iuxta* intus et foris). VVLG. III reg. 6, 6 trabes ... posuit in domo per circuitum -s (*κυκλόθεν ἔξωθεν τοῦ οἴκου*) ut non haererent muris templi. 7, 31 os ... luteris intrinsecus erat in capitis summitate, et quod -s apparebat, unius cubiti erat totum rotundum (*deest in graeco*). I par. 26, 29 Isaaritis ... praeerat Chonenias et filii eius ad opera -s (*τῆς ἐργασίας τῆς ἔξω*) super Israel. II par. 4, 22 ostia caelavit templi interioris ... et ostia templi -s (*deest in graeco*) aurea. 24, 8 iuxta portam domus domini -s (*ἔξω*). 32, 5 aedificavit ... omnem murum ... et extruxit turres desuper et -s (*ἔξω*) alterum murum. II Esdr. 11, 16 super omnia opera quae erant -s in domo dei (*ἐπὶ τοῦ ἔργου τοῦ ἐξωτάτου οἴκου τοῦ θεοῦ*). Ier. 32, 11 accepi librum ... et signa -s (*ἐσφραγισμένον*). Ezech. 40, 5 ecce murus -s (*ἔξωθεν*) in circuitu domus. 41, 9 parietem lateris -s (*ἔξωθεν*) quinque cubitorum. 41, 17 mensus est ... -sque ad domum interiorem et -s (*ἕως πλησίον τῆς ἐσωτέρας καὶ ἕως τῆς ἐξωτέρας*) per omnem parietem in circuitu, intrinsecus et -s (*ἐν τῷ ἔσωθεν καὶ ἐν τῷ ἔξωθεν*) ad mensuram. 41, 25 in vestibuli fronte -s (*ἔξωθεν*). Dan. 14, 6 *Bel deus* intrinsecus luteus est et -s aereus (*ἔσωθεν ... ἔξωθεν*). AVG. civ. 3, 17 p. 122, 4 D. bellis -s ... non desistentibus et intus discordiis seditionibusque civilibus. 12, 26 p. 553, 18 in illa specie, quam -s corporalibus opifices rebus imponunt. 21, 7 p. 502, 29 de pomis terrae Sodomorum -s quasi maturis, intrinsecus fumeis. quant. anim. 5, 7 in psalm. 26, 2, 10. c. Faust. 22, 22 p. 617, 15 (*opp.* intus). gen. ad litt. 7, 3 p. 202, 21. 8, 9 p. 244, 21 quaest. hept. 2, 175 c. Parm. 3, 2, 10 bapt. 5, 27, 38 p. 294, 13 grat. Christ. 19, 20. MARCELL. med. 11, 34 et intrinsecus et -s. 20, 26 extra, id est -s. PHYSIOGN. 27. Ps. DIOSC herb. fem. 54 radix longa et -s nigra. COD. Theod. 7, 18, 4, 3 (*a. 380* = COD. Iust. 12, 45, 1) invigilantibus -s (*i. extra domum*; extrinsecus COD. Iust.) ... officiis publicis. OROS. hist. 2, 4, 12 inter domestica vitia virtutesque -s emicantes. 2, 13, 11. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 97 si collectio -s fuerit. SIDON. epist. 1, 2, 4 actionem *Theodorici* diurnam, quae est -s exposita. NOVELL. Iust. 46, 3 -s provinciis (*ταῖς ἔξω χώραις*). EVANG. de nativ. Mar. 3, 3 neque inter populares -s turbas, sed in templo domini.

saepe opponitur '*in animo*' *similia* (*cf.* foris *p. 1044, 35 sqq.*): Ps. CYPR. singul. cler. 7 pudicitiae bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit quod -s efficit infamari. LACT. opif. 2, 9 hominem ... non -s ..., sed interius armavit *deus.* HIL. in Matth. 24, 7. HIER. in Is. 66, 1 ostenditur deus et -s et intrinsecus. tract. in psalm. I 66 p. 35, 11 *opp.* intrinsecus. 84 p. 94, 4 quoniam -us sermo fiat (*opp.* auricula quae in corde est). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 6 qui ... desinit ab ira..., non solum -s verum et intrinsecus totus in pace est. orat. 9, 3 p. 267, 23 Eng. AVG. civ. 15, 7 p. 70, 28 D. cum -s non permittatur operari ... assuescat etiam intrinsecus non moveri. 20, 8 p. 425, 7 *opp.* ab ... interioribus hominibus. epist. 98, 2 *opp.* intrinsecus (*item* 120, 8). 148, 17 -s oculati (*opp.* caeci intrinsecus; *praec.* ab exteriore homine ... ab interiore). c. Iul. op. imperf. 3, 114 p. 1296, 53 c. mend. 15, 27. in psalm. 37, 16 patitur enim ex se intrinsecus, -s autem ex eis, inter quos vivit. in psalm. 34 serm. 1, 11 -s oppugnas, interiorem hominem non expugnas. in psalm. 25, 2, 1 *opp.* in se intus spiritaliter. enchir. 76 qui -s se lavabant, intus autem ... iniquitate pleni erant. quaest. hept. 5, 54 conf. 9, 4, 10. mus. 6, 14, 48 *opp.* intimo. grat. Christ. 24, 25 spir. et litt. 16, 30. 21, 36. 25, 42 *bis* nat. et grat. 47, 55 anim. 4, 4, 5. 4, 6, 7. HESYCH. in lev. 1, 5, 9 p. 798[D] philosophantes, qui -s magnum videntur erga animam studium impendere. CASSIAN. inst. 5, 21, 1 *opp.* bellum intestinum. SACR. Leon. p. 362. SIDON. epist. 3, 1, 2 *opp.* interius. 7, 14, 9 nemo te plus valuit intrinsecus intueri quam qui -s affectat imitari. BOETH. cons. 5, 5 p. 136, 2 *opp.* intrinsecus. VEREC. in cant. 2, 10. 3, 3 *opp.* intrinsecus. 7, 19 peccavi -s, peccavi intrinsecus. CASSIOD. in psalm. 50 concl. *opp.* intus. 117, 15 *opp.* pectoris secreta. ISID. in I reg. 16, 5 *opp.* intus.

2 *quaeritur* '*quo*' *i. q. foras* (*opp.* introrsum *l. 68*): APVL. met. 3, 21 fit bubo Pamphile ... mox in altum sublimata -s totis alis evolat. 4, 12 rerum singula per ... fenestram -s nobis ... rapienda dispergere. 9, 28 plagis castigatum -s abicit. 9, 34 mustela ... mortuum serpentem -s mordicus attrahens. ITALA Ezech. 47, 1 (Hier. in Ezech. p. 469[A]) cum me duxisset per portam aquilonis -s (*deest in gr. et in* VVLG.) ad viam. SOL. 1, 120 Pindarum ... e convivii loco ... -s Castor et Pollux vocaverunt. LACT. mort. pers. 33, 6 computrescunt -s viscera. PALLAD. 7, 2, 3 *tabulae* -s reclines. FVLG. aet. mund. 7 p. 151, 29 visceribus incubans ... sterilitas -s pellitur. HIER. epist. 55, 2, 5 cetera peccata -s sunt (quicquid enim egerimus, in alios agimus), fornicatio non solum conscientiam fornicantis, sed ipsum maculat corpus. 98, 20, 2 cogitatio ... per linguam -s resonans profert mentis sententiam. VVLG. num. 35, 4 quae a muris civitatum -s (*καὶ ἔξω*) per circuitum mille passuum spatio tendentur. MARCELL. med. 15, 103 ut pars ... -s emineat. PHYSIOGN. 48 si labium inferius -s excedat. 85 qui ... calcaneis introrsum, pedibus autem -s conversis incedunt. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 7 labium ... invertitur -s. CASS. FEL. 28 p. 46 ad vermiculos aurium -s educendos. PETR. CHRYS. serm. 115 p. 517[C] passiones -s (*ex animo*) exclusae. IORD. Get. 220 ciconias ... fetos suos contra morem per rura -s comportare.

3 *respondet quaerenti* '***unde***': APVL. met. 4, 13 praecipuo studio -s (forensis *trad.*) etiam advexerat *feras.* DIOM. gramm. I 321, 28 agnomen ex aliqua virtute -s quaesitum, quod *ἐπιγέννητον* Graeci dicunt. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 24 p. 1130[C] cum ... ipsa cognoscentia ... apud se sit, -s in se intrans. OPTAT. 1, 10 p. 11, 14 virtus -s non quaerit auxilia. AVG. civ. 22, 22 p. 605, 27 D. quae -s corpori formidantur (*opp.* p. 606, 25 de ipso corpore ... existunt ... mala). epist. 162, 5 neque enim -s voces ad aures corporeas prophetae venisse credendum est. lib. arb. 3, 10, 30 *angelos* intrinsecus poscens ... nos (*homines*) -s admonens. gen. c. Manich. 2, 5, 6 ut -s non quaerat pluviam (*opp.* illum intimum fontem). bapt. 6, 14, 23 p. 313, 2 qui -s veniunt, *non ex ecclesia.* Ps. AVG. quaest. test. 108, 1 p. 252, 6 hu-

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum, unde pater noster -s originem habet. CAEL. AVR. chron. 5,10,97 -s spiritu attracto. SIDON. epist. 1, 9, 3 -s ambientum (*opp.* domesticis candidatis).

forio, -īre [*cf. c. gr.* φόρυς· *δακτύλιος ὁ κατὰ τὴν ἕδραν* (*Hesych.*), *φορύνειν, φορύσσειν, φορυτός, φορεία et c.* foria, forica, foriolus. *Th.*]. SCHOL. Iuv. 3, 38 *v. sub* forica *p. 1055, 34.* GLOSS. V 296, 12 -ire: ventrem purgare. V 655, 22 (*cf. p. 1055, 30*). GLOSS. Papiae: -ire, foras ire (*v. p. 1055, 32*).

foriolus (-ī) *m.* [*cf. c.* forire, foria. *Th.*]. NON. p. 114 *s. v.* foria: Laberius in Panilicis (*mim. 66*): foriolus esse videris, in coleis (*vel* -os *trad.*) cacas (*versus corruptus*). -us, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris. [*francog.* foriole *nom. herbae. M.-L.*] *Vollmer.*

***1. foris,** -is *f.* [foris, fores *i. q. theodisc.* turi, *anglosax.* duru, *ind.* dvāraḥ (*plur.*), *slavon.* dvŏrĭ 'fores'; *cf. c. hibern.* dorus, *got.* daúr. 'porta', *gr.* θύρα, *armen.* duirn '*fores, porta*', *et c.* 2. foras, 2. foris, *fortasse c.* forum. *Th.*]. *de formis: nom. sing.* fores *v. infra l. 68 et 70. abl. sing. semper* fore, *non* fori. *nom. plur.* forīs: PLAVT. (*omnibus locis deest cod. A*) Mil. 328 (*codd. CD; rell.* -es). 410 (*codd. B*[1]*D; rell.* -es). 985 *v. infra l. 72.* 1250. 1377 PACVV. trag. 133. *acc. plur.* foras? *v. p. 1034, 68.* forīs, *quantum quidem de codicum antiquiorum lectione ex editionibus iudicare licet, non legitur nisi apud* PLAVT. (*de* -es *v. infra l. 29 sq.*) Amph. 449. 1019. 1027 Men. 987 Mil. 328 Most. 456. 461 (*ubique deficit cod. A*). 900 (-is *cod. A; deest in rell.*) Persa 569 (-is *cod. A*, -es *codd. Pal.*) Pseud. 1131 (-is *A*, -es *Pal.*) Truc. 289 (-is *A*, -as *Pal.*). *apud* Ov. am. 1, 6, 54 *et* CRESC. Aug. c. Cresc. 4, 63, 77 *et* BENED. reg. 44, 5 *codd. vetustatis auctoritate egent, fortasse posterioris sermonis vulgaris formam exhibent. in titulis semper* -es: LEX par. fac. Put. (Corp. I[2] 698) 2, 9 (*anno a. Chr. n. 104*) INSCR. christ. Rossi II p. 151, 25, 6. *apud* PLAVT. *fere quadragies* -es, *octies in cod. A, ubique non plane certum,* e *sit an* i, *praeter* Stich. 327. *gen. plur. non extat nisi p. 1059, 24; cf. infra l. 50. abl. plur.?* foris: Ps. MATTH. euang. 30, 2 extraneus sum a -is vestris (*cf. p. 1047, 39*). *vulgariter scriptum* foreibus: ITALA Marc. 13, 29 (cod. k). *de origine et notione*: PAVL. FEST. p. 84 *a forum* -es ... dicuntur. *inconsultius*: SERV. Aen. 1, 449 -es proprie dicuntur, quae foras aperiuntur, sicut apud veteres fuit (*quod finxisse videntur grammatici ad probandam etymologiam; cf. tamen* PLIN. nat. 36, 112 *p. 1059, 16*); ... intra ianuam ostia ... sive valvae sint, sive -es: quamvis usus ista corruperit (*inde*: ISID. diff. 1, 308 ianua vel est clausa vel patens; -es autem et valvae ipsa claustra sunt, sed -es quae foras vertuntur. orig. 15, 7, 4. GRAMM. suppl. 215, 15 -es pluraliter sunt ostia domorum, quae extrinsecus aperiuntur. GLOSS. IV 239, 25 -es ianuae eo quod foris [*trad.* fores] ponuntur). *de* -bus *veterum cf. Blümner, Die röm. Privataltertümer, München 1911, p. 16 sqq. de foribus construendis v.* VITR. 4, 6, 4—6 (*cf. p. 1064, 67*). *cf. etiam p. 1058, 56.* GLOSS. θύραι. ianuae. ianuae vel ingressus, aditus. introitus (*cf. p. 1060, 39*). ostia. valvae. vestibu⟨li⟩s (*cf. p. 1061, 74*). *legitur inde a* PLAVTO. *corrupt. et dub.*: TER. Ad. 633 ubi pultare hasce occipio miser (*sic cod. G;* occipio fores *codd. A et B*, occipio fores miser *sim. rell.*). VITR. 6, 3, 6 ostiorum (*sic coni. Iocundus; trad.* eorum *vel* earum; forum *Rose*). PLIN. nat. 15, 80 culices ... morsu ... ficorum ... aperientes ora ... auras immittunt -bus (*sic edd. vett.; trad.* floribus) adapertis. SEN. Thy. 347 regem non faciunt ... auro nitidae -es (trabes *codd. interpolati et* SCHOL. Stat. Theb. 4, 530). Ps. MATTH. euang. 30, 2 *v. p. 1047, 39. loco corrupto*: TRAG. inc. 100 qui repens semipulsus onere gravi -es crepitu terrent. *nota falso ex Graeco translata*: LVCR. 3, 360 *v. p. 1065, 10.* LIV. 38, 7, 10 intersaepientibus cuniculum ... -bus raptim obiectis (*cf. Polyb. 21, 28, 11 προβάλλεσθαι θυρεούς, i. scutorum genus*).

I foris ***sing.:*** *dicitur vel de tabula, qua ostium aliquod clauditur (cf.* CATVLL. 32, 5 liminis ... tabellam. *sic ex. gr.*: Ov. epist. 12, 150 *v. infra l. 79* ars 2, 528 *v. infra l. 80* LIV. 6, 34, 6 *v. infra l. 82.* 40, 2, 1 *v. p. 1058, 3* PLIN. nat. 7, 112 *v. infra l. 83* PETRON. 92, 2 *v. p. 1058, 1* APVL. met. 1, 11 *v. p. 1058, 11.* 9, 30 *v. p. 1058, 11* AMM. 30, 5, 17 *v. p. 1058, 14), vel de ipso ostio sive introitu (velut*: CATVLL. 61, 168 *v. infra l. 75. cf. etiam p. 1058, 20), quae notiones haud raro discerni nequeunt.* **A** ***proprie*:** **1** -is *domus*: PLAVT. Amph. 496 crepuit -is (Aul. 665 Bacch. 1057 Cas. 874. TER. Ad. 264 quidnam -is [*sic codd. A et D,* -es *rell., testatur* DON. *ad l.* -es singularis numeri casus nominativus] crepuit?). Bacch. 234 -is concrepuit nostra (Cas. 161 Mil. 154 Most. 507. 1062 Persa 404 [-is *cod. A*, -es *codd. Pal.*]). Bacch. 833 -em hanc pauxillum aperi (Merc. 699 Mil. 527. 985 st tace, aperitur [*sic Reiz, Bentley*; aperiuntur *trad.*; st, aperiuntur *Lindemann*] -is [*sic codd. CD*; -es *B*]. 1198. Persa 300 -is aperit [*cf. vol. II p. 216, 21*]. Stich. 87). VARRO Men. 182 *v. p. 1060, 83.* CATVLL. 61, 168 transfer ... limen ... pedes rasilemque subi -em. HOR. sat. 1, 2, 67 Villius ... exclusus -e. Ov. am. 1, 6, 2 ianitor, ... difficilem moto cardine pande -em. 2, 19, 38 puellae incipe ... claudere ... -em (LACT. inst. 5, 6, 12 *ut homo* non -em [-es *pars codd.*, -e *unus*] claudat hospiti). epist. 12, 150 *Medeae filius* constitit ad geminae limina ... -is. ars 2, 528 in -e pone rosas. 3, 587 *marite*, adde (*sic cod. opt. R*; claude *rell.*) -em (*sc. uxori quasi praesidium, ut separetur a te; cf. quae sequuntur*). fast. 2, 738 custos in -e nullus erat. LIV. 6, 34, 6 ut ... lictor ... -em, ut mos est, virga percuteret (PLIN. nat. 7, 112 *Pompeius* intraturus ... -em [-es *edd. vett.*] percuti de more a lictore vetuit). PETRON. 92, 2 per rimam -is speculari. ITALA act. 12, 13 (cod. d) cumque ipse pulsasset ianuam -is (*τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος*, VVLG. ostium ianuae).

2 -is *templi*: LIV. 40, 2, 1 *tempestas* -em ex aede Lunae ... in posticis parietibus Cereris templi affixit. VITR. 4, 6, 5 si ... valvatae erunt *fores ...*, adiciatur ... -is (*Prestel vix recte -em i. q. tympanum putat; cf. p. 1064, 67*) latitudo. **3** -is *conclavis*: PLAVT. Cas. 893 -em obdo. CIC. Tusc. 5, 59 cum -em cubiculi clauserat (Ov. ars 3, 228 claude -em thalami). VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 cum *Dionysius* -em cubiculi extrinsecus ... opertam interiore (*trad.* interiorem; *em. Guyet*) claustro ipse ... obserasset (APVL. met. 10, 19). APVL. met. 1, 11 adducta -e pessulisque firmatis (9, 30). 9, 30 *servi* -em pulsare ... et, quod ... fuerat oppessulata ..., patefaciunt aditum. **4** *singularia*: CIC. or. frg. A VII 11 aperuit -em scalarum. AMM. 30, 5, 17 lapsam -em ferratam (*sc. portae urbis*).

B *tropice*: Ov. Pont. 2, 2, 42 nec rigidam ... vocibus obde (adde *codd. dett.*) -em (seram *codd. dett.*). LACT. inst. 3, 6, 6 non viderunt in medio constitutam -em, quae illos ad sapientiam transmitteret. PROSP. carm. de ingrat. 380 clausa penitus -e mentis. SIDON. epist. 5, 4, 1 si ulterius paginae garrienti (*sc. epistulae meae*) -em claudis, pessulum opponis. *obscaene*: CATVLL. 15, 12 *penem*, ubi erit -is (*sc. ānus*), paratum (*cf. Bachrens ad l.*). PRIAP. 83 (Tib. 2), 30 araneosus obsidet -em (*sc. cunni*) situs.

II fores ***plur. de uno ostio*** (*inter* feminina semper pluralia *enumerant*: CHAR. gramm. I 33, 10 DIOM. gramm. I 327, 35 DVB. NOM. gramm. V 578, 25 *al.*):

  - **2** *translate: p. 1083, 69 (apud Eccl. i. q. praefiguratio: p. 1083, 81. in rhet. i. q. τύπος: p. 1084, 30).*
- **B** *i. q. exemplar, ad cuius similitudinem res aliqua formatur:*
  - **1** *proprie (-a in flatura sim. adhibita: p. 1084, 44. -a caligaris: p. 1084, 69. -a aedificiorum i. q. 'Grundriß' p. 1084, 75).*
  - **2** *translate:* **a** *i. q. exemplum, quod ad imitandum proponitur: p. 1085, 17.* **b** *fere i. q. regula, norma sim.: p. 1085, 82.* **c** *i. q. ἰδέα sensu Platonico: p. 1086, 56.*

I ***de rerum qualitate:*** **A** ***de figura externa,*** *i. q.* ***μορφή*** *(interdum praevalente notione externi habitus et speciei).*

1 ***sensu proprio:*** **a** ***de corporeis:*** ***α*** *de animantibus eorumque partibus*: Naev. trag. 3 contempla placide -am et faciem virginis (Plavt. Mil. 1027. 1172 Lvcr. 5, 1176 Ov. ars 2, 108 Mart. 9, 76, 2 Tert. adv. Val. 14 p. 193, 1 Hier. in Matth. 17, 2 p. 122^{A} *al.*). Enn. scaen. 294 *mulier* stata -a. frg. var. 15 aspicite ... senis Enni imaginis -am. Plavt. Amph. 266 -am cepi huius in med et statum. 316. 441. 456. 600. 614 -a, aetate item qua ego sum (Ter. Andr. 72 [*v. p. 1067, 28*] Phorm. 1024 Eun. 375 Varro rust. 2, 4, 3. 2, 8, 5. 3, 6, 2 Cic. ac. 2, 125 nat. deor. 2, 70 de orat. 2, 69 Ov. met. 3, 455 Liv. 30, 12, 17 Sen. dial. 11, 16, 4 Sil. 13, 743 Tac. ann. 4, 63 *al. cf. p. 1067, 27. 29. 1072, 80*).

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asin. 402 non potuit pictor rectius describere eius -am. Curc. 232 de -a novi, de colore non queo novisse (*cf.* Cic. off. 1,130 Ov. met. 4,193 Plin. nat. 10,86). Epid. 43 -a lepida et liberali captivam adulescentulam (l. et l.: Mil. 967 Persa 130; lepida: Mil. 782. 871; liberalis: Ter. Andr. 122 *v. infra l. 36* Cic. Cael. 6 Val. Max. 9, 2 ext. 5 Gell. 6, 8, 3 Amm. 18, 6, 10. *cf. l. 24 et* Pavl. Fest. p. 121 liberales dicuntur ... ingenuae -ae homines. Schol. Cic. Bob. p. 170, 24 St. -a inliberali). Men. 19 -a simili pueri (Cic. nat. deor. 1, 98 simillimis. div. 2, 90 geminorum -as ... similes). 1064 meam. Merc. 13 -a eximia mulierem (210. 260 Stich. 381 Cic. Tusc. 5, 61 Liv. 26, 50, 1. 38, 24, 2. 44, 28, 15 Val. Max. 4, 3, 1. 5, 1, 7. 7, 3, 1 Plin. nat. 34, 78 Svet. Iul. 32, 1 Aug. 79, 1 *al. cf.* Plin. nat. 7, 56). Merc. 395 nostra -am habet dignam domo (Tac. ann. 4, 15 -a principe viro digna. *cf.* Plavt. Rud. 1306). Merc. 405. 414 -a mala (Ov. Pont. 4, 13, 15 *opp.* pulchra. *cf.* ars 1, 614 pessima sit, nulli non sua -a placet). Merc. 517. 638. Mil. 10 -a regia (Flor. epit. 2, 14, 3). 57 vivere virtute et -a et factis invictissimum ([invictissimis *codd.*]. 1021. 1042. Caecil. com. 144 me uxor -a et factis facit ... indicium. Qvadrig. hist. 8 simul -a, factis ... praecellebat. *cf. Pind. Ol. 9, 70 ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ τε καὶ ἔργοις*). Mil. 1172. 1211 virtute -ae (Most. 173). 1327 -a huius, mores, virtus (Ter. Haut. 382 Titin. com. 58 Cic. Cluent. 46 nat. deor. 1, 98 div. 2, 94 Ov. am. 3, 11, 42 epist. 6, 94 fast. 4, 156 Carm. epigr. 973 [*Roma, saec. I*] Mart. 6, 29, 6 Svet. Iul. 65, 1 [*coni.*]. *v. etiam p. 1068, 77 al.*). Persa 521 -a expetenda liberalem virginem. 548. 698 -a persimilem ... eadem statura (Cic. fin. 5, 35 figura et -a et statura. Val. Max. 4, 7 ext. 2 Mart. 6, 29, 5 *al.*). Poen. 1114. Rud. 51. 894 ambas -a scitula atque aetatula (Apvl. met. 2, 6. Argvm. Plaut. Merc. 1, 2 scita -a mulierem. Lampr. Comm. 2, 8 scitioris). Ter. Andr. 72 egregia -a atque aetate integra (Pacvv. trag. 230 mulier egregiissima -a. Plin. nat. 11, 51 Stat. silv. 3, 4, 26 Theb. 4, 252 Svet. Cal. 3, 1 Tit. 3, 1 Vvlg. Ezech. 23, 23). Andr. 119 adulescentulam, -a :: bona fortasse (428 Varro rust. 2, 4, 3. 3, 6, 2 Prop. 2, 18^b, 32 Ov. am. 3, 11, 42 ars 3, 482 Amm. 14, 11, 28. *cf.* Hor. sat. 2, 7, 52 ditior aut -ae melioris. Ov. rem. 460 melior ... -a sororis erat. Verg. georg. 3, 52 optima -a ... bovis. Stat. silv. 3, 4, 50 quae -a capillis optima. *al. cf. p. 1068, 71*). Ter. Andr. 122 -a ... honesta ac liberali (Eun. 132 Prop. 2, 13, 9). Hec. 572 -a in tenebris ... nosci non quitast. Haut. 523 luculenta. 773 complacitam. Phorm. 108 ut, ni vis boni in ipsa inesset -a, haec (*i. lacrimae, vestitus turpis*) -am (*ad 2, v. p. 1073, 2*) exstinguerent (Don. *ad l.* figura *πλοκή*: aliud enim supra, aliud infra '-a' repetita significat). Eun. 444. Titin. com. 21 aspecta -am atque os contempla meum. Tvrpil. com. 155. Acc. trag. 254 -ae, figurae nitiditatem, hospes, geris (regis *codd.*). Varro rust. 2, 1, 14 cognitio -ae unius cuiusque pecudis (*similiter*: 2, 2, 3. 2, 4. 3, 2. 5, 9. 7, 4. 8, 5. 10, 3). Rhet. Her. 3, 7, 14 natura si sit dignitas atque -a (Vitr. 2 praef. 1 -a dignitateque summa. *cf.* Rhet. Her. 4, 27, 37 -ae dignitas [Cic. Brut. 235. fin. 5, 47 *syn.* pulchritudo. Tac. ann. 11, 28 *al. cf. p. 1070, 43*]. Cic. off. 1, 107 in -is aliis dignitatem inesse, aliis venustatem). 3, 20, 33. 4, 49, 63 corporis cuiuspiam -a (Priap. 36, 1 Nep. reg. 1, 4 Liv. 30, 1, 5 Colvm. 6, 29, 2. 6, 36, 2 Tac. hist. 1, 7 *al.*). 4, 53, 66 conformatio est ... cum res muta aut informis fit eloquens et -a ei et oratio attribuitur. Cic. inv. 2, 1 excellentem muliebris -ae pulchritudinem (Cvrt. 3, 11, 24. 4, 10, 24 Orat. imp. Hadr. de Matid. [Corp. XIV 3579] 24 Min. Fel. 17, 11 *al.*). inv. 2, 2 puerorum ... -as et corpora (Lvcr. 5, 141 corpus -amque animalem). Verr. 3, 157 5, 123. Cluent. 199 ut sibi praeter -am nihil ad similitudinem hominis reservarit. Sull. 76 beluae ... -a hominum indutae (Ov. met. 11, 203 mortalem induitur -am. Sen. Phaedr. 299 Arnob. nat. 4, 26 p. 162, 24). Flacc. 12 -am hominis (Sall. hist. frg. 4, 27 Ov. met. 1, 405. 13, 405. 15, 556 *al.* Liv. 4, 3, 8 hominum. *al. cf. l. 56*). Cael. 6 quorum in adulescentia -a et species fuit liberalis. rep. 6, 10 mihi ... Africanus se ostendit ea -a, quae mihi ex imagine eius quam ex ipso notior erat (Priap. 36, 1 notas habemus quisque corporis -as: Phoebus comosus, Hercules lacertosus. *cf. p. 1068, 42*). 6, 26 *syn.* figura (*item*: nat. deor. 1, 48. 96). Tusc. 4, 80. nat. deor. 1, 46 *syn.* species humana. 1, 76 humanas esse -as deorum (*ibid.* nec esse humana ullam pulchriorem. 1, 90 *bis* [*opp.* divina] Ov. met. 7, 642. 9, 227 Liv. 1, 7, 9 Manil. 2, 537 Phaedr. 4, 25, 24 *al.*). nat. deor. 1, 75 deorum liniamenta atque -as (Sen. epist. 95, 72 dicere -am *virorum bonorum* et liniamenta deducere. *cf. p. 1071, 63*). nat deor. 1, 76 pulcherrima (Nep. reg. 1, 4 laudem amplissimae pulcherrimaeque [Colvm. 6, 36, 2 a. atque p.] corporis -ae. Verg. Aen. 1, 72. 496 Sen. dial. 11, 16, 4 Stat. silv. 1, 2, 273. *cf. l. 66.* Priap. 39, 5 pulchra [Stat. silv. 4, 3, 15. 5, 1, 51]. *al.* Verg. Aen. 5, 570 -a ... pulcher) nat. deor. 1, 77. 90 non ab hominibus -ae figuram venisse ad deos (*v. Plasb. ad l.*). 1, 91 homines deorum -a (2, 70 Lvcr 5, 1176. Lvcan. 10, 179 mores et ritus -asque deum. Calp. ecl. 7, 78 -a deorum *i. Neronis, syn* vultum habitumque. *al. v. l. 68. cf. p. 1069, 8. 1071, 58 sqq.*). nat. deor. 1, 107 div. 2, 49 off. 1, 130. de orat. 1, 132 neminem nec motu corporis neque ipso habitu atque -a aptiorem (*sc. ad dicendum; cf.* 2, 88 voce et -a et motu corporis. Brut. 235. 261 voce motu -a). 2, 262. 327 voltus et -a. 3, 179 hominum vel ... ceterarum animantium -am et figuram. *ibid. iterum.* Catvll. 64, 175 celans dulci crudelia -a consilia. Lvcr. 4, 678 dissimiles (Sen. clem. 1, 19, 2. dial. 3, 3, 7 *animalium* ut extra ita intra -a humanae dissimilis est). 4, 1279 deteriore ... ut -a mulier-cula ametur. 5, 141 animalem. 5, 825. 6, 77 divinae (*cf. p. 1067, 66*). Laber. mim. 120 decorem -ae an dignitatem corporis (Verg. Aen. 7, 473 decus egregium -ae atque iuventae. Ciris 481 decus -ae [*sc. Scyllae*] vexarier undis. Val. Max. 4, 6 ext. 2 -ae suae decorem. Sen. Phaedr. 1140 Tro. 1144 dial. 6, 22, 2. Lvcan. 8, 664 decus sacrae venerabile -ae. Petron. 109, 9 Stat. Ach. 1, 290 silv. 1, 2, 107 Mart. 11, 53, 3 Qvint. inst. 12, 10, 8. *copulantur* -a *et* decus: Epiced. Drusi 259 Sen. Herc. O. 220 Stat. silv. 1, 1, 17 Tac. hist. 1, 7 Carm. epigr. 856, 7 *al.*). Caes. Gall. 6, 26, 3 eadem -a magnitudoque cornuum (Sen. dial. 2, 12, 1 Svet. Iul. 32, 1). Sall. hist. frg. 4, 27 saxum ... simile celebratae -ae (*Scyllae*). Nep. Att. 13, 3 usus est familia, si utilitate iudicandum est, optima, si -a, vix mediocri. Dat. 3, 3 propter novitatem ornatus ignotamque -am. Eum. 11, 2. Iph. 3, 1 fuit ... imperatoria ... -a. Verg. georg. 4, 411 ille (*Proteus*) ... -as se vertit in omnes (Prop. 4, 2, 47 -as ... vertebar in omnes. Octavia 203. *cf.* Verg. Aen. 9, 643 -am ... vertitur oris ... in Buten. Ov. met. 4, 604 versae ... -ae [Stat. Theb. 4, 572]). Aen. 5, 295 Eurvalus -a insignis viridique iuventa (Mart. 3, 91, 4 Tac. ann. 13, 19. *cf. l. 54*). 6, 293 tenues sine corpore vitas ... volitare cava sub imagine -ae. 6, 861 egregium -a iuvenem (10, 434. 12, 275 Ov. met. 5, 49. *cf. p. 1067, 28*). 7, 483 cervus ... -a praestanti (Ov. epist. 3, 35. met. 15, 130 praestantissima [Val. Max. 6, 9 ext. 4]. Val. Fl. 4, 111 praestantior. *al.*). 8, 208 -a superante iuvencas. 10, 188 paternae (Colvm. 6, 37, 4). 12, 224. Ciris 432 -a vel sidera fallas. Hor. sat. 2, 2, 30 imparibus -is (*de pavone et gallina*). Tib. 1, 8, 43. Prop. 2, 29^b, 30 candida (2, 32, 58 candida -a bovis. 3, 11, 16 vicit victorem candida -a virum. *cf.* Anth. 364, 1 nivei ... -a coloris). 4, 2, 1. 47 Ov. am. 1, 5, 20. 3, 1, 9 decens (rem. 350 -a sine arte decens. Clavd. carm. min. 21, 31). am. 3, 3, 7 pedis est artissima -a. epist. 4, 76 virilis (Capitol. Maximin. 2, 2). 9, 99 -a ... bimembri *Centauri*. 15, 133 laudatam (ars 1, 683. epist. 18, 131 laudatissima). medic. 32 virginibus cordi grataque -a suast (ars 1, 624). ars 1, 509 neglecta (Anth. 458 tit. Clavd. carm. min. 30, 224). met. 1, 1 in nova ... mutatas ... -as corpora (15, 434 trist. 1, 1, 117. 1, 7, 13. 3, 14, 19 fast. 2, 177 Plin. nat. 10, 86 Argvm. Plaut. Amph. 2, 2. Hyg. astr. 2, 30 Venerem ... cum filio ... figuram piscium -ā mutasse. *al.*). met. 1, 237 veteris servat vestigia -ae (9, 227. *cf. p. 1078, 25*). 1, 416 diversis ... animalia -is (9, 321 -a est diversa priori). 3, 354 tenerā. 3, 439 mendacem. 3, 476. 607 virginea. 4, 346 nudae. 4, 378 -a duplex *Hermaphroditi*. 4, 783 aere repercussam -am aspexisse Medusae. 5, 457 brevem. 6, 43 anilem (14, 765). 8, 729. 853 -am ... novat (11, 261). 9, 76 quem -a precaria celat. 9, 185 -a triplex *Geryonis et Cerberi* (Sil. 2, 551 -a ... trifauci. Apvl. met. 3, 19. *cf. p. 1078, 10*). 9, 330 notissima (Liv. 4, 9, 4 virginem ... -a notam). 10, 248 *Pygmalion* sculpsit ebur -amque dedit, qua femina nasci nulla potest. 11, 245 -a ... maculosae tigridis. 11, 613 varias (Sil. 7, 423 Ps. Qvint. decl. 8, 11 p. 155, 13 *al.*) imitantia -as Somnia (*cf.* 11, 626 quae veras aequant imitantia -as). 12. 559 -as variatus in omnes (14, 685 -as ... fingetur in omnes). 15, 196 nocturnae -a Dianae. 15, 381 lambendo mater ... in -am, quantam capit (*cf. infra l. 67*) ipsa, reducit *catulum*. 15, 620 miram. *al.* Epiced. Drusi 259 generosa. Liv. 1, 7, 9 habitum -amque viri ... ampliorem augustioremque humana (Svet. Nero 1, 1 augustiore. Flor. epit. 1, 1, 18). 1, 9, 11 -a excellentes (3, 44, 4 Vell. 2, 29, 2. 2, 41, 1 Cvrt. 6, 2, 6. *cf. l. 68 et 56*). 5, 35, 4 invisitatas (Apvl. flor. 10 p. 41 *cf. p. 1071, 61*). 27, 19, 8 -a insigni (30, 12, 17 Val. Max. 5, 10, 2 Sen. clem. 1, 19, 2 Frontin. strat. 1, 11, 13 Tac. ann. 2, 4 Corp. XI 4446). *al.* Vitr. 8, 3, 25 non invenusta. Val. Max. 1, 8, 1 excellentis -ae (3, 8 ext. 4 Cvrt. 3, 12, 21. Plin. nat 15, 17 excellentissima. 35, 17 *al. cf. l. 52*). Sen. Herc. f. 788. Herc O. 194 -am lacrimis aptate meis. Med. 82. dial. 5, 17, 4 non minus foeda quam terribilis. epist. 95, 42 mullum ingentis -ae (Petron. 64, 7 canis. Ivst. 15, 4, 17 leo). *al.* Cvrt. 8, 14, 13 Porus humanae magnitudinis propemodum excesserat -am (*item de dimensione solita*: Chiron 566 p. 182, 16 deponito iumentum et constringito et cervicem eius extendito supra -am, donec omnia vertebula laxentur). Colvm. 2, 2, 24 *al.* Mela 1, 46 -ae similitudine. 1, 48 Aegipanum quae celebratur ea -a est (Plin. nat. 5, 46). *al.* Plin. nat. 9, 9 concha canentem Tritonem, qua noscitur -a. 10, 118 nec vulgaris his *picis* -a quamvis non spectanda. 11, 48 turba *apium* cum -am capere (*cf. l. 48*) coepit. 24, 166 excellentes animi et -ae bonis *liberi* (Stat. silv. 3, 5, 63 *al.*). *al.* Carm. epigr. 955. 1 (*Pompeis*) formosa (Act. Petr. 34 formosissima). Val. Fl. 6, 479 imitata sono -aque sororem. 15, 86 ferarum (*cf. p. 1071, 18*). *al.* Homer. 233 -a melior Paris (*εἶδος ἄριστε*). 264. Stat. Ach. 1, 225 *delphini* glaucae ... honos -ae. silv. 2, 6, 39 dubiae. 4, 6, 49 *al.* Mart. 8, 46, 1 *al.* Qvint. inst. 2, 8, 1 nec pauciores animorum paene quam corporum -ae (*cf. p. 1077, 24*). 12, 10, 5 validissima. *al.* Tac. Germ. 6 equi non -a ... conspicui (hist. 3, 33. 4, 14 Plin. epist. 7, 24, 3 Capitol. Pius 2, 1 Gord. 18, 1 Treb. Valer. 8, 1. *cf. l. 82*). ann. 4, 3 indecorae. 11, 16 -a decorus. *al.* Svet. Iul. 44, 4 habitum et -am et cultum et mores. *al.* Fronto p. 87 N. si -am non cognoscis hominis. Gell. 5, 11, 11 inter ... pulcherrimam feminam et deformissimam media -a quaedam est, ... quam -am modicam et modestam Favorinus ... appellabat uxoriam (*cf.* Apvl. apol. 4 -ae mediocritatem. 92 mediocri). 14, 4, 2 *imago Iustitiae* -a atque filo virginali (Amm. 14, 11, 28 -a conspicuus bona, decente filo corporis. *cf. p. 1070, 16*). Argvm. Plaut. Amph. 1, 4 Mercurius -am Sosiae servi gerit. Apvl. met. 4, 18 immani. *al.* Tert.

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. Hermog. 5 p. 131, 15 *al.* ITALA Is. 53, 2 (Tert. adv. Prax. 11 p. 244, 23) *gr.* εἶδος, VVLG. species (*item gr. et* VVLG.: ITALA Luc. 3, 22 [cod. e] Ioh. 5, 37 *ap.* Tert. adv. Prax. p. 266, 21, figura codd. b e f *al.*). ITALA Marc. 16, 12 (cod. n) *gr.* μορφῇ (VVLG. effigie). PAVL. dig. 1, 5, 14. ARNOB. nat. 2, 70 corporeae -am circumscriptionis. AVSON. Mos. 223 sol . . . reddit nautales vitreo sub gurgite -as. SCHOL. Hor. carm. 1, 8, 1 vulgaris -ae mulierem. VVLG. II reg. 14, 27 elegantis -ae. Phil. 2, 6/7 *Christus* cum in -a (μορφῇ) dei esset, . . . -am (μορφήν) servi accipiens (*saepe ap.* ECCL., *qui interdum 'naturam' sim. intellegunt; cf. etiam* AVG. serm. ed. Mai 31, 1 servitutis. SVLP. SEV. epist. app. 1, 6 servilis. COMM. apol. 230 dum respuunt -a⟨m⟩ *sc. servi*). *al.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 82 dirae. *al.* AVG. civ. 22, 15 p. 592, 23 D. 22, 18 p. 597, 2 resurrectionis -am, in qua erit unusquisque. gen. ad litt. 6, 15 p. 200, 5 iuvenali. 9, 10 p. 279, 8 angelicam. *al.*

speciatim i. q. vultus, facies (*v. p. 1066, 6; huc ea quoque exempla rettuli, quibus de externa hominis specie ita agitur, ut de facie, vultu imprimis cogitandum sit*): CIC. off. 1, 126 *natura* -am nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu (*huc referunt interpretes; aliter* NON. p. 435 *v. p. 1065, 82; cf. etiam Plasbergi adn. ad nat. deor. p. 243*). OV. Pont. 2, 8, 22 fallor, an irati mihi sunt in imagine vultus torvaque nescio quid -a minantis habet. SEN. Med. 860 flagrant genae rubentes, pallor fugat ruborem, nullum vagante -a servat diu colorem (*i. vultu vago, sibi non constante*). Oed. 841 arridet animo -a (*syn.* facies: 819; vultus: 819. 840. 842). LVCAN. 6, 737 Hecate pallenti tabida -ā (*syn.* facies). SIL. 2, 634 reddentia -am ora tuam laceras. STAT. silv. 3, 4, 66 ne prima genas lanugo . . . carperet et pulchrae fuscaret gratia -ae. SPART. Hadr. 26, 1 statura fuit procerus, -a comptus, flexo ad pectinem capillo, promissa barba (Pesc. 6, 5 statura prolixa, -a decorus, capillo in verticem ad gratiam reflexo. AVSON. 17, 7 -am cum capillo comparans). AVSON. 182, 4 offerret cum tua -a patrem (*syn.* vultus). 322, 13 numquam *est* horrida -a magistri. PACIAN. epist. 3, 22 vos exoletam (*Peyrot*, exulem *codd.*) -am novo colore pinxistis (SCHOL. Iuv. 2, 99 tam probrosae curae in polienda -a fuit. AVG. doctr. christ. 4, 21, 49 quae -am pigmentis colorant vel potius decolorant). SEDVL. carm. pasch. 4, 33 geminos . . . caecos extinctae poscentes munera -ae. *de vultus figura ostendente animi quandam dispositionem*: ITALA II Tim. 3, 5 (Aug. c. Faust. 19, 12 in psalm. 47, 8) habentes -am pietatis, virtutem autem eius abnegantes (μόρφωσιν, cod. d VVLG. speciem). RVT. NAM. 1, 548 aspicienda procul certo prudentia vultu -aque iustitiae suspicienda micat. AMBR. virg. 2, 2, 6 p 208^{C} Maria, de qua . . . refulgeat species castitatis et -a virtutis. PS. LEO M. humil. 2 ab imagine modestiae parum differt -a segnitiae. SIDON. epist. 1, 11, 8 haec . . . in illis superbiae nimiae, nimiae in istis humilitatis -a.

β de rebus (*de re ipsa sensu capitis II significata v. p. 1071, 9*): CATO iur. civ. Fest. p. 157 -a . . . eius (*sc. mundi Dis Manibus sacri*) est . . . assimilis illae, *sc. -ae mundi qui supra nos est* (CIC. inv. 1, 8 quae sit mundi -a? MELA 3, 19 PLIN. nat. 2, 5. 6. *cf.* CIC. Tim. 17 [σχῆμα]. nat. deor. 2, 48 innumerabiles mundos alios aliarum esse -arum. TERT. nat. 2, 4 ⟨rotunda mundo⟩ Platonica -a. *al.*). VARRO ling. 8, 32 ⟨si⟩ esset analogia petenda supellectili, omnes lectos haberemus domi ad unam -am (*cf.* SEN. nat. 7, 27, 5 non ad unam natura -am opus suum praestat). *ibid.* qui (*grabbati*) ἀνὰ λόγον ad similem -am plerumque eadem materia fiunt (CIC. Arat. 6 *v. l. 66.* LVCR. 2, 336 *exordia* parum simili . . . praedita -a. 2, 414. 723. 4, 167. 542. PAVL. FEST. p. 375 -a simillima uncini. *al.*). ling. 9, 21 inusitatis (*cf. p. 1077, 76*) -is vasorum. rust. 1, 15, 1 fundi -a (*v. et l. 76. cf.* HOR. epist. 1, 16, 4 scribetur tibi -a . . . et situs agri. COLVM. 5, 1, 13 diversae -ae agrorum. 5, 2, 1 GAIVS dig. 41, 1, 7, 4. 5 MARCELL. dig. 33, 2, 15, 1. *aliter p. 1078, 36. 1082, 75 sqq.*). rust. 3, 5, 10 locus . . . -a . . . quadrata (RHET. Her. 3, 19, 31 dissimiles -a atque natura loci [TAC. hist. 5, 14]. OV. trist. 3, 4, 57 ante oculos errant domus urbsque et -a locorum [Pont. 3, 7, 33 AVIEN. ora 711]. fast. 1, 274 reddita -a loco est. SIL. 3, 547 mutatur iam -a locis). CIC. Arat. 6 signum, Deltoton dicere Grai quod soliti, simili quia -a littera claret (PAVL. FEST. p. 202 per c litterae -am. QVINT. inst. 1, 1, 21. 24. 1, 7, 11. 12, 10, 29 *opp.* vis. TAC. ann. 11, 13 novas litterarum -as addidit *Claudius.* 11, 14 AVSON. 348, 14 AMM. 17, 4, 8. 22, 15, 12. 29, 1, 30 PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 364, 7 *al.; cf. p. 1078, 46 sq.; fere i. q. littera ipsa*: AVSON. 416, 26 CARM. de pond. 26. *cf.* COLVM. 7, 9, 12 sive per litteras sive per alias -as. *similiter de ponderum notis*: ISID. orig. 16, 27, 1 -as eorum [*sc. ponderis signorum*] et characteres, ut a veteribus signata sunt, subiciamus. *cf. p. 1080, 42*). CIC. leg. agr. 3, 14 usque eo vicinos proscriberet, quoad oculis conformando ex multis praediis unam fundi regionem -amque perficeret (*sim. fere i. q. ambitus*: VLP. dig. 48, 22, 7, 1 si quidem insulam sub se habeant, id est ad eius provinciae -am [*cf. p. 1070, 70*] pertinentem, quam administrarent). Tusc. 1, 45 *terrae* situm, -am, circumscriptionem (de orat. 2, 66 OV. met. 1, 248. 15, 556. fast. 6, 280 rotunda [MANIL. 1, 235]. MELA 3, 19 AVIEN. orb. terr. 1330 [σχῆμα]). rep. 5, 2 nostra . . . aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, non modo eam coloribus . . . renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut -am saltem eius et extrema tamquam liniamenta servaret. Tusc. 1, 68 nocturnam . . . caeli -am undique sideribus ornatam. nat. deor. 2, 50 *lunae* species ac -a mutatur (AVIEN. Arat. 1450 species ac -a mutatur. *item de lunae -is*: LVCR. 5, 716 varias splendoris reddere -as. 5, 722. 732 SVET. frg. 133 p. 210, 4 FIRM. math. 4, 1, 10 p. 199, 20 *al.* AVIEN. Arat. 1333. 1339. 1492 *al.*). LVCR. 2, 334 exordia . . . longe distantia -is (2, 497 infinitis distantia semina -is. 3, 32. 4, 46. 2, 373 intercurrat . . . distantia -is [526]. *cf.* 442 longe -as distare . . . principiis). 2, 379 facta . . . ad certam -am primordia rerum. 2, 490 quam quisque det ordo -ai speciem totius corporis eius. 2, 495. 686 dissimiles . . . -ae (*sc. primordiorum*) glomeramen in unum conveniunt (5, 443. *et p. 1069, 62*). 2, 758 variis (2, 816. 3, 32. 4, 46 *al., cf. l. 4. 68 al.*). 2, 895. 1005 res ita convertant -as mutentque colores (4, 167. 243). 4, 52 speciem ac -am similem gerit eius imago, cuiuscumque *eqs.* (*cf.* 4, 69. 87 [*v. p. 1078, 25*]. 104 *v. p. 1082, 24*). 4, 142 liquentia . . . cuiusque modi -arum vertere in oras. 5, 571 -a . . . solis debet ⟨f⟩ilumque videri (SEN. nat. 1, 17, 2. 7, 26, 2). 5, 1263 (*de plumbo et aere*) haec liquefacta calore quamlibet in -am et faciem decurrere rerum (VERG. ecl. 6, 36 solum . . . coeperit . . . rerum paulatim sumere -as. SEN. dial. 6, 18, 4 epist. 58, 27. QVEROL. p. 29, 8 *planetis* licet rerum omnium species atque -as vertere. *cf.* AVIEN. Arat. 1359 rebus -am absumpsere tenebrae). CAES. Gall. 3, 14, 5 non absimili -a muralium falcium. 5, 1, 2 *navium* modum -amque (LIV. 36, 43, 8. 37, 23, 5. 37, 30, 2 PAVL. FEST. p. 168. *cf.* VERG. Aen. 9, 100 mortalem eripiam -am *navibus*. LIV. 34, 26, 11 minoris -ae navigiis. 44, 28, 10 lemborum. PLIN. nat. 2, 191 ad -am puppis). 7, 23, 1 muri . . . Gallici hac fere -a sunt. civ. 2, 10, 1 musculi (*i. machinae*). SALL. hist. frg. 3, 102 in -am parmae (*cf.* LIV. 9, 40, 2 scuti. 22, 46, 5). VERG. georg. 1, 170 curvi -am accipit ulmus aratri (2, 450 tiliae . . . -am accipiunt. STAT. Ach. 1, 333 artifici victurae pollice cerae accipiunt -as. *tropice*: SEN. epist. 50, 6 quanto facilius [*sc. quam robora, trabes*] animus accipit -am, flexibilis *eqs.*). OV. am. 2, 11, 12 caerula (*v. p. 1071, 43*) -a maris (AVIEN. orb. terr. 256 [μορφή]. OROS. hist. 6, 14, 1 -a Oceani maris. *cf.* OV. epist. 18, 77 iactati -a profundi [PRISC. periheg. 159]. AVIEN. orb. terr. 171 curva salo -a est). am. 2, 11, 47 in . . . tori -am molles sternentur harenae. met. 1, 402 saxa . . . mollita . . . ducere -am. 4, 131 *arboris* (PLIN. nat. 16, 42 *abietis*). 9, 334 litoris (MELA 1, 15). 10, 212 flos oritur -amque capit quam lilia. 11, 209 freti. trist. 2, 485 -am . . . iactusque pilarum. 3, 10, 23 nuda . . . consistunt -am servantia testae vina. 3, 11, 44 operis (*i. tauri Phalaridis*). fast. 6, 265 templi (VAL. MAX. 8, 15 ext. 3 locum . . . in -am condicionemque templi redigendo. VOPISC. Aurelian. 31, 7. *cf.* VITR. 4, 1, 3 eius generis [*i. Doricae artis*] . . . -ae fanum. *ibid. Doricae acdis* -ae dignitas [*v. p. 1067, 46 sq.*]. *de aliis aedificiis, monumentis*: VAL. MAX. 8, 12 ext. 1 modo et -a *aras*. SVET. Nero 16, 1 GAIVS dig. 35, 2, 80, 1 VLP. dig. 8, 2, 11 TERT. adv. Val. 7 p. 183, 21 CAPITOL. Pert. 3, 4 IVST. 24, 6, 8 PALLAD. 1, 9, 1. 1, 18, 1 AVSON. 289, 9 AMM. 26, 8, 9. CORP. VI 29706 balneas . . . ⟨ad⟩ pristinam -am rest⟨itue⟩runt. 34561 monumentum . . . ad pristinam novitatis -am reficiendum curavit. VIII 4387 at -am et mensuram monumenti). LIV. 3, 28, 1 qui tractus castrorum quaeque -a esset (30, 4, 2 situm -amque et universorum castrorum et partium. VEG. mil. 3, 8 p. 82, 22. *aliter p. 1076, 48*). 35, 28, 7 -a agminis (AMM. 31, 16, 4). 37, 31, 8 urbs . . . oblonga -a (TAC. ann. 15, 43 veterem illam -am [*sc. urbis*]. PS. AVR. VICT. orig. 17, 1. OROS. hist. 7, 28, 27 *urbs Constantini* sola Romae . . . -a [*i. magnitudine*] et potentia possit aequari). 37, 39, 7 Romana acies unius prope -ae fuit et hominum et armorum genere (*i. q. uniformis; cf.* FRONTIN. strat. 2, 3, 16 adversus hanc -am *sc. aciei instructae*). MANIL. 1, 120 naturae -a canenda. 1, 248 membra . . . naturae diversa condita -a. 5, 330 diversa tibia -a. VITR. 1, 4, 3 *ferrum percalefactum* in omne genus -ae faciliter fabricetur. 10, 8, 1 scalari. 10, 11, 4. PAVL. FEST. p. 222 parvi panis (COLVM. 12, 15, 5 *ficos* in figuram stellarum . . . vel in -am panis redigentes). *al.* PHAEDR. 3, 13, 10. SEN. nat. 1, 3, 1 arcus (1, 6, 3). 3, 27, 10 *torrens* agros in -a⟨m⟩ unius laci redigit. 4, 3, 4 (*de gutta cadente*) locum . . . sibi ad -am et habitum sui exsculpit. epist. 88, 27 speculi. *al.* CVRT. 3, 3, 6. 9, 3, 19 cubilia . . . amplioris -ae quam pro corporum habitu. COLVM. 4, 17, 6. 6, 19, 1 arb. 5, 1 *al.* MELA 1, 2 totius *orbis* (1, 24). 1, 102 Scythici arcus (PLIN. nat. 4, 76. 86). *al.* LVCAN. 1, 531 varias ignis . . . dedit -as. PETRON. 128, 6 vera . . -a redit (*sc. rerum; opp.* somnia). PLIN. nat. 2, 193 cavernarum vel cuniculi. 3, 18 provinciarum (*cf. p. 1069, 78*) aliquantum vetus -a mutata est. 4, 75 totius Ponti (*cf.* TAC. Agr. 10 totius Britanniae [*syn.* facies]. AVIEN. orb. terr. 1045 *Asiae* [σχῆμα]). 19, 64 *cucumeres* crescunt qua coguntur -a (19, 67 *syn.* genus. 19, 70). 30, 63. 32, 22. 34, 19 maxima -a statuam. 36, 120. 188 *pavimentum* est -ā terrenā (*i. speciem terrae habet*). *al.* QVINT. inst. 10, 5, 10 eādem cerā aliae aliaeque -ae duci solent. PLIN. epist. 5, 6, 7 regionis -a pulcherrima (AVIEN. ora 8. orb. terr. 358 [μορφήν]). *al.* MAECIAN. distrib. 79 mensurarum liquoris atque grani expeditior et -a et appellatio est. SVET. Iul. 56, 6 *epistulas* ad paginas et -am memorialis libelli convertisse (*cf.* frg. p. 133, 8 breviori -a carmina atque epistulae, at vero historiae maiori modulo scribebantur. TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 571, 9 epistulis Pauli, quas proinde mutilatas, etiam de numero, -a [*i. figura externa*] iam haeretici euangelii praeiudicasse debebit. POMPON. dig. 1, 2, 2, 7 cum Appius Claudius . . . ad -am [*sc. libri; an ad II B 3 c?*]

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

redegisset has *legis* actiones). SVET. Aug. 80 callis ... concretis ad impetiginis -am. Cal. 19,1 in Appiae viae -am (*cf.* VLP. dig. 43,19,3,15 ad pristinam -am iter ... reducere). GAIVS dig. 19, 2, 2, 1 anulos ... certae -ae (inst. 3, 147). APVL. flor. 9 p. 35 lenticulari. VLP. dig. 10, 4, 9, 3 mutata -a ... rei *opp.* substantia (50,16,13,1 *opp.* corpus). VEG. mil. 4, 8 p. 133, 23 *saxa* -a ... volubili. CASSIAN. conl. 6,12 *cera* characteri signantium cedens pro eius -a atque imagine figuratur. DECRET. pontif. (Corp. X 8259) scripturam tituli at pristinam -am restituere.

de sideribus (*interdum, velut l. 11. 15. 21 al.*, -ae *non siderum figurae, sed ipsa siderum corpora figurata*): CIC. Arat. frg. 32[b] stella ... iungens ... duplices communi lumine -as (*sc. Andromedae et Equi*). 6 *v. p. 1069, 65.* 158 his *stellis* neque nomen nec -am veteres certam statuisse videntur (161 quas sideribus ... natura polivit et vario pinxit distinguens lumine -as. *cf.* 166 *syn.* figura). nat. deor. 2, 101 in quo (*aethere*) ... igneae -ae (*i. planetae et sidera*) cursus ordinatos definiunt. 2,117 astra ... -a ipsa figuraque sua momenta sustentant; sunt enim rotunda, quibus -is ... minime noceri potest. Ov. met. 2,78 -as ... ferarum (*i. siderum zodiaci*). fast. 2,190 Arctophylax -am terga (*sc. Vrsae*) sequentis habet. Pont. 4,10,39 plaustri praebentia -am ... sidera. MANIL. 1,109. 464. 533. 2, 270 signorum. 2, 537 humana condita -a astra. 3,497. 4,105. 5,101 Heniochi surgens -a. 5,325 testudinis ... -a (*sc. Lyra sidus*). GERM. 176. 210 capiti (*sc. Equi sideris*) tristissima -a. 215. 354. 372 *syn.* figura. 378. 557 *Capricornus*, ut fuerat geminus -a, sic sidere. SEN. nat. 1, 1, 2 *globi ignis.* 2, 1, 1. 7,11,2 *cometae* (7,11,3. 7,17,1. 7,27,4). PLIN. nat. 9,76 ad -am Septentrionis. FIRM. math. 2, 10, 1 de XII signorum natura, -is, qualitate. 2, 11, 1. 5, 7, 2 AVIEN. Arat. 82. 119 versa Lycaoniis ... suspectatur in ursis -a. 227. 388. 426. 515 marcida lanigeri ... -a. 561 Persea sub volucri ... -a. 812. 821. 879 geminae ... -ae *Centauri.* 909 -arum ... affixarum. 946 non isti (*viae lacteae*) -ā similis similisve colore circulus est alius. *sensu astrologico* (*aliter l. 34 sqq.*): MANIL. 2, 662 duplicem ... in Virgine -am (*cum sit inter astra biformia, ζώδια δίσωμα; cf. Housman ad Manil. II p. VIsq.; cf. l. 24. 29*).

in astrologia de siderum mutua coniunctione, i. q. σχῆμα: MANIL. 1, 60 reddita certis fatorum ordinibus sua cuique potentia -ae (3, 81 ut caperet genitura novam per sidera -am. 3, 178 caeli. *cf. Housm. ad 2, 856*). 2, 333 quadrati ... effingere -am (2, 664 -a quadrata). 2,317 transibit numerus (*sc. ter quinquagenarum partium*) -am (*sc. trigoni aequilateri*). PLIN. nat. 2,77 sexangulas mundi ... -as. FIRM. math. 8, 3, 5 -as integras ordinationis *signorum zodiaci. de templo caelesti*: MANIL. 3, 604 (*aliter Housman*).

de coloris specie: PROP. 2, 18[b], 32 (*de capillis fuco tinctis*) caerula -a (*cf.* Ov. am. 2, 11, 12 *p. 1070, 32*). Ov. epist. 20, 218 -a novi talis marmoris esse solet. MANIL. 5, 710 tertia Pleiadas dotavit -a (*i. genus coloris*) sorores. CARM. Spart. Pesc. 12, 6 *v. p. 1108, 6.* FIRM. math. 1, 10, 7 ut homines ad imitationem inustarum rerum atri ... -a coloris infuscet. PALLAD. 11, 14, 10 -am sui coloris ... imponere.

γ -a *in universum* (*de figura et animantium et inanimantium*): VARRO ling. 6,78 fictor ... cum dicit 'fingo', figuram imponit, cum dicit formo (inf- *codd., an recte?*), -am. RHET. Her. 3, 23, 38 -am si quam similem cuipiam dixerimus esse. 4,49,62 imago est -ae cum -a cum quadam similitudine collatio. CIC. ac. 1,26 animantium -ae (*i. qualitates*) earumque rerum, quae gignuntur e terra. Tusc. 1, 37 *animorum* -am aliquam figuramque (1,67 *animus* non videt ... -am suam. 1,70 ignoras et locum et -am. *al. cf.* TERT. anim. 3 p. 305, 5. 9 p. 310, 13 AVG. civ. 10,6 p. 411, 3 D. *al.*). nat. deor. 1, 26 aer sine ulla -a deus esse possit. *cf.* 1, 29 aer ... quem sensum habere potest aut quam -am dei (1, 31. 34. 37. PLIN. nat. 2,18 effigiem dei -amque quaerere [ARNOB. nat. 3,12 -arum effigies possidere]. *cf.* CIC. nat. deor. 1,45. 77 deos in aliarum -arum imitatione servare. 1,98. 2,60 *dei Epicurei* pulcherrima -a praediti. *al.*). CIC. div. 2,138 quae est ... -a tam invisitata (*cf. p. 1068, 53*), tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? Brut. 70 eorum, qui non usi sunt plus quam quattuor coloribus, -as et liniamenta laudamus. SEN. nat. 1, 2, 2 omne quod ex ictu -am accipit. 1, 2, 4. 1, 2, 7. 1, 6, 2 speculi natura talis, ut ... augeat -as ... ut minuat (*cf.* 1, 15, 7). epist. 58, 21 alterum exemplar (*ἰδέα*) est, alterum -a (*εἶδος*) ab exemplari sumpta et operi imposita. 118,17 quaedam processu priorem exuunt -am et in novam transeunt. TERT. adv. Hermog. 12 p. 139, 25 mortua est denique sua (*i. materiae*) -a. adv. Prax. 2 p. 230, 2 *opp.* substantia. AVSON. 336, 48 in physicis tria prima, deus, mundus, data -a. AVG. epist. 120, 10 intellecta conspicimus sine ullis -is et molibus corporalibus. civ. 5, 11 p. 210, 25 D. -ae seminum.

-a *i. q.* εἶδος (*μορφή*) *sensu Aristotelico* (*opp.* materia): SEN. epist. 65, 4 tertia *causa* est -a, quae unicuique operi imponitur tamquam statuae, nam hanc Aristoteles ἰdos vocat. 65, 5 *syn.* facies. 65, 8. 9. 13. BOETH. Porph. isag. p. 37, 12 rebus autem ex materia et -a constantibus ... quemadmodum statua ex materia est aeris, ex -a autem figura *eqs.* p. 42, 12. in Porph. comm. pr. 1, 6 p. 16, 7 oportet ... prius esse aliquid, ut -am quali' ιtis arripiat. 2, 6 p. 94, 14. 2, 14 p. 110, 20 sec. 2, 3 p. 174, 14. 4, 11 p. 267, 13.

b *de* ***incorporeis*** *aliquo modo compositis, dispositis* (*notione interdum ad B 2 α β declinante*): *α de certa ratione qua ea disponuntur, quae disciplina quadam continentur* (*interdum i. q.* '*System*'): VARRO ling. 7, 109 quae -a etymologiae. 8, 24 de similitudinum -a. 10, 1 ipse eius rei (*sc. analogiae et anomaliae*) -am exponam. 10, 49 *analogia* quadripertita -a comprehenditur (rust. 1, 37, 3 quadripertita -a cultura⟨e⟩ agri). rust. 2, 9, 3 ad -am artis expositam in novem partes (RHET. Her. 4, 7, 10 in praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla, uti in artis -am convenire possint. Ps. QVINT. decl. 8, 10 p. 154, 17 ars [*sc. medicina*] ... inventa pro vita ... auctoritatem -amque captat, ut longe ventura suprema prospiciat *eqs.* [*i. fere: quae erat ἐμπειρία, fit θεωρία*]). rust. 3, 2, 18 induce me in viam disciplinae villaticae pastionis ac vim -amque eius expone. frg. Char. gramm. I 103, 12 Varro de -a philosophiae (CIC. ac. 1, 17). CIC. de orat. 3, 141 Aristoteles ... mutavit repente totam -am ... disciplinae suae (fin. 5, 9 est -a eius disciplinae [*sc. Peripateticorum*] ... triplex: una pars est naturae, disserendi altera, vivendi tertia). fin. 4, 19 habes ... -am eorum (*sc. veterum*) ... philosophorum (*opp.* 4, 21 nova ... disciplina). ac. 1, 23 haec ... fuit ... eius partis (*i. ethicae*) ... -a atque descriptio. 1, 33 haec -a erat illis prima, a Platone tradita (*cf. Plasbergi adn. crit.*). AVG. civ. 6, 3 p. 249, 3 D. in divinis ... rebus eadem ab illo (*sc. Varrone*) divisionis -a servanda est. 11, 25 p. 496, 19 scientiae -am.

β de iis quae litteris, verbis concipiuntur (*de formulis v. p. 1081, 36 sqq.*): VARRO Men. 398 poema est lexis enrhythmos, id est verba plura modice in quandam coniecta -am (*cf.* SVET. frg. p. 4, 9 id genus quia -a quadam efficitur, quae *ποιότης* dicitur, poema vocitatum est). LVCR. 4, 567 *vox* in privas quoniam se dividit aures obsignans -am verbi[s] clarumque sonorem (4, 574 saxa pares -as verborum ex ordine reddant. SEN. dial. 9, 23 nec ... imitari et transferre verba ad illorum [*Graecorum*] -am necesse est [*syn.* facies, *opp.* vis]. QVINT. inst. 8, 6, 2 [*de tropis*] verti ... -as non verborum modo, sed et sensuum et compositionis. *aliter p. 1079, 61 sqq. 1080, 51. 52*). LIV. 31, 31, 1 totam orationis meae -am Macedones ... mutarunt. PLIN. nat. 7, 108 *Homeri* operis -a (*Strack*, fortuna *codd.*) *opp.* materies (SVLP. SEV. epist. 2, 27, 3 ne quid -a praecisi operis rerum dignitatibus diminueret). QVINT. inst. 1, 9, 3 sententiae ... chriae ... ethologiae ... quorum omnium similis est ratio, -a diversa. 3, 4, 14 -am suadendi (*i. σχῆμα συμβουλευτικόν*) habent *panegyrici* (*cf.* 5, 13, 6 -a deliberativae magis materiae quam iuridicialis. EVGRAPH. Ter. Andr. 612 -a non plenae deliberativae). 4, 1, 67 cuius *partis* haec -a est (*item de prooemio* 9, 4, 132. decl. 338 p. 330, 15 prooemium propriam -am ... habet. neque narrationis -a cadit in prooemium neque locorum). 5, 14, 10 in tribus ... partibus *epichirematis* non est -a semper eadem. 5, 14, 26 syllogismi (GELL. 2, 8, 5 MART. CAP. 4, 408. 409. 410—419. 420. 422. 423 v. 15 -as ... mendas comprobat quas veritas). 5,14,30 conclusionibus certis et in unam prope -am cadentibus. 6, 3, 45 cuius (*urbanitatis*) ... duplex -a est dicendi et respondendi. 9, 1, 10 *figura est* qualiscumque -a sententiae, sicut in corporibus, quibus, quoquo modo sunt composita, utique habitus est aliquis (FRONTO p. 98, 14 N. -am sententiae Tullianae). 9, 1, 14 figura sit arte aliqua novata -a dicendi (*cf.* 9, 3, 64 figura est, quod diversa sermonis -a coniungitur [TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 16 nec -a sermonis ... nova. adv. Prax. 27 p. 281, 5]. 9, 3, 24 non sensum mutat, verum -am eloquendi. TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 586, 7 ex -a simplici loquelae humanae, qua ... id, quod continet, ponimus pro eo quod continetur. resurr. 19 p. 51, 11 sollemnissimam eloquii prophetici -am, allegorici et figurati plerumque. 20 p. 53, 22 allegorica -a ... prophetici eloquii). 9, 4, 22 illa conexa series tres habet -as: incisa ... membra ... ambitus (IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 20). TAC. hist. 4, 3 litterae tamquam manente bello scriptae: ea prima specie -a (ann. 15, 24 litteras ... in eandem -am attulere. SVET. Tib. 30 quid et qua[m] -a[m] regum litteris rescribi placeret [*abit in notionem* '*formulae*': LAMPR. Comm. 13, 7 libellis una -a multis subscriberet. *cf. p. 1081, 58 sqq.*]. FRONTO p. 126, 11 N. -am epistulae. VVLG. I Macc. 12, 2 epistulas secundum eandem -am). TAC. ann. 4,39 talis -a *scripti* fuit. VLP. dig. 45,1,52 pr. contractui -am contrahentes dant. TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 26 scripturarum -am et ... naturam (3, 6 p. 383, 8). TREB. trig. tyr. 11, 5 epigramma Graecum in hanc -am. DIOM. gramm. I 421, 17 littera est vocis eius quae scribi potest -a (BOETH. herm. sec. 1 praef. p. 5, 18 propria locutionis -a vox composita quae litteris describatur). BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 158, 22 -am tractatus egreditur. *speciatim in rhetorica de orationis numerosae conformatione* (*aliter, sc. ea notione quae est i. q. figura, σχῆμα, v. p. 1080, 44 sqq.*): CIC. de orat. 3, 171 continuatio verborum ... collocationem primum, deinde modum quendam -amque desiderat (3, 173. 176). 3, 199 de numero atque -a.

2 ***sensu limitato:*** *de figura pulchra, i. q.* ***pulchritudo*** (*ex eis, quae sub IA1αα posita sunt, cf. e. g. p. 1068, 7. 75*):

a *hominum*: ELOG. Scip. Carm. epigr. 7 (Corp. I[2] 7), 3 quoius -a virtutei parisuma fuit (*cf.* PLAVT. Mil. 1327 *p. 1067, 20*). PLAVT. Mil. 777 Alexandri praestare praedicat -ae (*corr. Guietus*; -am *vel* -a *codd.*) suam. 968. 1087. 1170. 1237. 1251 si parem sapientiam [hic] habet ac -am. 1390 moechum qui -ast ferox (TITIN. com. 19 virginem ... -a ferocem. LIV. 31, 18, 3). TER. Andr. 286 huius -am atque aetatem vides (Hec. 75 AFRAN. com. 61 RHET. Her. 4, 54, 67 CIC. Verr. 6, 64 Tusc. 5, 94 BELL. Alex. 41, 2. PROP. 2, 33, 33 vino -a perit, vino corrumpitur aetas. Ov. medic. 45 -am populabitur aetas. met. 3, 455. 9, 718 LIV. 8, 28, 2. 26, 49, 13 VAL. MAX. 4, 3, 3 STAT. silv. 2, 1, 139 IVV. 5, 61 TAC. Germ. 7 CARM. epigr. 879, 1 [*saec. II*].

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al. v. p. 1066,81 et 1067,27; cf. STAT. silv. 2,1,178 aevo). Haut. 389 -a impulsi nostra nos amatores colunt. Phorm. 108 *v. p. 1067,37.* Eun. 361 estne *Thaïs*, ut fertur, -a? :: sane. :: at nihil ad nostram hanc. 366 summa -a ... conservam. LVCIL. 735 at metuis porro ne aspectu et -a capiare altera (OV. epist. 4, 64 me tua -a capit. 16, 180. CARM. epigr. 1058, 2 [*saec. I ex.*] multos cum caperet superba -a. OV. met. 10, 529 capta viri -ā ... Cythereia. LIV. 4, 9, 5. OCTAVIA 217 mortali captus -a *Iuppiter*. TAC. ann. 13, 46). AFRAN. com. 61 -ae satis (OV. epist. 15, 306). RHET. Her. 3, 7, 14. 4, 20, 28 diligere -am, neglegere famam. 4, 47, 60 citharoedus ... -a et specie sit. VARRO rust. 3, 6, 2 *pavoni* natura -ae e volucribus dedit palmam. CIC. Arat. 447 *cum Nereidibus* ausa est contendere -a *Cassiepia*. Verr. 6, 64 qui aliquid -ae, aetatis, artificique habebant (6, 71). dom. 90 illa fuit pulchritudo populi Romani, illa -a, quam in campo vidisti. leg. 1, 52 fin. 5, 80. Tusc. 1, 65 Ganymeden ... raptum ... propter -am. 5, 45 de orat. 2, 46. 342 part. 74. 87 ad Q. fr. 1, 1, 8. PVBLIL. J 39 in amore -a plus valet quam auctoritas. LVCR. 1, 473 Tyndaridis -ae ... amore. SALL. Catil. 1, 4 divitiarum et -ae gloria. 15, 2. 25, 2 mulier genere atque -a ... fortunata (HOR. epist. 1, 6, 37 genus et -am regina Pecunia donat. VELL. 2, 94, 2 PHAEDR. app. 14, 2 OCTAVIA 545 STAT. silv. 3, 3, 111 TAC. ann. 13, 6 FLOR. epit. 3, 14, 11 FRONTO p. 53 N. *al.*). VERG. Aen. 1, 27 iudicium Paridis spretaeque iniuria -ae. 8, 393 -ae conscia coniunx. CIRIS 77 -a cum vinceret omnes (HOR. epist. 15, 22 OV. epist. 15, 70 PHAEDR. 3, 18, 6 OCTAVIA 45 *cf.* OV. fast. 6, 44. *aliter p. 1068,25*). HOR. epod. 15, 15 carm. 2, 4, 6 epist. 1, 4, 6 TIB. 1, 4, 36. 1, 8, 24. 1, 9, 17. 51. 2, 4, 35 PRIAP. 39, 1. 2. PROP. 1, 2, 24 illis ampla satis -a pudicitia. 3, 20, 7 est tibi -a potens (OV. ars 3, 258 -a sine arte potens. *cf. p. 1078, 1*). 3, 10, 17 perennis. 3, 24, 1 fiducia -ae (*v. p. 699, 43sqq.*). *passim.* OV. am. 1, 8, 25 nulli tua -a secunda est (1, 13, 44). epist. 20, 33 superbae. ars 3, 217 ista dabunt -am, sed erunt deformia visu. met. 1, 530 aucta ...-a fugā est. 4, 794 clarissima. 6, 680 sed erat par -a duarum (9, 718 fast. 6, 805 *al.*). 7, 497 veteris. *passim.* LIV. 3, 48, 7 infelicem. *al.* CARM. epigr. 1035, 1 (*saec. I*) Calliste mihi nomen erat, quod -a probavit. 989, 2 (*saec. I med.*). MANIL. 1, 338. 5, 515 SEN. contr. 9, 2, 1. GERM. 664 corrupta. VELL. 2, 75, 3 -ā Romanarum eminentissima (OCTAVIA 199 eminens). *al.* VAL. MAX. 2, 1, 5 quo -am ... concinniorem efficerent. *al.* PHAEDR. 3, 8, 15 *al.* SEN. Herc. O. 385 *al.* benef. 1, 10, 2. dial. 6, 24, 3 rarissima. 11, 6, 2 venalem (COD. Iust. 9, 9, 22 [*a. 290*]). *al.* CVRT. 8, 4, 25 *al.* LVCAN. 6, 459 blandae ... potentia -ae. 10, 82. 137 PETRON. 75, 4. 93, 4. 94, 1. 105, 7 mirabili. 110, 2. 112, 4. 126, 2. 14. 127, 3. 128, 3. 138, 6. PLIN. nat. 10, 51 dilecta. *al.* VAL. FL. 2, 148. 7, 449 SIL. 3, 424 *al.* STAT. Theb. 2, 203 -ae laude (6, 574. 9, 704). *al.* MART. 9, 16, 1 *al.* QVINT. inst. 2, 5, 12 *al.* IVV. 6, 103 *al.* TAC. ann. 4, 15 *al.* APVL. apol. 4 -ae et facundiae crimina. Socr. prol. p. 111 tantae ... -ae (COMM. instr. 1, 3, 4 tanta fuit -a feminarum). *al.* CARM. epigr. 213, 5 (*saec. II*). 434, 13. 1329, 3. 1443^{A}, 7.

b *rerum corporearum*: CIC. Verr. 5, 129 quanta religione fuerit eadem specie ac -a signum. p. red. ad Quir. 4 quae -a regionum (EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. [Corp. XI 5265] 12 regionum omnium species et -a. *cf.* STAT. silv. 1, 3, 15 quae -a beatis ... locis. CLAVD. rapt. Pros. 2, 101 -a loci superat flores). VERG. Aen. 11, 70 hyacinthi, cui neque fulgor adhuc necdum sua -a recessit (*cf.* CVLEX 408 *narcissi* gloria -ae). OV. am. 2, 6, 17 rari -a coloris. SEN. Herc. O. 380 ut alta silvas -a vernantes habet (*opp.* 384 deforme ... nemus; laeta *pro* alta *Madv., sed cf.* 391 altum ... decus. *de structura verborum* '-a habet silvas' *cf. Leo I p. 194*). PLIN. nat. 34, 54 ex aere ... Minervam tam eximiae pulchritudinis, ut -ae cognomen acceperit. LVCAN. 10, 119 hebenus ... vastos non operit postes, sed stat pro robore vili auxilium, non -a domus. *cf.* ADNOT. *ad l.* ut magnitudine sua sustentaret domum potius quam ornaret.

c *rerum incorporearum*: CIC. Tusc. 3, 4 illa ... vitiorum ... laudatrix fama popularis simulatione honestatis -am eius pulchritudinemque corrumpit (*cf. antea*: effigies virtutis, imago gloriae). FRONTO p. 153, 24 N. vides, quantum similitudine verborum -ae (*i. elegantiae sermonis*) assecutus sit. PANEG. 11 (3), 5, 4 -as ... virtutum (*cf. postea*: candor aequitatis, purpura sancti ruboris *temperantiae eqs.*). AVG. gen. ad litt. 4, 4 p. 100, 7 ab stultitiae deformitate ad sapientiae -am decusque (civ. 8, 7 p. 332, 2 D. qualibus oculis carnis -am sapientiae decusque conspexerint). COD. Iust. 1, 17, 2, 11 (*a. 533*) -am legum pulcherrimam non coniventibus oculis accipere.

B ***de habitu et ratione*:**

1 *ita, ut species, aspectus significetur* ('*Erscheinungsform*'): CIC. leg. agr. 2, 32 -am adhuc habetis ... et speciem ipsam tyrannorum; insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem (*cf. p. 1074,16*). OV. trist. 1, 3, 22 -a ... non taciti funeris intus erat. EPICED. Drusi 182 gentibus adversis -a sit illa. LIV. 5, 55, 5 -a ... urbis sit occupatae magis quam divisae similis (SEN. clem. 1, 26, 2 non aliud quam captarum urbium -a et terribilis facies publici metus). 6, 25, 8 eademne -a pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset, scire cupiens. 9, 7, 7 consessum in omnem -am luctus est. 41, 3, 1 nequaquam eadem est tum rei *bellicae* -a apud Romanos. 45, 29, 2 assuetis regio imperio tamen novum *imperium* -am terribilem praebuit. SEN. Herc. O. 252 -as dolor errat per omnes, *i. per omnia genera, qualia aspicientibus apparent* (*cf. antea*: nec unus habitus ... aut uno ... voltu). SIL. 17, 482 aspera pugna novas varia sub imagine leti dat -as. TAC. hist. 3, 28 varia pereuntium -a et omni imagine mortium. FLOR. epit. 2, 2, 8 proelii ... -a mirabilis (ANTH. 360, 6 mira nostri -a constat saeculi, pardos feroces ... praedam ... quaerere canum inter agmen). PRVD. c. Symm. 1 praef. 34 *de vipera digito Pauli adhaerente* non intrepidum terret apostolum tristis tam subiti -a periculi. OROS. hist. 6, 11, 30 ipsa miseri praesens -a viventis (ENNOD. dict. 24, 3 p. 499, 4 spe sequentis gaudii praesens malorum poterat -a nesciri). 7, 22, 9 coeptae ultionis maior -a quam poena. PETR. CHRYS. serm. 24 p. 266^{A} quid tam vita plenum quam -a vigilantis (*syn.* aspectus).

2 *ita, ut non tam externus habitus aut species, quam interna velut dispositio et qualitas spectetur* (*cf. A 1 b*):

a -a *fere i. q. genus*: *α de hominibus*: CIC. Phil. 5, 13 num est ex iudicum genere et -a? num ... leges nostras moresve novit? rep. 2, 51 -a et species et origo tyranni (*cf. p. 1073,74*). APVL. Plat. 2, 15 culpabilium ... virorum quattuor -ae sunt. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 440, 13 *obsecutorum*. PACIAN. epist. 3, 13 fidelium. sim. carn. p. 120, 25 domini. GREG. M. moral. 3, 46 p. 623^{A} adversantium. PASS. Andr. long. 6 discipuli.

β de rebus (*nonnullis locis ita, ut etiam de externa specie cogitari aut possit aut debeat, velut l. 29. 37. 41sq.*): CIC. part. 68 *causarum* -a duplex est. 106 ad consultationum -am rationemque revocantur. fin. 3, 23 appetitio animi, quae ὁρμή Graece vocatur, non ad quodvis genus vitae, sed ad quandam -am vivendi videtur data (Tusc. 3, 38 -am Epicuri vitae beatae verbis Zenonis expressam. *cf.* TAC. ann. 1, 74 -am vitae iniit *talem. aliter p. 1086, 1*). fin. 5, 41 cum igitur ea sit, quam exposui, -a naturae (*sc. hominis*). Tusc. 5, 114 species -aque pugnae (LIV. 4, 33, 2. 40, 28, 4. CVRT. 8, 4, 7 nova -a pugnae). top. 51 loci ... -a talis est. 87 de eodem et de altero ..., quod genus -a quaedam definitionis. VERG. Aen. 6, 626 omnes scelerum comprendere -as (*cf.* OCTAVIA 157 tot facinorum -as. QVINT. inst. 1, 5, 41 vitiorum. 8, 5, 25 corruptorum. PRISCILL. tract. 1, 16 peccaminum. 3, 56 delicti -a peccati. CLAVD. carm. min. 53, 20 nocendi. CAEL. AVR. chron. 4, 9, 133 libidinis). LIV. 2, 48, 6 res proxime in -am latrocinii venerat. 22, 57, 11 -am novi dilectus. MANIL. 5, 243 quaeque alia innumeri cultus (*sc. agri*) est -a per orbem. VELL. 1, 16, 2 eminentissima cuiusque professionis ingenia in eandem -am (*i. genus litterarum*) et in idem ... temporis congruere spatium. 2, 36, 3 Livius Tibullusque et Naso perfectissimi in -a operis sui (*aliter p. 1072, 30. 1085, 13. 1086, 8*). SEN. Phaedr. 551 mille -as mortis (TERT. anim. 55 p. 388, 3 -a humanae mortis. ARNOB. nat. 1, 40 acerbissimarum mortium. *cf.* VAL. FL. 6, 419 -a necis. PS. QVINT. decl. 13, 6 p. 252, 2 multas mali -as ..., varia leti genera [CLAVD. rapt. Pros. 3, 300. *cf.* TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 354, 8 *syn.* species. ARNOB. nat. 7, 11 *infortuniorum* species et -as]). epist. 66, 9 decorum et iustum et legitimum non eiusdem esse -ae putas (*sc. quae nullam accessionem recipit*). QVINT. inst. 5, 13, 7 negandi duplicem ... -am (PLIN. epist. 5, 20, 6 postulationem Vareni silentio praeteriit: haec -a negandi fuit. BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 133, 25 speciem -amque affirmationis et negationis. *cf. I A 1 b β*). inst. 6, 2, 15 lenis caloris alieni derisus ex hac -a (*i. genere affectus mitis et placidi exprimendi*) venit. 7 praef. 4 infinitae litium -ae (SIDON. epist. 2, 5, 1 bipertitae litis -ae). 7, 2, 9 in alterum ... transferendi criminis una -a est. 7, 4, 27 abdicationum -ae sunt duae. TAC. hist. 1, 5 accessit Galbae vox pro re p. honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi; nec enim ad hanc -am cetera erant. ann. 4, 60 diversae ... sollicitudinum -ae oriebantur. 13, 41 alia ... in eandem -am decernuntur. FRONTO p. 100, 22 N. haec -a *παραλείψεως* nova *est*. TERT. anim. 26 p. 344, 7 Stoica -a (*syn.* more). 52 p. 384, 1 apol. 46, 1 bapt. 5 p. 206, 4 adv. Hermog. 29 p. 157, 4 ieiun. 7 p. 282, 5. 9 p. 284, 26. 285, 28 adv. Marc. 1, 3 p. 294, 20. 2, 24 p. 369, 13. 4, 1 p. 426, 1. 4, 38 p. 551, 20. 5, 3 p. 578, 7 *dei* est -a gratiae fides (*Kroymann*, fidei *codd.*). nat. 2, 2 p. 97, 5 trinam -am divinitatis ... Olympicos, Astra, Titaneos. patient. 13 p. 20, 16 cum squalore et paedore septenni ab humana -a exulasset. pudic. 6 p. 228, 6 resurr. 38 p. 80, 22. 55 p. 114, 20 scorp. 11 p. 170, 5 spect. 6 p. 8, 4. SER. SAMM. 1048 mira est haec -a medelae (AVSON. 336, 67 medendi. *cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 67 -am ... curationis). ANTH. 940, 5 omnis ... virtutis -a. ARNOB. nat. 3, 15 varias tegminum amictuumque -as (CASSIOD. inst. div. 30 p. 1146^{a} tegumenti). FORTVN. rhet. 1, 9 p. 88, 17 -am et faciem statuum. DON. de com. 6, 5 comoediarum -ae sunt tres. HIL. trin. 8, 16 p. 248^{B} omnis ... comparatio ad intelligentiae (*i. rei intelligendae*) -am praesumitur. PS. HIL. libell. 1 p. 733^{B} certam esse -am ... differentiae. AVSON. 416, 28 PROB. Verg. ecl. praef. p. 325, 7 PRVD. c. Symm. 2, 239 PAVL. NOL. carm. 19, 22. AVG. civ. 15, 2 p. 60, 29 D. intellegendi. p. 61, 15 in terrena civitate duas -as. THEOD. PRISC. phys. 7 pari -a. MART. CAP. 5, 486. 6, 712. SACR. Leon. p. 424 abundet in eis (*i. diaconis*) totius -a virtutis (*per enallagen; cf.* p. 425 eluceat in eis totius -a iustitiae. *vix ad III B 2 b*). PRAEDEST. 1, 40 p. 603^{A} *syn.* genus. BOETH. arithm. 1, 32 p. 66, 18. 2, 4 p. 88, 23 in Porph. comm. sec. 3, 11 p. 235, 14. ENNOD. opusc. 3, 108 p. 358, 23 species laborum ... vel -as. 3, 171 p. 375, 12 indulgentiae species aut -as.

speciatim: Ⓘ *de condicione, aestimatione: agri*: VARRO rust. 1, 6, 1 primum de solo fundi videndum ... quae sit -a. *ibid.* -ae cum duo genera sint, una quam natura dat (*cf.* 1, 7, 1 ad

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cognita ex -a in publicum restituerunt. SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852 = Bruns fontes[7] 71 a) 17 intra quam diem nisi -a allata esset (*sc. ex tabulario principis*), se eam, quae in provincia esset, secuturum. *ibid.* 18 (*a. 69 in lite de finibus diiudicanda. cf. Mommsen, Ges. Schriften V p. 345 sq.*). CORP. X 3828 (*Capuae, a. 77*) fines agrorum dicatorum Dianae . . . ex -a dívi Aug. restituit. VIII 23910, 3 (*in prov. procos.*) ⟨termi⟩nus posit⟨u⟩s ⟨secun⟩dum -am Martianam. *saepe apud gromaticos* (*cf. etiam p. 1084, 83 sqq.*): FRONTIN. grom. p. 2, 6 Th. agrum . . . mensores . . . in -am in modum limitati (*Lachm.*, limitum *codd.*) condiderunt. HYG. grom. p. 71, 12 Th. -a . . . sic scribi debebit *eqs.* p. 73, 4 in -a generatim enotari debebit 'loca culta' et 'inculta', 'silvae' (p. 73, 7. 79, 17 inscriptum in -is, quantum *eqs.* p. 80, 1 in -is locorum talis ascriptio. p. 84, 12 evocatus Augusti . . . in aere, id est in -is, non tantum modum, quem assignabat, ascripsit aut notavit, sed et extrema linea uniuscuiusque modum comprehendit. BALB. grom. p. 98, 14 [= PS. BOETH. grom. p. 415, 3] quicquid ad *rigorum* imitationem in -a scribitur, linea appellatur. SIC. FLACC. grom. p. 125, 6 Th. auctor divisionis assignationisque . . voluntate⟨m⟩ sua⟨m⟩ edicit [*Lachm.*, edictis *cod.*] commentariis aut in -is. HYG. lim. grom. p. 159, 21 Th. in -a . . . ostendemus 'silvas' sive 'pascua publica' *eqs.* p. 160, 2 in -a loci latitudinem rarior litterarum dispositio demonstrat. p. 160, 6. 161, 5. 24. 164, 16. 165, 1. LIB. col. I p. 244, 5 invenitur in scarifo civitatis Capuensium, in -a Sorana *eqs.*). HYG. grom. p. 80, 8 Th. quorum agrorum -ae . . . plerumque habent quendam modum ascriptum: sed in his extremis lineis comprehensae sunt -ae (*i. figurationes agrorum*) sine ulla quidem norma rectoque angulo. p. 84, 19. 87, 10. 88, 20 quoniam secundum -as disputatur (NIPS. grom. p. 293, 20 AGENN. grom. p. 35, 11 Th. p. 35, 19. 37, 15. 22. 40, 14. 44, 1 secundum postulationem aeris [*Lachm.*, eius *B*] -arumque. LIB. col. I p. 225, 12 iuxta -as et inscriptiones). HYG. grom. p. 92, 18 Th. ut nec ad -am nec ad ullum scripturae revertatur exemplum (NIPS. grom. p. 295, 6 reversus ad -am inveneris *eqs.*). p. 94, 19 in aere ⟨et⟩ in scriptura modus comprehensus est. quod semper erit (*i. pertinebit*) ad -am. p. 95, 1 ex modo illo, qui aere et in scriptura -ae continetur. p. 98, 4. SIC. FLACC. grom. p. 102, 9 Th. agrorum nullum . . . aes, nulla -a, quae publicae fidei possessoribus testimonium reddat. p. 102, 13 quidam . . . possessionum suarum privatim -as fecerunt. p. 118, 17 agrorum divisorum, qui institutis limitibus divisi sunt, -ae varias appellationes accipiunt. quidam ⟨in⟩ arboreis tabulis (*Lachm.*, arbores finales *cod.*), alii in aenis, alii in membranis scripserunt. et quamvis una res sit -a, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii cancellationem, alii typon. p. 118, 22 quidam -as . . . in aere scalpserunt, id est in aereis tabulis scripserunt. p. 119, 2 agrorum et divisorum et assignatorum -as . . . principatus in sanctuario habet. p. 119, 4 qualescumque . . . -ae fuerint, si ambigatur de earum fide, ad sanctuarium principis revertendum erit (*cf. Mommsen loco supra l. 5 allato*). HYG. lim. grom. p. 131, 6 Th. -arum pulcher habitus (*opp.* ipsi agri). p. 139, 18. 164, 12. 165, 10 omnes [aeris] significationes et -is et tabulis aeris inscribemus . . . et in aere permaneat. p. 167, 13 finibus assignatis . . . -as et quaecumque ad mensuras pertinebunt . . . ⟨a⟩ conditore ordinata r(ei) p(ublicae) ⟨in⟩feremus (praeferimus *vel* -emus *codd., corr. Thulin; cf.* p. 165, 14 libros aeris et typum perticae totius lineis descriptum . . . tabulario Caesaris inferemus. *v. Mommsen l. c.*). NIPS. grom. p. 293, 5 in qua parte agri sis, invenire . . . ex typo vel -a regionis ipsius (AGENN. grom. p. 35, 21 Th. modus [*sc. agri*] ex -a pronuntiatus). AGENN. grom. p. 33, 16 Th. 36, 14 *mensor* habe[n]t aes (*Lachm.*, in se *cod.*), cuius -am respicit (*Lachm.*, quibus -am redigit *cod.*), cum (cuius *cod.*) modus in ⟨dis⟩crimine est (crimine deside *cod.*). p. 38, 6. 20 convenire . . . in restitutione -arum omnia debent, ut secundum signa in -is nominata locus quicumque erat restituatur (*cf. supra l. 1. 5*). p. 39, 11 -ae antiquae. p. 43, 14 deductarum coloniarum -ae. p. 47, 6 si r(es) p(ublica) -as habet. p. 48, 23 in tabulariis -ae eorum (*sc. locorum sanctorum*; earum *codd.*) plurimae. PS. AGENN. grom. p. 64, 7 Th. -is per centurias certus cuique modus ascriptus est. GRAN. LIC. p. 10, 2 -am . . . agrorum in aes incisam. VENVL. dig. 48, 13, 10 tabulam aeream . . . -am . . . agrorum . . . continentem.

2 *translate*: **a** *de rebus corporeis*: OV. Pont. 3, 1, 20 in terra est altera -a maris. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 4 p. 75, 23 Tyrum . . . aliam aliquam, cuius haec quam in terris novimus -a est. **b** *de rebus incorporeis*: CIC. Att. 6, 3, 4 -am . . . mihi totius rei publicae . . . velim mittas (epist. 3, 11, 4 quod ad me quasi -am communium temporum et totius rei publicae misisti expressam. 12, 23, 3 habes -am rei p. *cf.* 2, 8, 1 *p. 1085, 10. aliter p. 1076, 32 sqq.*). 7, 12, 6 -am mihi urbis exponas. VAL. MAX. 7, 5, 5 si quis . . . deorum -am et imaginem futurae eius (*Sullae*) potentiae populo Romano repraesentasset. PS. APVL. Ascl. 7 una pars *hominis* . . . *οὐσιώδης*, quam vocamus divinae similitudinis -am. *i. q. μόρφωσις, ὑποτύπωσις*: VVLG. Rom. 2, 20 habentem -am scientiae et veritatis (*μόρφωσιν*). II Tim. 1, 13 -am habe sanorum verborum (*ὑποτύπωσιν*). *apud* ECCL. *saepe i. q. praefiguratio, allegorica significatio* (*similia sunt multa eorum, quae sub B 2 a collocata sunt*): HIL. in Matth. 11, 2 p. 979[A] in eo (*Ioanne baptista*) -a legis celata est (14, 7 p. 998[B]. *cf.* syn. 9, 5 p. 964[A] typus legis. ISID. alleg. 141). 15, 6 p. 1005[C] in filia enim Chananaeae ecclesiae -am constitutam (*syn.* typum). 15, 10 p. 1007[B] ad -am futuri (17, 3 p. 1015[A] in psalm. 136, 2 p. 724, 14 MAR. VICTOR aleth. 1, 219. *cf.* VVLG. Rom. 5, 14 *Adam* est -a futuri [*τύπος*]). in psalm. 133 p. 693, 7 ostendens per hanc -am *eqs.* 134, 19 p. 705, 27 *in Aegypto* saeculi -a est (135, 14 p. 722, 4). 140, 8 p. 794, 8. HIER. epist. 36, 16, 3 p. 283, 21 Rebecca . . . -a spiritus sancti. RVFIN. Adamant. 1, 11 (*προτύπωσις*). 5, 5 *v. supra p. 736, 21.* hist. 2, 17, 20 -as esse et imagines (*σύμβολα*) ea quae in legis littera scripta . . . latentis intrinsecus . . . divini mysterii (Orig. princ. 1 praef. 8 p. 14, 8 -ae sunt haec, quae descripta sunt [*sc. in scriptura sancta*] sacramentorum . . . et divinarum rerum imagines). Orig. princ. 2, 11, 5 p. 188, 12 cuius -a erat in Moyse. Orig. in cant. 4 p. 196[C] difficilis -ae huius vel figurae . . . explanatio. DOCTR. apost. 4, 11 vos autem servi subiecti dominis vestris estote tamquam -ae dei (*ὡς τύπῳ θεοῦ*) cum pudore et tremore. PRVD. apoth. 309 Christus -a patris, nos Christi -a et imago. cath. 1, 26 somnus . . . est -a mortis perpetis. ditt. 60 bis seni lapides, quos . . . constituere patres in -am discipulorum. ham. praef. 36 ham. 735. SVLP. SEV. hist. 1, 24, 5 *Debbora* in typum ecclesiae -a praemissa (-a *perperam del. edd.*). epist. 3, 7 *mergus* praedam *sequens* . . . -a . . . daemonum est. OROS. hist. 7, 27, 4 in quantum . . . figura -ae comparari potest. *ibid.* 16. SACR. Leon. p. 428 profectus gregis tui sit -a pastoris. CANON. Migne 56, 757[B] chorepiscopi sunt . . . -a de septuaginta (*sc. discipulis Christi*). PROSP. epigr. 69, 14 sit -a et speculum, lux et imago dei. PETR. CHRYS. serm. 60 p. 366[D] perfectio geniti generantis -a est. IVNIL. 2, 16 (*syn.* typus, figura). MVTIAN. Chrysost. hom. 13, 2 omnia legis -as esse et umbras (*τύποι*). 14, 2. 15, 2. ARATOR act. 1, 442 ecclesiae . . . -a (*i. Petrus*). 1, 1029 quae -a manet sacrato in corpore Petri, cernite. THEOD. MOPS. in Gal. 2, 16 p. 30, 13 baptisma -am habet mortis et resurrectionis Christi. ISID. alleg. 143 Herodes . . . diaboli -am expressit. *in rhetorica i. q. imago, τύπος*: RHET. Her. 3, 16, 29 imagines sunt -ae quaedam et notae et simulacra eius rei quam meminisse volumus. 3, 20, 34. 3, 22, 37 *cf.* 3, 23, 38 *p. 1071, 51.* CIC. de orat. 2, 358 ut res caecas . . . conformatio quaedam et imago et figura ita notaret, ut ea . . . intuendo quasi teneremus. his autem -is *eqs.* QVINT. inst. 11, 2, 26 quo modo poterunt copulata fluere, si propter singula verba ad singulas -as respiciendum erit? RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 4 p. 178, 5 conscientia . . . omnia in memoriam recipiens, quorum in semet ipsa signa quaedam ac -as, cum peccaret, expresserat. *aliter i. q. descriptio verbis facta* (*cf. p. 1083, 72 sqq.*): FRONTO p. 108, 16 N. Iugurthae -a eiusmodi est. p. 109, 4 agri . . . -a. IVL. RVF. rhet. 24 p. 44, 25 *εἰκὼν* fit cum perfectae -ae similes conferuntur (*fort. ad II B 1 a*).

B *exemplar, ad cuius similitudinem res aliqua formatur*: **1** *proprie*: **a** *i. q. exemplar alicuius rei cavatum, in quod materies ad rem fingendam infunditur sive imprimitur* (*v. et p. 1078, 59 sqq.*): VARRO rust. 1, 14, 4 fabrile saepimentum . . . ex terra et lapillis compositis in -is (*cf.* PLIN. nat. 35, 169 parietes quos appellant formaceos, quoniam in -a circumdatis utrimque tabulis inferciuntur verius quam struuntur. PALLAD. 1, 34, 4 luto inter -as clauso *eqs.* *huc pertinet*: AMM. 28, 2, 3 compaginatae -ae ⟨e⟩ roboribus ['*Senkkästen*'; formosae *cod.*, formulae e *Heraeus; de re v.* VITR. 5, 12, 3]). VITR 2, 7, 4 fabri aerarii de his lapidicinis in aeris flatura -is comparatis habent ex his ad aes fundendum maximas utilitates (PLIN. nat. 36, 168). COLVM. 7, 8, 3 *caseus* in calathos vel -as transferendus est (7, 8, 4. 6. 7 vel manu figuratur vel buxeis -is exprimitur). 9, 15, 8 quadrata et rotunda spatia . . . suam speciem velut -ae quaedam favis praebent. 9, 16, 1 *bis.* PLIN. nat. 35, 153 cerā . . . in eam -am gypsi (*sc. ex ipsa facie hominis expressam*) infusā. TERT. anim. 9 p. 311, 28. PALLAD. 4, 9, 9 *si cucumeris* florem . . . in -a fictili clauseris ac ligaris, qualem vultum -a vel hominis vel animalis habuerit, talem cucumeris figura praestabit. 6, 12 terra . . . intra -am lateri similem reprimetur. 7, 7, 4. AVG. serm. ed. Mai 158, 1 *artifex* -as (*II B 1 b*), quas fusurus est, primo de cera componit. . . . ipsas enim -as facit, quas impleturus est. GLOSS. -a clavaris *ἡλοκόπον*. *huc propter similitudinem addatur: i. q. excisio ad exemplar rei includendae facta, cuius finibus illa res immissa velut margine includitur* (*cf. p. 1078, 63 sq.*): VITR. 10, 12, 1 per media . . . spatia tignorum insecantur ⟨et⟩ exciduntur -ae, in quibus excisionibus includuntur capitula catapultarum.
b -a caligaris: GLOSS. -ae *καλόποδες*. -a caligaris *καλαπόδιον*. -ae caligares kalipodes. -a calcis *καλόπους*. *cf. infra l. 72.* HOR. sat. 2, 3, 106 si scalptra et -as *emat* non sutor (SCHOL. *ad l.* calipodiae, id est -ae sutorum dictae a ligno et pede. *ibid.* -as calopodias). VLP. dig. 9, 2, 5, 3 -a calcei (19, 2, 13, 4). EDICT. imp. Diocl. III/IV 9, 1 de -is calicaribus. -ae calicares maximae, -ae secundae mensurae, -ae muliebres, -ae infantiles. **c** *i. q. descriptio alicuius rei efficiendae, aedificiorum sim.* ('*Grundriß*'): CIC. ad Q. fr. 2, 2, 1 -a Numisiana. 2, 5, 3 domus erit egregia; magis enim cerni iam poterat, quam quantum ex -a iudicabamus. VITR. 1, 2, 2 e qua (*ichnographia*) capiuntur -arum in solis arearum descriptiones. 2 praef. 2 cogitationes et -as affero (*sc. de Athone monte in statuae virilis figuram formato. ibid.* 3 *bis*). 4, 3, 9 sic est -a facienda. *ibid.* ad -am excaventur *striaturae.* 5, 8, 2 (*de theatris*) -arum . . . descriptiones. FRONTIN. aq. 17 -as . . . ductuum facere curavimus, ex quibus apparet, ubi valles . . . , ubi flumina (CORP. VIII 2728, 58 [*Lambaesi, ca. a. 140*] duc-

[J. Kupp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum ... fieri ... secundum -am, quam Petronio Celeri pro(curatori) dederam). Tac. hist. 4, 53 templum isdem vestigiis sisteretur: nolle deos mutari veterem -am. Plin. epist. 9, 39, 5 -am secundum rationem loci scribas. Svet. Iul. 31, 1 -am, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus. Nero 16, 1 -am aedificiorum urbis novam excogitavit. Pallad. 1, 8, 2 fundamenti -a. Corp. VIII 22788 (*in prov. Byzac.*) ⟨se-c⟩undu(m) ⟨f⟩orma(m) missam sibi ab eo posu⟨it⟩. *tropice et translate*: Cic. de orat. 1, 164 exaedificare id opus, quod instituisti: -am enim totius negotii opinione meliorem maioremque video. epist. 2, 8, 1 ex tuis litteris cum -am rei publicae (*cf. p. 1083, 73*) viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. Vell. 1, 16, 1 cum haec particula operis velut -am propositi excesserit (2, 48, 6 nunc proposito operi sua -a reddatur. 2, 66, 3. *cf.* 2, 96, 3 hoc opus servet -am suam. *aliter p. 1074, 40*). 2, 129, 1 proposita quasi universa principatus Ti. Caesaris ⟨-a⟩ (Tac. ann. 13, 4 -am futuri principatus praescripsit).

2 *translate*: **a** *i. q. exemplum, quod ad imitandum proponitur, τύπος*: *α acced. genetivus variae significationis (pro genetivo adiectivum l. 25)*: Cic. rep. 2, 22 reliqui disseruerunt sine ullo certo exemplari -aque rei publicae. Val. Max. 8, 15, 6 magistratibus exemplum atque -am officii Scaevolam ... proponeret. Qvint. inst. 1, 6, 16 non ... analogia -am loquendi dedit (Ennod. epist. 2, 5, 2 p. 44, 6. *cf.* 8, 1, 14 p. 200, 7 dicendi). 2, 4, 15 rectae atque emendatae orationis (2, 7, 3). Tert. ieiun. 10 p. 287, 7 ex -a Petri agere (idol. 18 p. 52, 13 ex -a dominica agere. *cf.* Hil. in Matth. 12, 24 p. 993^{A} -am se ipsum agendi sentiendique constituens [*sc. Christus*]). anim. 26 p. 344, 22 ex primordii -a. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 27 ex -a ... prioris exempli (adv. Prax. 8 p. 238, 27 Optat. 1, 21 p. 25, 3). 4, 11 p. 450, 4 nemo discipulos Christi manducantes et bibentes ad -am discipulorum Ioannis assidue ieiunantium ... provocasset. Itala Tit. 2, 7 (codd. d e g, Lucif. Athan. 2, 27 p. 197, 29) te ipsum -am (*τύπον*, Vvlg. exemplum) praebens bonorum operum (Siric. epist. 10, 5 p. 1184^{A}. Ennod. opusc. 3, 38 p. 340, 16 vive exemplum et -a bonorum operum). Siric. epist. 10, 8 p. 1187^{B} Paulus qui -am tulit episcopi. Hil. syn. 86 p. 539^{A}. trin. 8, 8 p. 242^{A} sanae doctrinae -am tenentes. in Matth. 16, 4 p. 1008^{C} quandam intellegendi se -am rationemque constituit. Optat. 5, 3 p. 124, 9 solam fecerat -am humilitatis *Christus* (Avg. epist. 55, 33 propter humilitatis -am, quam docendam venerat. Greg. M. epist. 4, 59 p. 669^{B}. *cf.* Prosp. epigr. 62, 6 sectari ... -am humilis domini). Lvcif. Athan. 2, 33 p. 205, 24 Ninevitarum. epist. 8 p. 333, 1. Pacian. epist. 1, 6 ex apostolorum -a et potestate. Avson. 192, 26 Pavl. Nol. epist. 38, 7 p. 331, 2. Vvlg. I Petr. 5, 3 -a (*τύπος*) facti gregis ex animo (Paschas. epist. 4). Hier. epist. Pachom. 5 p. 94^{B} *Adam* in -am inoboedientiae contemptusque praecessit (Caes. Arel. epist. de hum. 7). Rvfin. hist. 5, 3, 2. 5, 6, 2. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1320^{B} -am flagitii ceteris praebens. Prvd. psych. 884. Avg. c. Petil. 2, 86, 192 (*ex Petiliano*). 2, 87, 193. Svlp. Sev. epist. app. 2, 19 esto ... omnibus vivendi -a, esto exemplum. Bachiar. repar. laps. 6 p. 1042^{C}. Zacch. 1, 21 p. 1089^{A} per se -am iustitiae praebiturus *Christus*. Cassian. inst. 4, 23. 5, 4, 4. 10, 10 p. 184, 2 conversationis. 11, 14 Vincent. Ler. 6, 9. Prosp. carm. de ingrat. 23 peccarunt -ā nocui (*i. primi hominis*). epigr. 69, 14 in psalm. 119 *init.* 143 *init.* Petr. Chrys. serm. 13 p. 227^{A}. Clavd. Mam. epist. 1 p. 199, 17 iuxta -am euangelici largitoris. Inscr. christ. Rossi I 843 (*a. 472*) Petronia, -a pudoris. Ennod. carm. 2, 79, 1 pudicitiae (2, 87, 4). epist. 4, 12, 2 p. 107, 9. 4, 33, 1 p. 120, 21 silentii (opusc. 6, 19 p. 409, 1). 6, 19 p. 408, 21 Festus et Symmachus ... constantis -a sapientiae. 8, 6 p. 205, 1. 9, 26, 1 p. 247, 25 opusc. 3, 174 p. 376, 12. 3, 49 p. 343, 11 Avell. p. 290, 13. Cassiod. hist. 7, 40 p. 1099^{B} sanctorum ... angelorum. Vita Caes. Arel. 1, 45 -a sacerdotum. *β non accedente genetivo*: Qvint. inst. 10, 6, 3 facienda multo stilo -a est, quae nos etiam cogitantes sequatur. Fronto p. 14, 16 N. *v. p. 1081, 61.* Tert. idol. 18 p. 52, 21 *Christus* dedit -am suis (Itin. Alex. 12 inter partes est regiae fortitudinis, -am ex se militi dare. Vvlg. II Thess. 3, 9 ut nosmet ipsos -am [*τύπον*] daremus vobis ad imitandum. Avg. op. monach. 3, 4 Ps. Avg. quaest. test. I 118, 7 p. 357, 7 Evgipp. Sev. 9, 4. *de libro in brevius contrahendo*: Vvlg. II Macc. 2, 29 secundum datam -am [*ὑπογραμμοῖς*]). adv. Marc. 5, 18 p. 639, 15 allegoriis apostoli ... quas non vis (*Kroymann*, novus *codd.*) in prophetis habuisse[t] -as ('*vorbildliche Ausprägung*' *Kroym. per litteras*). Itala exod. 25, 40 (Lugd., *cf.* Rufin. Orig. princ. 3, 68 p. 290, 4) haec facies secundum -am, quae demonstrata est tibi (*τύπον*, Vvlg. exemplar). I Tim. 4, 12 (Ps. Cypr. singul. cler. 8 *al.*) -a esto fidelibus (*τύπος*, codd. d g figura, Vvlg. exemplum). I Petr. 5, 3 (Paschas. epist. 4) -a estote gregi (*τύπος*, Vvlg. -a facti gregis). Vvlg. Phil. 3, 17 (*gr. τύπον, item* I Thess. 1, 7). Avg. serm. ed. Mai 147, 1 Cassian. inst. 4, 41, 1. 10, 9 Vincent. Ler. 4, 5 Leo M. epist. 14, 11 p. 676^{A}. Mar. Victor aleth. 1, 176 *syn.* exempla. Petr. Chrys. serm. 40 p. 314^{A} Arnob. ad Greg. 18 p. 421, 4 Ennod. carm. 1, 18, 22 dict. 21, 21 p. 489, 3 epist. 4, 7, 4 p. 103, 4. 4, 23, 1 p. 114, 22. 7, 27, 2 p. 194, 7. Nicet. psalm. 13 p. 80, 14 Burn. *syn.* exemplum. Ferreol. reg. 17 p. 965^{C}.

b *fere i. q. regula, norma, praeceptum, lex (de his sensu iuridiciali v. p. 1080, 62)*: *α acced. genetivus (variae significationis pro genetivo enunt. relat. p. 1086, 5)*: Cic. Att. 1, 19, 8 nostrae quidem rationis ac vitae quasi quandam -am ... vides (Sen. epist. 8, 5 hanc ... sanam ac salubrem -am vitae tenete. Rvfin. hist. mon. 6 p. 410^{A} emendatioris vitae -am modumque. Epist. pontif. 293 [*a. 405*] Migne 20, 498^{A} -a ... ecclesiasticae vitae pariter et disciplinae. Greg. M. moral. 1, 20 p. 535^{C}. *v. et l. 31. cf.* Qvint. decl. 264 p. 80, 9 certa -a, ad quam viveremus, instituta. 279 p. 137, 12 vivendi [Zacch. 3, 1 p. 1147^{D} Favst. Rei. epist. 3, 6 p. 196, 15 Epist. pontif. 293 Migne 20, 498^{A}. *cf. p. 1085, 48*]). Colvm. 2, 2, 21 -am huius operis (*sc. agri proscindendi*) conscribere, quam velut sectam legemque ... sequantur agricolae. Tert. test. anim. 4 p. 139, 25 naturalem -am timendi mortem. anim. 6 p. 305, 17 non videri eam (*i. animam*) corpus, quae non corporalium -a (*fere i. q. ritu*) ex aliqua regione moveatur. p. 305, 26. 27 p. 345, 6 coniunctionis -a. 57 p. 394, 7 -am veritatis. idol. 19 p. 53, 22 -am observationis acceperant (*i. regulam quam observarent*). adv. Marc. 1, 9 p. 302, 1 ad normam et -am et regulam certorum probentur incerta (p. 302, 10. 19). 4, 18 p. 478, 16 ex -a prophetici moduli (carn. 16 *v. p. 1077, 28*). 5, 2 p. 573, 8 -am ... dedocendae legis. 5, 3 p. 574, 13. 5, 12 p. 618, 13 -am legis (pudic. 12 p. 241, 23). nat. 3, 1, 7 p. 68, 21 ex -a a⟨c⟩ lege omnium mysteriorum (apol. 7, 6 *e lect. Fuld., cf. Löfstedt, Krit. Bem. zu Tert. Apol. p. 23*). pudic. 6 p. 230, 17 aliquod exemplum sive praeceptum sive -am sive sententiam indultae ... moechiae. 15 p. 252, 10 contra -am et regulam doctrinarum. resurr. 49 p. 103, 4. Cypr. epist. 1, 1 p. 466, 1 ordinationis et religionis -am. 55, 27 p. 645, 20 secundum fidem nostram et divinae praedicationis datam -am. Optat. 5, 5 p. 130, 3 baptizandi (Ps. Boeth. fid. cath. 205 *Christus* qui baptizandi -am erat ceteris tributurus, ipse primus quod docebat exciperet). Priscill. tract. 3, 72 p. 55, 24 apostolici -a praecepti (5, 81^{b} p. 62, 3 profetici -a praecepti). Ambr. Iac. 1, 14 p. 14, 6 mandati. Hel. 8, 22 p. 423, 19 ieiunium ... -a sobrietatis, norma virtutis. Rvfin. hist. mon. 1 p. 404^{A}. Avg. epist. 157, 20 in his ... valet -a mortis ex Adam, in aeternum autem valebit vitae -a per Christum. adult. coniug. 2, 8, 7 pudicitiae -a servetur. Zacch. 3 praef. p. 1145^{D} conversationis catholicae. Evseb. Med. Leo M. epist. 97, 2 p. 946^{A} habito ... conventu vestrarum -am tenuimus litterarum (97, 3 litterarum ... vestrarum -am secuti). Petr. Chrys. serm. 43 p. 320^{C} homo esto tibi misericordiae -a. Avell. p. 312, 12 Greg. M. moral. 5, 28 p. 694^{C}. *β non accedente genetivo*: Varro ling. 9, 37 natura quadruplicem esse -am, ad quam in declinando accommodari debeant verba. Gell. 5, 21, 8 ne contra -am perpetuam ... i littera sit ante extremum a. Tert. anim. 2 p. 300, 29 *philosophia* -as rebus imponit. 27 p. 346, 12 generi propagando -am tradiderunt. 44 p. 373, 18 ex -a (*cf. Löfstedt, Krit. Bem. zu Tert. Apol. p. 111 adn. 2*). 47 p. 378, 24 naturali -ae (nat. 1, 9 p. 73, 1 ex -a naturali [apol. 7, 6 *lect. vulg., v. supra l. 19*]. cast. 5 *bis.* ieiun. 10 p. 286, 15 -am nonā dirimendis stationibus praescribunt. adv. Marc. 2, 6 p. 341, 29 homo ... cum initio sortitus est -am, qua esset. *syn.* institutionem. monog. 4. paenit. 2 ratio ... certam -am tenet (Vlp. dig. 48, 3, 4 nec consuetudo ostenditur, quae certam -am habet). adv. Prax. 10 p. 241, 26 resurr. 34 p. 74, 15. Cypr. epist. 19, 2 p. 525, 14 desiderastis in hanc rem -am vobis a me dari. Pallad. 2, 3, 3 quae -a tunc servanda est (Epist. pontif. 255, 6 [*a. 385*] Migne 13, 1137^{B} Avg. adult. coniug. 2, 2, 2. 2, 19, 20 Canon. Migne 56, 765^{A}. Bened. reg. 2 p. 10, 50 abbas apostolicam debet -am servare). Rvfin. Orig. princ. 4, 4, 9 p. 364, 15 secundum hanc -am ... sentiendum est. Mart. Cap. 3, 278 canonica. Avg. epist. 44, 12. Arator act. 1, 239 p. 116^{B} sic -a docet.

c *i. q. ἰδέα, εἶδος, sensu Platonico* (Gloss. *ἰδέα; cf. p. 1077, 30 sqq.*): Cic. orat. 10 (*anteced. v. p. 1078, 26 sqq.*) has rerum -as appellat *ἰδέας* ... Plato. *ibid.* quidquid est igitur, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis -am speciemque redigendum. 19 habuit ... comprehensam animo quandam -am eloquentiae, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam -am non poterat includere (*item de vera et absoluta re, 'Ideal'*: 133 eam -am, quae est insita in mentibus nostris). 101 illam Platonis ... rei -am et speciem. ac. 2, 58 non ... inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species et quasdam -as eorum (*sc. visorum, quae in animos imprimuntur; cf. Plasberg ad l.*). Tim. 34 animalium -as (*ἰδέας*). off. 1, 15 -am quidem ipsam ... et tamquam faciem honesti vides. Apvl. Plat. 1, 5 rerum ... -as, quas ideas ... *Plato* vocat. 1, 6 *bis.* 1, 7 Ps. Apvl. Ascl. 17. Tert. anim. 18 p. 327, 12 ideas, id est -as, exempla. Arnob. nat. 2, 9 incorporales ... -as (2, 10). Rvfin. Orig. princ. 3, 6, 8 p. 290, 1. Avg. civ. 10, 14 p. 424, 22 D. -a intellegibilis et incommutabilis. Mart. Cap. 7, 773 idealibus -is. Clavd. Mam. anim. 1, 26 p. 96, 25 formatrici -ae. Boeth. cons. 5, 4, 87 ipsam illam simplicem -am. 5, 4, 92. 93. trin. 2, 18 potius ipsam inspicere -am, quae vere -a neque imago est. 2, 29. 41. 47. 50 ex his ... -is quae praeter materiam sunt, istae -ae (*sensu cap. I*) venerunt, quae sunt in materia ... *quas* abutimur -as vocantes, dum imagines sint. assimulantur enim -is his, quae non sunt in materia constitutae.

iuncturae selectae: **1** *coniungitur cum substantivis similis significationis*: facies: *v. p. 1066, 7 sqq. 76 sqq. et s. v.* facies *p. 55, 26 sqq. adde*: Cic. off. 1, 15 Sen. clem. 1, 26, 2 Firm. math. 3, 1, 9 Fortvn. rhet. 1, 9 p. 88, 17. figura: *v. s. v.* figura *p. 728, 14 sqq. 737, 42 sqq. adde*: Cic. nat. deor. 1, 90 de orat. 2, 98. 3, 34 opt. gen. 14 Lvcr. 5, 443. 732 Tac. hist. 1, 7 *al. v. et p. 1065, 83 sqq.*

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ceteras adnominationes v. p. 1067, 16. 1068, 83. 1073, 44. cf. et p. 1073, 28.*) habitus: Cic. de orat. 1, 132 Liv. 1, 7, 9 Sen. nat. 4, 3, 4 Min. Fel. 22, 5 Tert. adv. Hermog. 26 p. 154, 21 Aqvila rhet. 13 p. 264 Hist. Apoll. rec. A 43 p. 96, 5 *al.* species: Rhet. Her. 4, 47, 60 Cic. Verr. 5, 129 leg. agr. 2, 32 Cael. 6 rep. 2, 51 Tusc. 5, 114 ac. 2, 58 off. 3, 81 orat. 10. 101 Lvcr. 4, 52 Plin nat. 2, 5 Tac. dial. 19 Edict. imp. Const. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 12 Arnob. nat. 6, 10. 7, 11 Firm. math. 4, 1, 4 Chalc. comm. 62. 222 transl. 52 Svlp. Sev. epist. 2, 3. vultus: Cic. de orat. 2, 327 Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. I 118, 23.

2 *accedunt genetivi* (*selegi varia potissimum significatione notabilia*): agri (-orum): *p. 1069, 59 sqq. 1078, 36 sqq. 1083, 24. 36. 45. 66. 67. 1084, 41.* castrorum: *p. 1070, 50. 1076, 48.* civitatis: *p. 1076, 38. 1077, 35.* dei (-orum): *p. 1067, 65. 75 sqq. 1069, 8. 1071, 57 sqq. 1077, 57 sqq. 1082, 25. 1084, 24.* disciplinae: *p. 1072, 8. 11 sqq. 1076, 57.* eloquentiae: *p. 1075, 31. 1086, 60.* humilitatis: *p. 1069, 45. 1085, 38 sqq.* ingenii (-orum): *p. 1077, 20 sqq.* iudicii (-orum): *p. 1076, 2 sqq. 1081, 11.* iustitiae: *p. 1069, 41. 1074, 78. 1076, 74 sq. 1085, 50.* legis (-um): *p. 1073, 70. 1083, 84. 1084, 26.* litterae (-arum): *p. 1069, 67 sqq. 1078, 46.* loci (-um): *p. 1069, 62 sqq. 1073, 52. 1074, 30. 1083, 21.* mandati: *p. 1077, 1. 1086, 29.* mortis (-ium): *p. 1074, 41 sq. 1084, 29. 1086, 31.* officii: *p. 1077, 33. 1085, 21.* operis: *p. 1072, 30 sq. 1074, 40. 1086, 8. cf. p. 1076, 11. 1085, 13.* operum bonorum: *p. 1077, 14. 1085, 32 sqq.* orationis: *p. 1072, 29. 1075, 33 sqq. 1080, 48 sqq. 52. 1085, 24.* provinciae: *p. 1069, 78. 1070, 70. 1076, 50 sqq.* rei (-rum): *p. 1070, 18 sqq. 1071, 5. 1073, 82. 1076, 15. 46. 1077, 9. 1078, 35. 1086, 63. cf. p. 1086, 40.* rei publicae: *p. 1076, 32 sqq. 1083, 72 sqq. 1085, 10. 20.* sapientiae: *p. 1073, 68 sq. 1085, 57.* urbis: *p. 1070, 52 sqq. 1073, 77 sq. 1083, 75.* verbi (-orum): *p. 1072, 24 sqq. 1073, 65. 1079, 61 sqq. 71. 81. 1080, 21. 51. 52.* veritatis: *p. 1075, 38. 1076, 8. 1086, 13.* virtutis (virtutum): *p. 1069, 42. 1074, 68. 77. p. 1073, 66.* vitae (vivendi): *p. 1074, 25. 1076, 44. 1085, 48. 1086, 1 sqq. 31.*

3 *cum praepositionibus*: **ad:** Varro ling. 8, 32 ad unam -am ... lectos. *ibid.* ad similem -am. 9, 37 -am, ad quam ... accommodari debeant verba. rust. 2, 9, 2 ad -am artis. Lvcr. 2, 579 facta ... ad certam -am primordia. Sen. nat. 4, 3, 7 *p. 1070, 64.* Plin. nat. 2, 191 *p. 1070, 26.* 4, 83. 9, 76 *p. 1071, 25.* 26, 96. 30, 63 Qvint. decl. 264 p. 80, 9. 268 p. 95, 14 Tac. hist. 1, 5 ann. 6, 17 Svet. Aug. 80 Tert. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 18. 4, 5 p. 432, 3. 4, 11 p. 450, 4 *al.* convertere ad: Svet. Iul. 56, 6 *p. 1070, 79.* redigere ad: Cic. orat. 10 Pompon. dig. 1, 2, 2, 7. Cod. Iust. 6, 58, 15, 3[b] *p. 1081, 23.* reducere ad: Vlp. dig. 43, 19, 3, 15 *p. 1071, 2.* reficere ad: Corp. VI 34561 *p. 1070, 48.* restituere ad: Corp. VI 29706 *p. 1070, 47.* Decret. pontif. (Corp. X 8259) 2, 9 *p. 1071, 8.* **adversus:** Tert. apol. 2, 14 adv. Prax. 10 p. 241, 26. **citra:** Tert. adv. Marc. 5, 3 p. 574, 13 citra -am illorum euangelizaret. **contra:** Gell. 5, 21, 8 contra -am perpetuam. Papin. dig. 46, 1, 42, 2 Vlp. dig. 2, 14, 7, 15 Pavl. dig. 1, 5, 14 Macer dig. 47, 10, 40 pr. Tert. nat. 1, 2 p. 60, 17 pudic. 15 p. 252, 10 Cypr. epist. 1, 2 p. 466, 22 Edict. imp. Diocl. II 18 Lvcif. Athan. 2, 29 p. 199, 32. **ex:** Gaivs inst. 1, 160 ex -a censuali. Gell. 13, 15, 1 ex vetere -a perpetua. Apvl. met. 7, 25 (*cf. v. d. Vliet, Archiv 10 [1898] 386*). Papin. dig. 36, 3, 5, 1 Call. dig. 42, 1, 31. 48, 10, 31 Vlp. dig. 24, 3, 7, 3. 50, 7, 3 Pavl. dig. 2, 8, 14 Tert. idol. 18 p. 52, 13 scorp. 9 p. 165, 8. *cf.* **Löfstedt,** *Krit. Bemerk. zu Tert. Apol. p. 111.* Ivl. Val. 3, 46 p. 154, 20 Pacian. epist. 1, 6 Corp. XII 1115 *v. etiam p. 1080, 74. 1081, 70. 1082, 6. 1083, 1. 6. 57.* **extra:** Cels. dig. 17, 1, 48, 2 Don. gramm. IV 374, 24 Consent. gramm. V 342, 13. **in:** Tac. ann. 13, 41 alia ... in eandem -am decernuntur. 15, 24 litteras ... in eandem -am (*v. et p. 1072, 64*). Svet. Cal. 19, 1 in Appiae viae -am. Pavl. dig. 46, 3, 99. Prob. Verg. georg. 1, 233 p. 346, 7 in -am litterae ⊖. *cf.* Verg. ecl. praef. 325, 7 in ea -a (ea⟨m⟩ -a⟨m⟩ *Keil*) ornati. convertere in: Svet. Cal. 22 *p. 1076, 67 al.* figurare in: *p. 741, 64.* fingere in: *p. 1068, 47.* redigere in: *p. 1076, 50 sqq. al. saepe.* vertere in: Verg. georg. 4, 411 *p. 1068, 14 sqq.* Plin. epist. 6, 33, 9 *p. 1076, 5 al.* **iuxta:** Frg. Vat. 281 Comm. apol. 111 Don. de com. 6, 5 Clavd. Mam. epist. 1 p. 199, 17. **per:** Avell. p. 387, 5 (*a. 496*) per Chalcidensis synodi -am. convertere per: Firm. err. 26 p. 63, 3. **pro:** Cod. Iust. 10, 32, 67 pr. (*a. 529*) pro nostra -a. **secundum:** Corp. VIII 2728 (*ca. a. 140*) *v. p. 1085, 1.* Scaev. dig. 25, 4, 4 secundum -am edicti. Papin. dig. 4, 8, 42 Vlp. dig. 3, 6, 8. 4, 4, 22 Pavl. dig. 22, 1, 11 pr. Char. gramm. I 74, 31. Tert. nat. 2, 3 p. 98, 26 *et p. 1077, 36* Itala *p. 1085, 7* Vvlg. *p. 1072, 60. 1085, 67* Cypr. epist. 55, 27 p. 645, 20 *al., v. p. 1083, 7. 28 sqq. 1085, 6.* **sub:** Test. Optati (Corp. II 4514) 35 *p. 1076, 26.*

fōrmābilis, -e [*a* formare. *Th.*]. *comparat. v. p. 1088, 5.* [*var. lect.:* Chalc. comm. 225 *v. p. 1088, 70.*] **1** *i. qui, quae, quod* ***formari potest*** (Avg. lib. arb. 2, 17, 45. *cf.* fid. et symb. 2, 2 inter formatum et -e hoc interest, quod formatum iam accepit formam, -e autem potest accipere). Chalc. comm. 203 *minorum corpusculorum* similium inter se conglobationem -em. 331 materia idonea, si habebit opportunitatem -em. Hil. trin. 7, 27 p. 223[B] neque *deus* ... ex disparibus -is est (*syn.* continetur, coaptatur). in psalm. 53, 8 p. 141, 14 totus *homo* ex anima et carne -is est. Avg. conf. 12, 15, 19 p. 322, 3 naturam formatam materiamve -em (gen. ad litt. 7, 27 p. 225, 8. conf. 12, 17, 25 p. 327, 2 *opp.* informis. *item:* gen. ad litt. 5, 5 p. 146, 7. 8, 20 p. 259, 4 Clavd. Mam. anim. 3, 7 p. 165, 19). conf. 12, 22, 31 p. 331, 28 quod factum est creabile atque -e. gen. ad litt. imperf. 8 p. 479, 23 natura ... -is est virtute atque prudentia. gen. ad litt. 1, 14 p. 20, 26 rerum (*opp.* formatarum). trin. 11, 2, 5 p. 988 teneriora atque ... -iora sunt primordia seminum. c. Iul. 2, 8, 22 sicut est humana natura creatori deo -is. *n. plur. pro subst.:* Clavd. Mam. anim. 1, 18 p. 66, 7 in figuratione -ium. p. 121, 13 -ia ab illo (*sc. exemplo principali*) formas capiunt. **2** *i. q. dignus, qui formetur:* Prvd. apoth. 1033 solus homo emeruit domini -e dextra os capere.

fōrmābilitās, -ātis *f. a* formabilis. Avg. gen. ad litt. 5, 15 p. 147, 20 fecit deus caelum et terram secundum materiae quandam, ut ita dicam, -em.

fōrmāceus (-a, -um) [*a* forma. *Th.*]. [*hisp.* hormazo. *M.-L.*] Plin. nat. 35, 169 in Africa Hispaniaque e terra parietes, quos appellant -os (*B d et cf.* Plin. nat. 1 ind. 35, 48 *E T*; forna- *rell.*), quoniam in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius quam struuntur (Isid. orig. 15, 9, 5 formatum sive formacium [*Lindsay*, formatium *B K*, fornacium *C*] in Africa et Hispania *eqs.*).

fōrmālis, -e *a* forma. *i. q. ad formam (formulam l. 34 sqq.) pertinens:* **1** *t. t. in aeris temperatura:* Plin. nat. 34, 98 appellatur etiamnum et -is temperatura aeris tenerrimi (*'i. ad formas [v. p. 1084, 44] faciendas' Harduinus*). **2** *t. t. de terminorum diagrammate:* Grom. p. 341, 22 -is, *sc. terminus (fig. 294).* **3** *de imperatoris epistula* (*v.* forma *p. 1081, 58 sqq.*): Svet. Dom. 13, 2 cum procuratorum suorum nomine -em (formaulem *M*) dictaret epistulam. **4** *t. t., ut videtur, apud iurisconsultos:* Vlp. dig. 35, 2, 62, 1 nec quicquam eorum (*sc. corporum in bonis defuncti*) -i pretio (*πρὸς τὴν τετυπωμένην διατίμησιν Basil.*) aestimandum esse (*opp.* secundum rei veritatem, hoc est praesens pretium). **5** *in grammatica de terminationum forma* (*v.* forma *p. 1079, 53 sqq.*): Prisc. gramm. II 117, 20 -es denominativorum terminationes sive verbalium. **6** *i. q. lege* (*v.* forma *p. 1085, 82 sqq.*) *naturae constitutus:* Tert. carn. 19 negatio -is (*gen.*) nostrae nativitatis (*cf. Oehler ad l.*). **7** *i. q. ad formulam* (*v.* formula *p. 1117, 40*) *pertinens:* Cod. Iust. 6, 23, 26 (*a. 528*) in testamentis sine scriptis faciendis omnem -em observationem ... amputamus. *ibid.* etiamsi non ... praedixerit testator ... illa -ia verba: *eqs.* **8** *sensu obscuro:* Priscill. Oros. comm. 2 p. 153, 18 primum circulum ... patriarchae tenent; qui contra -is militiae opus possident.

adv. **fōrmāliter.** Gloss. typice, figurate. **1** *i. q. secundum formam* (*opp. secundum sensum*): Ps. Rvfin. in Os. 6, 1—3 p. 993[C] quae sine emendatione morum -r soletis cantare, despiciam. **2** *spectat ad formam sensu Platonico* (*v.* forma *p. 1086, 56 sq.*): Boeth. cons. 5, 4, 99 p. 134, 99 *intellegentia* materiale sensibile cognoscit nec ratione utens ... nec sensibus, sed illo uno ictu mentis -r, ut ita dicam, cuncta prospiciens (*cf. antea:* eo modo quo formam ipsam ... comprehendit).

fōrmāmentum, -ī *n.* [*a* formare. *Th.*]. *fere i. q. formatio, forma:* Lvcr. 2, 819 omnia principiorum -a queunt in quovis esse nitore. Arnob. nat. 3, 16 quod vestra suspicio credidisset -is attribuisse divinis.

fōrmārius, -ī *m. a* forma. *qui vitae formam suo exemplo aliis praebet* (*vox disciplinae coenobialis propria*): Ferreol. reg. 17 p. 965[C] ut praepositum vel -um monachi sub abbatis potestate habeant ... nam et post ipsum quem supra diximus praepositum, qui in bonis sit forma, statuimus regularem formare -um. *fem.:* **fōrmāria,** -ae: Caes. Arel. reg. virg. 35 non solum matri, sed etiam praepositae, primiceriae vel -ae ... humiliter oboediri (42). 40 si quis ... germanam suam, vel filiam ... videre voluerit, praesente -a, vel qualibet seniore, ei colloqui non negetur.

fōrmaster, -strī *m.* (-strum? *v. l. 66*) [*orig. inc. a* forma *ductum esse putat Stowasser, Archiv 1 (1884), 579. Th.*]. Titin. com. 166 (Fest. p. 193) obstrudulenti aliquid, quod pectam sedens, aut luculentaster (lucuent- *Lindsay*) aut -r frigidus. Gloss. Plac. V 22, 3 -o opere pistrino. 70, 10 -o opere pistorio (*cf.* Gloss. Scal. V 614, 27 -trum opus pistorium).

fōrmāta, -ae *v. p. 1109, 83.*

fōrmātilis, -e *a* formare. *n. pro subst. l. 70. fere i. q. formatus:* Chalc. comm. 225 animam ... esse -em hanc speciem nemo ei (*sc. Aristoteli*) concedit. hoc quippe -e (*c, edd. vett.*; -bile *V*[1. 2], *Wrobel*) fit et corrumpitur corporibus solutis.

fōrmātio, -ōnis *f. a* formare. *inde a* Vitr.; *locos dedi omnes praeter* Iren. **1** *i. q. actus formandi:* **a** *rerum, quae formando in -am quandam rediguntur:* Vitr. 3, 2, 2 *aedium* -es (4, 6, 6 aedium sacrarum in -bus). Sen. epist. 117, 19 morum. Virg. gramm. epist. 3 p. 136, 16 -o est, qua in formas verba censeamus inclinanda (p. 134, 16. 136, 15). Tert. adv. Hermog. 42 p. 172, 4 *materia* desiderat -em, quae sectatur informitatem? (p. 172, 6. Avg. gen. ad litt. 7, 27 p. 225, 10 *materies formabilis* quae quidem -em suam non tempore, sed origine praecederet). Iren. 1, 5, 1 *Achamoth* conversa est in -em ipsorum (*gr. μόρφωσις*; *cf.* Tert. adv. Val. 18 p. 197, 4 formare singula genera constituit). Chalc. comm. 286 p. 316, 14 *de principio formali* (*transl. ex Aristotele*) silva tamquam mater corporum -i (*τῇ μορφῇ τῶν γενομένων*) adiumento est. *ibid.* p. 317, 1. Avg. in Iob p. 595, 2 ad imi-

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tationem humilitatis et -em castitatis. EVSTATH. Bas. hex. 6, 10 p. 933^{C} animalibus creandis ... non parva confertur ex lunae mutatione -o (*συντέλειαν*). *cf. q. seq.* **b** *rerum, quae formando gignuntur* (*saepe fere i. q. creatio, ex. gr. l. 8. 9* [*cf.* ISID. diff. 2, 27 inter creationem et -em haec est differentia, quod originaliter secundum materiae substantiam simul cuncta creata sunt ... at vero secundum distinctionem specierum ... formata sunt]; *fere i. q. compositio, ex. gr. l. 25*): SVET. frg. p. 194, 3 mundi. MIN. FEL. 16, 5 ingenium non studio parari, sed cum ipsa mentis -e generari. TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 26 deus in secunda animalium figurae -e angelos fecerat. adv. Val. 7 p. 185, 12 initium universitatis et formati⟨onem⟩ Pleromatis (IREN. 1, 1, 1 *μόρφωσιν*). 11 p. 190, 11 *Aeonum* -is; *syn.* generationis (IREN. 1, 2, 5. 1, 8, 5. *cf.* TERT. adv. Val. 11 p. 190, 14 *syn.* nativitatis). IREN. 2, 2, 5 *saepe.* AVG. gen. ad litt. imperf. p. 482, 20 haec congregatio (*aquae*) accipienda est ipsa -o. p. 482, 22 terrae. gen. c. Manich. 2, 7, 9 (*bis*) corporis. c. Faust. 16, 32 p. 481, 16 figurarum (*i. litterarum*) ... -e (MART. CAP. 3, 232 artificiosa ... -o *litterarum*). nat. et grat. 3, 3 p. 235, 11 bona, quae habet in -e *homo* (*cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 3 hominis, *gr.* *κατασκευῆς*. EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 965^{A} auctores humanae -is, *gr.* *δημιουργίας*). LEO M. serm. 30, 4 p. 232^{A} Adae de limo terrae -o. EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 935^{B} luminariorum (*δημιουργίαν*). 9, 6 p. 964^{A} ex nostra ipsorum -e (*κατασκευῆς*). BOETH. mus. 2, 5 p. 230, 28 superpartientium *numerorum*. ENNOD. epist. 9, 32, 1 p. 256, 9 humanarum rerum. opusc. 6, 8 p. 404, 21 ex variis gemmis una diadematis solet constare -o.

2 *i. q. forma*: **a** *i. q. figura externa*: VITR. 4, 1, 3 e columnarum -bus trium generum factae sunt nominationes, dorica, ionica, corinthia. 5, 1, 2 erit oblonga eius (*i. fori*) -o. FIRM. math. 1, 10, 3 *caeli* est rotunda -o. 1, 10, 10 si cunctorum una facies populos illos aequae similitudinis -e confunderet. CHIRON 35 extra naturales -es corporis. HYG. astr. 2, 28 p. 69, 21 *Capricorni* inferiorem partem piscis esse -e (*C*, -em *D*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 918^{B} pampinus ... multifida -e perfectus. BOETH. arithm. 2, 25 p. 112, 4 alius cybus aequabili laterum -e concrescit. **b** *i. q. res formata*: VITR. 2 praef. 3 -em (*syn.* forma, *v. p. 1084, 80 sq.*) ... probandam. FILASTR. 21, 2 -es ... in lapide ... sculpentes (*v.* forma *p. 1078, 45 sqq.*). MART. CAP. 9, 922 illa monas intellectualisque lucis prima -o (*sc. monas prima formata est a luce intellectuali*). EVSTATH. Bas. hex. 3, 10 p. 901^{B} speciem ... congruae -is. **c** *i. q. exemplum*: ENNOD. epist. 9, 31, 5 p. 255, 16 non pereat mundo maiorum tuorum, dum in te renascitur, amplectenda -o (*v.* forma *p. 1085, 61 sqq.*).

fōrmātium *v.* formaceus.

fōrmātor, -ōris *m. a* formare. **1** *is qui formando aliquid efficit vel in formam redigit*: **a** *accedit genetivus obiectivus: de deo fere i. q. creator*: SEN. dial. 11, 8, 3 universi. epist. 65, 19 rerum (AVG. lib. arb. 3, 21, 60 p. 1300 deo auctore et -e et ordinatore rerum omnium. CORIPP. Iust. 2, 12). AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 38 p. 1358 corporum (CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 2 *syn.* fabricator). 5, 14 p. 1443 seminum omnium. 6, 14 p. 1527 hominum (FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 30, 4 hominis -r et rector). ZACCH. 1, 25 nascentium. 3, 10 creaturarum omnium. FVLG. RVSP. epist. 17, 39 p. 475^{D} lucis. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 5 p. 352^{D} nostrae substantiae (*πλάστην*). CARM. epigr. 797, 2. *non de deo*: TERT. apol. 34 Augustus imperii -r (COMPVT. a. 452 chron. I p. 153, 69 Augustus -r imperii Romani. AMM. 18, 6, 6 quod ... per molestos -es imperii struebatur. 26, 2, 7 nondum electo imperii -e). ENNOD. opusc. 5, 6 p. 395, 5 ut essem clarorum versuum servata lege -r. CASSIOD. in psalm. 93, 20 p. 670^{A} figulum bene solemus vasorum dicere -em. *nota*: RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 7 te elicitorem et -em lapillorum nobilium ... elegi ([*sc. cui filium informandum traderem*] *cf. notionem, quae est sub 2*). **b** *absolute* (*fere de deo*): PS. AMBR. de anima p. 227, 12 VVLG. Is. 44, 8. 24. HIER. in Is. 44, 1—5 p. 524 dominus factor et -r tuus. PRVD. ham. 674. EPIST. Manichaei Aug. nat. bon. 46 p. 886, 12 ut esset sensus eius (*i. principis tenebrarum*) omnium eorum, quae profuderat, -r atque descriptor. AVG. anim. 4, 11, 15 p. 394, 15 in psalm. 57, 1 p. 673. in psalm. 103 serm. 1, 4 p. 1338 ipse ... erit reformator tuus, qui fuit -r tuus. CLAVD. MAM. anim. 1, 26 p. 96, 23 formatus es ipse, non -r. PS. BOETH. fid. cath. 78. VEREC. in cant. 2, 18. DIONYS. EXIG. (Greg. Nyss. creat. 31 p. 404^{A}.

2 *is qui formando instituit, fere i. q. praeceptor* (*acced. genet. obiect.*): COLVM. 1 praef. 4 animi ... -em praeceptoremque virtutis e coetu sapientium. QVINT. inst. 10, 2, 20 rector ... alienorum ingeniorum atque -r. PLIN. epist. 8, 23, 2 me -e morum, me quasi magistro uteretur. PALLAD. 1, 1, 1 agricolae. ENNOD. epist. 1, 18, 3 p. 29, 22 Maro, vestri -r eloquii.

fem. **fōrmātrīx,** -īcis *fere i. q. creatrix*: TERT. monog. 17 *Dido* tantae civitatis ... -x. AVG. c. Faust. 20, 14 p. 554, 18 mentem ... horum corporum -em (nat. bon. 1, 18 p. 882, 9 hylen ... -em corporum. EVSTATH. Bas. hex. 4, 2 p. 904^{A} vox dei naturae -x. CORIPP. Iust. 2, 16 caeli liquidas -x condidit ignes (*sc. dei sapientia*). *pro adiectivo: i. q. formans*: EPIST. Manichaei Aug. nat. bon. 46 p. 885, 26 corporum -em naturam. AVG. c. acad. 3, 17, 37 *Plato* subiungens ... quasi -em illarum partium (*sc. ethicae et physicae*) iudicemque dialecticam. CLAVD. MAM. anim. 1, 26 p. 96, 25 accede -i formae, quo possis esse formosior.

fōrmātum *v.* formaceus *et* formo *p. 1110, 23.*

fōrmātūra, -ae *f.* [*a* formare. *Th.*]. *fere i. q. forma, formatio*: LVCR. 4, 550 voces ... articulat ... lingua -aque labrorum pro parte figurat. 4, 556 -am, *sc. vocis* (*syn.* figuram). ARNOB. nat. 2, 23 -as varias.

fōrmella, -ae *f.* [*a* formula, forma *deminutive. Th.*] [*it.* formella. *M.-L.*] HIL. coll. antiar. B I tit. (*vix ab ipso* HIL. *conscr., sed v. Feder, Stud. z. Hil. I p. 128*) contra -am Nicaeni tractatus (*v. p. 1081, 36 sqq.*). VVLG. I reg. 17, 18 decem -as casei (ITALA cod. Leg.: decem caseos molles) has deferes ad tribunum (*cf. p. 1084, 54. 1114, 13 et Ducange, Gloss. s. v.*). APIC. 9, 441 in -a piscem formabis (*v. p. 1084, 44 sqq.*).

fōrmellus, -ī *m.* [*mutatum esse videtur pro* formella casei. *v. supra l. 8. Th.*]. *genus casei* (*cf. Ducange, Gloss. s. v.*): GILD. paen. 1 chron. III p. 89 Britannico -o utatur (*sc. presbyter aut diaconus paenitentiam agens*).

fōrmēnsis, -e *a* forma. *i. q. ad formas (v. p. 1078, 68 sqq.) aquarum pertinens*: NOVELL. Valent. 5, 4 (*a. 440*) caespes -is. DONATIO Tiburt. 14 (*a. 471*) -ia (formesia *var. l.*) praedia. *J. Kapp.*

formīca, -ae *f.* [*deformatum ex pervetusto animalis nomine, quod varias formas exhibet, ut* *movri- *vomri- *morvi- *vormi- *mormi- *sim., cf. med.* maoirīm (*acc.*), *island.* maurr, *angl.* mīre mȳre, *ind.* vamrí, vamráḥ, *hibern.* moirb, *slavon.* mravijĭ, *gr.* *μύρμηξ*, *βύρμαξ*, *βόρμαξ*, *ind.* valmíkaḥ '*formicaria*'; *cf. Joh. Schmidt, Kritik d. Sonantentheorie 31 sqq.; Solmsen, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 34, 19 sq.; van Wijk, Indogerm. Forsch. 33, 367 sqq. Th.*]. [*cf. val.* furnică, *it.* formica, *francog.* fourmi, *hisp.* hormiga. *M.-L.*] APP. Probi gramm. IV 197, 27 -a, non furmica, *quae forma in codd. non legitur nisi* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 13. SERV. Aen. 4, 402 -a dicta est ab eo quod (ore *add.* SERV. auct.) micas ferat (*inde* ISID. orig. 12, 3, 9). GLOSS. *μύρμηξ*, *cf.* HYG. fab. 52 p. 58, 24 graece -ae myrmeces dicuntur.

1 *de corpore, vita, moribus, damnis, remediis*: CATO agr. 91 si ita feceris, neque -ae nocebunt *in area* neque herbae nascentur. 129 ubi coaequata erit *area*, neque -ae molestae erunt et *eqs.* VARRO rust. 1, 51, 1 ne *rimae in area* ... ostia aperiant muribus ac -is. itaque amurca solent perfundere *aream*, ea enim herbarum ... et -arum et talparum venenum (COLVM. 2, 19, 1 PLIN. nat. 15, 33 PALLAD. 7, 1). CIC. div. 1, 78 Midae ... dormienti -ae in os tritici grana congesserunt: divitissimum fore praedictum est (VAL. MAX. 1, 6 ext. 2. 3 -is Midae). nat. deor. 2, 157 neque ... homines murum aut -arum causa frumentum condunt, sed coniugum *eqs.* OV. fast. 1, 685 vos quoque, -ae, subiectis parcite granis: post messem praedae copia maior erit. VITR. 9, 1, 15 si in rota, qua figuli utuntur, impositae fuerint septem -ae canalesque totidem in rota facti sint circum centrum ⟨ab int⟩imo accrescentes ad extremum, in quibus hae coguntur circinationem facere *eqs.* COLVM. 2, 8, 5 Tremellius quidam asseverat, priusquam impluerit, ab avibus aut -is sata non infestari. 3, 18, 5 unde -is aliisque animalibus, quae putrefaciunt crura vitium, latebrae praebentur. 4, 24, 6 *amurca* teredinem -amque prohibet. 10, 322 ne -a rapax populari semina possit. arb. 14 tit.: ne -a vitem ascendat. *ibid.* imas vites *bene circumlitas* ... -ae non excedent (*cf.* PLIN. nat. 17, 266 *l. 79*). PLIN. nat. 1 ind. 11, 36 de -is. 1 ind. 19, 58 quibus modis -ae necentur. 1 ind. 29, 14—40 medicinae ex ... -is (1 ind. 30, 8—53). 2, 109 minimumque animal, -am, sentire vires sideris, interlunio semper cessantem. 7, 65 etiam -is, animali minimo, inesse sensum eius (*sc. menstrui mulierum profluvii*) abicique gustatas fruges nec postea repeti. 7, 85 Callicrates ex ebore -as ... fecit (36, 43). 8, 101 ursi cum mandragorae mala gustavere, -as lambunt. 10, 195 odore ... origani aut calcis aut sulpuris -ae necantur. 10, 199 quod -is in annum (*cf.* MART. 11, 18, 6 *p. 1091, 65*), sollemne est his (*sphingiis et satyris*) in dies vel horas. *ibid.* ursi ... vivunt et apibus, cancris etiam ac -is. 11, 108 vermiculum gignunt ... et -ae similem ovis vere, et hae communicantes laborem, ut apes, sed illae faciunt cibos, hae condunt. ac si quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires esse maiores. gerunt ea morsu; maiora aversae postremis pedibus moliuntur umeris obnixae. et his rei publicae ratio, memoria, cura. (11, 109) semina arrosa condunt, ne rursus in frugem exeant e terra, maiora ad introitum dividunt, madefacta imbre proferunt atque siccant. operantur et noctu plena luna, eaedem interlunio cessant (*item* 18, 292). iam in opere qui labor, quae sedulitas! et quoniam ex diverso convehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. (11, 110) quae tunc earum concursatio, quam diligens cum obviis quaedam collocutio atque percunctatio. silices itinere earum attritos videmus et opere semitam factam ... sepeliunt inter se viventium solae praeter hominem. non sunt in Sicilia pennatae. 11, 174 quibusdam insectis intus lingua ut -is. 11, 196 ranarum rubetarum altera fibra a -is non attingitur propter venenum. 17, 73 ruptae ... *ex cupressis pilulae* emittunt semen -is mire expetitum, ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. 17, 266 sunt arborum pestes et -ae (*v.* COLVM. arb. 14 *l. 49*). has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus nec non et pisce suspenso iuxta in unum locum congregant aut lupino trito cum oleo radices linunt. multi et has et talpas amurca necant. 19, 178 Sabinus Tiro ... contra -as, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui,

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remedium monstravit limum marinum aut cinerem obturandis earum foraminibus. sed efficacissime heliotropio herba necantur *eqs.* 28,86 resegmina unguium ad cavernas -arum abici iubent *magi* eamque quae prima coeperit trahere correptam subnecti collo: ita discuti morbum. 29, 84 phalangium est ... unum simile -ae. 29, 87 myrmecion, -ae similis capite. 29,88 contra omnium *phalangiorum* morsus remedio ... -ae v potae. 29, 92 est et -arum genus venenatum, non fere in Italia; solipugas Cicero appellat, salpugas Baetica. his cor vespertilionis contrarium omnibusque -is. 29, 133 utuntur ... per se ovis -arum, namque et huic animali est medicina constatque ursos aegros hoc cibo sanari. 29, 138 venantur eum (*gryllum*) -a circumligata capillo in cavernam eius coniecta ... ita -ae complexu contrahitur. 30, 29 invenio et -as Herculaneas (MARCELL. med. 19, 14 *v. sub v.* formicula *p. 1093, 38*) appellari, quibus tritis ... talia vitia sanentur. 30, 39 quidam et a -is terra egesta sic utuntur. 30, 41 ne sint alae hirsutae, -arum ova pueris infricata praestant (*similia remedia variorum morborum* 30,134. 32, 50. 51). 37, 46 quaedam intus *in sucino* tralucentia, ut -ae culicesque (*cf.* MART. 6,15,1 dum Phaethontea -a vagatur in umbra, implicuit tenuem sucina gutta feram). 37, 187 myrmecitis innatam -ae repentis effigiem habet. SVET. Tib. 72, 2 *draconem* consumptum a -is (*prodigium*). Nero 46, 1 se ... pennatarum -arum multitudine oppleri (*prodigium*). FRONTO p. 137, 3 N. deque -arum (formicularum *man. 2 in marg.*) et apicularum ostentis res maximae portenduntur. ARNOB. nat. 2,59 quid -arum et vermium genera in varias labes perniciesque nascentia? APVL. met. 6, 10 formicula illa ... convocat corrogatque cunctam -arum accolarum classem: 'miseremini, terrae omniparentis agiles alumnae et... *Psychae* succurrite'. ruunt aliae superque aliae sepedum populorum undae *eqs.* 8, 22 arbori ficulneae, cuius in ... stipite inhabitantium -arum nidificia borriebant et ultro citro commeabant multiiuga scaturrigine; *hae*... carnibus ... adesis ... membra nudarunt. TERT. anim. 10 p. 312, 20 in ⟨ex⟩aminatione humanae animae culicis atque -ae argumenta respicere. p. 312, 24 neque -a, si membris huiusmodi caret (*i. pulmonibus*), idcirco negabitur spirare. p. 313, 4 philosophi pro certo renuntiaverunt culicibus et -is et tineis deesse pulmones et arterias. 32 p. 353,10 quae spirare non videntur, carentia pulmonibus et arteriis, culices -as tineas et hoc genus minutalia. PALLAD. 1, 29, 2 *fasianis* praebebis locustas et ova -ae. 1, 35, 2 contra -as, si in horto habent foramen, cor noctuae ammoveamus; si foris veniunt, omne horti spatium cinere aut cretae candore signabimus. 1, 35, 8 -as abiges origano et sulpure tritis foramen aspergens *similia*. 2, 15, 18 nucis carnem lana propter -as obvolutam. 4, 10, 21 si -ae molestae sunt *mespilo*, rubrica cum aceto et cinere temperata necabuntur (4, 10, 29 *similia praecepta in ficu.* 11, 12, 8 si -as patitur *cerasus.* 12, 7, 15 *in pruno*). PELAGON. 283 prodest -arum terram ... infundere. RVFIN. Orig. princ. 2, 8, 1 p. 153, 7 de apibus et vespis et -is ... quae carent sanguine. AVG. serm. ed. Mai 181, 2 promptuaria -arum. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 10. 37. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 108, 18 (*ironice*) ut gradiendi scientiam a -a quaereremus (*cf.* PLAVT. *s. v.* formicinus).

2 *proverbialiter dicta*: PLAVT. Curc. 576 nisi mi virgo redditur, iam ego te faciam, ut hic -ae frustillatim differant. Trin. 410 *argentum* non ... minus divorse distrahitur cito, quam si tu obicias formicis papaverem. CIC. nat. deor. 1, 78 ut homo nemo velit nisi hominis similis esse. et quidem -a -ae. PRIAP. 32, 4 puella *macra* ..., collatas sibi quae suisque membris -as facit altiles videri. SEN. dial. 4, 34, 1 mures -aeque, si manum ammoveris, ora convertunt. 9, 12, 3 inconsultus illis vanusque cursus est, qualis -is per arbusta repentibus, quae in summum cacumen et inde in imum inanes aguntur. nat. 1 praef. 10 si quis -is det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas provincias divident? *ibid.* -arum iste discursus est in angusto laborantium. MART. 1, 115, 5 *puellam* nocte nigriorem, -a pice graculo cicada. 3, 93, 3 *puellae est* crus colorque -ae (*cf.* ANTH. 104, 5 hanc iuste famulam iam nigri dixeris Orci, quam color et factum composuit domino). 11, 18, 6 quod -a die comedit uno (*cf.* PLIN. nat. 10, 199 *p. 1090, 58*), *i. minimum.* *exemplum brevitatis, figurae parvae* (*cf.* CIC. ac. 2, 120 *p. 1092, 3* HOR. sat. 1, 1, 33 *p. 1092, 19* OV. met. 7, 625 *p. 1092, 24* PLIN. nat. 2, 109 *p. 1090, 53.* 7, 65 *p. 1090, 54.* 7, 85 *p. 1090, 56.* 10, 199 *p. 1090, 58.* 17, 73 *p. 1090, 77*). QVINT. inst. 5, 11, 30 et dissimilibus inesse simile, ut -ae et elephanto genus. AVSON. 122, 1 Faustulus *nanus* insidens -ae, ut magno elephanto. HIER. adv. Rufin. 3, 28 p. 478[B] quare -a, parvum animal et punctum, ut ita dicam, corporis, sex pedes habeat, *plures elephanto.* tract. in psalm. 91 p. 121, 17 *p. 1092, 38* VVLG. prov. 30, 25 *p. 1092, 44* EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 931[C]. *ibid.* p. 932[B] *ex monte despiciens* nonne ... aratores ... -is similes iudicasti? (MVTIAN. Chrysost. hom. 16, 3 ascendamus in altitudinem ... ita videbimus homines, ut putemus a -is nihil differre). 6, 11 p. 936[A] *cum deo comparata* sol et luna -arum credantur habere mensuram. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 107, 17 *comparantur* -a *et* camelus *ad providentiam et molem.* ANTH. 104, 3. *de provida sedulitate* (LVCIL. 561 *ut -a* sic tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim quis uti possis): TITIN. com. 34 -ae pol persimilest rusticus [homo]. CIC. nat. deor. 3, 21 num idcirco existimas -am anteponendam esse huic ... urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in -a non modo sensus, sed etiam mens ratio memoria? fin. 3, 63 -ae apes ciconiae aliorum etiam causa quaedam faciunt. ac. 2, 120 *dei* vos maiestatem deducitis usque ad apium -arumque perfectionem, ut etiam inter deos Myrmecides aliqui minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur. VERG. georg. 1, 186 populat ... farris acervom curculio atque inopi metuens -a senectae. 1, 380 (*inter prognostica imbrium*) saepius et tectis penetralibus extulit ova angustum -a terens iter (*item* VARRO AT. carm. frg. 22, 7 nec tenuis -a cavis non evehit ova. PLIN. nat. 18, 364 praesagia aeris sentire ... -ae concursantes aut ova progerentes. AVIEN. Arat. 1709 DRAC. laud. dei 1, 527 ISID. orig. 12, 3, 9). Aen. 4, 402 ac velut ingentem -ae farris acervom cum populant hiemis memores tectoque reponunt: it nigrum campis agmen praedamque per herbas convectant valle angusto, pars grandia trudunt obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt castigantque moras, opere omnis semita fervet (*cf.* PLIN. nat. 29, 28 non Vergilio fuit *fastidio* nominare -as nulla necessitate. LACT. ira 7, 11 *animalia* alia provident in futurum *iam allegat v. 402 sq.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 959[C]). HOR. sat. 1, 1, 33 sicut parvola ... magni -a laboris ore trahit quodcumque potest atque addit acervo quem struit, haud ignara ac non incauta futuri, quae *per hiemem* ... non usquam prorepit et illis utitur ante quaesitis patiens (sapiens *al.*). OV. ars 1, 93 ut redit itque frequens longum -a per agmen, granifero solitum cum vehit ore cibum. met. 7, 625 hic nos fructilegas aspeximus agmine longo grande onus exiguo -as ore gerentes rugosoque suom servantes cortice callem. trist. 1, 9, 9 horrea -ae tendunt ad inania nunquam: nullus ad amissas ibit amicus opes. 5, 6, 39 quam multae gracili terrena sub horrea ferre limite -ae grana reperta solent. PHAEDR. 4, 24, 2 -a et musca contendebant acriter, quae pluris esset.... 4, 24, 16 ego granum in hiemem ... studiose congero.... 4, 24, 20 me copiosa recipit incolumem domus *per hiemem.* SEN. rem. fort. frg. 10, 4 mel muscae secuntur ... frumenta -ae. PLIN. nat. 11, 108 sqq. *v. p. 1090, 61.* QVINT. inst. 5, 11, 24 apes ... -asque ... in commune ... laborare. IVV. 6, 361 frigusque famemque -a tandem quidam expavere magistra. FRONTO p. 216, 7 N. non aeque diligentes ad quaerendum victum ... leones ut -as esse. TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 10 imitare, si potes, apis aedificia, -ae stabula, aranei retia. SER. SAMM. 79 patiens -a laborum. HIER. tract. in psalm. 91 p. 121, 17 respice apem, respice -am, vide corpus et inquire sapientiam ... apes et -ae cogitant hiemem esse venturam (*similia* 103 p. 167, 5 epist. 60, 12, 1. vita Malchi 7 *cum longa descriptione*). VVLG. prov. 6, 6 vade ad -am (*μύρμηκα*), o piger, et considera vias eius et disce sapientiam; quae cum non habeat ducem nec praeceptorem nec principem, parat in aestate cibum sibi et congregat in messe quod comedat. 30, 25 quattuor sunt minima terrae et ipsa sunt sapientiora sapientibus: -ae, populus infirmus, qui praeparat in messe cibum sibi. AVG. gen. ad litt. 7, 10 p. 209, 20 hominum animas in pecora ... transferri ... velut avaros in -as, rapaces in milvos. 11, 2 p. 336, 1 HESYCH. in lev. 22, 22 (*v. s. v.* formiculosus). EVCHER. form. 4 -a: providus vel operarius. EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 958[B] laboriosa -a. *ibid.* p. 959[BC] *multa de -a eiusque astutiis ex Plin. nat. 11, 109.* SIDON. epist. 7, 14, 5 industriam *hominis* ... cui ... comparari nec -a formidat. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 107, 17 sqq. SYMPH. 81—83 ANTH. 104.

3 *species fabulosa*: PROP. 3, 13, 5 Inda cavis aurum mittit -a metallis. MELA 3, 62 *India* alit -as non minores maximis canibus, quas more gryporum aurum penitus egestum cum summa pernicie attingentium custodire commemorant. PLIN. nat. 11, 111 Indicae -ae cornua Erythris in aede Herculis fixa miraculo fuere. aurum hae cavernis egerunt terra in regione septentrionalium Indorum qui Dardae vocantur. ipsis color felium, magnitudo Aegypti luporum. erutum hoc ab iis tempore hiberno Indi furantur aestivo fervore, conditis propter vaporem in cuniculos -is, quae tamen odore sollicitatae provolant crebroque lacerant quamvis praevelocibus camelis fugientes. tanta pernicitas feritasque est cum amore auri. 33, 66 Indicum *aurum* a -is ... erutum. 37, 147 in India, ubi -ae eruunt aurum. ISID. orig. 12, 3, 9 (in Aethiopia). *fabulae: de Myrmice in -am conversa*: SERV. auct. Aen. 4, 402; *de Myrmidonibus ex -is ortis*: OV. met. 7, 622 *sqq.* HYG. fab. 52 p. 58, 23 SERV. Aen. 2, 7 (*similia* SERV. auct.) SERV. auct. Aen. 4, 402 RVFIN. symb. 11 p. 350[C] ISID. orig. 9, 2, 75. GLOSS. III 361, 68 -ae *μυρμηδόνες*.

4 *genus verrucarum*: CASS. FEL. 12 p. 20, 4 aliae *verrucae* ... cum digito fuerint impressae, dolorem faciunt similem morsibus -arum, unde graecum nomen myrmeciae acceperunt. DIOSC. 2, 104 cataplasma ... ex cicere ... et -as (*μυρμηκίας*) et sernas ... curat. *ibid.* clabelliones et -as ... tolluntur. 3, 11. 4, 164, 4.

formīcābilis, -e [*a* formicare. *Th.*]. CAEL. AVR. acut. 2, 27, 145 pulsus latens aut -is, quem Graeci *μυρμ⟨ηκ⟩ίζοντα* vocant. 2, 32, 167 pulsus ... tremulus et -is. chron. 2, 14, 198 pulsus debilis, densus ac deinde formica⟨bi⟩lis, quem Graeci *μυρμηκίζοντα* vocant. diaet. pass. 38 cum tremore et formica⟨bi⟩li motu *pulsus.* 148 attestante -i torpore cum gravedine.

[**formīcālis** *v. supra l. 79. 80.*]

μυρμηκοτροφίλη (-trocin *trad.*) i. **formīcāria** GLOSS. III 569, 30 *caverna formicarum.*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

formīcātio, -ōnis *f. a* formicare. *genus pruriginis*: PLIN. nat. 28, 71 -es corporum. 30, 72 verendorum -bus verrucisque medetur *illud remedium*. MARCELL. med. 33, 43 salsamenta... veretro imposita adversum omnes dolores et -es (fumig- *cod.*). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 2 cum levi torpore ac -e. 5, 2, 30 torpor atque -o eorum articulorum qui tanguntur. acut. exc. 13 p. 710 *pulsus* cum tremore et -e (formid- *cod.*)

formīcīnus, -a, -um [*a* formica. *Th.*]. PRISC. gramm. II 79, 18 formica -us (*seq. Plauti locus*). PLAVT. Men. 888 move -um gradum (*loquitur senex secum*). *cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 *v. sub* formica *p. 1091, 48.*

formīco, -āre [*a* formica; *cf.* μυρμηκίζειν. *Th.*]. [*val.* furnicá, *it.* formicare, *francog.* fourmiller, *hisp.* hormigar. *M.-L.*] *prurire* (*cf.* formica *p. 1092, 71 sqq.*): PLIN. nat. 7, 171 venarum inaequabili aut -ante percussu. 30, 120 cantharides ... in sole, donec -et cutis, tolerandae sunt. CAEL. AVR. acut. exc. 11 p. 706 *venae pulsus* veluti -ant.

formīcoleon ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo vel certe formica pariter et leo. est enim animal parvum formicis satis infestum *eqs.* ISID. orig. 12, 3, 10. *nomen deformatum ex* myrmecoleon.

formīcōsus, -a, -um *a* formica [*val.* furnicos, *hisp.* hormigoso. *M.-L.*]. *a formicis occupatus*: PLIN. nat. 10, 206 -am arborem urucae cavent.

formīcula, -ae *f. a* formica *deminutive* [*it.* formicola. *M.-L.*]. [FRONTO p. 137, 23 N. *v. s. v.* formica *p. 1091, 23.*] APVL. met. 6, 10 -a ... parvula atque ruricola ... discurrens naviter convocat corrogatque cunctam formicarum accolarum classem *opitulatura Psychae*. ARNOB. nat. 4, 26 in -am parvulam *Iovem conversum* (5, 44 pro illa conversione -ae). 6, 3 *dis* necessarias res esse ... quae sunt -is et lacertis. 7, 17 cum ... vobis ... motacillae caederent consecrarentque -as. 7, 34 si animal cernerent nullius esse se pretii nec inter -am plurimum seseque esse discriminis. HIER. epist. 76, 2, 1 ne doleas si hoc non habeas quod -ae et muscae et serpentes habent id est carnis oculos. AVG. civ. 22, 24 p. 619, 24 D. plus ... -arum et apicularum opera stupemus quam immensa corpora ballaenarum. gen. ad litt. 3, 14 p. 80, 3 ampliusque miremur opera -arum quam onera camelorum. epist. 137, 8 *deus* providentiae similiorem sensum magis -is et apiculis dedit quam asinis. MARCELL. med. 19, 14 -as, quae Herculaneae (*cf.* PLIN. nat. 30, 29 *p. 1091, 13*) nominantur, contritas appone. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 109, 5 intellegas -ae et apiculae ingentes animos parvo corpore non includi.

formīculōsus, -a, -um *a* formicula. HESYCH. in lev. 22, 22 p. 1075^{A} similiter secundum LXX 'et -um' (*deo non sacrificandum esse animal* papulas habens, VVLG. μυρμηκιῶντα). dicit autem, qui occupatus est in operibus terrenis et saecularibus ... quoniam haec vita formicarum est semper sibi congregare ea quae ad ventrem pertinent. *interpretatio spiritalis, re vera conferendae* formica *morbus et* formicatio. *Vollmer.*

formīdābilis, -e [*a* formidare. *Th.*]. *legitur inde ab* OV. SEN. epist.; *comparat. ap.* ALC. AVIT. (*v. infra l. 77*); *superl. non extat.* GLOSS. ἐπίφοβος.

id. quo quis formidatur, terribilis (*acced. dat. l. 53. 61 al.*): OV. met. 2, 174 serpens frigore pigra prius nec -is ulli. 2, 857 *Iovi in taurum converso* nullae in fronte minae, nec -e lumen. 14, 116 -is Orci ... opes. SEN. epist. 104, 25 quid ... in istis (*sc. labore et morte*) est tam -e, quam fama vulgavit? 123, 15 per se -es res (AVG. civ. 9, 4 p. 373 D. ex terribilibus et -bus rebus). STAT. Theb. 4, 473 -e regnum mortis (DRAC. Romul. 10, 436). 9, 544 -is ultor. GELL. 14, 4, 2 *imago Iustitiae* aspectu vehementi et -i. 19, 1, 17 sonus aliquis -is. APVL. met. 6, 12 -es oves (*cf. ibid.* truci rabie solent efferri *eqs.*). 6, 15 diis etiam ipsique Iovi -es aquas ... Stygias. 6, 19 canis ... immanis et -is (*i. Cerberus*). TERT. resurr. 28 p. 65, 17 *virtus dei* diabolum serpentem quamquam -em subactura homini. NON. p. 113 (*v. p. 1100, 69*). RVF. FEST. 12 bellum -e (HEGES. 1, 32, 6). AMM. 16, 12, 7 -e genus armorum. 16, 12, 45 -is manus. 22, 8, 19 progenies ... populis diversarum originum -is. 23, 6, 55 -es reges. 29, 5, 38 scuta ... in -em moventibus *militibus* gestum. AMBR. exc. Sat. 2, 44 p. 1326^{C} non ... -is mors (HEGES. 2, 18 -em cunctis ... mortem). hex. 6, 6, 38 p. 229, 10 *paedagogi* -es verbere. in psalm. 118 serm. 16, 10, 2 aerumna. HEGES. 1, 12, 3 *regina* etiam exteris potentibus esset -is. PS. AVG. serm. 240, 2 p. 2190 adventum Christi ..., illis ... -em nimis atque terribilem (*opp.* desiderabilis). MART. CAP. 4, 334 Dialectica ... etiam ante verba -is sic exorsa. COD. Theod. 4, 22, 1 = COD. Iust. 8, 5, 1 pr. (*a. 326*) iudices absentium ... suscipiant in iure personam et auctoritatis suae -e ministerium obiciant. LEO M. serm. 61, 1 p. 346^{B} -e fuerit nomen regium. CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 155, 5 -i ... syllogismo. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 20, 33 -ius videri potest. BOETH. cons. 2, 2, 33 Croesum regem Lydorum Cyro paulo ante -em, mox deinde miserandum. CASSIOD. in psalm. 48, 17 p. 346^{C} *homo*, qui se subiectis -em facit, dum aequitatis iura contemnit. 89, 7 p. 646^{D} -i recordatione turbatus. 102, 19 p. 725^{A} futuri iudicii -em praedicationem. IORD. Get. 182 terrebat cuncta -i de se opinione vulgata. GREG. TVR. glor. conf. 8 p. 753, 26 quid -e *vidisti*? GLOSS. V 217, 3 lepusculus timidum animal in terris, in mari -e. *neutr. pro subst.*: SEN. epist. 85, 28 nec periculorum amor nec -ium appetitio. *pro adv.*: STAT. Theb. 8, 581 *Tydeus* -e ridens. PRVD. psych. 296 -e fervet.

formīdāmen, -inis *n.* [*a* formidare. *Th.*]. *fere i. q. terriculamentum*: APVL. apol. 64 omnia noctium occursacula, omnia bustorum -a, omnia sepulcrorum terriculamenta.

formīdātio, -ōnis *f. a* formidare. GLOSS. δειλία. *fere i. q. formido*: SERM. de conf. diab. 114 Abraham, Isaac et Iacob et omnes prophetas suscepisti et non formidasti (ἐδειλίασας), et nunc per unum inimicum meum tanta -e (δειλίαν) circumdatus es et nolis eum suscipere.

formīdātor, -ōris *m. a* formidare. *is qui formidat*: AVG. serm. 23, 18 p. 162 amatorem te voluit esse boni, non -em mali.

1. †formīdo (**-or** *v. l. 28 sqq.*), -āvī, -ātum, -āre [*orig. inc.; sunt qui cf. putent gr.* μορμώ, μόρμορος; *cf. Solmsen, Zs. f. vgl. Sprachforschg. 34, 19. Th.*] *de congruentia formali verbi et nominis* -o: GRAMM. suppl. 32, 22 confusionem ... quae est in quibusdam verbis primae ... coniugationis, ut -o, ... quae sunt in eadem voce tam verba quam nomina. 76, 7 sunt alia nomina verbis similia, ut ... -o, ... quando verba sunt, primae coniugationis fiunt, -o, -as, ... quando autem nomina sunt, tertiae declinationis fiunt, ut formido, formidinis. PRISC. gramm. II 122, 13 -o, -as, formido, formidinis, quod ideo fecit simile nomen verbale primitivo verbo, quia ipsa positio verbi talem habuit formam. *nominatur inter verba primitiva*: GRAMM. suppl. 25, 22 -o ... caligo ... verba propter hoc sunt primitiva, quod positio verbi syllabis genetivi non respondet nominum. *cf.* 25, 31. *de prosodia*: GRAMM. suppl. 68, 34 *inter derivativa in ido*: -o, -as, formido, formidinis, paenultima producta i (*cf.* 111, 6 *et* PRISC. gramm. II 122, 13). *de formis: depon.*: ITALA deut. 1, 21 (Lucif. Athan. 1, 4) nolite timere neque -emini (VVLG. paveas). deut. 1, 29 (Lucif. Athan. 1, 5) neque -emini ab eis (VVLG. nolite metuere nec timeatis eos). *de notione*: GLOSS. -o φοβοῦμαι, δειλιῶ, εὐλαβοῦμαι. -at timet, nutat. -ans timens. *legitur inde a* NAEV. PLAVTO, *saepissime ap.* AMM. AVG., *deest ap.* LIV.

i. q. pavere, metuere, timere:

I *intransitive:* **A** *absolute* (*participium praes. fere adiectivi loco, ex. gr. l. 40*): PLAVT. Asin. 462 ne -a (638 Mil. 893. 1011). Cist. 688 nam et intus paveo et foris -o, ita nunc utrubique metus me agitat. Most. 514 nihil ego -o, pax mihi est cum mortuis. CAEL. Cic. epist. 8, 10, 1. PVBLIL. U 10 ubi innocens -at, damnat iudicem. OV. epist. 15, 259. GELL. 1, 11, 18 *milites* maesti atque -antes. APVL. met. 2, 11. ITALA deut. 1, 21 *v. l. 28.* 31, 6 (Lugd.) noli timere neque -are neque expavescere (VVLG. nolite timere nec paveatis). NON. p. 113, 3 (*v. p. 1100, 69*) *al.* VEG. mil. 3, 9 dubitantem -antemque exercitum. *al.* HIER. epist. 46, 1, 2 *al.* VVLG. Ios. 8, 1 (*syn.* timere. eccles. 12, 5. I Macc. 12, 28 ἔπτηξαν). Ier. 23, 4 *syn.* pavere. II Macc. 8, 13 δειλανδροῦντες. Ioh. 14, 27 non turbetur cor vestrum neque -et (δειλιάτω). *al.* AVG. civ. 5, 10 p. 208, 7 D. MART. CAP. 8, 805 SIDON. carm. 2, 222 GREG. M. moral. 2, 79 p. 594^{B} *al.* *i. q. reformidare*: COLVM. 4, 9, 1 putatio non debet secundum articulum fieri, ne -et oculus, sed *eqs.* **B** *accedit dativus*: PLAVT. Amph. 1113 metuens pueris, mihi -ans. ACC. trag. 354 -ans (NON. p. 173, 23; -as p. 445, 10; *cf. Neue-Wagener 3^{3}, 235*) tibi. ARGVM. Plaut. Aul. 2, 6 auro -at Euclio. MART. CAP. 2, 109 decori, formae ac substantiae coepit -are corporeae *Philologia*. AVG. virg. 34, 34 p. 275, 5 huic tam magno bono (*sc. perpetuae continentiae*) ex elationis (*em. Zycha*, delectationis *codd.*) tumore -o. **C** *c. praep.*: **ad**: HIER. epist. 46, 1, 2 *pullos* ad omnem umbram praetervolantium avium -are. VVLG. II Macc. 15, 8 ne -rent ad adventum nationum (δειλιᾶν τὴν τῶν ἐθνῶν ἔφοδον, ITALA cod. Ambros.: adventum). **ab**: ITALA deut. 1, 29 *v. supra l. 29.* VVLG. psalm. 103, 7 a voce tonitrui tui -bunt ([δειλιάσουσιν] Is. 31, 4). 118, 161 a verbis. Is. 7, 4. 51, 13 -asti ... a facie furoris eius (Ier. 1, 17). **super**: VVLG. Ezech. 32. 10 reges eorum horrore nimio -bunt super te. **de**: RVFIN. hist. 3, 20, 1 -bat de adventu Christi (ἐφοβεῖτο τὴν παρουσίαν). SACR. Leon. p. 344 de nostro merito -antes. GREG. M. dial. 3, 7 p. 232^{C} de nostra infirmitate -are (δειλιᾶν). CORP. VI 1759, 8 (*a. 389*) nemo de eius industria ... -ret.

II *transitive* (PRISC. gramm. II 276, 5 illa quoque notanda, quae cum nullum significent actum, sed magis sui passionem demonstrent, tamen quia activam habent vocem, accusativo coniunguntur, ut trepido, horreo, -o):

A *active:* **1** *aliquid*: NAEV. trag. 2 omnes -ant homines eius valentiam. PLAVT. Amph. prol. 27 Iuppiter non minus quam vostrum quivis -at malum. Cist. 535 illud paveo et hoc -o. CIC. Arat. 158 -ans acrem morsum. fin. 2, 53 qui (*vir*) quicquid fecerit, ipse se cruciet omniaque -et. Att. 8, 16, 2 ad Q. fr. 3, 2, 2. HOR. epist. 1, 18, 93 nocturnos iures te -are tepores. ars 364 volet haec *poesis* sub luce videri, iudicis argutum quae non -at acumen. OV. trist. 3, 4, 31 -a nimium sublimia. SEN. dial. 7, 20, 6 nat. 6, 2, 4 epist. 4, 2. 50, 9. 94, 74 appetita -ant (*cf.* epist. 121, 21 *opp.* petere. *utroque loco i. q.* ἀφορμᾶν, *v. Fischer, De usu vocabulorum ap. Cic. et Sen. Graecae philosophiae interpretes. Diss. Freib. 1913 p. 92*). CVRT. 3, 11, 12 adeo pavor etiam auxilia -at. 4, 16, 17 quippe ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum -are coeperunt. VAL. FL. 5, 432 -antem patrios Pyroenta dolores. STAT. Theb. 7, 690 -antibus arva ... equis. silv. 5, 3, 184 tua (*sc. patris*) multum verbera succincti -vere Luperci. IVV.

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 176 personae pallentis hiatum . . . -at rusticus infans. FRONTO p. 151, 14 N. GELL. 20, 1, 49. APVL. met. 2, 20 oppido -o caecas et inexplicabiles latebras magicae disciplinae (*v. p. 1096, 37*). met. 3, 12 *syn.* perhorrescens. 6, 26. 7, 5. 8, 16. 9, 18 TERT. anim. 24 p. 338, 14 ANTH. 677, 5 ARNOB. nat. 2, 31. 7, 39 PALLAD. 1, 30, 3 *al.* PS. AVR. VICT. epit. 11, 11 cruciatus. PACIAN. sim. carn. p. 109, 2. AMM. 14, 7, 6 *passim.* SERV. Aen. 12, 62 ut, qui periculum non timet, -et invidiam. VEG. mil. 3, 1 *al.* HEGES. 5, 28. HIER. epist. 1, 8, 1 non -bat interitum (*syn.* timere. hom. Orig. in Luc. 27 p. 330). *al.* VVLG. Ezech. 2, 6 verba eorum ne timeas et vultus eorum ne -es. *al.* RVFIN. hist. mon. 8 p. 420^{B} *opp.* fiduciam capere. *al.* PRVD. c. Symm. 2, 178. AVG. civ. 1, 11 p. 21, 11 D. mortem (1, 24 p. 39, 29 DRAC. satisf. 128). quaest. hept. 7, 49 p. 482, 1 *syn.* exhorrescere. *al.* MART. CAP. 2, 142 *al.* COD. Theod. 9, 40, 22, 4 (*a. 414*) exilii . . . miserias. *al.* SIDON. DRAC. CASSIOD. COD. Iust. GREG. M. *passim.* CORP. V 8110, 176 cave malum, si non raseris lateres DC, si raseris, minus malum -bis. *alicui aliquid*: PALLAD. 1, 28, 1 pavones nutrire facillimum est, nisi eis fures aut animalia inimica -es. AVG. civ. 17, 13 p. 235, 12 D. nulli . . . populo concessa est tanta securitas, ut huic vitae hostiles non -ret incursus.

2 *aliquem*: PLAVT. Capt. 913 nimisque hercle ego illum male (*v. p. 1096, 34. cf. l. 23*) -bam (-vi *A*). Cas. 24 ne quis -et flagitatorem suom. VARRO Men. 539 eum (*i. tenebrionem*; cum *codd.*) peius -ant quam fullo ululam (ulula *codd.*). HOR. sat. 1, 1, 77 noctesque diesque -are malos fures . . . iuvat? 2, 7, 65 te -et mulier. SEN. Tro. 841 -at Borean Enispe. APVL. met. 6, 30 noctis intempestae Manes Larvasque -atis. SOL. 32, 27 *crocodili* fugientes insequuntur, -ant resistentes *homines*. AMM. 15, 1, 1 nihil obtrectatores longi . . . operis -antes. *al.* HIER. epist. 22, 38, 3 quae (*Maria*) hominem -arat, cum angelo fabulatur intrepida. VVLG. Ier. 42, 11 *regem* pavidi -atis (*syn.* timere. *item* Mich. 7, 17). *al.* AVG. civ. 2, 4 p. 57, 33 D. CYPR. GALL. deut. 13 -ate deum (*cf.* CASSIOD. in psalm. 146, 11 amat . . . eos dominus, qui eum -ant). COD. Theod 12, 1, 150, 2 (*a. 395* = COD. Iust. 10, 32, 47 pr.) curiales . . . -are debent eos, quorum sunt moderationi commissi. DRAC. Romul. 5, 171 *syn.* metuit. COD. Iust. 7, 72, 10 pr. severiores creditores -ans. CORP. I^{2} 2179 = CARM. epigr. 331, 7 (*in sorte*) -at omnes: quod metuit, id sequi satiust. *singulariter i. q. terrere*: CLAVD. DON. Aen. 8, 14 p. 114, 29 neque ipsa (*supplementa terroris*) Diomeden poterant -are (*syn.* terrere). 8, 266 p. 153, 7 etiam mortuus oculorum terrifico omnes -bat obtutu. 9, 68 p. 195, 19.

B ***passive*** (*v. etiam p. 1096, 28. 30. 42; acced. dat. pers. l. 43. 47. 48 al.*): **1** -atur *aliquid*: RHET. Her. 3, 5, 9 si ea (*mors*) -etur. HOR. epist. 2, 1, 256 -atam Parthis . . . Romam. OV. am. 1, 7, 62 -atas . . . manus. met. 15, 475 nec -atis (*vulg.*; -antes, -andis *vv. ll.*) cervos includite pennis. Pont. 1, 3, 24 nec -atis auxiliatur aquis *medicina*. PLIN. nat. 28, 84 si aqua potusque -etur a morsu canis. 32, 124. SIL. 12, 123 *Avernus* -atus volucri. STAT. Theb. 2, 33 -atum Maleae spumantis . . . caput. 3, 182 -ata colonis arva (*sc. Cadmi*) suis. 8, 128 currus . . . egregiis modo -atus in armis. 9, 146. 185 silv. 2, 5, 9. 3, 1, 30 -atus Nemees ager. 5, 3, 155 saltus . . . ingressa viriles non -ata temeraria Chalcide Sappho. Ach. 1, 1 -atam . . . tonanti progeniem (*i. Achillem*). FLOR. epit. 2, 17, 12 -atum . . . militibus flumen. PALLAD. 3, 18, 5. AVIEN. Arat. 249 bracchia (*Scorpii*) . . . -ata truci . . . Orioni. 733 -ato sub nomine. 1157 -atam . . . fluctigeni specie⟨m⟩ monstri. AMM. 14, 11, 23 cadaver est relictum . . . paulo ante urbibus et provinciis -atum. 15, 5, 1 motum . . . impendio -atum (23, 6, 81. *v. infra l. 67*). *passim.* CLAVD. 1, 94 lumine . . . -ato. rapt. Pros. 2, 343 -ati . . . furoris. SIDON. epist. 8, 12, 3 DRAC. laud. dei 1, 701. COD. Iust. 4, 61, 10 (*a. 408/12*) praecipimus . . . neque ullam contrariam supplicantium super his molestiam -ari. *pro subst. neutr.*: SEN. epist. 13, 12 -ata (*syn.* quae timentur; *opp.* sperata). epist. 29, 9. 76, 24 *opp.* concupita. *gerundivum (saepe fere adiectivi loco)*: CIC. orat. 213 satietas -anda est magis. STAT. Theb. 7, 242 -andos . . . sub casside patres. 8, 418 -andae . . . sagittae. 10, 161 -ando . . . tumultu. GELL. 9, 13, 4 -andae vastitatis (AMM. 16, 12, 24. 24, 4, 24). TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 517, 27 blasphemiae -andae. VOPISC. Tac. 6, 2 nihil ab hoc immaturum, . . . nihil asperum -andum est. AMM. 15, 5, 19 scopulus (*Heraeus*; scropulus *Vat.*) impendio -andus (31, 14, 6. *v. supra l. 56*). 15, 12, 3 multa contempturus et -anda. 16, 10, 4 agminibus form⟨id⟩andis (19, 2, 3). *al.* NOVELL. Theod. 1, 1 (*a. 438*) ne iurisperitorum . . . velut ab ipsis adytis expectarentur -anda responsa. *acced. dativus*: CLAVD. 26. 403 *numerus militum* nec gravis Italiae -andusve regenti. *pro subst. neutr.*: CASSIOD. var. 11, 8, 2 p. 337, 22 studete . . . actibus bonis et -anda nescitis. **2** -atur *aliquis* (*acced. dat. pers. l. 77. 81*; de *p. 1096, 2*): SALL. or. Lep. 24 quibus (*i. rebus secundis*) labefactis, quam -atus est, tam contemnetur *Sulla*. PS. SALL. rep. 1, 1, 4 qui plus potest . . . , quia malo esse licet, -atur. VERG. Aen. 3, 275 -atus nautis aperitur Apollo (*i. eius templum. cf.* GLOSS. IV 442, 52 que⟨m⟩ nautae timerent). HOR. carm. 3, 6, 15 Aethiops . . . classe -atus. OV. Pont. 4, 3, 39 Syracosia . . . -atus in urbe *Dionysius*. STAT. Theb. 12, 280 regina Argolicas . . . -ata per urbes. IVV. 6, 559 *Galba* -atus Othoni. TAC. ann. 4, 7 cuncta non . . . comi via, sed horridus ac plerumque -atus retinebat. VOPISC. quatt. tyr. 10, 2 *syn.* timentur. AVIEN. Arat. 584 ob -atum . . . Oriona. AMM. 27, 1, 1 *al.* SCHOL. Hor. carm. 4, 5, 25 nullas gentes dicit incolumi Caesare -ari (*syn.* pavere). CASSIOD. var. 4, 2, 3 p. 115, 10 adoptate talis, de (*i. ὑπὸ*) cuius gente tu potius -eris.

III ***sequitur enuntiatum*:**

A *inf.*: PLAVT. Pseud. 316 fac hoc . . . mea fide, si isti -as credere. TRAG. inc. Fest. 189 (p. 271 Ribb.) -bant obiurare. CIC. Phil. 14, 9 refugit animus . . . eaque dicere -at (⟨re⟩f- *Naugerius*). HOR. epist. 1, 19, 46 ego naribus uti -o. APVL. met. 3, 15 -o solide domus huius operta detegere. TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 645, 16 iram dei excitare -et. ITALA exod. 3, 6 (Lugd.) -bat . . . intendere faciem dei (*ἐνέβλεπετο*, VVLG. non audebat). TRACT. c. Arrian. 15, 34 inquirere. AMM. 27, 8, 4 Vlixes . . . apud Faeacas ob difficultatem nimiam replicare -at. VEG. mil. 2 praef. non -o iussus aggredi opus. HEGES. 4, 20 -at a quoquam videri. VVLG. iud. 7, 10 sin . . . solus ire -as. PS. RVFIN. in Am. 4, 12/13 p. 1074^{A} neque . . . iudicantis oculis apparere -es. AVG. civ. 1, 9 p. 14, 30 D. *al. passim.* MART. CAP. 4, 333 CONST. Sirmond. 14, 17 (*a. 409*) SIDON. epist. 1, 6, 2 *al.* CASSIOD. inst. div. 24 GREG. M. dial. 3, 19 p. 269^{A} *al.*

B *acc. c. inf.*: PLAVT. Bacch. 237 meus -at animus nostrum tam diu ibi desidere . . . filium. TERT. adv. Marc. 1, 13 p. 307, 12 plerique physicorum -verunt initium ac finem mundo constare. HIER. epist. 8, 2 nisi forte ita tibi exosus est oriens, ut litteras quoque tuas huc venire -es. AVG. c. Pelag. 2, 5, 10 p. 470, 13. c. Petil. 3, 1, 2 p. 162, 17 *veritatem* dilucescere atque innotescere -atis. MART. CAP. 2, 100 mythos . . . historiasque mortalium . . . se penitus amissuram non cassa opinatione -bat *Philologia*. SIDON. carm. 22, 51 Phoenix -ans mortem sibi non superesse secundam. GREG. M. moral. 3, 40 p. 620^{A} *al.* PALLAD. hist. mon. I 17 p. 294^{C}. *acc. c. part. fut.*: AMM. 20, 7, 8 post communes . . . luctus -ari etiam maiores affirmans forsitan adventuros. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 25 dialecticen tamquam Amazonem stricto decertaturam gladio -ari.

C *enuntiata*: **1** *enuntiatum relativum*: PLAVT. Persa 364 ego nunc quod non futurumst -o tamen. AMM. 30, 8, 11 quod nusquam erat, ima mente -ans. **2** ne: PLAVT. Amph. 305 -o male, ne ego hic meum nomen commutem (Cist. 673 quae in tergum meum ne veniant, male -o. Poen. 379 Pseud. 1019 *cf. p. 1095, 21*). Asin. 461. Curc. 45 minus -bo, ne *eqs.* Most. 511 nimis quam -o, ne *eqs.* LVTAT. epigr. 1, 6 ne ipsi teneamur, -o. APVL. met. 2, 16 oppido -o, ne *eqs.* (*v. p. 1095, 2*). AMM. 21, 12, 21 VEG. mil. 4, 6. AVG. civ. 22, 8 p. 567, 32 D. multum . . . -ans, ne *eqs. al.* **3** ut: VOPISC. Tac. 2, 2 non illi principem quemquam, ut recte facerent, . . . -bant (*i. non formidine principis commovebantur ad recte faciendum*), sed . . . se timebant. HEGES. 5, 31 l. 33 non -bitur Hierosolyma (*sc. a Romanis*), ut diruatur.

2. ˣ**formīdo,** -inis *f.* [*cf. c.* formidare. *Th.*]. *de etymologia et significatione*: VARRO ling. 6, 48 metuere a quodam motu animi, cum id, quod malum casurum putat, refugit mens. cum vehementius in movendo ut ab se abeat foras fertur, -o. CIC. Tusc. 4, 19 (*inter ea,* quae . . . subiecta sunt sub metum) -em *definiunt* metum permanentem. *de differentia, quae est inter* -em, pavorem, metum, timorem: ISID. diff. 1. 214 -o obicitur vel oculis vel animo, sine adhibita ratione. et maxime parvulis. DIFF. gramm. VII 524, 28 *v. p. 559, 8.* DIFF. ed. Beck p. 69, 12 -o est mentis semper obnoxiae omnibus casibus. GLOSS. *φόβος, δέος*, timor, metus, terror, pavor (*cf. etiam p. 1100, 47*). *vocabulum primitus significavisse videtur animi conturbationem aspectu specierum horribilium, taetrarum iniectam, cf. Norden ad Verg. Aen. 6, 290 ed. alt. p. 215 ('Gespensterfurcht'), qui notionem vocabuli comparat q. e.* forma ('*Gespenst*', *v. p. 1078, 6 sqq.*), *ex qua notione, in usu varie dilatata (v. infra l. 67 sqq.), ea descendisse videtur, quae est de ipsis rebus aspectu terrentibus (II).* *de formis*: GRAMM. suppl. 111, 6 nomina in 'do' desinentia feminina derivativa . . . aliquando i longam paenultimam habent . . . formido, formidas, -o, -inis. *praeterea v. p. 1094, 15 sqq.* *legitur inde a* PLAVTO, *plur. passim inde a* CIC. *notionibus et sub I et sub II allatis.* [*dub.*: LIV. 24, 22, 2 (*coni. Weissenborn*); *corrupt.*: SEN. nat. 2. 59, 4 TAC. ann. 15, 63.]

I *significat metum, terrorem cum variis rebus illatum, quae animum sollicitant anguntque, tum maxime rebus taetris, formidulosis iniectum* (*abit in notionem* ***religionis***: LVCR. 5, 1218 *al.* [*v. p. 1099, 4 sqq.*]. SEN. nat. 6, 29 *al.* [*v. p. 1097, 80 sqq.*], *cautionis*: PLIN. nat. 25, 19 [*p. 1098, 12*], TAC. ann. 15, 45 [*p. 1098, 38*]. *cf.* SIL. 16, 599 *al.* [*p. 1098, 18 sqq.*], *minacis interdicti*: AVSON. 322, 70 *al.* [*p. 1098, 57 sqq.*], AMM. 17, 5, 14 [*p. 1098, 60 cf. etiam* ARNOB. nat. 2, 5 *p. 1098, 49*], *periculi*: COD. Iust. 3, 1, 13, 5 *al. [p. 1099, 52 sqq.], est fere i. q. sollicitudo*: SIL. 2, 238 [*p. 1098, 16*], *verecundia*: ARNOB. nat. 4, 35 [*p. 1099, 20*], *anxia cura*: AMM. 22, 6, 1 [*p. 1099, 33*], *scrupulositas*: COD. Iust. 2, 55, 4, 7 [*p. 1099, 44*]):

A *absolute ponitur*: PLAVT. Amph. 337 (*antea* 335 timeo, totus torpeo) neque miser me commovere possum prae -e (Capt. 637 ego miser vix asto prae -e). Amph. 1079 (*antea* 1077 totus timeo . . . nec secus est quasi ab Acherunte veniam) eadem nos -o timidas terrore impulit, . . . nimia mira vidi. Men. 901 parasitus, qui me complevit flagiti et -is. PACVV. trag. 52 quas famulitas, vis, egestas, fama, -o, pudor . . . . CARM. evoc. Macr. sat. 3, 9, 8 populo civitati metum, -em, oblivionem iniciatis (*item in precationibus sollemnibus*: CARM. devot. Macr. sat. 3, 9, 10 urbem Carthaginem exercitumque . . . fuga, -e, ter-

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rore compleatis. Liv. 8, 9, 7 hostes ... terrore, -e morteque afficiatis. 10, 28, 16 secundum sollemnes precationes adiecisset prae se agere sese -em ac fugam, caedemque ac cruorem *eqs.*). Sisenna hist. 79 -e oppressus (Cic. Verr. 6, 14 servorum animos summa -e oppresserit). Rhet. Her. 2, 3, 4 *opp.* cupiditatem (*cf.* Cic. Tusc. 1, 119 quae levationem habeant aegritudinum, -um, cupiditatum). 2, 19, 29 a maleficio propter acerrimam -em non temperasse. 4, 39, 51 eicite eum de civitate, liberate omnes -e (*cf. p. 1098, 83*). Varro Men. 117 videmus populum ... diversum ferri exterritum -e. frg. Non. p. 363, 15 remotissimum a discendo -o ac nimius timor et omnis perturbatio animi (Cic. fin. 3, 35 Tusc. 3, 7 *cf.* Sen. epist. 117, 25). Cic. Quinct. 47 minae iactentur, pericula intendantur, -es opponantur. S. Rosc. 5 quaeratis, qui iste terror sit et quae tanta -o, quae ... impediat *eqs.* Caecin. 42 -e animum perterritum. Verr. 4, 34 *syn.* metus. 4, 68 -em ... Agyrinensibus iniciebat: recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur (Sen. epist. 66, 31 quae timentur tamquam mala, iniciunt -em). 6, 157 mercatoribus ... -es ab nostris magistratibus ... impendebunt (*cf. p. 1099, 61*). Catil. 4, 8 ut aliqua -o improbis esset posita (proposita *C. F. W. Müller probabiliter*), apud inferos ... antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt. dom. 17 fuga, -o, discordia (Phil. 2, 88 Att. 8, 14, 1 *plur.* Sall. Iug. 55, 7 Liv. 7, 37, 16. 10, 14, 20. 22, 38, 5 [*inde* Ps. Frontin. strat. 4, 1, 4]. Tac. hist. 4, 76 -em, fugam famemque. Paneg. 11 [3], 8, 4 terrorem bellicum, trepidationes, fugas, -es. *cf.* Sulp. Sev. chron. 2, 16, 5 foeda -e in fugam versi. *v. et l. 3. p. 1096, 84*). prov. 43 caligo bonorum et subita atque improvisa -o (Ciris 214 Ov. met. 14, 518 Curt. 4, 13, 13. 10, 9, 14. Val. Fl. 1, 86. 4, 626 Sil. 6, 190. 17, 507. Sol. 53, 25 conchae ... clausae subita -e [*syn.* metus]. Vulg. Iob 22, 10. *cf. l. 64. 68. p. 1098, 30*). Att. 9, 10, 2 hominem ... plenum -is (Liv. 10, 29, 4 furiarum ... ac -is plena omnia ad hostes esse. Sen. dial. 11, 20, 2 quidquid inter caelum terrasque plenum -is interiacet). fin. 1, 46 *sapientia* nos a libidinum impetu et -um terrore vindicet. 1, 63 ignoratione rerum ... horribiles existunt saepe -es. Tusc. 4, 16 sub metum ... subiecta sunt ... terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, -o. 5, 52 in quem ... metus *cadit*, in eundem -o, timiditas, pavor, ignavia. ad Brut. 1, 16, 7 quod ... fecisti ... vide ne convertatur a laude maximi animi ad opinionem -is. Lucr. 1, 151 -o mortales continet ..., quod multa ... fieri ... tuentur, quorum ... causas *ignorant*. 3, 290 est et frigida multa comes -is aura, quae ciet horrorem membris. 3, 981 Tantalus ... cassa -e torpens (*v. vol. III p. 521, 10*). 5, 1246 hostibus intulerant ignem -is ergo. Sall. Catil. 20, 7 fuimus ... eis obnoxii, quibus, si res publica valeret, -i essemus (Sen. dial. 4, 11, 4 non ... concupiscat ... sapiens timeri, nec ideo iram magnum quiddam putet, quia -i est. *cf. antecedentia.* Lact. mort. pers. 9, 4 p. 183, 5 Maximinianus ... et verbis et actibus et aspectu terrori omnibus ac -i fuit. *cf. p. 1098, 26. 1100, 35*). Iug. 23, 1 defensoribus moenium praemia modo, modo -em ostentare (66, 1 civitates ... -e aut ostentando praemia affectare. 66, 2 *dies festus* ludum ... magis quam -em *Romanis* ostentabat. *v. p. 1099, 83. 1100, 6*). 41, 3 -o mentibus decessit. 53, 7 -em simul et tumultum facere. 72, 2 -e quasi vecordia exagitari. 99, 3 cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, -e, terrore (-o *cum parte codd. Ahlberg* tumultu terrore *deletis, alii aliter*) quasi vecordia [ac]ceperat. or. Lep. 18 quae tum -e mercatus sum pretio. hist. frg. 1, 38 turpi -e (Verg. Aen. 2, 400. Plin. paneg. 82, 1 horresceret. *cf. p. 1099, 38*). hist. frg. 1, 136 quasi -e attonitus (Ov. met. 4, 802 attonitos -e terreat hostes. 15, 153 *v. p. 1098, 84*). hist. frg. 2, 87 A 11 perculsos -e. *ibid.* A 20 repentina (B 17). 3, 96 ⟨for⟩midine f⟨ugarentur⟩ (Tac. hist. 2, 26. Exup. 6 fugientes ... copias ac se implicantes festinatione -is. Avson. 432, 2). *al.* Verg. ecl. 4, 14 sceleris vestigia nostri (*i. belli civilis*) irrita perpetua solvent -e terras (Aen. 12, 867 illi membra novus solvit -e torpor. Sil. 13, 893 terras longa -e solvet. *v. p. 1099, 48*). georg. 4, 357 percussa novā mentem -e mater. Aen. 2, 384 -e captos. 3, 30 frigidus horror membra quatit gelidusque coit -e sanguis (3, 259 subita [*cf. l. 25 sqq.*] gelidus -e sanguis deriguit. *cf.* Ov. met. 2, 200 gelida -e [Val. Fl. 4, 646. *p. 1100, 77*]. Isid. orig. 10, 102 timor sanguinem gelat, qui coactus gignit -em, unde est illud [Verg. Aen. 3, 30 *v. l. 63*]). 3, 47 ancipiti mentem -e pressus. 3, 612 deposita tandem -e. 6, 290 subita (*cf. l. 25 sqq.*) trepidus -e (9, 167. Val. Fl. 4, 10 quanta trepidam -e. Ivv. 13, 106 *v. p. 1099, 17.* Tac. hist. 2, 48 Anth. 433, 3. *cf.* Verg. Aen. 9, 753 trepida -e [Lucan. 8, 44 Homer. 928 *al.*]. Ov. met. 2, 66 pavida trepidet -e pectus [*syn.* timor. trist. 3, 10, 66 *v. p. 1099, 11.* Apul. met. 9, 23 exsangui -e trepidantem]). Verg. Aen. 7, 442 falsa -e (7, 453. 10, 630 Sen. epist. 95, 37). 11, 407 cum se pavidum ... fingit ... et -e crimen acerbat. 12, 776 amens -e. Cvlex 200 minus implicuit dira -e mentem (*antea* nec ... timor obcaecaverat artus). Hor. sat. 2, 7, 77 quem (*servum*) ... vindicta ... imposita haud umquam misera -e privet. epist. 1, 6, 4 -e nulla imbuti. Liv. 30, 28, 8 has -es agitando animis ipsi curas et metus augebant. Sen. contr. 7, 5, 5. Sen. dial. 2, 12, 1 non ingenio, sed -e quieti *velut pueri*. Sen. nat. 6, 3, 2. 6, 29, 2. 6, 29, 3 ubi -o mentes religione mixta percussit (*cf.* Curt. 4, 10, 2 ingens religio et ex ea -o quaedam incussa est. Val. Fl. 2, 267 plenas tacita -e cistas. Sil. 1, 82 sacrum ... patria Tyriis -e cultum. Tac. Germ. 39 in silvam [*cf. p. 1099, 70*] ... prisca -e sacram ... coeunt

caesoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Apul. met. 11, 19 religiosa -e retardabar. Min. Fel. 5, 7 unde haec religio, unde -o, quae superstitio est? Arnob. nat. 2, 29 territari -is alicuius horrore [*cf. antea*: metus supernae potestatis]. 6, 24 ad incutiendas -es vulgo deorum instituta simulacra. Zacch. 1, 20 p. 1083^{C} dei agnitio et cum dilectione -o lex prima est. Greg. M. moral. 2, 78 p. 593^{D} *animum* subiectum ... divinae -i. 16, 51 p. 1146^{A} virtutem -is). Sen. epist. 4, 4 nimia (Ivv. 15, 77). 85, 27. 101, 8 (*de timore futurae vitae ac mortis*) quantum sit illud quod restat aut quale, sollicita (*Bücheler*; collecta *codd.*) mens inexplicabili (explicabili *BA, sunt qui probent*) -e agitatur. Curt. 9, 10, 15 misericordia in -em versa. *al.* Lucan. 7, 248 -e mersa *mens*. Plin. nat. 25, 19 si *natura* ... tempus ... -is (*i. tempus, quo serpentes formidandi sint, sc. vernandi causa apparentes*) demonstraret. 28, 115 *remedium* contra -es pavoresque. Val. Fl. 3, 390 varia ... -e (*cf. p. 1099, 73. 1100, 29*). 4, 174. 196 -e pulsa (Sil. 4, 405). Sil. 2, 217. 238 velox -e (*sc. ne urbs caperetur*). 2, 280. 360. 3, 532. 5, 476 mente sinistra quae sedit -o? 6, 328. 7, 374. 9, 490 versa -e. 10, 26 mala. 417 impia. 10, 605. 15, 611 segni. 15, 812. 16, 15 *syn.* terror. 16, 599 magnos *belli* ... horrebant cauta -e casus (Stat. Theb. 6, 324 pius ille quidem et -e cauta). 17, 502. Stat. Theb. 2, 262 *syn.* metus. 3, 263. 4, 489 *syn.* timor. 5, 69 implicitis arcana domorum anguibus et saeva -e nupta replesset limina *Veneris*. 8, 288. 10, 565. Tac. Agr. 5. 11 *opp.* audacia (*cf.* ann. 4, 51 hist. 2, 41. Ps. Avr. Vict. epit. 42, 7 ad occultandam audaciae specie -em. Vulg. I Macc. 4, 32 [*δειλίαν*]). Agr 22. 24 in spem magis quam ob -em (*similiter opp.* spes: Paneg. 12 [2], 11, 3 Veg. mil. 3, 21 p. 111, 10. Vulg. Ier. 17, 17 non sis tu mihi -i: spes una tu. Greg. M. moral. 2, 79 p. 594^{A} *cf. etiam infra l. 81*). Agr. 36 ut quemque *equum* -o tulerat. Germ. 6 *opp.* consilium. 30 hist. 1, 20. 29. 42. 64 *opp.* gaudium. *bis.* 1, 71. 76 *syn.* metus. 1, 81. 85 plena omnia suspicionum et vix secreta domuum sine -e. 2, 15 subitam -em inferrent (3, 16). 2, 44 *opp.* ira. 2, 46 timidos et ignavos ad desperationem -e properare. 2, 54 intendebat -em, quod (*syn.* metus). 2, 63 -o incessit. 2, 65 *syn.* metus. 3, 10 vanam (Calp. decl. 21 p. 19, 17 vana et incepta -o. Cod. Iust. 6, 30, 22, 13 a. *cf. p. 1099, 34*). 3, 55. 61. 77. 4, 67. 83 pronus ad -em. 5, 21 ann. 1, 4. 7 causa praecipua ex -e, ne *eqs.* 1, 56 *opp.* astus. 1, 66 *syn.* consternatio, pavor. 1, 69. 2, 29. 41 occulta. 2, 79 mutua. 3, 33. 4, 18. 48 tenebrae insuper delectae augendam ad -em. 11, 28 quos penes potentia et, si res verterentur, -o. 15, 45 venenum ... vitatum ... a Seneca ... propria -e, dum *eqs.* Plin. epist. 6, 16, 13 in remedium -is. 6, 20, 8 multa ibi miranda, multas -es patimur. 7, 27, 6 *syn.* metus. Suet. Nero 49, 4 extantibus rigentibusque oculis *morientis* usque ad horrorem -emque visentium. Dom. 14, 3 Calp. decl. 13 p. 13, 19. Apul. met. 1, 11 non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero -em ..., ne *eqs.* 2, 6 -es pueriles. 2, 25. 4, 21 *syn.* terror. 8, 16 *opp.* alacritas (*cf.* Amm. 30, 2, 1 augente ... nostri exercitus alacritate -em). Socr. prol. p. 108 est ... -o, ne *eqs.* Tert. bapt. 5 p. 205, 24 amentia vel -e. *al.* Itala lev. 26, 36 (Aug. quaest. hept. 3, 94) superducam -em in cor eorum (Vulg. dabo pavorem). Arnob. nat. 2, 5 contra omnes minas atque interdicta -um (*i. formidolosa interdicta; cf. similia ap. Spindler, de Arnobii genere dicendi, Diss. Straßb. 1901 p. 26 sq.*) animosius populus *Christianorum* obnitatur. 2, 64 *deus* imperiosa -e nullum terret. Avr. Vict. Caes. 4, 1. Ps. Avr. Vict. epit. 39, 7. 41, 24 *Constans* fuit ... fortunatus caeli temperie, fructuum proventu, nulla a barbaris -e. Priscill. tract. 10, 128 p. 95, 2 tribulatione -um. 10, 131 p. 96, 26 timores -um. Avien. Arat. 343 omnia ... maestae facies -is implet. 777 Avson. 153, 56. 322, 70 pueros molli monitu et -e leni pellexi, ut ... peterent (Aug. civ. 22, 22 p. 604, 28 D. multimodae -es, quae cohibendis parvulorum vanitatibus adhibentur). Symm. epist. 1, 31, 1 ut sit -o rescribere. Amm. 14, 7, 14 praefectum ... -e tenus ... custodiri. 17, 5, 14 cessent ... -es, quae nobis intentantur. 17, 12, 10. 20, 1, 1. 21, 8, 3. 24, 2, 9. 28, 1, 54 pati -is augmenta nocturnae (*syn.* horror, terror). 28, 3, 6. 28, 5, 5. 30, 1, 8. 31, 10, 6. Veg. mil. 1, 4 p. 9, 13 *opp.* voluptas. 3, 12 p. 95, 7 *opp.* fiducia. 3, 25 p. 119, 19 *opp.* ferocia. *al.* Ambr. exc. Sat. 1, 31 p. 1300^{B} Heges. 4, 29, 2 l. 39 Hier. epist. 49, 12, 3. Vulg. exod. 15, 16 -o et pavor. deut. 2, 25 terrorem atque -em (11, 25). psalm. 88, 41 posuisti firmamentum eius -em (*δειλίαν*). Is. 24, 17 -o et fovea et laqueus super te. Ier. 30, 5. I Macc. 3, 25 -o (*φόβος*) super omnes gentes in circuitu. *al.* Rvfin. hist. 2, 26, 2 malorum metus et -o terrebat. Claud. *passim, v. indicem Birtii.* Paul. Nol. carm. 8, 23 Aug. civ. 22, 22 p. 604, 1 D. *al.* Sulp. Sev. chron. 1, 20, 6. Bachiar. repar. laps. 10 p. 1047^{A} ex servilis desperatione -is. *al.* Cypr. Gall. exod. 1021 ante tuas acies tristis -o volabit. *al.* Cod. Theod. 8, 8, 6 (*a. 395*) ne militaris terror inferret -em. 9, 45, 5 (*a. 432*) furiosa. *al.* Leo M. epist. 139, 2 p. 1105^{B} non sine pavore -is (*δέους τοῦ κατὰ τὴν ἀγωνίαν*). Evstath. Bas. hex. 5, 2 p. 912^{A} intolerabilis; *syn.* terror (*φόβος*). Sidon. epist. 3, 7, 4 Drac. laud. dei 3, 354 *al.* Greg. M. moral. 3, 38 p. 618^{D} *syn.* pusillanimitas, *opp.* elatio. Bened. reg. 7 *syn.* timor. Corp. VI 1736 quod antea -i fuerit.

B *accedit genetivus*: **1** *gen. obi.*: Sisenna hist. 67 victoribus proprie spem, victis adversae fortunae maiorem -em obiecit (*cf. l. 25 sqq.*). Cic. Verr. 6, 23 -es similium incommodorum. Manil. 16 calamitatis (*cf. p. 1099, 23*) -e liberatos (*cf. p. 1097, 8*). rep. 1, 4 mortis (Lucr. 3, 64. 79 Hor. epist. 2, 2, 207. Ov. met. 15, 153 genus at-

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tonitum gelidae -e mortis [*cf. p. 1097, 55*]. APVL. met. 9, 19. VVLG. psalm. 54,5 [*δειλίαν*]. DRAC. Orest. 184 CASSIOD. in psalm. 89,7 p. 646^{D}. *aliter p. 1100,21. cf.* PALLAD. hist. mon. I 32 p. 318^{B} -e sepulturae [*syn.* metus mortis]). LVCR. 5, 1218 cui non animus -e divom contrahitur? (*syn.* pavore. 6, 52 [*antea* 6,51 pavidis ... mentibus] faciunt animos humilis -e divom. CIRIS 363 *Scylla* divum terret -e cives. *cf.* VERG. Aen. 7, 608 Belli portae...religione sacrae et saevi -e Martis). HOR. sat. 1, 16, 53 -e poenae (SVLP. SEV. epist. 2,1 iudicii metus, -o poenarum. COD. Theod. 9, 38,4 [*a. 368*] aegra expectatio quaestionis poenaeque -o. COD. Iust. 3, 1, 13, 8. *cf.* 1,3,32[33],8 censurae [*i. poenae*] iustissimae -e). sat. 2, 1, 154 fustis. OV. trist. 3,10,66 trepidant -e belli. SEN. benef. 7,1,7 si *animus* deorum hominumque -em eiecit et scit non multum esse ab homine timendum, a deo nihil. LVCAN. 2, 235 in tanta pavidi -e motūs (*syn.* terror). SIL. 4,700 discussa ... -e Averni. 10, 544 subit horrida mentem -o incerti casus (*syn.* pavor). VAL. FL. 5,188 *Helle* saevae -e maesta novercae. IVV. 13,106 animum dirae trepidum -e culpae. TAC. hist. 1, 83 periculorum. ann. 1, 30 caelestis irae. 6, 32 C. Caesaris. APVL. met. 3, 8 dirae factionis. 5, 18 verborum tam tristium. apol. 78 ferri. TERT. scorp. 12 p. 174,10 martyriorum (*syn.* timor). ARNOB. nat. 4, 35 sine ulla nominis maiestatisque -e (*i. verecundia*). 7, 31 per unius -em verbi. AMM. 14, 1, 6 malorum impendentium. 17, 5, 1 praeteritorum. 18, 4, 2 adventantium calamitatum (*cf. p. 1098, 83*)...magna -o. 20, 9, 5 intentatorum. 24, 2, 3 advenientis exercitus. 26, 3, 1 parium *discriminum*. 27, 5, 3 militis...propinquantis. 29,1,11 successoris. 29,6,9 malorum similium. 30,2,12 calumniarum (*v. l. 29*). VEG. mil. 3, 2 p. 73, 2 suppliciorum. VVLG. Esth. 9, 2 omnes populos magnitudinis eorum (*Iudaeorum*) -o penetrarat. PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 accipitris pavere -em *pullos*. COD. Theod. 6,37,1 (*a. 364*). 10,18,2,3 (*a. 380*) calumniae (*v. l. 26*) -em ...pertimescat. 18,9,5^{2} (*a. 396*) desertionis. 14,4,10,2 (*a. 419*) nulla ... eos corporis iniuriae -o percellat. DRAC. laud. dei 3, 728 salutis. *c. gen. gerund.*: PALLAD. 1, 6, 10 quando ... rumpendi acini nulla -o est. AMM. 22, 6, 1 criminis vitandi -e (*i. anxia cura*). **2** *gen. subi.*: SEN. epist. 76, 33 vanas (*cf. p. 1098, 33*) humanarum -es mentium. SIL. 4, 820 delubra piantur caedibus atque coli gaudent -e matrum. TAC. Agr. 41 inertia et -e ceterorum (*Grot.*; eorum *codd.*) *ducum*. hist. 4, 46 Germanici militis -o, tamquam...ad caedem destinaretur. ann. 15, 6 -e regis et Corbulonis minis. PANEG. 9 (12), 14, 5 turpissimam (*cf. p. 1097, 54*) hanc eius -em (*syn.* 2 timor, 3 metus). 10 (4), 25, 7 nec considerati ratio nec victi -o. AVSON. 407 (= SYMM. epist. 1, 32), 5 illam Sosiae (*v.* TER. Andr. 43) -em. AMBR. exc. Sat. 1, 26 p. 1298^{C} praesagae mentis agnosco -em. VVLG. deut. 28, 67 cordis tui. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 8 exploratoribus interfectis ad vulgi -em. COD. Iust. 2, 55, 4, 7 cur non ... totam -em (*i. anxiam sollicitudinem, scrupulositatem*) veteris iuris amputamus? *nota*: -o *de re, quae causa -is est* (*cf. II*): CORP. III 14147^{5}, 7 (*a. 17 a. Chr.*) Thebaide, communi omn(i)um regum -e. **3** *gen. explic.*: IVL. VAL. 2, 16 ut ... subsicui metus vos -e solverem (*cf. p. 1097, 60*). ARNOB. nat. 7, 39 -e superstitionis amota. GREG. M. moral. 2, 54 p. 582^{B} desperationis. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 27 superflua timoris -e (*syn.* inani metu. MIRAC. Theclae 1 p. 170, 6 -e pavoris correpti *latrones*.

est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid (leg. 1, 14 ut stipulationum et iudiciorum -as componam). opt. gen. 20 causa ipsa abhorret illa quidem a -a consuetudinis nostrae. epist. 7, 18, 2. LIV. 34, 57, 8 *res* ex -a iuris antiqui (ex -a i. a. *M, om. B, lac. rell.*) aut ex partis utriusque commodo componi (NOVELL. Valent. 21, 1 pr. Meyer: testamentorum compendia generali lege complexus -am iuris antiqui . . . non necessariam iudicavit. *cf.* LIV. 39, 26, 14 quo modo inter eas gentes et Macedonas disceptetur, -am iuris exsequendi constituendam esse. AGENN. grom. p. 35, 14 Th. SIDON. epist. 1, 7, 10 milibus -arum iuris id sancientum. COD. Theod. 14, 9, 3, 1 [*a. 425*] = COD. Iust. 11, 19, 4 duo *magistros* qui iuris ac legum -as [voluntates COD. Iust.] pandant. *cf. p. 1117, 24*). LIV. 39, 25, 6 eiusdem -ae disceptatio de Perrhaeborum et Magnetum oppidis fuit. 40, 12, 20 vis hanc -am cognitionis esse, ut *eqs.* SEN. contr. 2, 5, 8 non ex -a natura respondet nec ad praescriptum casus obsequitur. VAL. MAX. 6, 2, 12 ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, -am componeret. SEN. benef. 6, 5, 5. FORTVN. rhet. 2, 8 p. 106 rerum vel -arum comparatione. DON. Ter. Phorm. praef. 1 Phormionem . . . a -a litis, quam intenderit, nominatum. AVG. coll. c. Don. 3, 2, 2 p. 51, 3 ecclesiae causa non forensibus -is, sed magis divinarum scripturarum testimoniis ageretur (adv. Don. 25, 43 p. 144, 27). *speciatim t. t. in privata lite secundum -as acta ('Formularprozeß'), sc. verba concepta a praetore in albo constituta, ad quae iuris dictio accommodatur (inde a lege Aebutia usque ad a. 342, v. p. 1117, 24; in* DIG. *pro* -a *fere semper* actio *interpolata est; cf. Wenger, PW. VI 2870, 15); duas potissimum habet notiones: significat et exemplar vel σχῆμα in albo propositum, quo utantur litigaturi ('Formelblankett, Formelschema') — ad quam notionem pertinent ex. gr. hi loci*: CIC. Q. Rosc. 24 *l. 50 sqq.* LEX Rubr. 1, 9 *infra l. 42.* 1, 11 *infra l. 38.* 1, 46 *l. 66* GAIVS inst. 4, 46 *p. 1117, 2* (*talis formulae exempla invenis ex. gr.* LEX Rubr. 1, 22 *sqq.* GAIVS inst. 4, 34 *sqq.*) — *et quod secundum hoc exemplar suppletis nominibus rebusque ibi omissis instructum litigantibus in usu est ('konkrete Streiturkunde'); ad hanc notionem pertinent ex. gr. hi loci*: GAIVS inst. 4, 30 *p. 1117, 5.* 4, 52 *p. 1117, 13.* 4, 57 *p. 1117, 14.* 4, 93 *p. 1117, 18* (*cf. Wenger, PW. VI 2859 sqq.*): CIC. Quinct. 30 postulat, ut sibi Quinctius iudicatum solvi satis det ex -a: quod ab eo petat, quoius ex edicto praetoris bona dies XXX possessa sint (LEX Rubr. [Corp. XI 1146] 1, 11 ex -a repromittere. *ibid.* 1, 19 ex -a recte repromissum . . . esset. GAIVS inst. 2, 26 EPIST. donat. Syntroph. [Corp. VI 10239] 11. *v. etiam l. 43*). Q. Rosc. 11 ei rei ipsa verba -ae testimonio sunt. 12 -am sponsionis (GAIVS inst. 4, 165. *item acced. gen.*: CIC. epist. 7, 12, 7 fiduciae. LEX Rubr. [Corp. XI 1146] 1, 9 damnei infecti ex [*v. l. 37 sqq.*] -a restipularei [PLIN. nat. 9, 183 damni -am editam]. SEN. contr. 10, 1, 9 -a iniuriarum [SVET. Vit. 7, 2 libertino . . . iniuriarum -am intendisset]. AGENN. grom. p. 40, 22 Th. de possessione . . . plurimum interdicti -a litigatur [*v. p. 1117, 5*]. GAIVS inst. 4, 48 commodati -ae. 4, 60 depositi. VLP. reg. 19, 16 familiae herciscundae. *ibid.* finium regundorum). Q. Rosc. 14 satis -ae et sponsioni . . . fecisse. 15 perinde ac si in hanc -am omnia iudicia legitima . . . conclusa . . . sint. 24 sunt iura, sunt -ae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae aut ⟨in⟩ ratione actionis errare possit. expressae sunt enim ex unius cuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicae (*Naugerius*, publica hae *codd.*) a praetore -ae, ad quas privata lis accommodatur. 25 *bis.* Tull. 29. Verr. 4, 152 -am Octavianam et Romae Metellus habuerat et habebat in provincia (*cf.* PAVL. sent. 3, 3 Fabiana [PAPYR. Rainer IV p. 1 *sqq.*]. *item acced. adiect.*: GAIVS inst. 4, 44 in praeiudicialibus -is [GLOSS. V 663, 34]. 4, 54 in incertis -is [*sc. in -is de pecunia incerta*]. 4, 57 iniquam -am. 4, 71 institoria [institutoria *cod., item* 4, 74]. 4, 91 petitoriam [*bis.* 4, 92]. 4, 163 arbitraria [VLP. frg. Vind. 5 p. 159, 26]. PAVL. dig. 47, 2, 42 pr. volgaris. MARCIAN. dig. 13, 7, 17 libro singulari ad -am hypothecariam [DIG. de conc. dig. 2, 4]). Brut. 275 'qua de re agitur' autem illud, quod multis locis in iuris consultorum includitur -is. epist. 13, 27, 1 ut vo⟨s so⟩letis in -is, sic ego in epistulis 'de eadem re alio modo'. fin. 2, 3 ut quibusdam in -is 'ea res agetur'. off. 3, 60 C. Aquilius . . . protulerat de dolo malo -as. LEX Rubr. (Corp. XI 1146) 1, 46 neive ea nomina, qua⟨e⟩ in earum qua -a [quae] s(upra) s(cripta) s(unt) (*item* 1, 47), aut Mutina⟨m⟩ in eo iudicio (*nota syn.*) includei concipei curet. FEST. p. 233 parret quod est in -is. VAL. MAX. 8, 2, 1. 2. SEN. benef. 3, 7, 5 illum (*sc. iudicem, opp.* arbiter) -a includit et certos, quos non excedat, terminos ponit. QVINT. inst. 3, 10, 1 privata . . . iudicia saepe unum iudicem habere multis et diversis -is solent. 6, 3, 83 'colaphum . . . tibi ducam et -am scribes, quod caput durum habeas'. 7, 1, 37. decl. 260 p. 62, 15 sit tolerabile -ā errare et . . . non uti iure concesso. 268 p. 92, 7. Ps. QVINT. decl. 12, 12 p. 228, 21 non cadit in -am publicus dolor. 13, 1 p. 247, 11. 13, 6 p. 252, 10 crimen istud non privatam taxationem -ae merebatur. 13, 10 p. 255, 23 pretium -a taxassem (*cf.* GAIVS inst. 3, 224 quantitate taxamus -am). TAC. dial. 20. 37. SVET. Vit. 7, 2 *alicui* -am intendere *v. l. 45, cf. p. 1117, 5. 6.* GAIVS inst. 2, 278 legata ⟨per⟩ -am petimus (4, 95 summam sponsionis non per -am petimus, sed per legis actionem. VLP. reg. 25, 12 fideicommissa non per -am petuntur ut legata. GAIVS inst. 4, 50 in ea -a, qua certam pecuniam petimus. 4, 131 -ā, qua incertum petimus. 4, 54 in incertis -is plus peti non posse). inst. 3, 222 in hunc casum -a proponitur

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ibid. iterum.* 4, 46 ceterae quoque -ae, quae sub titulo 'de in ius vocando' propositae sunt. 4, 46 innumerabiles eius modi -ae in albo proponuntur. 4, 47 [*v. l. 11*]. 4, 136 Coll. Mos. 2, 6, 4. *cf.* Gaivs inst. 4, 49 condemnatio... vel certae pecuniae in -a proponitur vel incertae). inst. 4, 30 per -as litigamus (*v. p. 1116, 46*). 4, 33 -as, quibus... intendimus (Ivl. Vict. rhet. 3, 9 p. 382, 14 non hanc -am mihi intendere debuisti, sed illam). 4, 33 nulla ... -a ad condictionis fictionem exprimitur. 4, 37 -a ita concipitur (4, 47 ita conc. [53. 86 Coll. Mos. 2, 6, 5 sic ... -a concepta est]. inst. 4, 45 -as, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas vocamus. 4, 47 ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas -as proponit. 4, 60. 106). inst. 4, 39 partes ... -arum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio (4, 40. 41. 42. 43). 4, 50 illic ima parte -ae ita est (4, 51). 4, 52 qui -am accipit (4, 57 ⟨reus cum⟩ iniquam -am acceperit. 4, 163 Vlp. frg. Vind. 5. *item translate*: Plin. epist. 5, 10, 1 scripta tua ... ne cogantur ad exhibendum -am accipere). inst. 4, 59 de Sticho alia -a agat (4, 75. 91. 107. 141. *v. etiam p. 1116, 21*). 4, 63 -ae verbis praecipitur. 4, 71 -a in solidum. 4, 93 -am edimus (4, 141. 165. Coll. Mos. 2, 6, 3 demonstrat... hoc loco praetor... qualem -am edat. *v. etiam p. 1116, 44*). inst. 4, 91 -ā... vincimus. *al.* Apvl. met. 9, 27 communi dividundo -a dimicabo (Vlp. reg. 19, 16). Pavl. dig. 3, 5, 46 in extraordinariis iudiciis, ubi conceptio -arum non observatur. Frg. Vat. 312 (*a. 293*) ⟨ad⟩ -am promissam. Arnob. nat. 4, 34 de atrocibus -as constituistis iniuriis. Cod. Iust. 2, 57, 1 (*a. 342*) iuris -ae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur. -ā cadere, excidere, *t. t. fere i. q. causam perdere*: Qvint. inst. 3, 6, 69 cum in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis -ā dicitur, hae sint quaestiones, 'an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere'. decl. 350 p. 377, 12 non ignoro esse frequentem huiusmodi in iudiciis minoribus dumtaxat contentionem, ut pecuniam excidisse -a[e] (*alii aliter, cf. Burmann*), ut aliter quam ⟨o⟩po⟨r⟩tuerit (*suppl. Rohde*) agere dicatur. Svet. Claud. 14 iis, qui apud privatos iudices plus petendo -a excidissent, restituit actiones. *idem translate*: Sen. clem. 2, 3, 1 plura proponere tutius est, ne[c] una finitio parum rem comprehendat et, ut ita dicam, -a excidat. epist. 48, 10.

D *fere i. q. certa verba pacti, conventi, testamenti sim.*: Cic. Verr. 3, 147 postulationum -as usitatas. Caecin. 51 pacti et conventi -a (Ov. epist. 19, 151 recitetur -a pacti). Flacc. 36 ista -a testimoni (*subest notio vanitatis*: '*mera* -a'). de orat. 1, 180 in testamentorum -is (Brut. 195 de testamentorum iure, de antiquis -is [*cf. p. 1116, 6*]. Corp. X 339, 4 ex -a testamenti. XII 1115. 2365 heres ex fo⟨rmula⟩. XIII 6903 testamenti -a). Prop. 4, 8, 74 accipe, quae nostrae -a legis erit (Porph. Hor. epist. 1, 20, 1 et principia et fines in omnibus libris nullius legis -a contineri. Cypr. Gall. gen. 362 ut legis -a cavit [*cf.* 1437 Genesis ut -a cavit]. *cf. p. 1116, 11*). Ov. epist. 20, 133 iurandi -a iuris (Serv. auct. Aen. 12, 13 concepta... verba dicuntur iurandi -a, quam nobis transgredi non licet). Petron. 109, 1 tabulas foederis signat, quis ('*fortasse* cuius' *Bücheler*) haec -a erat. 117, 9 secundum hanc -am imperamus *illi*, ut. Cypr. Gall. gen. 1463 fixo servatur -a iure. exod. 893 haec -a nectit hos etiam qui *eqs.* Orient. comm. 2, 390 haec erit aeterni -a iudicii.

E *i. q. institutio magistratuum, dignitatum*: Avson. 195, 29 vagus per omnes dignitatum -as. Epist. pontif. 369 (*a. 428*) Migne 50, 435^{B} ad hanc... eligantur -am sacerdotes. Cassiod. var. praef. 14 cunctarum ... dignitatum sexto et septimo libris -as comprehendi. *passim per cuncta capitula libri sexti et septimi in titulis*: -a consulatus, patriciatus, praefecturae, *al.* 6, 13 -a ... quae danda est. 6, 15 -a vicariis urbis Romae (*sc. danda*). *al.* Conc. Aurel. a. 533 p. 62, 23 in ordinandis ... episcopis antiquam institutionis -am renovamus.

fōrmulārius, -ī *m. a* formula. *i. q. iuris consultus, qui formulas iuris unice sectatur*: Qvint. inst. 12, 3, 11 alii se ad album ac rubricas transtulerunt et -i vel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt. *fem. subst.* **fōrmulāria**, -ae. *fere i. q. ars ad formulas iuris pertinens*: Spart. Geta 2, 4 quod Severum ille (*Pius*) ad fisci advocationem delegerat ex -a forensi. *J. Kapp.*

1. formus, -a, -um [*i. q. gr. θερμός arm.* jerm '*calidus*'; *cf. c. ind.* gharmáh *alban.* zjarm '*ardor, calor*' *et c.* furnus fornax forceps. *Th.*]. *adiectivum obsoletum, cuius notitia ad nos pervenit originationibus doctis vocabulorum* forceps *et* fornax: Pavl. Fest. p. 84. 91 Mar. Victorin. gramm. VI 26, 12 Vel. gramm. VII 71, 16 Cassiod. gramm. VII 161, 2 Alcvin. gramm. VII 302, 13 Non. p. 531 Serv. georg. 4, 175 Aen. 8, 453. 12, 404 Schol. Verg. Veron. Aen. 4, 149 Isid. orig. 10, 99. 19, 7, 3. 20, 13, 3 (10, 102 *minus diligenter* a formo id est a sanguine) Don. Ter. Phorm. 107, *quas fusius allegavimus supra s. v.* forceps *p. 1049, 80. 1050, 13 sqq.*, forma *p. 1065, 66 sqq. et s. v.* fornax *p. 1118, 17; inde etiam* Gloss. V 22, 3 = 70, 12 -um: calidum (fervens) = 457, 42. 501, 38, *etiam* IV 78, 27, *ubi traditur* fornum. *Vollmer.*

[**2. formus** *superl.* -issimum Hyg. fab. 92 p. 88, 5 *corrupt.*]

fornācārius, -a, -um *a* fornax. *i. q. ad fornacem pertinens* (*cf.* fornacator, focarius): Vlp. dig. 9, 2, 27, 9 -us servus (fornicarius *codd.*, φουρνάριος *Basilica*). *fere eadem verba* Vlp. coll. Mos. 12, 7, 7 (*ubi trad.* forte). *v. p. 1118, 55.*

fornācātor, -ōris *m.* [*a* fornax. *Th.*]. *is qui fornacem succendit* (*cf.* fornacarius): Pavl. dig. 33, 7, 14 (*antea* 13, 1: instrumento balneario legato etiam balneatorem contineri Neratius respondit) continetur autem et -r (fornicator *trad.*). Corp. IV 1150 Secundum aed(ilem) -r rog(at).

fornācula, -ae *f. a* fornax *deminutive.* Char. gramm. I 92, 25 fornax ... per deminutionem -a ... facit. *i. q. fornax (exigua): proprie*: Vitr. 7, 10, 2 ante id (*sc. laconicum*) fit -a habens in laconicum nares. Pavl. Fest. p. 83 Fornacalia sacra erant, cum far in -is torrebant. Ivv. 10, 82 'perituros audio multos *homines*'. nil dubium, magna est -a (*ad rem cf.* 10, 61). Fronto p. 7, 6 N. Baiarum ego calidos specus malo quam istas -as balnearum, in quibus ignis cum sumptu atque fumo accenditur brevique restinguitur. Svlp. Sev. epist. 1, 11 casu super -am partem paleae ... aggessit *Martinus.* dial. 3, 14, 8 Ven. Fort. Mart. 4, 491. *translate*: Apvl. apol. 74 *Herennius Rufinus est* totius calumniae -a (*i. officina*).

✖**fornāx** (furnāx), -ācis *f.* (*m. l. 33 sq.*) [*cf. c.* furnus. *Th.*]. *de etymologia*: Non. p. 531, 24 fornum et -es dicuntur a formo, quod est calido. Gloss. -x per derivationem a farre dictum, quia panis ex eo factus ibi coquitur. Isid. orig. 19, 6, 6 -x... ab igne vocata; φῶς enim ignis est. Kaminus -x Graecum est. *de orthographia*: furnax *scribitur: in titulis aet. Traian.*: Corp. XV 63a. b. c. *in codd.*: Lvcil. 291 Cato agr. 16 (*var. l.*) Fest. p. 274 Plin. nat. 34, 102 (*B*) Itala Dan. 3, 17 (Wirc.) *et compluries in eodem capite.* Cypr. Fort. 9 p. 331, 13 (*var. l.*) Priscill. tract. 1, 29 p. 25, 1. 1, 30 p. 25, 21. *de formis: gen. plur.*: fornacium: Plin. nat. 34, 101 *bis.* 102. 128. 144. 167. 35, 41. fornacum: Plin. nat. 34, 101 (*h*). 34, 102 (*B* furn-). 35, 41 (*dh*) Evgraph. Ter. Andr. p. 46 W. *notatur in laterum sigillis*: forn(acem): Corp. XI 6689, 12. forn(ace): Corp. XV 58. 64^{b}. for(nace): Corp. XV 64^{a}. 157. fur(nace): Corp. XV 63a. b. c. *de genere*: Char. gramm. I 92, 25 -x feminino genere dici debet, quod per deminutionem 'fornacula', non 'fornaculum' facit (Beda gramm. VII 273, 1). Phoc. gramm. V 420, 24 haec -x. Gramm. suppl. 118, 35. Prisc. gramm. II 169, 12 (*ex Capro et Probo; cf. p. 171, 14*) *vetustissimi dixerunt* hic et haec ... -x. *inter nomina masculina*: Exc. Bob. gramm. I 552, 27 -x χόανον. Aetna 552 *v. infra l. 75.* Itala apoc. 1, 15 cod. h *v. infra l. 84.* *de notione*: Gloss. fornax (furnax): furnus, κάμινος, θερμαψίς, φοῦρνος, κρίβανος, ὑποκαύστρα, χωνευτήριον; κάμινος ὀψις (*i.* ἀψίς; *cf.* V 202, 13 fornix arcus de -is coctura exstructus). *legitur apud prosarios inde a* Catone, *apud poetas inde a* Lvcilio. *Mau, PW. VII 1 sqq.* [*it.* fornace, *francog.* fournaise, *hisp.* hornaza. *M.-L.*]

I ***proprie*: A** *strictiore sensu: i. q. caminus*: **1** *in universum*: Lvcr. 6, 1169 flagrabat stomacho flamma, ut -bus intus. Cic. nat. deor. 1, 103 sunt ... *bestiae* quae igne nasci putentur appareantque in ardentibus -bus saepe volitantes (*cf.* Plin. nat. 11, 119 Apvl. Socr. 8 p. 138). Verg. georg. 4, 263 aestuat ut clausis rapidus -bus ignis. Aen. 8, 421 -bus ignis anhelat. Aetna 607 eversis penitus -bus. Ov. met. 2, 229 *Phaethon* ferventes ... auras velut e -e profunda ore trahit. Labeo dig. 19, 2, 58, 2 ad refectionem -is ... centum nummi praestarentur. Vitr. 7, 10, 2 in -e resina collocatur. Itala gen. 15, 17 (Ambr. Abr. 2, 9, 67) ecce -x fumigabunda (λίβανος καπνιζόμενος, Vvlg. clibanus fumans). exod. 9, 8 (Aug. quaest. hept. 2, 31) sumite vobis plenas manus favillae de -e (αἰθάλης καμινάίας, Vvlg. caminó). Dan. 3, 17 (Wirc.) de -e ignis ardente (Vvlg. camino). Matth. 13, 42 *et* 50 (codd. e k) *angeli* mittent eos (*iniustos*) in -em ignis (κάμινον, Vvlg. caminum). Vlp. coll. Mos. 12, 7, 7 (= dig. 9, 2, 27, 9) si fornacarius (*v. p. 1117, 81*) servus ... ad -em obdormisset. *ibid. iterum.* Pallad. 1, 20 ignem suggerat -e succensa. Priscill. tract. 1, 29 p. 25, 1 nares eius (*sc. dei haereticorum*) efflant fumun. -is ardentis. Schol. Cic. Gron. p. 315, 7 St. authepsa vas aquarium, quod interiecta lamina fabricatis arte -bus compendium portat. Vvlg. gen. 19, 28 vidit ... ascendentem favillam de terra quasi -is fumum (exod. 19, 18. apoc. 9, 2 ascendit fumus putei sicut fumus -is [καμίνου] magnae). Sirach 43, 3 -em custodiens in operibus ardoris. Dan. 3, 6 *ille* mittetur in -em ignis. *compluries in eodem capite* (*sc. in historia trium puerorum*). Ps. Rvfin. in Os. 7, 3 p. 997^{C} quasi calcata lignis -e. Avg. serm. ed. Mai 150, 1 (*de stellae magorum splendore*) nec sic ... nativa -x vomit incendia.

2 *speciatim*: **a** -x *qua metalla (vitrum) funduntur, i. q.* χωνευτήριον (*cf. Blümner, Technol. IV 108. 217*): Lvcil. 291 primum fulgit (*luna?*) uti caldum e -bus (*Dousa*, et furnacium *trad.*) ferrum (Lvcr. 6, 148 calidis candens ferrum e -bus). Verg. Aen. 7, 636 recoquunt patrios -bus enses (*cf.* Sil. 4, 15 revocant ... nova -e bipennes). 8, 446 chalybs vasta -e liquescit. Aetna 480 in -e lapis torretur. 546 suspensis -bus aurea saxa exsudant pretium (552 *lapidem aureum* candenti pressoque ... -e coerce). Sen. epist. 82, 14 massa ... in -em coniecta concaluit. Lvcan. 6, 405 Ionos ... immensis coxit -bus aera. Plin. nat. 34, 100 in argenti -bus (34, 173 auri argentique -bus). 34, 101 camaris lateribusque -ium. *ibid.* in ipso -ium ore. 34, 103 in Cypri -bus. 34, 128 parietibus -ium. 36, 173 *vitrum* continuis -bus ut aes liquatur. Sil. 12, 626 fluxit ceu correptus -bus ensis. Ivv. 3, 309 qua -e graves, qua non incude catenae *fiunt*? Tac. hist. 4, 53 metallorum primitiae nullis -bus victae. Itala apoc. 1, 15 (cod. h, Primas., Victorin. Petav., Cypr. testim. 2, 26 Firm. err. 24, 7) pedes eius similes aurichalco, sicut de -e ignea (igneo h, *prave sec. gr.*

[J. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

πεπυρωμένῳ, sc. χαλκολιβάνῳ; tamquam in -e conflatos Vict., *gr.* ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένης *vel* -οι *vel* -ῳ, Vvlg. sicut in camino ardenti, Priscill. tract. 1, 30 p. 25, 21 similes aeramento turino eiecto -e). Pallad. 8, 5 post -is ardores. Vvlg. prov. 27, 21 probatur ... in -e aurum (sap. 3, 6). Sirach 38, 29 faber ferrarius ... in calore -is (καμίνου) concertatur. 38, 34 vigilia sua (*fabri ferrarii*) mundabit -em. Ezech. 22, 18 omnes isti (*Hebraei*) aes et stannum et ferrum et plumbum in medio -is. Rvfin. hist. 4, 15, 37 tamquam si aurum aut argentum in -e candesceret. Orig. princ. 2, 6, 6 p. 145, 14 K. massam ferri ... in -bus ... totam ignem effectam dicimus. Clavd. 22, 177 quantis fluerent -bus aera effigies dictura tuas. Avg. civ. 4, 11 p. 160, 20 D. in fabrorum -e *sit* Vulcanus (Isid. orig. 19, 6 tit. de fabrorum -e). Marcell. chron. II p. 100, 518, 1 terra ... ad instar torridae -is exaestuans ... ferventem ... imbrem evomuit. Ennod. opusc. 2, 103 p. 320, 14 ad novas -es simulacra redierunt. dict. 10, 6 p. 456, 25. carm. 2, 46, 3 pondus ... -is anhelae. Cassiod. in psalm. 11, 8 p. 99[B] *per septem dona spiritus sancti* verbum divinum tamquam in succensis -bus manens veritatis rutila coruscatione resplendet. 118, 40 p. 886[A] -is ardor exaestuans metalla decoquit. Coripp. Ioh. 3, 105 renovans -e procellas *Vulcanus*. Bened. reg. 1 p. 8, 14 sicut aurum -is, sed in plumbi naturam molliti *monachi*.

b -x *calcaria* (*cf. Blümner l. c. III 103*): Cato agr. 16 ex -e calcem eximit calcarius et ligna conficit ad -em. dominus ... ligna ad -em ... praebet. 38, 1 -em calcariam pedes latam x facito. *septies in hoc capitulo*. Ov. met. 7, 107 terrena silices -e soluti. Vitr. 2, 5, 2 *bis*. 2, 6, 3 *al*. Plin. nat. 17, 53 calcariis -bus. Stat. silv. 3, 1, 122 indomitus ... silex curva -e liquescit. Cod. Theod. 14, 6, 5 (*a. 419*).

c -x *figlina* (*cf. Blümner l. c. II 23*): Cato agr. 39, 2 coquito in -e[m]. Vitr. 6, 1, 8 calices duo in una -e cocti. 7, 4, 3. Fest. p. 274 *quadrigae fictiles* in -e ... creverant (*cf.* Plin. nat. 28, 16). p. 344 -x plena vasorum coqueretur. Phaedr. app. 4, 16 -i ... duo signa intulit. Plin. nat. 35, 163 -x in campis exaedificata erat. *in lateribus*: Corp. XV 58 forn(ace) Gelli Prudentis (*aet. Traian., item* 63 a. b. c: ex fur(nace) Peculiaris). 157 (*aet. Commod.*) for(nace) Domitianaru(m) fig(linarum) [*dub.* 158, *v. adn. Dresselii*]. Arnob. nat. 1, 39 p. 26, 10 simulacra ... ex -bus prompta. 6, 14 p. 226, 14 -bus incocta figulinis. Vvlg. Sirach 27, 6 vasa figuli probat -x (κάμινος) et homines iustos tentatio tribulationis. Vindic. med. 9 *vascula fictilia* -bus ingeruntur. Favst. Rei. serm. 13 p. 275, 7 *martyrem* duraret flamma ... tamquam figuli -x lutum suscipiens molle duram redderet testam. Corp. XI 6689, 12 (*in tegula*) ad forn(acem) Cat(...) L. Aemili Fortis.

d -x *coquinaria*: Colvm. 12, 19, 3 -em incendemus, ut ex commodo mustum ferveat. Plin. nat. 9, 133 torreri ... longinquae -is cuniculo.

e -x *ad torrendum apta, i. q.* χρίβανος: Pavl. Fest. p. 93 Fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad -em, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat (Gloss. V 569, 22 Fornacalia festa -is apud antiquos). Vitr. 7, 10, 4 faex vini arefacta et cocta -e. Plin. nat. 14, 16 fabriles ... *uvas* in gloria praecipua in -bus Africae Tiberi Caesaris auctoritas fecit.

f -x *balnearia, i. q. hypocausis,* ὑποκαύστρα: Scrib. Larg. 60 -e balneariorum. Stat. silv. 1, 3, 45 qua ... vaporiferis iunctus -bus amnis ridet anhelantes ... nymphas (*i. aquas balneares*). Tac. hist. 3, 11 vacantium forte balnearum -bus. Pallad. 1, 39 *quater*. Lampr. Comm. 1, 9 balneatorem in -em conici iussit *Commodus*. Sidon. epist. 2, 2, 4. Pass. Matth. 243, 28 carbones de -e. Pass. Thom. 115, 20 iube eum in -em thermarum mitti.

B *latiore sensu*: **1** *de caeli -bus*: Lvcr. 6, 202 *venti* rotant ... cavis flammam -bus intus. 6, 278 *vortex* calidis acuit fulmen -bus intus. **2** *de -bus subterraneis*: Lvcr. 6, 681 flamma foras vastis Aetnae -bus effiet (*cf.* Verg. georg. 1, 472 effervere in agros vidimus undantem ruptis -bus Aetnam. Aetna 1 rupti ... cavis -bus ignes. 37 illis [*sc. Aetnae*] Cyclopas memorant -bus usos. 556 tantis -bus Aetna uritur. Ov. met. 15, 340 sulphureis ardet -bus Aetna. Homer. 857 excitat Aetnaeos calidis -bus ignes). Sil. 13, 836 -bus atris (*i. ignibus subterraneis*) fons rapidus furit. Avson. 393, 51 emersus Stygiis -bus Orcus. Cassiod. var. 4, 50, 5 vomit -x illa perpetua (*i. Vesuvius*) ... harenas. *hic addiderim*: Cassiod. var. 2, 39, 2 caerulum fontem vidimus ... et -es anhelantium aquarum.

II ***translate et tropice***: Tert. anim. 25 p. 340, 21 substantiam carnis ... editam et de uteri -e fumantem. Rvfin. Clement. 4, 26 angeli ... velut ex -e quadam et officina malitiae totum mundum ... impietatis fumo repleverunt. Petr. Chrys. serm. 28 p. 280[B] Matthaeum ... publicanum ... -e avaritiae sic coquebant. 67 p. 392[B] ipse (*Iesus*) est panis ... fermentatus in carne ..., in -e coctus sepulcri. Alc. Avit. carm. 6, 555 turpe calens in cordibus ignis conflavit mentem sceleris -e. Ennod. opusc. 6, 12 p. 406, 7 bene est, si rhetorum dextera et libertas illa linguarum formatos grammaticorum -e enses accipiat. epist. 4, 33, 3 p. 121, 4 aulicis excocta -bus ... urbanitas. Greg. M. moral. 18, 40 p. 58[D] hanc -em (*sc. ecclesiam*), qua aurum apte purgari valeat, invenite *haeretici*. Lavrent. eleem. p. 116[C] flammat -x criminum, et tu siccas operis tui fontem? *significat locum tortionis, tribulationis sive ipsam tribulationem, tentationem*: Vvlg. deut. 4, 20 vos ... dominus ... eduxit de -e ferrea Aegypti (III reg. 8, 51 quos eduxisti ... de medio -is ferreae. Ier. 11, 4 eduxi eos de terra Aegypti, de -e ferrea. *cf.* Ambr. in psalm. 118 serm. 20, 11 p. 450, 10 in -e ferrea, hoc est in -e tentationis, in -e afflictionis. p. 450, 15 dura -x, -x mortis perpetuae, quam -em nullus poterat evadere *eqs.* Avg. loc. hept. 5, 9 p. 602, 9 -em ferream duram tribulationem intellegi vult [in psalm. 93, 27 sic mittat in -em tribulationis, ut coquatur vas, non ut frangatur]). Avg. conf. 10, 37, 60 sine cessatione tentamur, cotidiana -x nostra est humana lingua. Op. imperf. in Matth. 5 p. 661 sicut ... aurum ... combustis in -e sordibus colatur, sic homo in -em tentationis missus ... sanctificatur. Apon. 1 p. 6 in tormentorum -e possit anima ... renovari. 11 p. 214 diabolo, qui -x intellegitur probationis confessorum.

syn.: caminus, clibanus, focus, furnus.

deriv.: Fornacalia, fornacarius, fornacator, fornacula.

cf. Onomast. *J. Kapp.*

fornicāria, -ae *f. v. sub* fornicarius *infra l. 75 sqq.*

✖*adi.* **fornicārius,** -a, -um [*a* fornix, *cf.* fornicari. *Th.*]. *de usu: non legitur nisi apud scriptores ecclesiasticos, qui hanc vocem ceterasque eius stirpis voces* (fornicatio, fornico(r)) *e versione latina sacrae scripturae repetiverunt.* [*corrupt.* Vlp. dig. 9, 2, 27, 9, *v. p. 1117, 81.*]

is qui fornicatur, scortatur: Itala iud. 11, 1 (Lugd.) filius mulieris -ae ([γυναικὸς πόρνης, Vvlg. mulieris meretricis]. iud. 11, 2 [Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 493, 27] filius mulieris -ae [γυναικὸς ἑταίρας *Vat*, ἑτέρας *cod. Alex., inde* Vvlg. de altera matre natus]. 16, 1 [Lugd.] [LXX *et* Vvlg. *ut l. 20*]. lev. 21, 7 [Aug. quaest. hept. 3, 78 p. 300, 25. 301, 11 loc. hept. 3, 51 p. 579, 20] mulierem -am et profanam non accipient [γυναῖκα πόρνην καὶ βεβηλωμένην, Vvlg. scortum et vile prostibulum]. III reg. 11, 26 [Lucif. reg. apost. 3] Sariram, mulier -a [γυναικὸς χήρας, Vvlg. mulier vidua]. prov. 6, 25 [Ambr. paenit. 1, 14, 70] non intendas in formam mulieris -ae [*syn.* mulieris meretricis. Vvlg. pulchritudinem eius (*spectat ad* v. 24 a muliere mala, LXX γυναικὸς ὑπάνδρου)]. Ambr. bon. mort. 9, 40 fug. saec. 6, 35 Hier. hom. Orig. in Ezech. 8 p. 955 [*syn.* meretrix, prostituta]. Vvlg. Sirach 41, 25 Avg. quaest. hept. 6, 2 p. 420, 5 bapt. 3, 19, 27 p. 222, 13 Lavrent. paen. p. 103[B]). Itala Is. 23, 16 (Tycon. 46, 16) accipe citharam, vagulare, civitas -a oblita (πόλις πόρνη ἐπιλελησμένη, Vvlg. circui civitatem, meretrix oblivioni tradita). Vvlg. Sirach 23, 24 homini -o. Hil. myst. 2, 4, 3 ex -a matre dei filii vocarentur (Hier. in Os. 1, 4/5 p. 15 -ae matris liberi peribunt cum matre meretrice). Hier. epist. 53, 8, 6 Osee ... nominat ... Iezrahel et uxorem -am et fornicationis filios. in Tit. 1, 6 p. 697 Esau -us et profanus pro una esca vendidit primogenita sua. Avg. bon. coniug. 16, 18 p. 211, 1 -us vel adulterinus concubitus.

tropice, spectat ad idololatriam: Avg. serm. 15, 3 -ae animae sunt multis diis quodam modo prostitutae, adulterae autem tamquam legitimo iam coniugio copulatae et ipsi legitimo coniugio non servantes animae castitatem.

neutr. plur. pro subst.: Cassiod. Didym. in Iudam p. 1818[A] universa -a (*i. q. fornicationes, impudica*) celebrantes.

syn.: meretrix (*v. l. 20. 28. 31. 34. 37*), prostitutus (*l. 31. 42*).

masc. pro subst. ✖**fornicārius,** -ii. *gen. sg. in* -ii Pelag. in I Cor. 6 p. 733[B]. Gloss. -us πορνοβοσκός. πορνοκόπος. *i. q. scortator, impudicus*: Itala deut. 23, 17 (Lugd. *et* Ps. Aug. spec. 45 p. 495, 15) non erit -us a filiis Istrahel (πορνεύων, Vvlg. scortator). apoc. 21, 8 (Primas.) et homicidis et -iis (πόρνοις, Vvlg. fornicatoribus). 22, 15 (Primas. *et* Fulg. Rusp. rem. pecc. 2, 17) et -ii et homicidae (πόρνοι, Vvlg. impudici). I Cor. 5, 11 (Ps. Cypr. aleat. 4) si qui frater -us dicitur aut idolorum cultor aut avarus *eqs.* (πόρνος, Vvlg. fornicator). Eph. 5, 5 (Theod. Mops. in ep. Eph. 5, 5) omnis -us aut immundus ... non habet hereditatem in regno Christi (πόρνος, Vvlg. fornicator). Vvlg. I Cor. 5, 9 ne commisceamini -iis (*cf.* Lib. iubil. 20, 5). 5, 10 non ... -iis huius mundi aut avaris *eqs.* (*syn.* fornicator. *cf.* Ambrosiast. I Cor. 5, 9—10 Fvlg. Rvsp. fid. 2, 34 *v. etiam l. 55*). 6, 9 iniqui regnum dei non possidebunt ... neque -ii neque *eqs.* I Tim. 1, 10 *lex posita iniustis*: -iis, masculorum concubitoribus *eqs.* Tert. anim. 35 p. 360, 5 Carpocrates ... pariter magus, pariter -us, etsi Helena minus. Lvcif. non conv. 11 p. 24, 21 qui ... praeter uxorem aliam petere voluerit, -us dicitur (*syn.* fornicatus). Pelag. in I Cor. 6 p. 733[B]. Avg. serm. 161, 3 malus, iniquus, adulter, impudicus, -us (*cf.* Salv. gub. 7, 75 Pomer. 3, 4, 2). Ps. Avg. quaest. test. 102, 17 p. 212, 13 -iis et immundis (*cf. ibid.* p. 212, 25). Cassian. inst. 12, 7 dominus gastrimargis, -iis, iracundis seu filargyris adversatur. Op. imperf. in Matth. 15 p. 715 -us ... aut raptor. *tropice, spectat ad idololatriam*: Lvcif. non conv. 11 p. 24, 22 qui ... praeter uxorem aliam petere voluerit, -us dicitur; item qui idolis servierit, -us (fornicatus *trad.*) dicitur ...; similiter qui haereticus est, -us vocatur.

syn.: fornicator (*l. 52. 55. 57. 59*).

fem. pro subst. ✖**fornicāria,** -ae. *de etym.*: Isid. orig. 10, 110 unde (*a fornicibus*) et -ae *dictae sunt*. *de formis*: furnicaria *v. l. 83*. *de notione et sensu* (*cf. supra l. 41*): Hier. in Os. 1, 2 p. 14 -a est, quae cum pluribus copulatur, adultera, quae unum virum deserens alteri iungitur. Evagr. alterc. p. 36, 5 quid ... interpretatur -a, nisi omnibus advenientibus subiecta? Gloss. -a πόρνη ἀπὸ καμάρας ἧς (ἐφ' ἧς *vel* ᾗ *v. l.*) ἵστανται. *de usu v. supra l. 16 sqq.* *i. q. meretrix* (*nisi aliud adnotatur, in* LXX *est* πόρνη, *in* Vvlg. meretrix): Itala gen. 38, 15 (Lugd.) putavit illam esse furnicariam. 38, 21 (*ibid.*) *bis*. deut. 23, 2 (Lugd.) non intrabit ex -a in ecclesia domini (Vvlg. de

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scorto natus). 23, 17 (Lugd. *et* Ps. Aug. spec. 45 p. 495, 15) non erit -a a filiabus Istrahel. 23, 18 (VVLG. prostibuli). Is. 23, 15 (Tycon. p. 46, 15) sicut canticum -ae (fornicari *cod. Rem.*). Os. 1, 2 (Secundin. epist. p. 896, 17 *cf. etiam* Ps. Orig. tract. 12 p. 129, 10) adducis uxorem -am et facies filios -ae (*γυναῖκα πορνείας, τέκνα πορνείας*, VVLG. uxorem fornicationum, filios fornicationum. *cf.* ITALA Os. 1, 2 [Aug. c. Faust. 22, 80 p. 682, 25] accipe tibi uxorem -am et fac filios de -a [*syn.* meretrix, *ut etiam* AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 30, 2 HIER. in Ezech. 5, 6 p. 176 in Os. 1, 1 p. 4 CASSIOD. hist. 4, 25 p. 975^{C} *cf.* PACIAN. epist. 1, 5). I Cor. 6, 15 (Tert. pudic. 16 p. 253, 15 Cypr. testim. 3, 62 p. 166, 14, *ubi* meretricis *v. l.*) faciam membra -ae? 6, 16 (*eisdem locis*) qui agglutinatur (conglutinatur *pars codd.* Cypr.) -ae. Luc. 15, 30 (cod. a) vivens cum -iis. apoc. 17, 15 (Ps. Aug. c. Fulg. 12 p. 298, 15) super . . . aquas sedet -a illa. VVLG. Is. 57, 3 semen adulteri et -ae (*cf.* CYPR. epist. 74, 8. 75, 14. LAVRENT. paen. p. 101^{C} *ad Magdalenam* non dixit dominus 'meretrix, adultera, -a, fluida tu venis ad me'. *adde* HIER. in Os. 1, 3 p. 28 *syn.* adultera). IV Esdr. 16, 50. CLEM. ad Cor. 6 Raab, quae cognominabatur -a (*cf.* ITIN. Burdig. p. 597 domus Rachab -ae). HIL. myst. 2, 1, 3. 2, 2, 1. 2. 2, 3, 3 (*quater, semel* forniariam *trad.*). ZENO 2, 14, 1 p. 435^{A} *Thamar.* AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 349, 17 per os Salomonis speciem -ae videmus expressam (*cf.* HIER. in Ier. 3, 2 p. 40, 16 iuxta -am proverbiorum [*spectat ad* VVLG. prov. 7, 10 *sqq.*]). AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 492, 20 filius -ae (*opp.* de uxore legitima nati). MAX. TAVR. c. pag. p. 786^{C} *Venus* fuerit -a. OP. imperf. in Matth. 52 p. 929 corpore quidem virgo est, animo autem -a. APRING. in apoc. 2, 19. PRIMAS. in apoc. 1, 2 p. 808^{A} numquid, qui -⟨a⟩e consentit, fornicarius ipse non erit? LAVRENT. paen. p. 103^{D}. LIB. iubil. 30, 8. *tropice, spectat ad idololatriam*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 950 *qui* nascuntur in haereticorum doctrinis, . . . hi filii sunt -ae et peccatricis Ierusalem.

fornicātim *adv.* [*cf. c.* fornicatus, fornix. *Th.*]. *i. q. in modum fornicis*: PLIN. nat. 16, 223 et palmae arbor valida; in diversum enim curvatur, [et populus] cetera omnia ⟨in⟩ inferiora pandantur, palmae ex contrario -m.

1. fornicātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* fornicatus. *Th.*]. *i. q. arcus, fornicis structura*: VITR. 6, 8, 3 administrandum est, uti levent onus parietum -es cuneorum divisionibus et ad centrum respondentes earum conclusurae. SEN. epist. 95, 53 societas nostra lapidum -i simillima est, quae casura, nisi in vicem obstare⟨n⟩t, hoc ipso sustinetur. GLOSS. *v. p. 1125, 23.*

✖**2. fornicātio,** -ōnis *f.* [*a* fornicare, -i. *Th.*]. *de etym.*: ISID. diff. 1, 263 -o . . . sumpsit nomen a quibusdam aedificiis arcuatis, quos 'fornices' antiqui vocabant, in quibus meretrices constitutae prostituebantur (*cf.* orig. 10, 110 *p. 1125, 31* GLOSS. V 552, 10). *de scriptura*: furn-: PRISCILL. tract. 10, 136 p. 99, 14 GREG. TVR. Franc. 9, 13 p. 70, 5. *de notione et sensu*: GLOSS. *πορνεία*, adulterium, stuprum. ISID. diff. 1, 13 adulterium est alienam uxorem appetere, -o vero non est adulteratio matrimonii foederis, sed cum aliis solutis moechari. 1, 263 adulterium est coniugalis tori inquinamentum, -o vero amor legitimo coniugio solutus et vagus, explendae libidinis consectando licentiam. scripturae autem solent -em vocare omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria et avaritia, ex quibus fit transgressio legis propter (per *v. l.*) illicitam concupiscentiam (*v. etiam p. 1122, 2*). *de usu: vocabulum bibliorum et* ECCL., *saepe invenitur pluraliter, velut* ITALA Gal. 5, 19 (*v. infra l. 66*) VVLG. IV reg. 9, 22 Ier. 3, 2. 13, 27 Ezech. 16, 22. 25. 34. 36. 23, 7. 8. 14. 18. 19. 29. 35. 43, 7 Os. 1, 2. 2, 2. 4. 4, 12. 5, 4. 6, 10 Nah. 3, 4 Matth. 15, 19 Marc. 7, 21 apoc. 17, 5 TERT. pudic. 6 p. 229, 12 monog. 11 IREN. 1, 28, 1 GAVDENT. serm. 15 p. 331 PRISCILL. tract. 1, 18 p. 16, 17. 1, 26 p. 23, 4 *al.*

i. q. scorti, stupri consuetudo: ITALA Ezech. 16, 34 (Hier. epist. 21, 13, 1) factum est in te perversum ultra mulieres in -e tua (*ἐν τῇ πορνείᾳ σου*, VVLG. *plur.*). Os. 1, 2 (Hil. myst. 2, 1, 1, Aug. c. Faust. 22, 89; *v. etiam* Hier. in Os. 1, 1 p. 3. 4) accipe tibi uxorem -is (*apud* Aug. *l. l. seq.* et fac filios de -e. *gr. et* VVLG. *v. supra l. 5*). Os. 2, 2 (Priscill. tract. 1, 22 p. 19, 6) auferam -em illius (*πορνείαν*, VVLG. *plur.*). Gal. 5, 19 (Cypr. sent. episc. 5 testim. 3, 64 p. 167, 13 Aug. civ. 14, 2 p. 5, 19 D.) opera carnis, quae sunt -es immunditiae *eqs.* (*πορνείαν*, VVLG. *sing.* [*opp.* castitas, *v. etiam p. 1122, 20 sqq.*]. *cf.* VVLG. II Cor. 12, 21 super immunditia et -e et impudicitia, quam gesserunt. Eph. 5, 3 Col. 3, 5 TERT. pudic. 17 p. 256, 13. 258, 20 AVG. civ. 14, 2 p. 6, 2 D. 14, 9 p. 22, 12 serm. ed. Mai 24, 1. GREG. TVR. Franc. 6, 36 p. 276, 9 gulae ac -i omnique immunditiae . . . deditus [*syn.* adulterium. *cf. etiam p. 1122, 1. 6*]. Andr. 28 p. 842, 23 non discessi ab immunditiis et scorto et -e. glor. mart. 69 p. 534, 20 ablue . . . aquis . . . -es immunditiasque. LIB. iubil. 20, 6. *adde*: VVLG. apoc. 17, 4 immunditia -is eius. GAVDENT. serm. 15 p. 331 GREG. M. in Ezech. 1, 12, 18. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 274^{C} [*πορνεύων*]). apoc. 2, 21 (Tert. pudic. 19 p. 262, 6) *paenitentiam* inire nomine -is (VVLG. paenitere a -e sua). 19, 2 (Primas.) corrupit terram per -em suam (*ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς*, VVLG. in prostitutione sua). VVLG. IV reg. 9, 22. Sirach 26, 12 -o mulieris in extollentia oculorum . . . agnoscetur (*cf.* ISID. sent. 2, 39, 8 prima -is oculorum tela sunt, secunda verborum). 41, 21 Ier. 3, 2. 3, 9 facilitate -is suae contaminavit terram et moechata est cum *eqs.* (*cf.* TERT. pudic. 1 p. 220, 5 moechiae et -is [*ibid.* p. 221, 15. 28. 224, 4. 2 p. 224, 17. 4 p. 225, 9, *ubi syn.* adulterium et . . . stuprum. *saepius*]. *adde*: AVG. quaest. hept. 2, 71 p. 139, 8 moechia etiam -o in scripturis dicitur. sed utrum etiam omnis -o moechia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum). VVLG. Ier. 13, 27 adulteria tua et hinnitus tuus, scelus -is tuae (*cf.* Marc. 7, 21 adulteria, -es, homicidia. PS. HIL. libell. 13 interdicta esse -em et adulterium. HIER. in Os. 1, 2 p. 14 AVG. gen. ad litt. 9, 8 p. 276, 22 serm. 45, 9 *plur. al. syn.* adulterium: *v. l. 1. p. 1121, 72.* ISID. sent. 2, 39, 14 antequam perficiatur adulterium in opere, iam adulterium extat in cogitatione. ex corde enim primum -es sunt auferendae et non prorumpent in opere). Ezech. 16, 15. 25 (*syn.* prostitutio. *cf.* 23, 14). 23, 18. 29 Nah. 3, 4 Matth. 5, 32. 15, 19 -es, furta, falsa testimonia (*cf.* DOCTR. apost. 5, 1 homicidia, falsa testimonia, -es [*πορνεῖαι*]. HIER. epist. 55, 2, 6). TERT. pudic. 6 p. 229, 12 (*cf.* AMBR. paenit. 1, 13, 60). 13 p. 244, 6 -is incesto (*cf.* HIER. in Os. 1, 1 p. 4 AVG. serm. 9, 15 *bis*). 13 p. 246, 13. 14 p. 250, 11. 18 p. 260, 21 IREN. 1, 28, 1 (*πορνείαν*). PS. HIL. libell. 12 -e, quae initium idololatriae habet (*opp.* casti vel pudici. *cf.* GAVDENT. serm. 15 p. 331 HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 952 [SALV. gub. 3, 43 *opp.* castus. *adde trop.* ENNOD. dict. 6, 3 p. 441, 10]. tract. in psalm. 136 p. 265, 10 *opp.* castitas *etiam*: AVG. serm. ed. Mai 115 CASSIAN. conl. 9, 19 OP. imperf. in Matth. 15 p. 715 *al. cf. p. 1121, 68. adde* AVG. in psalm. 72, 33]. in Os. 1, 1 p. 4 *opp.* pudicitia. epist. 49, 17, 5 (*cf.* CASSIAN. inst. 6, 3 tit. CASSIOD. hist. 7, 40 p. 1099^{D}]. VITAE patr. 3, 167 *opp.* mundum esse). LVCIF. non conv. 11 p. 24, 28 a carnali -e (AMBROSIAST. in I Cor. 6, 18 *passim, opp.* spiritalis, *ut* HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 950 AVG quaest. hept. 4, 52 p. 359, 19 CASSIAN. conl. 4, 19, 2. *similiter additur* carnis, *ut* HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 951 p. 954 *opp.* animae et spiritus. *cf.* ISID. sent. 2, 39, 18 -o carnis adulterium est, -o animae servitus idolorum est. est autem et spiritalis -o. AVG. serm. 162, 2 in solo opere -is corporalis [FVLG. RVSP. c. Fastid. 21 p. 359]. 162, 3. 4 AVELL. p. 454, 7). SIRIC. epist. 10, 14 p. 1191^{B} qui torum patris vel matris violare praesumpserit, non hoc coniugium, sed -o nominatur (*opp.* coniugium: AVG. c. Iul. 3, 23, 52 *et passim, item* nuptiae, conubium). SERM. Arrian. frg. II 9 p. 636^{A} est -o visibilis, est et invisibilis -o per cogitationes iniquas. HIER. in Os. 1, 1 p. 3. 6 GENNAD. dogm. 67 (*syn.* stuprum *ut* HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 950 ENNOD. opusc. 2, 98 p. 317, 19. FVLG. RVSP. epist. 3, 6, 10 p. 166 -is colluvione. *v. etiam supra l. 1*). RVFIN. hist. mon. 11 p. 431^{A} spiritu -is urgeri (CASSIAN. inst. 6 tit. *et passim*). AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 493, 5. serm. 4, 3, 3 in -bus et ebrietatibus (NICET. symb. 1 p. 39, 6). 278, 8, 8 (*cf.* BACHIAR. repar. laps. 13). SALV. gub. 6, 19 in illis imaginibus -um (*syn.* impuritas. 7, 65 *Africa* -um ignibus [*cf. l. 45*] aestuavit [*antecedit* de impuritate, *seq.* impudicus]. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 7 p. 278^{A}). 6, 38 oculos ludicrorum turpium -e pascamus. MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 4. GREG. TVR. Franc. 9, 13 p. 370, 5 dum nimio ardore -is artaretur. LEX Visig. rec. 3, 4, 17 si . . . puella . . . publice -em exercens meretrix agnoscatur. *ibid.* acquirens per -es pecuniam domino suo. ISID. reg. monach. 13, 5. sent. 2, 39, 19 omnis immunda pollutio -o dicitur. 2, 39, 23 ad delectationem -is.

tropice, de perfidia in deum, maxime de idololatria (*v. etiam supra l. 27 sq.*): ITALA Ier. 2, 20 (Cypr. testim. 3, 59 p. 162, 7) ibi confundar in -e (*διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου*, VVLG. prosternebaris meretrix). VVLG. num. 14, 33 filii vestri . . . portabunt -em vestram. II par. 21, 13 imitatus -em domus Achab. sap. 14, 12 initium . . . -is est exquisitio idolorum (*cf.* EVAGR. alterc. 2, 4 p. 36, 3). Ezech. 43, 7. 9 repellant procul -em suam. Os. 4, 12 spiritus . . . -um decepit eos (5, 4 *v. etiam supra l. 38*). 6, 10 -es Ephraim. *inde passim apud* ECCL., *ut* TERT. pudic. 5 p. 226, 18 et idololatria moechiae nomine et -is saepe populo exprobrata (*cf.* HIER. in Os. 1, 4 p. 39 HESYCH. in lev. 17, 1—7 p. 1003^{D}). PS. ORIG. tract. 12 p. 130, 4 a meretricio nationum et -e idolorum (AVG. serm. 33, 3, 3 EVAGR. alterc. 2, 4 p. 36, 2. *cf.* HIER. in Ier. 3, 3 p. 41, 4 qui idololatriae -e perierunt.). *ibid.* p. 130, 10 ecclesia ex infidelitate gentilium et -e simulacrorum veniens (*cf.* AVG. serm. 10, 2). PRISCILL. tract. 1, 26 p. 23, 4 Nicolaitarum -es. HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 951 in ea -e, quae animam suam sensumque commaculat (in Ier. 3, 1 p. 40, 2. AVG. c. Adim. 7 p. 129, 6 animae -o. AVELL. p. 454, 7 [*v. praeterea supra l. 27 sq.*]. *adde*: AVG. epist. 140, 74 spiritali -e [*cf.* AVELL. p. 411, 32. 454, 27 sacrilegium, id est -em et adulterium spiritale gerunt. FVLG. RVSP. c. Fastid. 21 p. 359. PRIMAS. in apoc. p. 806^{C} idololatria -o est spiritalis. *v. etiam supra l. 25. 29*]). RVFIN. Orig. in num. 20, 2 generalis . . . -o dicitur, cum (AVG. serm. 162, 3 *bis.* 162, 4 *cf.* conf. 1, 13, 21 PRIMAS. in Rom. p. 420^{D}). AVG. quaest. hept. 7, 41 p. 473, 28 *et passim.*

syn.: adulterium, impuritas, meretricium, prostitutio, stuprum. *opp.*: castitas, castus, pudicus, pudicitia, continentia, coniugium, matrimonium, nuptiae *sim.* *accedunt a di.*: carnalis, corporalis, generalis, specialis, spiritalis, visibilis, invisibilis.

✖**fornicātor,** -ōris *m. a* fornicare, -i. GLOSS. *πόρνος.* ganeo (II 581, 16), rutellus (II 591, 47). *legitur apud* ECCL. [*dub.* PAVL. dig. 33, 7, 14 fornicator *codd.*, fornacator *edd. v. p. 1118, 1.*]

i. q. scortator: ITALA I Cor. 5, 9. 10 (Tert. pudic. 18 p. 260, 1) non commisceri -bus, non utique -bus huius mundi (*πόρνοις*, VVLG. fornicariis). apoc. 22, 15 (Tert. pudic. 19 p. 263, 8) canes venefici, -r, homicida[e] (*πόρνοι*, VVLG. impudici). I Cor. 6, 9 (Aug. c. Parm. 3, 2, 9)

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neque -es...regnum dei possidebunt (*πόρνοι*, VVLG. fornicarii). VVLG. I Cor. 5, 11 si is, qui frater nominatur, est -r aut avarus aut idolis serviens *eqs.* (*cf.* AVG. epist. 149, 8 -es, idolis servientes, adulteri *eqs.* SVLP. SEV. epist. app. 2, 7 p. 233, 22 cum -bus aut avaris). Eph. 5, 5 omnis -r aut immundus aut avarus...non habet hereditatem in regno Christi. Hebr. 12, 16 ne quis -r aut profanus ut Esau (*cf.* RVFIN. Orig. in gen. 15, 4 AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 132). 13, 4 -es ... et adulteros iudicabit deus (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 116, 4. *adde*: TERT. pudic. 1 p. 220, 16 moechorum et -um [p. 221, 8. 222, 7. 9 p. 237, 2 non moechi[s] et -es, sed (*Reifferscheid*, fornicarii, sed *Gelenius*, fornicatoriis sed *trad.*). *et saepius ibidem*]). apoc. 21, 8 homicidis et -bus et veneficis. TERT. pudic. 13 p. 243, 16. 244, 17 (*distinguitur ab* incesto *ut etiam* p. 244, 26. 16 p. 255, 19 HIER. adv. Iovin. 1, 8 *plur. cf.* AVG. c. Faust. 22, 98 p. 704, 15). 13 p. 245, 27 incestum -em ... in perditionem tradidit satanae (p. 246, 10. 14 p. 250, 4. 15 p. 250, 22). 19 p. 262, 27 propudiosos et -es. LVCIF. non conv. 11 p. 25, 8 si qui -r in corpus suum est peccans, *eqs.* PS. AMBR. serm. 18, 2 (*cf.* AVG. civ. 14, 3 p. 8, 12 D.). HIER. in Zach. 3, 14 p. 938 PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 967[B]. AVG. in psalm. 90 serm. 1, 4 inter -es castus esse (*cf.* MAX. TAVR. serm. 104 p. 662. MVTIAN. Chrysost. hom. 24, 1 -r laudat pudicum). c. Pelag. 2, 7, 14 (*cf.* SALV. gub. 7, 82). VITAE patr. 3, 167.

opp.: castus, continens, pudicus, virgo.

f. **fornicātrīx,** -īcis. *i. q. fornicaria, meretrix*: ITALA Matth. 21, 31 (Sangall.) -es praecedent vos (*πόρναι*, VVLG. meretrices). I Cor. 6, 15 (Boern.) membra -is (*cf. p. 1121, 11*). LAVRENT. NOV. paen. p. 103[C] tibi praelata est -x (*syn.* meretrix, fornicaria). ISID. orig. 10, 110 -x est cuius corpus publicum et vulgare est *eqs.* (*syn.* fornicaria).

fornicātōria, -ae *f.* *i. q. fornicaria, meretrix*: HIL. coll. antiar. A IV 1, 9 numquidnam ... membra Christi membra -ae faciemus?

1. fornicātus, -a, -um *adi.* [*a* fornix. *Th.*]. *i. q. arcuatus, concameratus*: CIC. top. 22 omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere vel solidum vel -um (*cf.* BOETH. in top. Cic. 6 p. 1078[D] parietem alium vel -um, id est arcus habentem, vel directum continuumque coniungere. *ibid.* paries -us fuit, id est arcum habens vel signinam fabricam sustinens). PLIN. nat. 11, 23 pilarum intergerivis a solo -is. AMM. 16, 10, 14 Pantheum velut regionem teretem speciosa celsitudine -am. 26, 8, 9 testudinem hac specie superstruxit, ... ut ... formam aedificii -i monstrarent. SERV. Aen. 1, 505 'testudine', camera incurva (auct.: id est -a). *de quadam via tecta*: LIV. 22, 36, 8 in via -a, quae ad Campum erat. *huc spectat metaphorice de via tecta fici ramis formata*: PLIN. nat. 12, 22 intra saepem ... opacam pariter et munitam vallo arboris, decorā specie subter intuenti proculve -o ambitu.

opp.: continuus, directus, solidus.

[**2. fornicātus,** -ī *v. sub* fornicarius *p. 1120, 72.*]

forniceus, -a, -um [*a* fornix. *Th.*]. *i. q. cameratus, arcuatus*: RVFIN. hist. 11, 23 p. 1027, 1 cuncta *templi* ..., quoad summum pavimentorum evadatur, opere -o constructa (*cf.* GLOSS. V 202, 15 -o opere, camerato vel densissimo, fornicibus constructa. *v. etiam* GLOSS. cod. Voss. q[0] Lat. 69 *ed. Hessels, ubi* fornice).

1. fornico, -āvī, -ātus, -āre *a* fornicātus *retrograde*. *i. q. arcuo*: SIDON. epist. 1, 5, 3 pontes, quos antiquitas a fundamentis ad usque aggerem ... crypticis arcubus -vit. carm. 23, 319 paries ... cryptis carceribusque -atus.

***2. fornico,** -āre *vel* **fornicor,** -ātus sum, -āri [*a* fornix. *Th.*]. *de notione*: GLOSS. -o *καταπορνεύω*. -or *πορνεύω*. *de usu: vox, quae de viris et saepius de mulieribus dicitur, legitur in bibliis et apud* ECCL. *passive verbum nusquam repperi (sed cf. infra l. 83). scriptores solent usurpare formam deponentis. formam in* -o *non inveni nisi* ITALA deut. 22, 21 (Lugd.) (-are), AVG. serm. ed. Mai 94, 7 (-are), ASSVMPT. Moys. 5, 3 (-bunt). *de figura etymologica v. infra l. 70.* [*alog.* forricare, *galiz.* fornagar. *M.-L.*].

i. q. scortari: **1** *proprie: absolute*: ITALA deut. 5, 18 (Lugd.) non -beris (*μοιχεύσεις*, VVLG. moechaberis). 23, 17 (Aug. quaest. hept. 5, 37 p. 397, 25) non erit meretrix a filiabus Israel et non erit -ans a filiis Israel (*πορνεύων*, VVLG. scortator). Ier. 3, 2 (Priscill. tract. 1, 22 p. 19, 14) vide, ubi non -ata sis (*ἐξεφύρθης*, VVLG. prostrata). Os. 1, 2 (*cf. p. 1121, 62*) accipe ... uxorem fornicationis, quam -ando -bitur terra a domino (*διότι ἐκπορνεύουσα*, VVLG. quia -ans. *cf.* LIB. iubil. 33, 20 non est peccatum maius quam fornicatio, quam -antur). Marc. 10, 19 (cod. k) ne adulterium ammiseris, ne -atus fueris (*tantummodo gr. μὴ μοιχεύσῃς*, VVLG. ne adulteres. *cf.* VVLG. Os. 4, 13 -buntur filiae vestrae et sponsae vestrae adulterae erunt. 4, 14 TERT. pudic. 17 p. 258, 6 DOCTR. apost. 2, 2). apoc. 2, 20 (Tert. pudic. 19 p. 262, 3) seducit servos meos ad -andum (*an spiritaliter?*) et edendum de idolothytis (*πορνεῦσαι*, VVLG. -ari; *cf.* VVLG. apoc. 2, 14 edere et -ari). VVLG. gen. 38, 24 -ata est Thamar. Sirach 23, 33 tertio in adulterio -ata est. Ezech. 23, 5 -ata est ... super me Oolla. 23, 43 -bitur in fornicatione sua...haec (*cf.* Os. 4, 18 fornicatione -ati sunt. *cf. supra l. 69*). Os. 3, 3 non -beris et non eris viro. Am. 7, 17 uxor tua in civitate -bitur (*cf. ad locum* HIER. in Am. 3, 7 p. 334 quod melius interpretatus est Symmachus, *πορνευθήσεται*, non quod ipsa -etur, sed passivo genere, ab aliis constuprata sustineat fornicationem). I Cor. 6, 18 qui ...-atur, in corpus suum peccat (*cf.* HIER. epist. 55, 2, 7. AMBROSIAST. in I Cor. 6, 18 -ari ... corporale delictum est). TERT. pudic. 22 p. 273, 10 nemo nolens -atur (-ator *trad.*). SERM. Arrian. frg. II 9 p. 635[D] sicuti...corpus -atur, ita et anima (*cf.* PS. PROSP. prom. 2, 27, 59 *David* in senio -atus mente et corpore ... male obiit. *cf. etiam l. 39 sq.*). HIER. epist. 49, 17, 5 melius est maritum ducere quam -ari. 49, 17, 6 melius est nubere quam -ari. 123, 3, 3 (*ad* VVLG. I Tim. 5, 11 *adulescentiores viduae* cum ... luxuriatae fuerint) propter has ..., quae -atae sunt in iniuriam viri sui Christi (hoc enim *καταστρηνιάσουσιν* Graecus sermo significat) vult apostolus alterum matrimonium praeferens digamiam fornicationi. RVFIN. hist. mon. 14 cogitationes -andi. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 967[C] ancilla ...-ura. AVG. civ. 21, 25 p. 538, 21 D. sive -ando sive alias immunditias flagitiorum ...perpetrando. serm. 9, 9, 11 casta ... femina ... quae dolet -antem virum (*cf.* FVLG. RVSP. epist. 3, 17, 29 p. 173). c. Parm. 3, 19, 27 p. 219, 23 -anti mulieri. in psalm. 90 serm. 2, 6 si non -antem, tamen uxore intemperantius utentem (*cf.* gen. ad litt. 3, 13 p. 79, 12). SALV. gub. 6, 19 in illis imaginibus fornicationum (*i. spectaculis impuris*) omnis ... plebs animo -atur. ALC. AVIT. epist. 55 p. 84, 6 primo -andi lapsu peccavit, qui *eqs.* PS. PRIMAS. in Hebr. p. 787[A] -ari est quocumque modo pollui libidinemque expleri. ISID. sent. 2, 39, 19 ex delectatione ... -andi. *transitive*: ITALA deut. 22, 21 (Lugd.) -are domum patris sui (*ἐκπορνεῦσαι τὸν οἶκον*, VVLG. -retur in domo). *accedunt praepositiones*: cum: ITALA apoc. 2, 22 (Cypr. epist. 55, 22) qui cum ea -ati sunt (*μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς*, VVLG. qui moechantur cum ea). VVLG. Ier. 3, 1 Ezech. 16, 26. 33 apoc. 17, 2. 18, 3. 9 AVG. c. Parm. 3, 1, 3 p. 103, 1 quaest. hept. 5, 37 p. 397, 26 *passim*. post: ITALA Ezech. 16, 34 (Hier. epist. 21, 13, 1) post te non sunt -atae (*μετὰ σοῦ πεπορνεύκασιν*, VVLG. post te non erit fornicatio). VVLG. Ezech. 23, 30 fecerunt haec tibi, quia -ata es post gentes. in *c. abl.*: VVLG. Ezech. 16, 17 fecisti tibi imagines masculinas et -ata es in eis. 16, 28. *secundum textum graecum depravatum*: ITALA iud. 2, 15 (Lugd.) in omnibus, quibus -ati sunt (*ἐν πᾶσιν, οἷς ἐπορεύοντο Vat. recte, ἐπόρνευον Alex. al.* VVLG. quocumque pergere voluissent). in *c. acc.*: TERT. pudic. 6 p. 229, 20 populi -antis in filias Madian (Moab *Pamelius*). LVCIF. non parc. 1. HIER. in Ier. 3, 12 p. 45, 18 in dominum. super: *v. p. 1123, 78.*

2 *tropice, spectat ad perfidiam in deum, ad idololatriam: absolute*: VVLG. exod. 34, 16 postquam ipsae fuerint -atae. lev. 20, 6 anima, quae declinaverit ad magos et ariolos et -ata fuerit cum eis (*cf.* AVG. conf. 2, 6, 14 -atur anima, cum avertitur a te, *deus.* c. Parm. 2, 7, 14 p. 60, 4. c. Iul. 4, 3, 14 in animo -ante. *v. etiam supra l. 3 sq.*). II par. 21, 11 et -ari fecit habitatores Ierusalem et praevaricari Iudam. Os. 4, 15 si -aris, tu Israel. 5, 3 -atus est Ephraim, contaminatus est Israel. TERT. scorp. 3 p. 151, 16 invitantur ad idola, ut et spiritu -rentur (*cf.* PS. PROSP. prom. 1, 27, 39 in anima -entur. *cf. etiam supra l. 3. 18*). HIER. epist. 29, 6, 3 a populo -ante. AVG. conf. 1, 13, 21 *mihi* -anti sonabat...: 'euge, euge'. bapt. 3, 19, 27 p. 222, 3 cum plebe deum relinquente sic quodammodo -rentur. *accedunt praepositiones*: post: ITALA exod. 34, 15 (Aug. quaest. hept. 2, 158 p. 194, 25) -entur post deos eorum (*ἐκπορνεύσωσιν ὀπίσω τῶν θεῶν αὐτῶν*, VVLG. -ati fuerint cum diis suis). 34, 16 (Lugd.). iud. 8, 27 (*ibid.* 7, 41 p. 473, 12) -atus est ... Israel post illud *ephud* (*ἐξεπόρνευσε ... ὀπίσω αὐτοῦ*, VVLG. in eo. *cf. ad l.* AVG. *l. l.* p. 473, 24 id est sequendo illud contra legem dei. 7, 49 p. 6. 17). iud. 8, 33 (*ibid.* 7, 43 p. 476, 13) aversi sunt filii Israel et -ati sunt post Baalim (*ἐξεπόρνευσαν ὀπίσω τῶν Βααλίμ*, VVLG. cum Baalim). VVLG. deut. 31, 16 populus iste consurgens -bitur post deos alienos (*cf.* AVG. c. Pelag. 3, 4, 9 ASSVMPT. Moys. 5, 3). I par. 5, 25 Ezech. 6, 9. 20, 30 post offendicula eorum vos -amini. in *c. acc.*: ITALA lev. 20, 5 (Aug. quaest. hept. 3, 72 p. 298, 6) ita ut -entur in principes de populo suo (*ἐκπορνεύειν εἰς τοὺς ἄρχοντας*, VVLG. -retur cum Moloch). VVLG. exod. 34, 16 -ari faciant et filios tuos in deos suos. in *c. abl.* (*cf. l. 44*): ITALA Ier. 3, 6 (Gaudent. serm. 8 p. 895[B]) -ata est illic in idolis (*καὶ ἐπόρνευσεν ἐκεῖ*, VVLG. et -ata est ibi [*deest* in idolis]. *cf.* HIER. in Is. 57, 9 p. 673 non solum in vicinarum gentium idolis, sed et in longe positarum haberes studium -andi). VVLG. iud. 8, 27 -atusque est omnis Israel in eo (*ephud*). *hinc liberius* SERM. Arrian. frg. II 9 p. 635[D] *anima* corrumpitur...et -atur.... in vana gloria, in invidia *eqs.* cum (*cf. l. 38. 46*): VVLG. exod. 34, 15 -ati fuerint cum diis suis. lev. 17, 7. 20, 5 iud. 2, 17. 8, 33 Ezech. 6, 37. per: VVLG. num. 15, 39 nec sequantur cogitationes suas et oculos per varias res -antes. AVG. civ. 10, 25 p. 441, 15 D. 'mihi ... adhaerere deo bonum est' (*psalm. 72, 28*), non longe ire, non per plurima -ari. quaest. hept. 2, 158 p. 194, 17 plebem suam per alienos deos -uram. bon. coniug. 17, 20 anima per multos falsos deos -ari potest, non fecundari. *accedente praepos.* a b (*fere i. q. fidem dimovere, deficere*): ITALA psalm. 72, 27 (Aug. quaest. hept. 2, 158 p. 194, 22 epist. 140, 53 p. 560 c. Iul. 4, 3, 14 civ. 10, 25 p. 441, 11 D.) perdidisti omnem, qui -atur abs te (*πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ*, VVLG. -antur abs te. *cf.* AVG. civ. *l. l.* hoc est qui multorum deorum vult esse prostibulum). VVLG. Ezech. 6, 9 contrivi cor eorum -ans et recedens a me. Os. 1, 2 -ans -bitur terra a domino (*cf.* GAVDENT. serm. 8 p. 895[A]). 4, 12 -ati sunt a deo suo (*cf* 9, 1. FVLG. aet. mund. 10 p. 163, 27 Hierusalem ... a deo suo -ata. RVFIN. Orig. in exod. 8, 4 -retur anima nostra a deo et esset cum amatoribus suis daemonibus [*syn.* meretricari]. AVG. c. Iul. 4, 3, 14 bapt. 3, 19, 25 p. 216, 26. 4, 16, 23 p. 250, 6 -anti a se animae.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in psalm. 78, 8 serm. 162, 3 AVELL. p. 424, 12. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 20 p. 167[B] qui se elongant et -antur a deo). AVG. serm. ed. Mai 94, 7 amicitia... huius mundi adulterat animas et -are facit ab uno et vero et legitimo coniuge.

fornix, -icis *m.* [*a* furnus, fornus *ductum esse videtur. cf.* fornax; *v. Martinium apud Ger. Vossium Etymologicon 1 vers. Th.*]. *de* -ŏ: *cf.* PRISC. gramm. II 166, 1 (*v. l. 14*). *de* ĭ *metro constat:* VERG. Aen. 6, 631. 10, 805 HOR. sat. 1, 2, 30 31 PRIAP. 14, 10 MART. 1, 34, 6. 11, 61, 4. 12, 61, 8 IVV. 3, 156. 10, 239. 11, 173 *al. de formis: gen. plur.* (-um) *unus* AMM. 24, 4, 15. furn-: GLOSS. II 511, 11 (*nom. sing.*), IV 520, 63. 521, 1 (*abl. sing.*), 521, 2. V 634, 49 (*abl. plur.*). *cf.* CONST. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 5 p. 50, 25 ἐν τῷ φουρνικῷ (p. 51, 14. 1, 8 p. 56, 12. 18 *al.; sed* 1, 1 p. 19, 9 τοῦ ἐκεῖσε φορνικοῦ). fornex: GLOSS. II 73, 6. III 92, 6. 306, 45. IV 239, 32. *de genere:* PRISC. gramm. II 166, 1 hic -x, quod quamvis paenultimam positione longam habuit, tamen masculinum est. EXC. Bob. gramm. I 552, 7 *inter nomina, quae apud Romanos masculina, apud Graecos feminina sunt* -x, ἀψίς. *de notione:* NON. p. 425, 2 arcus omnis suspensus -x appellatur (SERV. Aen. 6, 631 -e, arcu [ISID. orig. 15, 8, 9 arcus . . . ipsi et -es *dicuntur*]. CLAVD. DON. Aen. 6, 631 -em dicit cameram in arcum ductam. GLOSS. -x [*vel* -ex]: ἀψίς, καμάρα, camera, saxum subcavum vel aliquid separatum. arcus quo historiae pingebantur vel in memoriam etiam victoriae fiebat. arcus de fornacis coctura exstructus. fornicatio boga super columnis. -em: arcum plateae, arcum triumphalem plateae, bogan [*v. etiam p. 1126, 53*]. -e: saxum cavum vel excisum, scelb vel drep [*v. etiam sub* forniceus *p. 1123, 50*], camae (καμάρα?). -es: saxa constructa, arcus, concamerationes (V 457, 43 *depravatum in* contaminationes). furnicibus [V 634, 49]: arcubus triumphalibus vel saxis cavis). SCHOL. Hor. epist. 1, 14, 21 gl. lupanar. ISID. diff. 1, 263 aedificiis arcuatis, quos -es antiqui vocabant, in quibus meretrices constitutae prostituebantur. orig. 10, 110 haec (*fornicatrices*) sub arcuatis prostrabantur, quae loca -es dicuntur. GLOSS. -x (*vel* -ex), πορνεῖον, πόρνη. -em moechiam. *de usu: vox primum invenitur apud* ENN., *inde apud* LVCIL. (*tit. libri VII vel VIII; v. p. 1126, 78*) CORP. I² 1529 (*a. 153—120 a. Chr.*) RHET. Her. CIC. CORP. I² 1524 (*act. Sullae*) *et passim apud prosarios et poetas.*

1 *generatim: i. q. arcus, quo onus aliquod sustentatur: absolute:* RHET. Her. 3, 16, 29 locos appellamus eos, qui breviter . . . aut natura aut manu sunt absoluti, . . . ut aedes, intercolumnium, angulum, -em et alia, quae his similia sunt. VARRO ling. 10, 59 neque minus in -bus propter sinistram dextra stat quam propter dextram sinistra. SEN. epist. 90, 32 Democritus . . . invenisse dicitur -em, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur (*cf.* AVSON. 368, 15 p. 94 medium si quis vellat de -e saxum, incumbunt cui cuncta, simul devexa sequentur cetera). 118, 16 unus lapis facit -em, ille, qui latera inclinata cun⟨e⟩avit et interventu suo vinxit. PLIN. nat. 36, 89 *Chaeremon subterraneas domos* traditur fulsisse trabibus ..., dum ⟨in⟩ -es quadrati lapides assurgerent. AMM. 24, 4, 15 compage scutorum, qua velut testudine infigurabilium (infrangibilium *Bentley*, in figuram mobilium *Petschenig*) -um operiebantur. *de arcubus, concamerationibus parietum, aedificiorum, portarum sim.:* CIC. top. 22 qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit praestare, quod -x vitii fecerit (*cf. ibid.* parietem . . . vel solidum vel fornicatum). BELL. Alex. 1, 3 sine contignatione ac materia sunt aedificia et structuris ac -bus continentur (*cf.* VITR. 6, 8, 4 itemque, quae pilatim aguntur aedificia, et cuneorum divisionibus coagmentis ad centrum respondentibus -es concluduntur [*syn.* arcus]. PLIN. nat. 2, 197 *in terrae motibus* tutissimi sunt aedificiorum -es). SALL. Catil. 55, 4 camera lapideis -bus iuncta. VERG. Aen. 6, 631 moenia conspicio atque adverso -e portas (*ad locum v. l. 18. cf.* AVSON. 157, 24 p. 14 *porta*, quae -e eburno). PLIN. nat. 36, 86 *labyrinthi* omnes lapide polito -bus tecti (*an* tectis? *Mayhoff*). HEGES. 5, 38 infra -em summi . . . fastigii (*sc. porticus Salomonis*). PRVD. apoth. 523 *templi* onus nullis fultum . . . columnis -e curvato tenui super arce pependit. CYPR. GALL. iud. 258 gaudent se condere muris: castra... munimina firmant, -busque cavis absconsi sic quoque pallent (*cf.* VVLG. iud. 6, 2). MARCELL. chron. II p. 92, 1 (*a. 480*) statua . . . super cochlidem columnam posita corruit duobus -bus eius collapsis. p. 97, 1 (*a. 510*) gradus circi . . . sua cum -e incensi collapsique sunt. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 152 in calido loco vel balnei -e, quem appellant † achicholum sive cameram. ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 16 cacumina nostra tutiora sunt, sinuatis e regione -bus (fornacibus *cod.*), dum se per totum scripturae arquatilis nisus obiectu mutuo propellit. *de arcubus pontium:* BELL. Alex. 19, 4 -e extructo, quo pons sustinebatur (*cf.* LIV. 40, 51, 4 *pontis* pilis -es . . . imponendos). *huc spectant:* VERG. Aen. 10, 805 alti -e saxi (CLAVD. DON. *ad loc.* suffugio saxei -is. CYPR. GALL. exod. 1277 sub -e saxi. *cf.* AVIEN. orb. terr. 727 saxa . . . curvo -e pendent. *adde* GALL. Fest. p. 206 petra est, qui locus dextra ac sinistra -em expletur [*sic Huschke*[6], *v. praeterea app. apud Lindsay*] usque ad libramentum summi -is). CARM. de Iona 53 reus... cavo sub -e puppis stertens. *metaphorice, de cavatione caeli:* ENN. scaen. 381 caeli ingentes -es (*ad loc. v.* CIC. de orat. 3, 162 in sphaera -is similitudo non potest inesse. *cf.* HIER. in Eph. 4, 10 stetit in summo caeli -e. 5, 3 caelum -is more curvatum. RVT. NAM. 1, 97 aerio pendentes -e rivos. *cf. etiam l. 75 sq.*). AVIEN. Arat. 1698 si . . . Iris demittat gemino se -e.

2 *speciatim: de arcubus aquaeductuum:* CORP. I² 1529, 11 (*Aletrii, a. 153—120 a. Chr.*) aquam in opidum ad⟨q⟩u⟨e⟩ arduom ...-esq(ue) fecit. II 3421 (*Carthagine Nova*) ⟨for⟩nices cola ante aedem ex pequnia (*sic Hübner; aliter Degering, PW. VII 10, 1 sqq.*). S. C. Frontin. aq. 125 de rivis, specibus, -bus ⟨a⟩quae Iuliae... reficiendis. *ibid.* cum ii rivi, ⟨specus⟩, -es . . . reficerentur. 127 circa fontes et -es et muros (LEX Quinctia 35). LEX Quinctia 4 circa rivos specus -es fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum (23). 45 ex iis fontibus rivis specibus -bus aquam sumere. LIV. 40, 51, 7 ex ea *pecunia* communiter locarunt aquam abducendam -esque faciendos. PLIN. nat. 31, 41 *aqua Marcia* in specus mersa in Tiburtina se aperit, ita novem milibus passuum -bus structis perducta. SIDON. carm. 22, 222 *fontem* monte fluentem umbrat multicavus spatioso circite -x. *de arcubus triumphalibus vel omnino honoris causa extructis* (*cf.* GLOSS. *p. 1125, 22. 24. 28*): CIC. Verr. 1, 19 videt ad ipsum -em Fabianum . . . Verrem (Planc. 17 Fabium. de orat. 2, 267 Fabianum [*inde* QVINT. inst. 6, 3, 67 -em Fabium]. PS. ASCON. Verr. p. 211, 17 St. -x Fabianus arcus est iuxta Regiam in Sacra via Fabio censore constructus). 3, 154 huius (*Verris*) -x in foro Syracusis est. LIV. 33, 27, 4 *L. Stertinius* duos -es in foro bovario . . . fecit et his -bus signa aurata imposuit. 37, 3, 7 *Scipio* -em in Capitolio . . . cum signis septem auratis... et marmorea duo labra ante -em posuit. VVLG. I reg. 15, 12 erexisset sibi -em triumphalem. OROS. hist. 5, 9, 2 super Calpurnium -em. EVCHER. instr. 1 p. 95, 20 constitui *signa* in tropaeum solent super -es introitusque portarum. MARCELL. chron. II p. 97, 2 (*a. 507*) simulacrum . . . in foro Strategii super -em residens. *nota trop. de arcu vel via tecta, quae ramis pendentibus formatur:* AVG. serm. ed. Mai 1, 2 (*de paradiso*) ubi molles rami, pendentes -es, undosa inflarat amoenitas et profusas cameras explicarat. *de variis concameratis hypogeis:* CORP. I² 1524 (*Ferentini, aet. Sullae*) A. Hirtius A. f. M. Lollius . . . fundamenta -es faciunda coeraver(e). MART. 12, 61, 8 (*de latrina quadam*) quaeras . . . nigri -is ebrium poetam. ARNOB. nat. 7, 46 p. 281, 13 ex molibus inaequaliter aggeratis successus quidam et -es, in quos intulit se. AMM. 19, 5, 4 cavatis -bus subterraneis per radices montis scalae ad usque civitatis ducebant planitiem. CYPR. GALL. gen. 1266 *Iosephum* turpi . . . de -e (*i. carcere*) tollant. *de fornicato aditu vel exitu* (*cf. Degering, PW VII 10, 10—36*): CORP. I² 2112 (*Asisii*) murum ab -e ad circum et -em cisternamque . . . faciundum. II 1087 (*Ilipae*) portas fornic(em) aedificand(a) curavit. CIC. har. resp. 22 vis . . . innumerabilis (*Megalesia spectatura*) repente ⟨e⟩ -bus ostiisque omnibus in scaenam signo dato immissa irrupit. LIV. 36, 23, 3 -es . . . in muro erant apti ad excurrendum. 44, 11, 5 praetori . . . monstrati sunt -es; non ad eandem crassitudinem, qua veterem murum, sed simplici laterum ordine structos esse. 44, 11, 8 parietes -um perfossi urbem patefecerunt. *de columnis ad sustinendos cuniculos extructis* (*cf. Blümner, Technol. IV p. 106*): PLIN. nat. 33, 70 relinquuntur . . . -es crebri montibus sustinendis. 33, 72 cervices -um ab ultimo caedunt. *de rota tribuli*(?): VVLG. prov. 20, 26 dissipat impios . . . et incurvat super eos -em (גַּלְגַּל; *gr.* τροχόν. *cf.* GLOSS. cod. Voss. q° Lat. 69 *ed. Hessels* -em, signum victoriae). *de oculorum foraminibus cavis:* SIDON. carm. 2, 250 (*de Scythis*) acta cerebri in cameram vix ad refugos lux pervenit orbes . . .; -e non spatioso magna vident spatia. *de stabulo meretricum, i. q. lupanar* (*de notione cf. p. 1125, 29 sqq.*): HOR. sat. 1, 2, 30 nullam nisi olenti in -e stantem (*cf.* IVV. 11, 173 nudum olido stans -e mancipium. PRVD. c. Symm. 2, 836 spurcam redolenti in -e cellam *intrat*). 1, 2, 31 notus homo cum exiret -e (*cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 2, 31). epist. 1, 14, 21 -x tibi et uncta popina incutiunt urbis desiderium (*cf.* SEN. dial. 7, 7, 3 *voluptatis humilis* domicilium -es et popinae sunt. virtutem in templo convenies, in foro *eqs.*). PRIAP. 14, 10 nigra -is oblitus favilla. SEN. contr. 1, 2, 21 redolet adhuc fuliginem -is. 9, 2 (25), 28 reus . . . perit -i. SEN. dial. 1, 5, 2 ut homines pecuniam, cum in templis consecraverint, videant et in -e. PETRON. 7, 4 me in -em esse deductum (*syn.* lupanar, *ut etiam* APVL. met. 7, 9. 10 ARNOB. nat. 2, 42 p. 82, 20). MART. 1, 34, 6 raraque Summoeni -e rima patet. 10, 5, 7 clusus . . . -x (*cf.* 11, 61, 4). IVV. 3, 156 lenonum pueri quocumque ex -e nati (FVLG. aet. mund. p. 167, 21 paganorum antiquitas procreatos ex -e deorum natos ascribebat, quo meretricum crimina divina vestirent iniuria). 10, 239 steterat . . . in carcere -is. IREN. 1, 23, 2 *Helenam* in -e (Phoenice *coni. Iunius*) prostitisse. FIRM. math. 8, 20, 6 publice prostituetur in -e. AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 12 -em meretricis ingrederis? (*cf.* AVG. contin. 2, 4). HIER. in Is. 2, 7 p 36 inter scorta . . . in -bus spectaculorum pueri steterint publicae libidini expositi. CYPR. GALL. iud. 418 *mater* ⟨pas⟩sim prostrata viris sub -e vixit. *luditur in hac significatione et ea, quae est p. 1125, 82 sqq.:* PRVD. apoth. 624 (*de signis caelestibus ea nocte, qua Christus natus est, turbatis*) inproba virgo prodit amatores tacitos in -e mundi. *de titulo, ut videtur, libri cuiusdam Lucilii:* LVCIL. 1177 (*apud* Arnob. nat. 2, 6 p. 51, 24) -em Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis (*v. Marxii adn. ad l.*). *metaphorice, i. q. fornicaria, meretrix* (*cf.* GLOSS. *p. 1125, 32*): AVG. c. Faust. 32, 4 p. 763, 10 soce-

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ros dormire cum nuribus tamquam Iudas, patres cum filiabus tamquam Loth, prophetas cum -bus tamquam Osee. *convicium de viro*: SVET. Iul. 49,1 *Caesarem dicit* Curio stabulum Nicomedis et Bithynicum -em.

cui rei -es usui fuerint, obscurum est: CORP. I² 1498 (*Tiburе*) q(uaestores) -es . . . f(aciendos) c(oeravere). 1564 (*Formiis*) ⟨for⟩nices de pequn(ia) public(a) ⟨fa⟩c(iendos). 1801 (*apud Paelignos*) Sentius C. f. . . . L. Ateius V. f. mag(istri) Mart(iales) -e(m) et parietes caementicios . . . faciundum coer(avere).

syn.: arcus (VITR. 6, 8, 4 PS. ASCON. Verr. p. 211, 17 St.), camera (CAEL. AVR. acut. 3, 17, 152), curvatura (SEN. epist. 90, 32), lupanar (*v. p. 1126, 66 sqq.*), meretrix (FVLG. aet. mund. p. 167, 21), meritorium (AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 12), stabulum (SVET. Iul. 49, 1). *distinguitur a* sphaera (CIC. de orat. 3, 162). *adi. selecta*: cavatus (AMM. 19, 5, 4 *ibid.* subterraneus), cavus (CARM. de Iona 53), curvatus (PRVD. apoth. 523), curvus (AVIEN. orb. terr. 727), lapideus (SALL. Catil. 55, 4), ingens (ENN. scaen. 381), triumphalis (VVLG. I reg. 15, 12).

deriv.: fornicarius, fornicatus, forniceus, fornico, fornicor.

fornus *v.* furnus. [*Bacherler.*

foro, -āvī, -ātum, -āre [*i. q. theodisc.* borōn '*forare*', *fortasse cf. c. gr. φάρειν, τὸ φάρος, φαρσῦν et c.* ferire, forus. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 (*a* foro) et forare, foras dare *cqs.* GLOSS. III 268, 32 τρυπῶ. IV 291, 26 terebrat pertundit -at. [*it.* forare, *prov.* forar, *portug.* forar; foratum: *prov.* forat, *hisp.* horado. *M.-L.*]

I *proprie*: PLAVT. Most. 56 o carnufic⟨i⟩um cribrum, quod credo fore, ita te -bunt patibulatum per vias stimulis ⟨carnufices⟩, si huc reveniat senex. CIC. facet. dict. 14 (Macr. sat. 7, 3, 7) certe solebas bene -atas aures habere (hoc eo dictum quia Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem -are *addit* MACR. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 18, 2 sponte permanenti in servitute *puero* auris -bitur). [PROP. 4, 5, 20 forat *coni. haud male Rossberg pro* ferat.] VITR. 10, 2, 2 *forficum* dentes in saxa -ata accommodantur. 10, 8, 3 regulae . . . ad eundem modum -atae (*praecedit* foramina). PAVL. FEST. p. 90 forago . . . a -ando dictum. p. 301 ⟨su⟩cula est machinae ⟨genus teretis⟩ materiae et -atae. GERM. 430 ulteriores *Hydri tractus* vocali rostro Corvus -at. 505 Corvique -antis (ferentis *vel* quaerentis *codd.*). CELS. 7, 5, 4[B] ubi non evellitur *telum*, terebra *os* iuxta -are. 7, 7, 14[D] acus . . . sic ⟨ac⟩uta, ut -et. 7, 29, 6 indice digito corpus illud -andum est. 8, 2, 1 os . . . aut finditur aut frangitur aut -atur (8, 3, 11 ossa . . . fracta fissa -ata. 8, 8, 2[A] ossa . . . vel franguntur vel -antur). 8, 3, 2 ut et -et *modiolus* et circumagatur. SEN. Med. 748 urnis quas -atis irritus ludit labor, Danaides. Oed. 812 -ata ferro gesseras vestigia, tumore nactus nomen ac vitio pedum. SEN. epist. 79, 3 -atum pluribus locis sŏlum. COLVM. 5, 10, 20 -ata arbore. 7, 3, 6 pugnacem arietem mitigari terebra secundum auriculas -atis cornibus. 8, 3, 7 -atis duobus adversis parietibus. 8, 3, 9 canales . . . modicis -antur cavis. 8, 11, 4 transversis -atis perticis. 9, 7, 5 *foramina* satis est ita -ari, ne. SCRIB. LARG. 10 tenuiter -ato cribro. PLIN. nat. 17, 252 ulmis detrahitur sucus inutilis supra terram -atis usque ad medullam. FRONTIN. aq. 114 *castellum aquae* sine causa -atum vitiatur. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) quicunque . . . rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum . . . -verit ruperit, -anda rumpendave curaverit. *ibid.* rupisset -assetve. CARM. epigr. 1552[A], 86 lapis ecce -atus luminibus multis hortatur currere blandas intus apes. AMPEL. 13, 4 -ato Atho monte. ARGVM. Plaut. Mil. 1, 5 -at geminis communem clam parietem in aedibus. TERT. resurr. 61 p. 122, 17 -ata sunt inferna in viro et in femina. CYPR. mort. 12 navis . . . pulsatur fluctibus nec -atur. HIL. trin. 10, 23 naturae teli sit . . . -are. DICT. 4, 6 scuti . . . telo in aliquantum -ati. AMM. 16, 12, 22 latere -ato iumenti. 19, 2, 15 -atis undique membris. 19, 5, 6 ballistae tela fundentes nonnunquam binos -bant. 21, 12, 8 nec ut possint -ari cuniculi inveniebatur habilis locus. 24, 2, 12 turrim ictus -vit arietis. 27, 2, 3 -ati pilis et gladiis cecidere. 27, 10, 15 verrutis . . . -bantur et pilis. SCHOL. Stat. Theb. 8, 222 tibiam . . . varie -atam. PELAGON. 205 radicem . . . cute -ata in pectus adicies. HIER. in Is. 54, 11 p. 634 τρυπανισμοῦ . . . quod verbum -atarum caelatarumque gemmarum sensum sonat. PRVD. psych. 835 cava per solidum multoque -ata dolatu gemma. perist. 10, 986 -assem si puncto levi *linguam*. AVG. serm. ed. Mai 84, 3 -at miles lancea latus *Christi*. MACR. somn. 1, 21, 12 fundus *vasis* erat in modum clepsydrae -atus. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 43 calamo utraque parte -ato. SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 26 iaculoque . . . -ante. carm. 5, 19 pepli textus, quem fibula . . . dente -at. 5, 434 terga -atus *hostis*. 22, 61 cratem . . . nec tela -ant. SEDVL. carm. pasch. 5, 377 -atas . . . palmas (op. pasch. 5, 32 perforatas). BOETH. anal. post. 1, 24 vitrum -atum. CASSIOD. in psalm. 118, 120 ipsa compunctione -atus est. VEN. FORT. vita Germ. 39, 110 ut unguium acumen palmam -ret in intima.

II *translate*: SEN. dial. 10, 10, 5 per quassos -atosque animos transmittitur *vita occupatorum hominum*. HIER. epist. 22, 8, 4 margarita . . . est sermo dei et ex omni parte -ari potest (*i. excuti intellegi*). CARM. epigr. 236 ⟨cum teneret⟩ memoria ⟨nomin⟩is multi -atas musicis arteria⟨s⟩. *Vollmer.*

forpex *v.* forceps.

✖**fors** (*abl.* **forte**) *subst. et* **Fors,** -tis *nom. deae* [= *paelign.* forte (faber), *si recte vertitur* '*fortunae (faber)*'; *cf. esse videtur c.* ferre *aequandumque c. hibern.* brith *theodisc.* burt '*partus*', *ind.* bhrtih '*allatio, alimonia, curatio*'; *cf.* fortuna, fortuitus. *de adverbio osc.* fortis *v. s. v.* fortis. *Th.*]. *de* o *brevi*: CHAR. gramm. I 13, 28 (*cf. Heraeus, Arch. 14 [1906] 396*). *de declinatione substantivi*: PRISC. gramm. II 188, 4 *inter* diptota: -s -e. *item* GRAMM. suppl. 89, 26. *deae nomen omnes habet casus, v. p. 1129, 73 sqq.* *dat.* -e: *v. p. 1129, 78.* *de significatione substantivi* (*de adv. v. p. 1130, 18 et 1131, 71*): CIC. leg. 2, 28 *v. p. 1129, 45.* div. 2, 15 quid est . . . aliud -s (sors *B*), quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel aliter cadere atque evenire potuerit? NON. p. 425 *v. p. 1130, 69.* GLOSS. τύχη, τυχόν, casus, fortuna (V 295, 53 fortuna gentium, *i. paganorum*). *differentiae*: NON. p. 425 -s est casus temporalis, fortuna dea ipsa. PAVL. NOL. epist. 16, 4 p. 117, 26 si . . . -s verbum dubitantis sit et fatum profantis expressio et casus significatio cadentium vel accidentium. ISID. diff. app. 248 -s casus est, fortuna data est; ut quidam: sic valuit -s tamquam mors (*cf.* GRAMM. suppl. 289, 5 -s casus est, fortuna dea est; et quidam sic volunt: -s tamquam sors, id est mors). DIFF. ed. Beck p. 58, 29 -s casus est tamquam sors mors; felicitas opum est. [*dubia, corrupta*: sors (sorte) *legendum est pro* -s (-e): LIV. frg. 60 (Sen. suas. 6, 17) LVCAN. 5, 764 (*U*, sorte *rell.*). 9, 550 (*G*, sors *rell.*). 7, 122 (*MB*, sorte *rell.*) VAL. FL. 5, 484. TERT. ieiun. 10 p. 288, 20 *sic et* -s -e *saepius pro* sors sorte *restituendum, ut* APVL. met. 9, 8 *al.* (*v. infra*). *dub.* STAT. Theb. 11, 283 aequa duelli sors (-s *duo codd.*). *pro aliis genuinis lectionibus irrepsit*: COLVM. 4, 4, 2 *SA* (*v. sub* fossor) PLIN. nat. 25, 8 (*v. sub* socordia) HOMER. 896 FIRM. math. 3, 9, 7 (fortes *Sittl*). VARRO ling. 5, 74 *v. sub* fons. *locis corruptis*: CIC. Att. 6, 1, 23 (*v. Boot ad h. l.*). 10, 12[b], 2 (*v. Boot*) LVCR. 2, 630 LIV. 5, 13, 12 PLIN. nat. 30, 16 AVIEN. Arat. 837? *locis mutilis*: PACVV. trag. 97 ACC. trag. 493 (ferte *codd.*) TVRPIL. com. 43 TRAG. inc. 257. *delendum*: TER. Hec. 371. *loci dubiae interpretationis*: SEN. Herc. O. 929 PAVL. NOL. carm. app. 2, 57. *nota* GRAMM. suppl. 167, 8 *de quibusdam vocabulis*: partes orationis ubi non sunt, in adverbium transeunt, sicuti cum dicimus 'torvum animal' 'torvum clamat', 'forte tempus' 'forte egit' et reliqua.]

I *substantivum*: **A** *commune* (*nom. abl.* -e *v. sub II*): **1** -s *aliquid agere vel efficere dicitur*: ENN. ann. 197 quid . . . ferat -s, virtute experiamur (TER. Phorm. 138 quod -s feret. LVCIL. 447 cui parilem fortuna locum fatumque tulit -s. CIC. Att. 7, 14, 3 ut -s tulerit. 8, 1, 3 ut quemque -s tulerit casum. LVCR. 3, 983 casumque timent, quem cuique ferat -s. SALL. Iug. 78, 2 uti -s tulit. VERG. Aen. 2, 94 -s si qua tulisset. OV. met. 1, 297 si -s tulit [11, 751]. LIV. 5, 11, 1 -s ita tulit, ut. 31, 41, 7 quo -s tulisset loco. 36, 9, 8. 38, 40, 13 ut -s tulit. SEN. Tro. 5 tulit documenta -s maiora. CVRT. 5, 8, 16 *al.* SIL. 10, 545 PS. QVINT. decl. 3, 2 p. 43, 3 TAC. hist. 3, 21 IVST. 35, 2, 1 SYMM. epist. 1, 2, 2 DICT. 6, 1 AMM. 25, 3, 10 *al. aliter* VAL. FL. 3, 392. *cf. ctiam p. 1129, 3*). PACVV. trag. 368 quo saxum impulerit -s, eo cadere Fortunam. TER. Hec. 370 illis -s obtulerat adventum meum (CIC. Verr. 5, 95 quod cuique -s offerebat. Att. 2, 22, 1 CAES. Gall. 2, 21, 1. 7, 87, 5 BELL. Alex. 22, 2 NEP. Pel. 2, 1 HOR. sat. 1, 6, 54 LIV. 25, 29, 9 VAL. MAX. 2, 4, 5 TAC. hist. 4, 1 [sors *cod.*] ann. 14, 5 APVL. flor. 2 p. 9 SPART. Geta 7, 6 IVST. 5, 11, 8 AMM. 31, 9, 2 MACR. somn. 2, 1, 8. *cf. p. 1129, 63*). ACC. trag. 54 quo illum -s (mors?) expectabat loco. 422 -s dominatur. CIC. Planc. 101 sin . . . vitam mihi -s ademisset. Att. 4, 10, 1 de . . . ambulatione -s viderit aut si qui est . . . deus (14, 13, 3). CATVLL. 64, 366 dederit -s copiam Achivis (VERG. Aen. 7, 554 quae -s prima dedit. HOR. carm. 1, 9, 14 quem -s dierum . . . dabit. OV. am. 1, 8, 21 -s me sermoni testem dedit. met. 1, 453 quem non -s ignara dedit. LIV. 1, 9, 15. 1, 45, 3 se dare visa est. 5, 20, 9. 22, 50, 12 MANIL. 1, 494 SEN. Herc. f. 354. CVRT. 4, 4, 12 in manus. CALP. ecl. 4, 118. 7, 77 SIL. 9, 98. 10, 144. 15, 105 STAT. Theb. 10, 73 Ach. 1, 810 NEMES. ecl. 3, 47 VIR. ill. 13, 1 AMM. 15, 10, 10 *al. aliter v. p. 1129, 7*). SALL. Iug. 51, 1 -s omnia regere (*opp.* nihil consilio . . . agi). 97, 4 uti quosque -s conglobaverat. VERG. ecl. 9, 5 -s omnia versat. Aen. 8, 476 quam -s inopina salutem ostendat (SERV. *ad l.* hoc beneficium casus praestat). 10, 457 si qua -s adiuvet ausum. 12, 41 ad mortem si te — -s dicta refutet! — prodiderim (*cf.* CLAVD. DON. *ad h. l.* p. 555, 18. 27. 556, 12). CVLEX 162 ni -s incertos iussisset ducere casus (HOR. sat. 2, 1, 59 -s ita iusserit. AVSON. 322, 39). HOR. sat. 1, 1, 2 quam . . . sortem seu ratio dederit seu -s obiecerit (PORPH. fortuna). 2, 6, 10 si urnam . . . -s quae mihi monstret. OV. met. 2, 257. 10, 619. 14, 425 LIV. 10, 36, 9. 22, 5, 8. 22, 51, 6. 23, 23, 3 quae immoderata -s tempus ac necessitas fecerit. 28, 18, 2. 29, 28, 6 quae obvia -s fecerat. 42, 63, 8 MANIL. 1, 494. SEN. Phoen. 632 et spes et metus -s caeca versat (*cf. supra l. 65 et* SYMM. epist. 2, 57, 1). nat. 1, 13, 1 si nubes -s aliqua disposuit. 2, 59, 4? CVRT. 4, 15, 22. 5, 5, 15 quas . . . -s et necessitas . . . applicuit. LVCAN. 4, 503 PLIN. nat. 10, 7 VAL. FL. 2, 559. 3, 202. 6, 265 SIL. 2, 5. 6, 46 STAT. Theb. 11, 481 TAC. hist. 2, 8. 4, 29 (*opp.* virtus) ann. 1, 28. 49. 3, 5. 4, 27 FRONTO p. 187, 20 N. FRG. Vat. 249, 5 ANTH. 415, 64 PANEG. 10 (4), 27, 1 TREB. trig. tyr. 9, 6. AVIEN. Arat. 289 lubricum ut aevum -s (sors *cod.*) agat. orb. terr. 885 ora 135. AVSON. 308, 15 incogitantes -s, non consilium regit. 339, 1 res hominum fragiles alit et regit et perimit -s. 340, 5 DICT. 2, 46. 5, 12. AMM. 14, 6, 17 si -s adegerit. 16, 12, 45 si iuvisset

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-s (18, 8, 1 *al.*). 18, 4, 6 cum -s copiam detulisset. 30, 5, 11 si qua -s secundasset. 30, 8, 14 si -s ingruisset inferior (infestior *Petsch.*). 31, 7, 6. 31, 10, 11: MYTHOGR. 1, 137 quo -s tulisset *navem* (1, 157 *Danaen*). CLAVD. carm. min. 41, 9 '-s iuvat audentes' prisci sententia vatis (*cf. infra l. 36*). *dub.* 26, 370 si ... dominum -s (*duo codd.*, sors *rell.*) improvisa revexit. SIDON. epist. 4, 3, 5. DRAC. Romul. 8, 460 *augurem* -s ad Cyprum dederat. *dub.* ENNOD. epist. 6, 38, 1 p. 171, 16 utrumque -s (*sic* T^1, frons *rell.*) bona concessit. CARM. epigr. 1141, 6 quam (*mortuam*) -s ad superos noluit esse diu. 1422, 5 (*christ.*). *nonnulla his similia quaere sub B.* **2** -s *est, fit, patitur aliquid*: VERG. Aen. 12, 714 -s et virtus miscentur in unum (SERV. casus). OV. fast. 4, 507 -s sua cuique loco est. STAT. Theb. 1, 327 seu praevia ducit Erinys seu -s illa viae (*sc. erat*) sive ... vocabat Atropos. 5, 718 pro -s et caeca futuri mens hominum (*cf.* 12, 382). TAC. hist. 4, 26 quod in pace -s seu natura, tunc fatum et ira deum vocabatur. PS. APVL. Ascl. 40 eventus ... vel -s insunt omnibus permixta mundanis. DICT. 2, 52 ut -s evenerat. COD. Iust. 5, 3, 7 (*saec. IV ex.*) si qua -s extitisset. **3** *iuncturae* fors fuat *et sim.*: PLAVT. Pseud. 432 -s fuat an istaec (forsitan ea tibi *P*) dicta sint mendacia. FRONTO p. 143, 14 N. APVL. apol. 92. SYMM. epist. 1, 20, 3 -s fuat an optineamus ... gratiam. 1, 39. 2, 3. 3, 6, 1. 4, 28, 1. 4, 29, 1. SIDON. epist. 2, 2, 17 quem -s fuat an incurrat. 8, 3, 6. AVSON. 405, 3 -s fuat, ut ... expoliam. SIDON. epist. 9, 7, 1 bybliopolam pretio -s fuat officione demeritum. TER. Hec. 610 istuc saperest, ... quod faciundum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris. :: -s fuat pol (DON. '-s' fortuna bona est. *ibid.* fortuna faveat. *ibid.* bona eveniat. EVGRAPH. si tantum Fortuna aeque faveat. *Hand, Turs. II 712 'accidat hoc'*). *nota* SYMM. epist. 1, 3, 5 do ... nuntium ... nos ... esse redituros. -s fuat huiusce promissi. GELL. 1, 3, 2 dicta ... fuisse non paenitenda -s sit ut vos etiam sciatis. 12, 8, 2 cum ... epularentur, -s fuit, ut ... locarentur. *sim.* AVSON. 190, 5 -s erit, ut ... asserat. *cf.* APVL. apol. 56 -s anne ... non inducat animum verum esse, quod dixi.

B *proprium* (**Fors** *persona, fors personata*): **1** *nomen nudum*: CATVLL. 64, 170 saeva -s ... invidit questibus auris. CIC. Pis. 3 sit ... -s domina campi. TIB. 1, 5, 70 versatur celeri -s levis orbe rotae. OV. ars 1, 608 audentem -sque Venusque iuvat (fast. 2, 782 audentes -sque deusque iuvat). fast. 6, 775 deam laeti -em celebrate, Quirites! MANIL. 1, 485 nec *mundum* -e coisse magistra. LVCAN. 2, 12 -s incerta vagatur fertque refertque vices (*ibid.* casus). PETRON. 120, 80 rerum humanarum divinarumque potestas, -s, cui nulla placet nimium secura potestas *eqs.* 120, 94 age, -s, muta ... vultum. STAT. Theb. 7, 403 *monstra* nectit prodigiale canens certi -s praevia fati. 10, 384 invida fata piis et -s ingentibus ausis rara comes (*cf.* SCHOL. rarus ... felicitatis eventus). AVSON. 163, 24 expertus -is tela cavenda deae. **2** *iunctura* **Fors Fortuna** (fors fortuna): CIC. leg. 2, 28 Fortuna ... sit vel Huiusce diei ... vel Respiciens ... vel -s, in quo incerti casus significantur magis *eqs.* DON. Ter. Hec. 386 fortuna in incerto, -s fortuna in bono ponitur. Phorm. 841 fortuna dicta incertarum rerum, -s fortuna eventus fortunae bonus. EVGRAPH. Ter. Phorm. 841 -s fortuna eventus fortunae, fortuna autem ipsa dea est. SCHOL. Ter. Eun. p. 105, 6 *v. infra l. 69.* SCHOL. Ter. Phorm. p. 138, 23 -s fortuna: felix eventus fortunae. SCHOL. Ter. Hec. p. 144, 31 -s fortuna: eventus fortuitus. -s aut fortuna: ACC. trag. 110. -e aut fortuna: PACVV. trag. 375[a]. -e ac fortuna: LVCIL. 450. fortuna an -e: ACC. trag. 182. *ordine inverso* Fortunae -is: OV. fast. 6, 773. Fortuna ... -s: *v. p. 1128, 39. nota vocabuli ex casibus obliquis falsam interpretationem*: DIONYS. ant. 4, 27, 7 *Τύχης ..., ἣν ἀνδρείαν προσηγόρευσεν Servius.* PLVT. fort. Rom. 5 p. 319[A] *τὴν ... πρὸς τῷ ποταμῷ Τύχην φόρτιν καλοῦσιν* (*ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρὰν ἢ ἀριστευτικὴν ἢ ἀνδρείαν*). *cf.* NOT. Tir. 44, 33 -is Fortuna. GLOSS. III 291, 14 *σχυρὰ* (*sic*) *Τύχη* fortis fortuna. *huc etiam spectat* DION. HAL. ant. 4, 27, 7. *loci per casus digesti*: *nom.* (*voc.*): TER. Hec. 386 quae ... -s fortunast, te ... quae ... obtulit (DON. *et* SCHOL. *ad h. l. v. supra l. 47. 52*). Phorm. 841 o Fortuna, o -s Fortuna, ... onerastis (*cf. l. 67.* DON. EVGRAPH. SCHOL. *ad h. l. v. l. 48. 49. 51*). LVCIL. 447 *v. p. 1128, 38.* SEN. dial. 10, 7, 9 de cetero -s Fortuna ... ordinet. QVEROL. p. 7, 22 o Fortuna, o -s Fortuna, o fatum sceleratum. *abl.* (*pertinet magis ad vocabulum commune*): PLAVT. Bacch. 916 ni ... -e fortuna hic foret. Mil. 287 TER. Eun. 134. 568 (SCHOL. p. 105, 6 casu vel fortuitu). CIC. div. 2, 18 *haec* casu fieri aut -e fortuna. GELL. 1, 3, 30 (*ibid.* fortasse). APVL. met. 10, 5 IVL. VAL. 3, 18. *nota* FRONTO p. 95, 10 N. vel ab deis vel a -e Fortuna vel a vobis ... impetratum. *gen. dat. in inscriptionibus*: FAST. ann. Iul. Esquil. Iun. 24 (Corp. I^2 p. 211) -(i) Fort⟨unae⟩. Amitern. Iun. 24 (Corp. I^2 p. 245) -i Fortunae. Venus. Iun. 24 (Corp. I^2 p. 221) -is Fortunae (MENOL. Colot. Iun. [Corp. I^2 p. 280] PHILOCAL. fast. Iun. 24 [Corp. I^2 p. 278]). CORP. I^2 977 (= VI 36771) conlegia aerarior(um) -e (*sic*) Fortunae donu dant. 978 ⟨F⟩orte For⟨tunai⟩ donum dant *eqs.* 979. 980. VI 170 numini -is Fortune. XI 6494[a] (*Sassinae*) F(orti) F(ortunae) v. s. l. m. V 8219 -i Fortunae. III 3065*?* 14668*?* INSCR. numm. Cohen VII p. 105 n. 30 (*Galer.*) -i Fortunae. *gen. in iuncturis*: -is Fortunae: aedes: LIV. 10, 46, 14 TAC. ann. 2, 41. cella: LIV. 27, 11, 3. dies: VARRO ling. 6, 17. fanum: VARRO ling. 6, 17. honores: OV. fast. 6, 773. laudes: COLVM. 10, 316. natalis: VARRO frg. Non. p. 144. numen: *v. p. 1129, 78.* sacrum: MENOL. Colot. Iun. (Corp. I^2 p. 280). [vicus: *in inscr. falsa* CORP. VI 9493 *cf.* 33809]. *sine subst.* (*supple* templum): CVRIOS. urb. reg. 14 p. 20, 1 (REG. urb. p. 21, 2).

epitheta ad IA et B 1: -s *dicitur*: aequa: SIL. 2, 5 non aequa labori. bona*?*: *v. p. 1129, 8.* caeca: *v. p. 1128, 75.* dubia: AVSON. 339, 2 (*ibid.* aeternum ... labans). dura: OV. met. 10, 619. ignara: OV. met. 1, 453 (*v. p. 1128, 69*) STAT. Theb. 12, 382. improvisa*?*: *v. p. 1129, 6.* incerta: *v. p. 1129, 38/39.* inferior: *v. p. 1129, 2.* infida: SIL. 15, 105. iniqua: FRONTO p. 187, 20 N. inopina: *v. p. 1128, 65.* invida: LVCAN. 4, 503. levis: *v. p. 1129, 35.* obvia: STAT. Theb. 10, 73 (SCHOL. casus occurrens). prospera: STAT. Theb. 8, 250. saeva: CATVLL. 64, 170 (*v. p. 1129, 34*) VAL. FL. 3, 392 (*ibid.* proxima culpae). vaga: AVIEN. orb. terr. 885. utilis: *v. infra l. 52.* -s: belli: LIV. 5, 20, 9. 36, 9, 8 STAT. Theb. 8, 250. *dub.* 11, 283 *cf. p. 1128, 24.* Martis iniqui: SIL. 10, 545. viae: STAT. Theb. 1, 327. proelii: IVST. 5, 11, 8. passionis*?*: *v. infra l. 60.* LIV. 1, 45, 3 imperii recuperandi.

II *ex abl. adv.* **forte:** SERV. Aen. 1, 377 -e ... nomen est a nominativo -s. PRISC. gramm. III 68, 5 -e ... *est* ablativus. GLOSS. *τυχηρῶς, κατὰ τύχην.* casu, fortuitu, quamvis (*?*), etiamsi (*?*), for⟨san⟩. GLOSS. Plac. V 70, 9 'foret' ... esset significat, ⟨'forte'⟩ est adverbium.

A *i. q. sine consilio, casu, fortuitu*: PRISC. gramm. III 79, 18 -e ... eventus *adverbium est* pro 'fortuitu'. GRAMM. suppl. 54, 1. 168, 15. **1** *pellucente adhuc vi ablativi*: **a** *opposito alio ablativo*: TER. Ad. 741 quod cecidit -e, id arte ut corrigas (DON. -e pro fortuna intellegendum). LVCIL. 450 *v. p. 1129, 54* ACC. trag. 182 *v. p. 1129, 54/55.* SALL. Iug. 1, 1 quod ... -e potius quam virtute regatur *natura humana.* 92, 6 res -e quam consilio melius gesta (LIV. 9, 31, 7 pars -e, pars consilio oblati. 22, 49, 14. TAC. hist. 1, 31 ut ... evenit, -e [eventior te *cod.*] magis et nullo ... consilio rapit signa ⟨quam⟩ ... insidiis et simulatione. PS. RVFIN. in Am. 9, 1 consilio potius quam -e susceptus). SEN. contr. 2, 1, 11 malum ... vel fato vel -e ⟨in⟩iunctum (TAC. ann. 6, 22 fatone res mortalium et necessitate ... an -e volvantur. APVL. apol. 72). VELL. 2, 66, 5 hoc vel -e vel providentia vel utcumque constitutum rerum naturae corpus. MELA 1, 58 ubi morbo aut -e extincta sint. PLIN. nat. 11, 103 -e hoc casuque evenit (12, 73 PLIN. paneg. 1, 4 *opp.* aliquo numine. CHALC. comm. 172 quae vel -e proveniunt vel casu aliquo importantur. *aliter*: CIC. Planc. 65 cum casu ... decedens ... Puteolos -e venissem. LVCR. 6, 1096 ea cum casu sunt -e coorta. LIV. 8, 16, 5 ne -e casu erraretur. CELS. dig. 1, 3, 4). STAT. Theb. 12, 420 stabat adhuc seu -e rogus seu numine divum. TAC. hist. 2, 42 seu dolo seu -e (ann. 15, 38 -e an dolo principis). SVET. Aug. 6 seu -e seu temptandi causa. VIR. ill. 7, 16 seu -e seu fraude perierunt. *cf.* PHAEDR. app. 11, 8 -e ... superasse, melior qui fuisset viribus. **b** *addito pron.* (*adi.*): VERG. Aen. 1, 377 nos ... -e sua Libycis tempestas appulit oris (SERV. casu suo, id est quo solet. *v. quae seq., cf.* 4, 341. GLOSS. IV 443, 2 ut fieri solet. *cf. etiam* SERV. Aen. 4, 341). LIV. 1, 4, 4 -e quadam divinitus super ripas Tiberis effusus (5, 49, 1. 10, 19, 16 PLIN. nat. 37, 8 QVINT. inst. 4, 2, 66 TAC. ann. 15, 72 GELL. 16, 10, 9 PS. AVR. VICT. orig. 7, 3 DICT. 3, 2. *nota* LIV. 3, 64, 4 -e quadam utili ad tempus, ut ... praeesset, ... Duilio ... evenit). PLIN. nat. 27, 6 quae si quis ulla -e ... excogitari potuisse credit. **c** *verbo passivo inde pendente* (*abl. instr.*): SALL. Iug. 94, 7 -e correcta Mari temeritas. LIV. 1, 9, 11 magna pars -e, in quem quaeque inciderat, raptae. SEN. clem. 1, 6, 3 alii ex destinato, alii -e impulsi. dial. 10, 15, 3 parentes -e nobis datos. TAC. ann. 4, 58 haud -e dictum. ASCON. Mil. p. 37, 8 St. -e illa rixa commissa fuerat (*opp.* insidias ... fecisse). *dub.* HIL. in Matth. 16, 11 *Christus* sequendus ... est cruce assumpta et passionis suae si non -e (sorte*?*), attamen voluntate comitandus est. AMM. 22, 8, 35 in quam (*insulam*) ... -e delati. **d** *c. aliis verbi formis*: TAC. hist. 4, 29 miles ... saxa non -e (*i. temere*) iaciebat. SVET. Claud. 34, 1 etiam -e prolapsos ... iugulari iubebat. CARM. poet. min. V 770 (*dubium an non antiquum sit*), 10 *crines* cum -e (*i. inordinati, incompti*) iacent, absque labore placent. *nota structuram* PLAVT. Most. 694 non mihi -e (*sc. factum*) visum ... fuit, quom ... dedit.

2 *merum adverbium eventus* (*significat aliquam actionem non conexu causali, sed tantum temporali cum alia esse coniunctam. cf.* NON. p. 425 -s est casus temporalis): *huc pertinet iunctura* -e temere: TER. Phorm. 757 quam saepe -e temere eveniunt, quae (EVGRAPH. per casum atque fortunam). CIC. fat. 6 si ... -e temere casu ... fierent ... omnia. div. 2, 141 nisi ista casu nonnumquam -e temere concurrerent. LIV. 2, 31, 5. 23, 3, 3. 25, 38, 12. 39, 15, 11. 41, 2, 7 CVRT. 5, 11, 10 FRONTO p. 207, 13 N. -e ac temere: LVCIL. 451 si -e ac temere omnino (*sc. aliquid fit*). SEN. benef. 1, 15, 1. 4, 19, 3. -e aut temere: FRONTO p. 173, 20 N. PLAVT. Amph. 826 qui -e ted hinc absenti tamen tuam rem curet. Curc. 337 -e aspicio militem. Men. 29 Tarenti ludi -e erant, cum. Mil. 104 Most. 487 ENN. ann. 288*?* TER. Andr. 80 -e, ita ut fit, filium perduxere illuc. 118. 357. 924 Haut. 272 Phorm. 617 Eun. 424. LVCIL. 534 ibat -e aries. 1142 ACC. trag. 129 TVRPIL. com. 185. LVTAT. carm. 2 constiteram ... -e salutans, cum. BRVT. Cic. de orat. 2, 224 -e evenit, ut (LIV. 1, 7, 13. 1, 22, 3. 8, 35, 10. 22, 42, 10 *al.* VAL. MAX. 2, 6, 8 IVST. 8, 3, 14 SVLP. SEV. chron. 2, 13, 5. incidit: LIV. 1, 46, 5. 6, 34, 6. 26, 23, 2 *al.*

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accidit: Liv. 8, 5, 7 Cvrt. 10, 8, 13 Qvint. inst. 6 pr. 3 Tac. ann. 12, 27 Plin. epist. 8, 21, 3 Svet. Tib. 75, 2 *al.* Avg. civ. 22, 8 p 572, 23 D. Svlp. Sev. chron. 2, 5, 7). Brvt. Cic. de orat. 2, 224 in Tiburti -e assedimus. Cic. Pis. frg. 10 Rab. Post. 2 fat. frg 5 Lael. 2 *ex coni.* (fere *codd.*) phil. frg. V 48. Lvcr. 2, 813 nec refert ... quo -e colore ... sint. 2, 1059 ipsa sponte sua -e offensando semina rerum. 4, 752. 5, 367. 6, 275 Bell. Afr. 28, 2 *al.* Sall. Catil. 53, 2 Iug. 12, 3. 63, 1 *al.* (hist. 2, 29*?*) Verg. ecl. 7, 1 Aen. 1, 362. 2, 342. 3, 22. *nota verborum collocationem* 6, 171 tum -e ... dum personat aequora concha (*i.* tum, dum -e personat; *aliter Norden, comm.*[2] *p. 185*), ... aemulus exceptum *Misenum* Triton ... immerserat unda. *anacoluthon* 6, 186 *Aenêas* sic -e precatur: '...'. (6, 190) vix ea fatus erat, geminae cum -e columbae ... venere (*voluisse videtur poeta*: precatur ..., cum -e venere, *vel*: precatur -e, cum venere. *cf* Serv. *ad* 6, 186 vacat '-e': et est versus de his qui tibicines vocantur, quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem *eqs.* nec enim possumus intellegere eum fortuitu rogasse). 6, 349. 682 *al.* Hor sat. 1, 9, 1 epist. 1, 7, 29 *al.* Prop. 4, 10, 31 Ov. epist. 15, 251 ars 1, 289 *al.* Liv. 1, 5, 6 -e et Numitori ... tetigerat animum memoria nepotum. 1, 11, 6 *al. nota* 3, 6, 2 grave tempus et -e annus pestilens erat. 7, 6, 9 -e ita tulit casus, ut. 22, 46, 8 *opp.* de industria. 25, 21, 5 ad libidinem militum -e procurrentium consistentiumque. Manil. 3, 398 sextam summae, fuerit quae -e. Vitr. 7, 3, 7 Fest. p. 158 *al.* Vell. 2, 19, 3. 2, 92, 1 Val. Max. 3, 8 ext. 3 *al.* Cels. 5, 27, 4 Phaedr. 1, 2, 17 *al.* Sen. Herc. O. 500. 522*?* 722 dial. 2, 9, 1 *al.* Cvrt. 3, 8, 13. 3, 11, 13 *al.* Colvm. 9, 8, 14. 10, 31 Mela 2, 103 Ascon. Mil. p. 31, 22 St. Lvcan. 7, 235 Petron. 22, 4 *al.* Bvc. Eins 2, 5 Calp. ecl. 3, 1 *al.* Plin. nat. 8, 9 *al.* Val. Fl. 5, 329 *al.* Sil. 2, 481 *al.* Homer. 460 Stat. Theb. 1, 89 *al.* Mart. 3, 24, 4. 3, 100, 3 Qvint. inst. 1, 1, 34. 3, 7, 13 *al.* 11, 2, 7 quaedam requisita se occultant et eadem -e succurrunt. Dom. Af. or. frg. Quint. inst. 9, 2, 20 -e vos ... obvios casus ... mulieri obtulit. Ivv. 6, 642 *al.* Tac. ann. 4, 54. 15, 60 *opp.* prudens. hist. 1, 7 -e congruerat, ut. 2, 43 *al.* (*saepe* ac -e *in capite enuntiati, ut* 2, 35. 91 *al.*). Plin. epist. 2, 1, 5 *al.* Svet. Aug. 10, 2 *al.* Flor. epit. 1, 7, 6 *al.* Gran. Lic. p. 16, 1 Gaivs inst. 2, 142 *al.* Scaev. dig. 6, 1, 67. Pavl. dig. 2, 15, 15 rescisso -e pacto poena ... peti potest (sent 1, 1, 3 rescisso quoquomodo pacto). 10, 3, 8, 2 *al.* Gell. 13, 22, 1 Apvl. met. 1, 2 *al.* Tert. nat. 2, 10 p. 113, 13 anim. 9 p. 310, 26 *al.* Lact. inst. 5, 1, 26 *al.* Ivst. 1, 4, 8 *al.* Chalc. comm. 14. Vir. ill. 2, 8 exercitus seu -e seu divinitus restitit. Avr. Vict. Caes. 10, 3 *al.* Avien. ora 278 Avson. 68, 1 Amm. 14, 10, 9. 15, 5, 7*?* 24, 4, 28 *al.* Schol. Cic. Bob. p. 158, 14 St. Avg civ. 22, 8 p. 574, 9 D. *al.* Svlp. Sev. chron. 1, 27, 3 *al.* Mart. Cap. 1, 6 *al.* (*loco intellectu difficili, ni corrupto*: 9, 977). Vict. Vit. 1, 4 *al.* Drac. Romul. 2, 4 *al.* Cod. Iust. 5, 27, 9, 2 *al.* Carm. epigr. 865, 4. 955 *in nota* (= Corp. IV 1517). *hinc saepe coniungitur cum adverbiis temporis, velut*: tum (tunc) -e: Ter. Andr. 924 Cic. Lael. 2 (*ex coni.*) Verg. Aen. 6, 171 (*v. supra l. 9*). 9, 3 *al.* Ov. met. 4, 315 Liv. 1, 12, 9. 1, 59, 7. 2, 5, 3. 7, 22, 8. 8, 12, 2 *al. saepe.* cum -e (-e cum): Cic. Planc. 65 Lvcr. 4, 1135. 1208 *al.* Bell. Afr. 29, 3 Verg. Aen. 3, 301 *al.* Priap. 37, 3 Ov. met. 5, 448 *al.* Liv. 1, 34, 2 *al.* Manil. 2, 345 Vitr. 7, 7, 1 Val. Max. 2, 10, 3 *al.* Phaedr. app. 3, 13 (-e ... cum). 11, 1 (-e ... cum) Sen. epist. 58, 1 Cvrt. 4, 2, 14 Colvm. 8, 16, 3 (-e ... cum) Lvcan. 3, 652 Petron. 34, 2. 85, 4 Val. Fl. 4, 507 Sil. 13, 637 Homer. 500 Stat. silv. 2 praef. 25. 5, 2, 99 Mart. 1, 53, 7. 5, 49, 1 (-e cum). 6, 10, 1 Qvint. decl. 351 p. 381, 2 *al.* Plin. epist. 4, 17, 8 Svet. Aug. 1 *al.* Flor. epit. 2, 7, 14 Ivlian. dig. 14, 4, 12 Marcell. dig. 17, 1, 49 Vlp. coll. Mos. 1, 6, 3 Apvl. flor. 19 p. 93 Ser. Samm. 256 Avien. Arat. 1438 *al.* Avg. civ. 1, 29 p. 46, 13 D. Comm. instr. 2, 10, 10 Carm. c. pag. 48. 99. ut -e (-e ut): Plavt. Bacch. 278 -e ut assedi..., dum circumspecto, atque ego lembum conspicor. Men. 63 rus ut ibat -e. Ter. Ad. 406. 618 Rhet. Her. 4, 10, 14 Verg. Aen. 5, 329 *al.* Hor. sat. 1, 3, 64 Stat. Theb. 5, 18 *al.* Qvint. inst. 2, 11, 6. ubi -e: Lvcr. 6, 672. 1119 Stat. Theb. 4, 24. dum -e (-e dum) *et sim.*: Val. Max. 3, 8 ext. 1 Sil. 13, 385 Stat. silv. 3, 1, 68 Vlp. dig. 4, 4, 3, 7 Apvl. met. 8, 20 Mart. Cap. 9, 916. quando -e: Varro frg. Gell. 16, 16, 4. interibi: Plavt. Mil. 104. eo (eodem) ... die: Tvrpil. com. 185 Liv. 22, 15, 11 *al.* illa ... die: Ov. met. 2, 711. iis ... diebus: Liv. 30, 19, 12. per eos (eosdem) ... dies: Liv. 10, 21, 2 *al.* eo ... tempore: Liv. 6, 3, 11. per idem ... tempus: Liv. 10, 45, 2. sub (ad) idem ... tempus: Liv. 24, 36, 3 *al.* (*cf.* 34, 9, 12).

B *i. q. fortasse, forsitan*: Prisc. gramm. III 86, 27 *inter 'adverbia dubitativa'*: forsan ... fors, forte (*item* Cledon. gramm. V 66, 29 *inter 'adverbia dubitandi'. addit*: -e forsan et forsitan poeticum est, fortasse prosae). *cf.* Char. gramm. I 188, 27 (*p. 1136, 31*). 1 *loci selecti*: Laev. carm. frg. 9*?* (*v. p. 1132, 71*). Hor. epod. 16, 15 -e, quid expediat ..., quaeritis (Porph. fortasse). Vitr. 5, 5, 7 dicet aliquis -e ... esse. 6 pr. 4 sed -e nonnulli ... putant. Qvint. decl. 252 p. 33, 2 -e argumentis hoc colligo, ... coniectura probandum puto? locutus est populus. 335 p. 319, 21. Calp. decl. 13 p. 13, 15 dicis -e: maior ... fiebat. Vlp. dig. 42, 6, 1, 11 Pompon. dig. 17, 2, 62 Papin. dig. 18, 7, 6 pr. Gell. 5, 21, 1 'pluria' -e quis dixerit. Apvl. met. 2, 3 sum Byrrhaena..., cuius -e ... nomen ... retines. Itala (multi codd.) *et* Vvlg. Matth. 11, 23 si ... fuissent, -e mansissent (ἐμειναν ἄν). Tert. pudic. 7 p. 232, 27 ieiun. 17 p. 297, 26. adv. Marc. 2, 25 p. 371, 19 'iurat deus'. numquid -e per deum Marcionis? 5, 12 p. 618, 2 Herm. vulg. vis. *et* Pal. vis. 1, 2 sed -e in corde tuo ascendit illa *res* (πάντως). Ps. Orig. tract. 12 p. 138, 3 Pallad 3, 10, 3 Hil. trin. 9, 43 Optat. 2, 7 p. 44, 7 *al.* Qverol. p. 7, 21 Amm. 22, 7, 5 Schol. Cic. Gron. D p. 287, 19 St. 296, 26. 27. B 336, 26 Maximin. c. Ambr. p. 31, 10. 47, 16 Hier. epist. 7, 3, 1. 22, 37, 3*?* hom. Orig. in Ezech. 9 p. 964 Vvlg. I reg. 20, 26. psalm. 118, 92 tunc -e periissem (τότε ἂν ἀπωλόμην). 123, 3 -e vivos deglutissent nos (ἄν). Is. 44, 20*?* Rvfin. apol. Orig. 7 p. 596[B] Pavl. Nol. carm. 21, 354 Merob. poet. 112. Avg. civ. 1, 2 p. 6, 15 D. quid ... Minerva perdiderat...? an -e custodes suos? (*iunctura* an -e *frequens ap.* Avg., *ut* civ. 1, 19 p. 31, 5 D. 32, 21 *etc.*). 1, 10 p. 20, 9 *al* serm. ed. Mai 61, 4 Svlp. Sev. dial. 1, 13, 4 *al.* Comm. instr. 1, 7, 2*?* 1, 14, 2. 3. 1, 26, 21. 1, 29, 8. 2, 10, 4. 2, 28, 9. 2, 33, 11. 2, 34, 4*?* (*del. ed.*) Cassian. inst. 4, 34 Nest. 3, 10, 2. 3, 11 *al.* Val. Cem. hom. 20, 9. 10 Salv. eccl. 2, 37 *al.* Sidon. epist. 1, 11, 8. Clavd Mam. anim. 1, 3 p. 34, 3 sed ...-e contendas. 1, 4 p. 38, 10 *al.* Vict. Vit. prol. 1 *bis.* 1, 46 *al.* Alc. Avit. hom. 6 p. 109, 2 *al.* Boeth. in Porph. comm. ed. pr. 1, 13 p. 37, 15 *al.* Vitae patr. 5, 4, 65 Cassiod. in psalm. 33, 4 Ios. c. Ap. 1, 256. 295 sed -e ... numerus ... vicinus est (ὁ δὲ δὴ ... ἀριθμὸς ... σύνεγγυς). 1, 303 sed -e vacuum est (εὔηθες ἴσως ἂν εἴη). Cod. Iust. 3, 28, 35, 2. 5, 12, 31 pr. ita inveniebatur forsitan post ... liberos -e editos ... mulier indotata. Nicet. spir. sanct. 17 p. 32, 13 *al.* Caes. Arel. grat. 96. **2** *exempla, quae et ad A trahi possunt: in interrogationibus, negationibus, dubitationibus*: Cic. ac. 1, 2 ecquid -e Roma novi? Verg. Aen. 5, 291 qui -e velint ... contendere (5, 486). Svlpicia Tib. 3, 15, 4 dies ..., qui necopinanti nunc tibi -e venit. Qvint. inst. 5, 10, 122 ut sciant, an ...-e respondeant. 12, 11, 22 ut possit videri nulla -e (sorte *ed. Badii 1519*) nascendi aetas felicior quam nostra. Ivv. 3, 278 qui nullum -e cecidit. *in disiunctionibus*: Lvcr. 2, 85 cuncta ... aut gravitate sua ferri ... aut ictu -e alterius. 6, 709 interiisse neque a morbo neque -e veneno. Aetna 282 seu -e cavernae ... servent, seu terra ... abstrahat auras (290 sive ... seu -e. *sim.* Ov. ars 1, 65). Val. Fl. 4, 218 nec lacrimae nec -e preces ... pectora ... movent. Qvint. inst. 1, 2, 1 ut ea quae dixit effingat, non habitum -e et ingressum. 2, 4, 35. 9, 4, 49 ne dactylum quidem aut -e spondeum. Gaivs inst. 1, 150 ⟨tutorem⟩ ... vel in omnes res vel in unam -e aut duas (3, 8). Pavl. dig. 22, 3, 25, 1 vel mulier vel -e vir. Nemes. ecl. 2, 23 Anth. 449, 1 Firm. math. 5, 1, 29 Itin. [Silv.] 25, 1 Petr. Chrys. serm. 114 p. 514[C] Vict. Vit. 3, 3 *al.* Drac. laud. dei 3, 217 dei famulus fuerat, non -e Dianae.

C *significationes ex A vel B derivatae*: **1** -e *numeralibus additum interdum idem prope valet quod 'fere', 'circiter'*: Manil. 3, 457 ternis fuerit si longior horis brumali nox -e die. Cels. dig. 28, 5, 60 (59), 1 ex parte -e quarta. Tryph. dig. 13, 7, 23 si ... post quinquennium -e ... potest. Itin. [Silv.] 20, 8 illae gentes -e ad mille passus de civitate ... attendunt locum. 20, 10. 21, 4. Avg. grat. Christ. 35, 38 trecentis -e versibus. *similiter 'fere', 'prope'*: Qvint. inst. 10, 7, 30 feruntur *commentarii* ... et inventi -e, ut eos dicturus quisque composuerat, et in libros digesti. Alc. Avit. carm. 6, 643 cui Christus sic -e refert. **2** -e *in exceptione speciei (singulorum) ex genere, i. q. 'ut puta', 'velut'*: Qvint. inst. 11, 2, 18 loca deligunt ... multa varietate signata, domum -e magnam. Ivlian. dig. 28, 6, 31 pr. quamvis ... heres esse desisset, -e ex causa de inofficioso. Gaivs inst. 4, 74[a] potest quisque tertia -e aut quarta vel etiam minore parte ... negotiari. dig. 3, 5, 21 (22) si ... id ... casu quodam interierit, -e incendio ruina. 30, 67 si quid ... malitiose fecisse dicatur, -e rationes interlevisse. Papin. dig. 31, 67, 4 si ... partem -e quartam extero ... legaverit. Tryph. dig. 20, 4, 20 eidem debitori crederes -e quadraginta. Vlp. dig. 2, 4, 10, 12 *v. p. 1133, 62.* 4, 6, 28 pr. an ei subveniri debeat, puta studiorum causa, -e procuratore ... defuncto. 4, 8, 3, 3 in aliquo magistratu positus..., consul -e vel praetor. 5, 1, 18, 1. 8, 5, 10 pr. 10, 2, 4, 1 *al.* 26, 7, 3, 3 ut puta si pater ... hoc fecit, -e minor viginti annis. 33, 9, 3, 1 ut puta, in quibus esse solemus, oleum -e, garum, muriam *eqs.* 48, 22, 7, 8 in parte certa provinciae moraturum relegare potest, ut -e non excedat civitatem aliquam. Pavl. dig. 9, 1, 2, 1 aliquem evitans, magistratum -e. 10, 1, 4, 8. Cod. Iust. 6, 51, 1, 11 fideicommissarii duo -e (fere *al.*) vel plures. 10, 35, 3 pr. *al.* 6, 43, 2 pr. directis verbis, qualis est 'iubeo' -e. 6, 51, 1, 4 Novell. Iust. 23, 3, 1. 34, 1. *cf. etiam sub iunctura* -e si, *p. 1133, 79 sqq.*

sis . . . -issime claustris. STAT. Theb. 8,82 non -ius aethera vultu torquet . . . Iuppiter. silv. 3, 4, 43 te . . . Nais . . . apprensa traxisset -ius urna. 5, 1, 173 *maritum* aegris circumdat -r ulnis. MART. 10, 42, 5 -ius impressi . . . tibi basia. APVL. met. 1, 22 tam -r fores verberasti. 4, 22 instanter ac -r manducantem (MARCELL. med. 20, 54). 7, 13 rudivi -r. HERM. Pal. sim. 9, 2, 5 quod ita -r starent *virgines*, tamquam caelum portarent (*item* vulg. sim. 9, 2. *ἀνδρείως*). *sim.* 9, 4, 1. PALLAD. rust. 3, 27 mellis . . . -r triti (9, 13 *al.* ORIBAS. syn. 1, 21). 11, 14, 3 *vinum* -r commovent. 11, 14, 14. 11, 17, 1 *syn.* vehementer. 11, 19, 1. ZENO 2, 36 p. 482^{A} -r bibite. QVEROL. p. 42, 17 -r claude . . . fores. AMM. 21, 4, 5 Vadomarium -r apprehensum rectori militum . . . custodiendum commisit. 26, 8, 10 catenam -ius bipenni concidens. VEG. mil. 1, 15 p. 18, 12 ut arcum scienter teneant, ut -r impleant. 1, 17 p. 20, 3 his telis scienter utebantur et -r. 1, 20 p. 24, 6 *ferrum* scienter ac -r directum. 2, 14 p. 47, 16 qui hastas . . . perite iaculetur et -r. *ibid.* p. 48, 4 equitare -issime. 2, 25 p. 60, 6. PELAGON. 196 si . . . inter lapides equus -r tripodaverit. CHIRON 23 cum coeperint *iumenta* in illo pede -ius calcare (*cf.* VEG. mul. 1, 26, 3 firmiter . . . stare). 367 p. 112, 18 quo usque -ius se habeat *iumentum* (*cf.* VEG. mul. 2, 109, 4 convalescere). PS. AMBR. laps. virg. 8, 38 -r inhaere . . . tabulae. HIER. epist. 1, 5, 1 toto corpore ad eculeum -ius alligato. *nota* in Is. 40, 18 sqq. p. 407^{D} *artifices* deum . . . laminis . . . compingant ac -r statuant (*i. ita, ut fortiter stet*). in Ier. 1, 71, 2 p. 53, 15 clamet -r (VVLG. Ier. 4, 5 *al.*). VVLG. iud. 16, 30 concussis . . . -r columnis. prov. 30, 33 -r premit ubera. *in translatione* AVG. civ. 20, 13 p. 437 D. *membra Christi* ei maxime atque -issime cohaerebunt. 20, 30 p. 482 forti . . . -ius alligato. c. Petil. 2, 21, 48 quanto . . . -ius in vos exclamandum est: '. . .'. CLAVD. MAM. anim. 1, 15 p. 61, 5 -ius quippiam manus multae . . . retinent. GREG. TVR. Franc. 7, 32 *legatos* -issime caedi. ORIBAS. syn. 6, 33 constringere -r manus (*ἐντόνως*). PASS. Thecl. C. 15 p. 39, 19 comprehendens Paulum -r. VITA Caes. Arel. 1, 47 cum . . . -r reniteretur. VEN. FORT. vita Leob. 5, 18 frontem eius chordis -r circumdantes. *transl. de actione non corporali*: SEN. contr. 2, 3, 22 interdum diu schemata prosequi, interdum breviter et -ius astringere (attingere *codd.*). VELL. 2, 131, 2 quorum cervices tam -r sustinendo . . . imperio sufficiant. PHAEDR. 3 pr. 14 otium des corpori, ut assuetam -ius praestes vicem. LACT. opif. 3, 16 *animalia firmiora* vim caeli -r patiuntur. HIER. in Ier. 2, 50 p. 109, 8 'apprehenderunt' . . . -r 'mendacium'. AVG. c. Petil. 3, 21, 24 tenete . . . intentissime atque -issime, quid debeat respondere (BACHIAR. repar. laps. 18 p. 1057^{B} non -r tenuimus, quod tenebamus).

B *de vi voluntatis vel cupiditatis* (*pertinaciter, intente, valide*): CIC. Quinct. 31 iniuriam facere -issime perseverat. AETNA 24 -ius ignotas molimur pectore curas. OV. epist. 13, 83 -ius ille potest multo, quam pugnat, amare. COLVM. 4, 3, 1 plerique nova opera -ius auspicantur quam tuentur perfecta (*cf. infra*: strenue fabricant). 5, 6, 4 condimento illectae pecudes -ius iusta cibariorum conficient. APVL. met. 2, 5 cave -r a malis artibus. ITALA act. 18, 28 (codd. d g) -r . . . Iudaeos convincebat (*ἐντόνως*, VVLG. vehementer). FIRM. math. 1, 1, 2 quanto vehementius pugnant . . ., tanto fidem astrologiae vehementius -iusque confirmant. ZENO 1, 2, 7 p. 276^{B} -ius praecavendum est (2, 40 p. 489^{A}). 2, 41 p. 490^{A} -r examinati estis. LVCIF. Athan. 2, 25 p. 193, 24 -issime es dolens. non parc. 5 p. 218, 22 -r . . . prophetam persecutus. AMM. 19, 12, 17 inquisitum . . . -ius. 23, 1, 3 rei . . . -r instaret. PS. AMBR. laps. virg. 8, 37 -ius dolendum, quia peccatum est -ius. VVLG. iud. 8, 1 iurgantes -r. AVG. civ. 5, 20 p. 231 D. teneat . . . voluptatem -r in animi cogitatione. bapt. 2, 11, 16 p. 192, 15 magno conatu per Optatum . . . -r institerunt. adv. Don. 31, 54 nostra . . . documenta -ius adiuverunt. SVLP. SEV. dial. 1, 25, 4 adversus vanitatem . . . ita invictum spiritum gessit, ut illa vitia -ius nemo contempserit. *ibid.* vanitati . . . neminem -ius repugnare (*cf. infra l.* 78). BACHIAR. 16 p. 1054^{B} -r te serva atque custodi. SIDON. epist. 4, 1, 1 germana fraternitas, quae plerumque se purius, -ius, meracius amat. CLAVD. MAM. anim. 2, 2 p. 101, 5 mortalium generi . . . datum est, ut abstrusa -ius quaerat. BOETH. categ. 3 p. 243^{A} si ab eis non -r addiscatur *scientia*. HIST. Apoll. rec. A 28 iuravit -r (*cf. ibid.* quod . . . graviter iurasset). PALLAD. hist. mon. I 25 p. 311^{D} -r huic . . . spiritus fornicationis incubuit (*εἰς βάρος*). 47 quod adhuc -r repugnaret . . . inimicus (*τῷ ἀκμὴν ἀντιπράττειν . . . τὸν ὑπεναντίον*). VEN. FORT. vita Pat. 1, 2 memoriam -r diligit in defuncto.

C *de potestate* (*efficaciter*): NERAT. dig. 2, 11, 14 eadem et -ius adhuc dici possunt, si (VLP. dig. 7, 9, 3, 4 *al.* PAVL. dig. 2, 7, 2). CELS. dig. 8, 6, 12 -ius . . . ius aquae ducendae retinetur. PAPIN. dig. 36, 1, 55, 3 quod -ius probabitur, si. TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 341, 6 quo -ius commendem . . . ita institutum. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 332, 8 poeta -ius probat, cum . . . pronuntiat. CLAVD. 17, 240 peragit tranquilla potestas *consulis*, quod violenta nequit mandataque -ius urget imperiosa quies. *sim.* DIOSC. 3, 159 coriu(m) radicis eius funibus -issime additur (*gr.* 3, 149 *ὁ . . . φλοιὸς ἐνδετεῖ εἰς πλοκὴν σχοινίων*).

III *de gradu vel effectu actionis* (*valde*; -ius: *magis*): OV. met. 6, 708*?* (*v. p. 1164, 74*). Pont. 3, 1, 72 cum valeas -ius ipsa (*opp.* si te magis ipse valerem). FIRM. math. 5, 2, 16 infelices, amaros, . . . laborantes -r. err. 6, 2 Iuno -ius inflammata. *nota* SCHOL. Cic. Gron. B p. 330, 32 St. -r timebat (PALLAD. hist. mon. I 25 p. 310^{B} dum . . . -r timet [*σφόδρα*]. BAVDON. 14). PELAGON. 187 *equus* si -ius aestuaverit. PELAG. in Gal. 1 p. 807^{D} '. . .' repetitum -ius commendatur. VVLG. II Macc. 14, 31 cum ille cognovit -r se a viro praeventum (*γενναίως*). ROMVL. fab. Aesop. 33, 5 *lepusculus* -r fatigat . . . canem. ORIBAS. syn. 1, 18 qui -r vomere volunt (*οἱ . . . ἰσχυροτέρῳ βουλόμενοι χρῆσθαι*). 1, 26 coctis . . . ficis -r (*ἱκανῶς*). 6, 14 cum -r fuerit purgatus (*μετὰ . . . σφοδρὰν κάθαρσιν*). HIST. Apoll. rec. A 48 uxorem flens -r. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 275^{C} -r . . . urgeri (*σφοδρῶς*). MISC. Tir. p. 52, 15 coriandrum in aqua macerabis -r.

IV *de vi rerum*: **A** *magis de impetu, efficacia, pertinacia* (*firme, valide, vehementer, efficaciter*): HOR. sat. 1, 10, 15 ridiculum acri -ius et melius . . . secat res (PORPH. venuste magis mordent dicta. SCHOL. gravius vulnerat). OV. fast. 3, 308 pugnantes -ius illa (*vincula*) tenent. SEN. nat. 2, 58, 1 spiritus . . . -ius ipsa iactatione se accendit. LVCAN. 5, 413 -ius hiberni flatus . . . fretum . . . tenent (*cf.* ADNOT. vehementiores sunt venti). ANTH. 692, 8 socias (constans *cod.*) -ius ire preces. PS. QVINT. decl. 1, 10 ut sequens *ictus* -ius feriat. GARG. MART. med. 2 nulla . . . alia res -ius . . . urinae difficultates resolvit. 47 fluxus . . . -issime detinet (*ibid.* stomachum . . . vehementer astringit). CYPR. hab. virg. 2 p. 188, 9 radicibus -ius fixis. FIRM. math. 2, 13, 5 malitia Saturni -ius crescit. 3, 6, 6 haec -ius decernuntur mala. 3, 6, 31 *Venus* -ius facit, si. 4, 19, 14 -ius decernit, si. 5, 1, 4 *al.* (*saepe*). err. 16, 5 si malum -ius creverit. *ibid.* -ius se medicina componit. 28, 4 ut confirmata mens -ius roboretur. PALLAD. rust 1, 39, 3 -ius . . . vapor inter angusta luctabitur. 11, 18, 1. LVCIF. non conv. 9 p. 18, 1 ut cancer in te -issime . . . serpserit. VEG. mil. 4, 14 p. 137, 19 ut -ius caedat *machinamentum*. HIER. epist. 53, 2, 2 vox . . . in aures . . . -ius insonat. 64, 18, 6 rationale cum ephod -ius stringitur. in Is. 17, 12 p. 245^{C} pulvis . . . -ius rapitur (*sc. vento*). 64, 7 p. 625^{A} *peccata* nos -r strictos tenere. VVLG. exod. 39, 19 *superhumerale et rationale* anulis -ius copulata. sap. 8, 1 *sapientia* attingit . . . a fine usque ad finem -r (*εὐρώστως*). act. 19, 20 -r crescebat verbum dei (*κατὰ κράτος*). AVG. agon. 7, 8 cruciatus . . . malas animas miserabiliter affligit, bonas . . . -r purgat. RVFIN. apol. Orig. praef. p. 548^{C} qui⟨d⟩ apud omnes iudices pro defuncto -ius et firmius valere debet. HIPPOCR. progn. 15 ventrem . . . calere -r (*ἰσχυρῶς*). PS. APVL. herb. 2, 24 radices . . . -r medentur. EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941^{B} legem naturae -r illis (*piscibus*) inhaerentem. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 818 *coloquintida* deducit non -r. p. 819 *euforbium* turbat -r (*ταραχτικὸν ἰσχυρῶς*). *ibid.* cnicus purgat . . ., non tamen -r (*οὐ μὴν ἰσχυρῶς*). eup. 2, 1 A 8 acacia desiccat . . . -r (*σφοδρῶς. opp.* mediocriter). A 35. **B** *magis de patientia* (*duriter, patienter, pertinaciter*): COLVM. 3, 2, 8 *minor Aminea* ventos -ius patitur. 3, 2, 20 *vites baliscae* imbres . . . -issime sustinent. PLIN. nat. 16, 210 rigorem -issime servat ulmus. 17, 108 validius demissi *calami* tardius ferunt, -ius durant (21, 67). ROMVL. fab. Aesop. 87, 3 *urna* -r stabat. ORIBAS. syn. 6, 32 insomnietatem . . . -r perdurantem (*ἰσχυρῶς*). CARM. epigr. 1552 A 8 memoratio multa . . . servet . . . mansuris -ius annis.

syntactica: *verbo dicendi vel agendi supplendo*: TER. Ad. 566 virum te iudico. :: laudas? ne ille continebit posthac . . . manus. :: -r (*sc. fecit? cf.* 567 perfortiter). CIC. Planc. 52 *v. p. 1162, 32.* Mil. 58 dixit . . ., qui semper omnia constanter et -r, M. Cato. Att. 7, 3, 11 ne aut obiciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si -ius. VAL. MAX. 9, 15, 5 multo -ius ille, qui. SEN. apocol. 7, 3 haec satis animose et -r (*cf* 7, 1). PLIN. epist. 4, 22, 3 *v. p. 1163, 22.* 4, 22, 4 FLOR. epit. 2, 15, 17. 4, 2, 67 AMM. 16, 5, 4. *dub. an adv.*: TER. Eun. 50 quid igitur faciam? non eam . . .? an . . . ita me comparem non perpeti . . . contumelias? exclusit . . . redeam? non si me obsecret. :: si . . . possis, nil prius neque -ius (*facies?* DON. deest 'est'). -r *additur adiectivis* (OV. trist. 5, 11, 4 *v. p. 1164, 37*): ELEG. in Maecen. 1, 40 miles . . . Augusti -r usque pius. SEN. dial. 11, 13, 6 homo -r miser. ORIBAS. eup. 2, 1 A 2 non . . . -r sicca (*μετρίως*). C 11 oleum . . . -r leptomeris est (*ἱκανῶς*). A 35 *astafis* acris -r (*ἰσχυρῶς*). VEN. FORT. carm. 3, 29, 11 mihi -r esse molestum, quod. *de* -r *vice adiectivi usurpato nugatur* VIRG. gramm. epit. 8 p. 68, 15 (= gramm. suppl. p. 198, 13).

-r *componitur cum adverbiis ab* f *incipientibus*: facile: AVG. bapt. 2, 1, 2 p. 176, 22. feliciter: LIV. 5, 30, 5. 5, 43, 7. 28, 9, 7 (fideliter *al.*). 31, 20, 2 SEN. suas. 2, 4 SEN. nat. 6, 32, 6 epist. 24, 5 PANEG. 12 (2), 47, 2 CAPITOL. Gord. 14, 4 *al.* IVST. 6, 2, 16 AVG. op. monach. 22, 25. fideliter: LIV. 23, 16, 1 frg. 60 CYPR. epist. 39, 4 p. 584, 1 ZENO 2, 41 p. 489^{B} AVG. civ. 8, 19 p. 349, 25 D. fidenter: PASS. Mar. Iac. 12 p. 62, 4. firme: RVFIN. apol. Orig. pr. p. 548^{C}.

fortitās [*a* fortis. *Th.*] *ἀνδρειότης, γενναιότης*: GLOSS. II 225, 12. 262, 26 *al.*

✖**fortitūdo**, -dinis *f. a* fortis. *plur. v. p. 1171, 22.* GLOSS. *ἀνδρεία, ἀρετή, ἰσχύς, ῥώμη*. firmitas, robur, valentia. *cf.* HIER. in Eph. 6, 10 p. 669. PROB. Verg. ecl. 7, 61 *ἀπὸ τῆς ἀλκῆς*, id est -e (SCHOL. Verg. Medic. *ibid.*). *in translatione nominum hebr.*: EVCHER. instr. 2 p. 142, 9. 20. 21. 143, 18 ISID. orig. 7, 5, 10. 7, 6, 47. 56. 7, 8, 9. *nominis Gothorum*: ISID. Goth. 2 chron. II p 268, 12. *singulis locis ap.* TER. PACVV. AFRAN., *usitatum inde a* RHET. Her. *et* CIC. (*nota quod deest ap.* VARRON. CATVLL.; *unico tantum loco invenitur ap.* CAES. [*p. 1167, 83*]; *item ap.* LIV. [*p. 1168, 1*] VELL. [*p. 1172, 30*], *bis ap.*

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat.). [*corrupte vel loco corrupto*: CIC. rep. 3, 40 SEN. nat. 2, 59, 4 CAPITOL. Gord. 19, 6.]

I ***animantium qualitas***: **A** *ad animum pertinens tam agentis quam patientis* (*audacia, animi magnitudo, vigor, patientia, tolerantia*): **1** ***generatim***: **a** *definitiones quaeque eo spectant*: RHET. Her. 3, 2, 3 -o est rerum magnarum appetitio et rerum humilium contemptio et laboris cum utilitatis ratione perpessio. 4, 25, 35 -o est contemptio laboris et periculi cum ratione utilitatis et compensatione commodorum (*opp.* temeritas). CIC. inv. 2, 163 -o est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio. eius partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. p. 156, 9 *et* 301, 40). part. 77 *vis virtutis est*, quae venientibus malis obstat, -o, quae, quod iam adest, tolerat et perfert, patientia nominatur. rep. 5, 9 quae virtus -o vocatur, in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemptio. Tusc. 2, 43 viri . . . propria maxime est -o, cuius munera duo sunt maxima, mortis doloris-que contemptio. 4, 50 neque . . . est ulla -o, quae rationis est expers. 4, 53 (*definitiones Sphaeri Stoici*) -o est . . . affectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans vel conservatio stabilis iudicii in eis rebus, quae formidolosae videntur, subeundis et repellendis vel scientia rerum formidolosarum contrariarumque aut omnino neglegendarum, conservans earum rerum stabile iudicium. *ibid.* (*definitio Chrysippi*) -o est . . . scientia rerum perferendarum vel affectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore. 5, 41 quae est . . . alia -o nisi animi affectio cum in adeundo periculo et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? off. 1, 62 probe definitur a Stoicis -o, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate. 1, 63 animus paratus ad periculum, si sua cupiditate . . . impellitur, audaciae potius nomen habeat quam -is (*ex Platon. Menex. p. 246*^{e} *et Lach. p. 197*^{b}). off. 3, 117 -o . . . est dolorum laborumque contemptio. 3, 118 *Epicurei* -em . . . tradunt rationem neglegendae mortis, perpetiendi doloris. SEN. benef. 2, 34, 3 -o est ⟨virtus⟩ pericula iuste (-a *cod.*) contemnens aut scientia periculorum repellendorum, excipiendorum, provocandorum (*cf.* epist. 67, 6). epist. 85, 28 -*o* non est . . . inconsulta temeritas nec periculorum amor nec formidabilium appetitio: scientia est distinguendi, quid sit malum et quid non sit. diligentissima in tutela sui -o est et eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est. 88, 29 -o contemptrix timendorum est. 113, 27 quid est -o? munimentum humanae imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitae obsidione perdurat. QVINT. inst. 12, 1, 23 sine virtute intellegi non potest -o. GELL. 12, 5, 13 (*verba Tauri*) ea vera et proba -o est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum (*v. quae praecedunt*). APVL. Plat. 2, 5 -o . . . circumsistitur hinc audacia, illinc timiditate. 2, 21 -em nervos animi ipsasque cervices *esse* ait *Plato*, ut ignaviam animae . . . imbecillitati esse finitimam. LACT. inst. 1, 18, 3 virtutem . . . corporalem, quae dicitur -o. *sim.* 3, 12, 1. ZENO 1, 3, 2 -o, quae hominibus est cum feritate communis, omne ius in viribus habet. AVG. divers. quaest. 61, 4 *est virtus* firmitas animi adversus ea, quae temporaliter molesta sunt. MACR. somn. 1, 8, 7. 9. ISID. diff. 2, 157 -o est animi magnitudo atque gloria bellicae virtutis, contemptus honorum et divitiarum. *de partibus fortitudinis*: CIC. inv. 2, 163 *v. supra l. 9.* Tusc. 2, 32 -i comitibusque eius, magnitudini animi, gravitati, patientiae, rerum humanarum despicientiae (*cf.* VICTORIN. rhet. p. 301, 40 *ad h. l.*). **b** *loci selecti*: TER. Phorm. 325 o vir fortis . . . verum . . . vereor, ne istaec -o in nervom erumpat (EVGRAPH. ne haec virtus et -o mittatur in nervom). PACVV. trag. 173 par -o, gemina confidentia. RHET. Her. 3, 3, 5 -is retinendae causa. 3, 3, 6 quam ille -em nominarit, eam nos gladiatoriam et inconsideratam appellabimus temeritatem (*item* temeritas *opponitur* 4, 25, 35 *cum definitione utriusque vocabuli; cf. supra l. 7*). 3, 5, 9 -i fortunam . . . esse adiumento solere. 4, 16, 23 ut possit bellum -o minuere, pacem humanitas augere. CIC. Verr. 3, 192 an *patronus Verris* ab hac istius infamia . . . vestros animos in aliam partem -is commemoratione traducat? at homo inertior, ignavior, magis . . . impura inter viros muliercula proferri non potest. Manil. 29 virtutes imperatoriae . . . labor in negotiis, -o in periculis, *eqs.* Catil. 1, 29 et vehementius severitatis ac -is invidia quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. p. red. in sen. 19 audaciam virtute, furorem -e . . . superandam. Sest. 86. 113 Anchari fidem ac -em. Balb. 13 *Pompei* cum -is tum vero humanitatis . . . vestigia. Phil. 13, 6 *bis.* part. 81 -em audacia imitatur. rep. 1, 2 unde in laboribus et periculis -o. leg. 2, 10 rem gessisse tantam -is lege atque imperio. fin. 1, 49 nec timiditatem ignaviamque vituperari nec -em patientiamque laudari suo nomine (*cf. ibid. supra*: laborum perfunctio *et* perpessio dolorum). 1, 64. 2, 95 virtutis, magnitudinis animi, patientiae, -is fomentis. 4, 31 (*app.* patientia). 5, 67 ut -o in laboribus periculisque cernatur. ac. 2, 135 iracundiam -is quasi cotem esse dicebant *Peripatetici* (Tusc. 4, 43). Tusc. 2, 11 *al.* 2, 53 quid patientia, quid -e, quid animi magnitudine dignissimum sit. 4, 50 an -o, nisi insanire coepit, impetus suos non habet? 5, 76 -em, magnitudinem animi, patientiam (5, 80). off. 3, 99 (*app.* magnitudo animi. *sim.* phil. frg. V 64). epist. 5, 13, 3 te . . . praeceptorem -is. CAES. Gall. 1, 2, 5 pro gloria belli atque -is. SALL. Catil. 52, 11 malarum rerum audacia -o vocatur. NEP. Thras. 2, 6. Hann. 1, 1 *populi Romani.* LIV. 41, 4, 1 notae -is virum. VITR. 1, 1, 6 -is effectus (*ibid.* virtutis). 6, 1, 11 temperatissimae . . . et corporum membris animorumque vigoribus pro -e sunt in Italia gentes. VAL. MAX. 3, 2 *inscribitur*: de -e. *ibid.* praef. cuius (*virtutis*) ponderosissima vis et efficacissimi lacerti in -e consistunt. 3, 2, 1 *al.* 3, 2, 13 animi -em (PORPH. Hor. carm. 1, 7, 23. LACT. inst. 3, 12, 4 *opp.* corporis. SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 16. POMER. 3, 20, 1 *definitur.* IORD. Get. 175 pro animi -e et robore mentis. *cf. etiam infra l. 43/4*). 3, 2, 17 togae . . . -o militaribus operibus inserenda est. 3, 2, 21 *syn.* virtus. SEN. dial. 3, 20, 2 ira . . . tantum . . . abest a magnitudine animi, quantum a -e audacia. 4, 15, 2 quae -i apta erant, audaciae temeritatique consuescunt. 7, 25, 6 obluctetur patientia, -o, perseverantia. epist. 33, 2 -o et industria et ad bellum prompta mens. 45, 7 temeritas sub titulo -is latet (*sim.* 120, 8). 67, 6 *tormenta patienter ferre* -is pars est. QVINT. inst. 2, 20, 8 *al.* 3, 7, 24 patientia ac -o. TAC. Agr. 33 *opp.* patientia ac labore. hist. 4, 8 constantia -e Catonibus et Brutis aequaretur. ann. 15, 63 *Seneca moriturus* paululum adversus praesentem -em mollitus (*i. desciscens a -e modo probata*; formidinem *Nipperdey*, fortunam *Haase*). PLIN. paneg. 16, 2 *opp.* moderatione. 16, 3 SVET. Aug. 3, 2 *opp.* iustitia. FLOR. epist. 1, 18, 16 Tarentina victoria ostendit populi R. -em. GELL. 2, 1, 3 *Socratis* (*syn. ibid.* tit. patientia corporis). 13, 23, 7 virtus et -o (*interpretatur Sabinum* 'Nerio'). MIN. FEL. 36, 8 *syn.* virtus. PANEG. 2 (10), 4, 3 *opp.* clementia. 10 (4), 21, 2. 7 (6), 4, 2 alacritate ac -e. IVL. VAL. 2, 21 audaciam . . . -emque . . . Alexandri. 2, 24 *al.* AMM. 14, 10, 14 *opp.* lenitas. SERV. Aen. 4, 11 'pectore' *pertinet* ad patientiam, 'armis' ad -em. CLAVD. DON. Aen. 7, 651 in pulchro corpore non facile potest reperiri -o. HIER. epist. 60, 19, 3 -em mentis (BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 131, 10 *opp.* imbecillitas corporis. ISID. diff. 1, 570 *virtutis* pars est -o mentis. *cf. p. 1169, 12*). VVLG. Iob 4, 6 ubi est timor tuus, -o tua, patientia tua? 6, 11 *al.* II Macc. 6, 31 memoriam mortis . . . ad exemplum virtutis et -is derelinquens (*ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς*). AVG. civ. 1, 18 p. 29, 18 D. cum pudicitia virtus sit animi comitemque habeat -em, qua potius quaelibet mala tolerare quam malo consentire decernit. 4, 20 p. 169, 25 cur . . . -o dea non est, quae affuit Mucio? 19, 4 p. 361, 16 quae (*mala*) -em . . . faciunt homicidam; si tamen adhuc dicenda est -o, quae ita his malis vincitur, ut *eqs.* (*ibid.* virtus *et* patientia). SVLP. SEV. epist. 2, 13 -o vincendi, patientia expectandi, aequanimitas sustinendi. DAMIG. lapid. 34 *galactites* -e et potentia in iudiciis . . . litigatores vincere facit. PHYSIOGN. 36 p. 53, 9 -is, audaciae, animositatis index. 51 p. 71, 6 alacritatis et -is indicium (I 376, 6 *θυμοῦ καὶ ἀλκῆς*). CASSIAN. inst. 5, 12, 2 (*ibid.* virtutem). SALON. in eccl. p. 1004^{c} vigorem ac -em animae. IORD. Get. 59 paternam (*i. Herculis*) -em propriis virtutibus aequans *Telefus*. GREG. M. moral. 1, 44 *syn.* confidentia. MART. BRAC. form. vit. 3, 1 *syn.* magnanimitas, fiducia. **c** -o *inter quattuor (quinque) virtutes principales*: RHET. Her. 3, 2, 3 *rectum* dividitur in prudentiam, iustitiam, -em, modestiam (*eodem ordine* 3, 6, 10). CIC. inv. 2, 159 habet *honestas* . . . partes quattuor: prudentiam, iustitiam, -em, temperantiam. Catil. 2, 25 aequitas, temperantia, -o, prudentia, virtutes omnes. fin. 1, 49. 50. 2, 51 sapientiae, -is, iustitiae, temperantiae. 2, 94 *cf.* 4, 6. 5, 36. 67. Tusc. 3, 17 -em, iustitiam, prudentiam . . . frugalitas. 3, 36 *cf.* 5, 80 phil. frg. V 50. SEN. benef. 4, 8, 3 iustitia, probitas, prudentia, -o, frugalitas unius animi bona sunt. *cf.* epist. 73, 15. 90, 46. 92, 19 iustitia, pietas, fides, -o, prudentia. *cf.* 95, 55. 113, 1 *al.* 115, 3. 120, 11. QVINT. inst. 1 pr. 12. 2, 21, 3 iustitia, -o, continentia. 3, 7, 15 *cf.* 5, 10, 57. APVL. Plat. 2, 1 animi virtutes, prudentiam, iustitiam, pudicitiam, -em. *cf. ibid.* -em quartam esse (*Plat. legg. 1 p. 631*^{c} *τέταρτον δὲ ἀνδρεία*). 2, 9 sapientiam . . . prudentiam . . . -em . . . continentiam. *cf.* 2, 24 PANEG. 3 (11), 19, 2. 6 (7), 3, 4. 11 (3), 5, 4 aequitatis . . ., temperantia . . ., -is . . ., providentiae. 11 (3), 21, 4 FIRM. math. 1, 2, 5. 1, 7, 22. COMMENT. Lucan. 2, 380 p 74, 2 quattuor virtutes, iustitiam, frugalitatem, prudentiam, -em. HIER. epist. 52, 13, 2. 64, 20, 3 AVG. civ. 4, 20 p. 169, 16 D. 5, 20 p. 231, 19 *al.* MACR. somn. 1, 8, 7. 9 ISID. diff. 2, 154 (*cf.* 1, 570). **d** -o *inter varias diversi generis virtutes*: CIC. de orat. 2, 343 clementia iustitia benignitas fides -o in periculis communibus. rep. 1, 2. 3, 40 fin. 2, 95 *v. p. 1167, 76.* 5, 43 Tusc. 5, 13 phil. frg. V 64 SEN. benef. 7, 14, 3 dial. 9, 3, 4. QVINT. inst. 12, 2, 17 de iustitia, -e, abstinentia, temperantia, pietate. 12, 2, 30. 12, 5, 2 PLIN. epist. 1, 22, 7 PANEG. 10 (4), 33, 2. 12 (2), 6, 2. 12 (2), 40, 2 FIRM. math. 1, 7, 34 AMM. 22, 7, 9 HIER. epist. 64, 21, 4. *cf. etiam sub* **b**.

2 *speciatim*: **a** *de mulieribus*: AFRAN. com. 65 disperii, perturbata sum, iam flaccet -o. CIC. epist. 14, 1, 1 incredibilem tuam (*Terentiae*) virtutem et -em. VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 PLIN. epist. 7, 19, 7 SERV. Aen. 11, 502 CASSIOD. inst. div. 6 p. 1118^{d}. **b** *de bestiis* (*locorum pars pertinet ad* B, *dum corporis robur vel sanitas intellegitur*): CIC. off. 1, 50 in quibus (*feris*) inesse -em saepe dicimus, ut in equis, in leonibus. PHAEDR. 4, 16, 6 vestrae (*hircorum*) -i. COLVM. 6, 37, 4 -em celeritatemque avitam (*sc. onagri.* PALLAD. 4, 14, 2). VLP. dig. 21, 1, 38, 7 si mulus castratus est . . . neque de -e quid eius detrahitur neque de utilitate. APVL. flor. 21 p. 100 equum . . . diutinae -is. CHIRON 160 revocas ad pristinam -em *iumentum.* VVLG. num. 23, 22 rhinocerotis. Iob 39, 19 praebebis equo -em. 40, 11? 41, 13.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 146, 10 non in -e equi voluntatem habebit (*ἐν τῇ δυναστείᾳ.* ITALA cod. b *et* Aug. in psalm. potentatus). prov. 14, 4 bovis. *in periphrasi de ipsa bestia* GREG. M. moral. 4, 14 ceti -o in aquis capitur. **c** *metonymice de fortiter facto, faciendo*: VITR. 6, 1, 10 meridianae nationes ... simul ad -em ingrediuntur, ibi succumbunt, quod habent exuctas (exustas *al.*) ab sole animorum virtutes.
d *de vi dicendi* (*quod tuo iure trahere possis ad* B): SIDON. epist. 5, 10, 3 -o Alcimi, Adelphii teneritudo.

B *ad vires corporis pertinens (robur) vel ad totum animal; hinc etiam de valetudine vel sanitate; translate de potentia, opibus, fortunis*: **1** *generatim* (HIER. in Eph. 6, 10 p. 669 -o corporis, virtus animi existimatur. ISID. diff. 1, 570 *-o mentis* ex quattuor virtutibus una est, licet et corporis robur -o vocetur. DIFF. gramm. VII 524, 1 -o vis corporis ad sustinendos labores [*opp.* virtus]. DIFF. ed. Beck p. 88, 14 virtus in diversis colligitur, ...-o tantum in corpore accipitur): ITALA psalm. 21, 16 (Cypr. testim. 2, 13 p. 78, 15) exaruit velut testum -o mea (*sic L*, virtus *rell. et Vulg ;* *ἰσχύς*). psalm. 64, 7 (cod. b), *ubi* VVLG. virtus. *sic saepius in* cod. b *et ap.* Aug. in psalm. (*gr. ἰσχύς*). eccles. 10, 17 (Aug. civ. 17, 20 p. 250, 13 D.) principes ... comedunt in -e et non in confusione (*ἐν δυνάμει*, VVLG. ad reficiendum et non ad luxuriam. Is. 58, 1 [Cypr. eleem. 4] exclama in -e [*ἐν ἰσχύι*, VVLG. clama; ne cesses]. VVLG. psalm. 67, 7 educit vinctos in -e [*ἐν ἀνδρείᾳ*]. I Macc. 2, 46 circumciderunt pueros ... in -e [*ἐν ἰσχύι, i. vi*]. II Petr. 18, 2 exclamavit in -e dicens [*ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ*]. BARNAB. 6, 3 in -e ... posuit corpus [*ἐν ἰσχύι*]. GREG. TVR. Franc. 9, 34 *opertorium arcae* cum in [in *deest B 1. 2*] -e premeret *mater. cf. l. 51. 55. 64/5. 73. p 1171, 9*). Is. 10, 13 (Rufin. Orig. in num. 12, 4) -em eorum (*sc. gentilium*) depraedabor (*ἰσχύν*, VVLG. principes eorum depraedatus sum). 63, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 22). Ier. 15, 10 (Hier. in Ier. 3, 54, 3 p. 190, 3 *et* 7) -o mea defecit (*ἰσχύς*, VVLG. *aliter*). *metonymice de fortiter facto, miraculo* ITALA Luc. 1, 51 (cod. e) *deus* fecit -em in bracchio suo (*κράτος*, VVLG. potentiam). HERM. Pal. vis. 3, 12, 3 accessit vobis -o et potestas (*ἰσχυρότης*). *ibid.* videns dominus -em vestram (*ἰσχυροποίησιν*). ARNOB. nat. 5, 13 p. 186, 7 vires et -em numinis (*Magnae Matris*). LACT. inst. 2, 8, 67 *in deo* nec sapientia potest habere terminum nec -o mensuram (*sim.* ZENO 1, 12, 3 p. 341[A]). opif. 10, 21 valida et substricta nervis ad -em bracchia. FILASTR. 108, 1. 3. HEGES. 2, 18 l. 3 animi audacia praeditus et corporis -e (*ῥώμῃ ... σώματος καὶ τόλμῃ*). *ibid.* l. 34 ob egregiam -em corporis et animi magnitudinem (*δι' ἀλκὴν σώματος καὶ ψυχῆς παράστημα*). HIER. epist. 22, 11, 14 omnis ... adversus viros diaboli virtus in lumbis est, omnis in umbilico contra feminas -o. 98, 13, 4 Christi -o (*sc. quinque panibus quinque milia saturantis, cf.* 98, 13, 3 virtute Christi). 98, 17, 1 in humano corpore tot -o eius (*dei*) membra suscitat (*ibid.* virtus. *opp.* imbecillitas hominum). in Zach. 3, 12 p. 897 athletarum ... -em. in Ier. 2, 83, 2 p. 127, 6 *hominum* et sapientia et -o et opes. 3, 19, 3 p. 168, 7. 3, 54, 3 p. 190, 10 *syn.* virtus. 3, 66 p. 203, 5 omnis hominum -o sine dei virtute ... imbecilla reputatur. PSALT. Rom. 32, 16 nec gigas salvus erit in multitudine -is suae (*ἰσχύος*, VVLG. virtutis. *item* 37, 11). VVLG. exod. 9, 16 ostendam in te -em meam (*dei*). 15, 6 *al.* 32, 11 *populum* eduxisti ... in -e magna et in manu robusta. deut. 6, 5 diliges dominum ... ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota -e tua (Marc. 12, 33 diligatur ... ex tota anima et ex tota -e [*ἰσχύος*]). 8, 17 -o mea et robur manus meae. iud. 6, 14 *al. nota* III reg. 19, 8 ambulavit in -e cibi illius (*i. quam cibus ei praestitit*). IV reg. 10, 34 universa quae fecit *rex* et -o eius (*i. potentia sive fortia facta, cf.* LXX, *qui*: *δυναστεία. v. etiam p. 1171, 24*). 13, 8 *al.* II par. 6, 41 consurge, domine, ... tu et arca -is tuae (*sim.* Iob 37, 6 imbri -is suae. psalm. 60, 4 turris -is [*ἰσχύος*]. prov. 10, 15 urbs -is eius. Is. 17, 9 civitates -is eius [*Israel*]. Dan. 11, 31 sanctuarium). 20, 6 in manu tua est -o et potentia. Esth. 10, 2 *regis Assueri* -o et imperium et dignitas atque sublimitas. 14, 10 laudent idolorum -em. Iob 9, 19 si -o quaeritur, robustissimus est. 36, 19 depone ... robustos -e. psalm. 45, 4 conturbati sunt montes in -e eius (*ἐν κραταιότητι*). 58, 10 -em meam ad te custodiam (*τὸ κράτος μου*). 58, 17 cantabo -em tuam (*ᾄσομαι τῇ δυνάμει σου*). 67, 36 dabit virtutem et -em plebi suae (*δύναμιν καὶ κραταίωσιν*). Sirach 6, 30 erunt tibi compedes eius in protectionem -is et bases virtutis (*εἰς σκέπην ἰσχύος. vocabulis* et bases virtutis *in* LXX *nil respondet*). 34, 18 quis est -o eius (*animae. τίς ἀντιστήριγμα αὐτοῦ*)? 46, 11 dedit dominus ipsi Caleb -em et usque in senectutem permansit illi virtus (*ἔδωκεν ... ἰσχὺν καὶ ἕως γήρως διέμεινεν αὐτῷ*). Is. 11, 15 levabit manum ... in -e spiritus sui. 40, 29 qui dat lasso virtutem et his qui non sunt -em et robur multiplicat. Ier. 9, 23 non glorietur fortis in -e sua. Ezech. 28, 4 fecisti tibi -em (28, 5 multiplicasti). I Macc. 3, 19 non in multitudine exercitus victoria ..., sed de caelo -o est (*ἰσχύς*). act. 6, 8 Stephanus ... plenus gratia et -e (*δυνάμεως*). II Petr. 2, 11 angeli -e et virtute cum sint maiores (*ἰσχύι καὶ δυνάμει*). apoc. 5, 12. 7, 12 *app.* virtus. IV Esdr. 5, 55 MARCELL. med. 20, 115 p. 163, 23 N. (PS. APVL. herb. 128). PHYSIOGN. 59 manus ... prolixae ...-is sunt indices (I 365, 3 *ἰσχύος*). 90 p. 120, 4 huiusmodi viro virtus et -o assignanda est (I 410, 2 *τοιοῦτος μὲν ὁ εὔψυχος καὶ ἰσχυρός*). COD. Theod. 7, 22, 5 (*a. 333*) quos vigor et -o defendendae rei p. idoneos facit. CASSIOD. inst. 5, 7 quidquid ... -is esu eorum (*ciborum*) percipitur. Nest. 6, 2, 2 corporalem ...-em (MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 5 certamina ...-is corporalis [*cf. gr.* p. 133 *ῥώμης καὶ σώματος*]. *cf. infra l. 49*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 112 quo magis -o quam corporis robur (*i. moles, i. q* 1, 4, 113 carnatio) augeatur 1, 5, 154 2, 14, 209. 212 *al.* ARNOB. in psalm. 9 p. 337[b]. SIDON. epist. 7, 14, 5 in hominis forma quid satis praestans ... putent ...., an -em? quae valentior in leoninae cervicis toris regnat. MVTIAN Chrysost. hom 29, 3 deliciae ... lassitudinem faciunt, non -em (*cf. gr.* p. 207 *χαυνότης ... ἰσχύς*). ORIBAS. syn. 1, 7 robur -is in eis abundat. GREG. M. moral. 1, 19 *al.* 4, 14 potentiam eius (*Antichristi*) -is extinguet. 16, 37 p. 1139[c] si ... in divinitatis -e sic .. filius ... maneret, ut nil de nostra infirmitate susciperet. NICET. fid. 5 p. 14, 25. *sim.* VIRG. gramm. epist. 3 p. 134, 1 modo -em regiae potestatis ostendere, modo clementiam et infirmam quodammodo proferre lenitatem. **2** *speciatim*: **a** *de bestiis: v. sub A 2 b.* **b** *metonymice de personis ipsis fortitudinem vel dantibus vel testantibus*: ITALA psalm. 26, 1 (Aug. spec. 6 p. 31, 2) dominus -o mea (*ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου*, VVLG. protector vitae meae). VVLG. gen. 49, 3 Ruben ... tu -o mea et principium laboris mei (ITALA Lugd. virtus). exod. 15, 2 -o mea et laus mea dominus. psalm. 17, 2 diligam te, domine, -o mea (*ἰσχύς μου*). 27, 8 dominus -o plebis suae (*κραταίωμα. item* 30, 4 *al*). 117, 14 (*ἰσχύς*). Is. 25, 4. Ier. 16, 19 domine, -o mea et robur meum. *sim.* Nah. 3, 9 Aethiopia -o eius (*sc. civitatis*). *sic de potentia dei personata* (*ubi plur. sollemnis, cf. p. 1171, 35*): HIER. in Is. 13, 5 p. 237 iram dei posse intellegi contrariam -em, cui tradimur ad puniendum. VVLG. Rom. 8, 38 neque -o neque altitudo ... neque creatura alia poterit nos separare (*δυνάμεις. ibid.* angeli ... principatus ... virtutes). **c** *de copiis, exercitu* (*i. q. gr. δύναμις*): VVLG. Iudith 16, 5 venit Assur ... in multitudine -is suae (*sim.* Is. 40, 26 educit in numero militiam eorum ... prae multitudine -is et roboris virtutisque eius). Ioel 2, 25 locusta, bruchus et rubigo et eruca: -o mea magna, quam misi in vos. *sim. de imperio potenti*: VVLG. Dan. 8, 9 *cornu* factum est grande contra meridiem et contra orientem et contra -em. 8, 10 et magnificatum est *cornu* usque ad -em caeli. EXC. barb. p. 300, 10 Fr. fiunt ... omnem Athineorum -em a Cecropo usque Oxyrium annu(i) noningenti septem.
d *de potentia civitatum, regnorum*: ITALA Ier. 20, 5 (Hier. in Ier. 4, 21, 2) -em civitatis huius (*ἰσχύν*, VVLG. substantiam). VVLG. Is. 8, 4 auferetur -o Damasci et spolia Samariae. 23, 4 ait mare, -o maris. Zach. 9, 4 dominus ... percutiet in mari -em eius (*Tyri*). AVG. civ. 4, 29 p. 181, 29 D. Romani regni -o et stabilitas. EXC. barb. p. 306, 25 Fr. Romeis obtinentibus -em. p. 266, 23 cessavit -o Egyptiorum. p. 268, 22 deus ... omnem -em eius (*Darii*) disperdit. VVLG. Is. 10, 14 invenit quasi nidum manus mea -em populorum. 60, 5 -o gentium venerit tibi (60, 11 *al.*). Mich. 4, 13 interficies ... rapinas eorum (*populorum*) et -em (*i. opes*) eorum domino. **e** *de corporis partibus*: ITALA deut. 33, 27 (Lugd.) coperiet te ... sub -e[s] bracchiorum aeternorum (*ὑπὸ ἰσχὺν βραχιόνων ἀενάων*). Is. 51, 9 (Tert. resurr. 26 p. 63, 22) indue -em bracchii tui (*ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου*, VVLG. induere -em, bracchium domini. VVLG. Iob 22, 8 *al.*). LACT. opif. 3, 20 corporis -o (*cf.* inst. 3, 12, 4. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 75 *al. cf p. 1169, 39. 40*). VVLG. deut. 28, 32 non sit -o in manu tua (*aliter* psalm. 38, 12 a -e manus tuae ... defeci [*ἰσχύος*]. Is. 10, 13). MACR. sat. 7, 9, 5 nervis et musculis ...-em praebet. 7, 11, 8 -o membrorum. FAVST. REI. serm. 15 p. 280, 18 membris subtrahunt -em *ieiunia* (*cf. ibid.* lassitudine corporum). GREG. M. moral. 3, 70 nonnullos -o carnis illecebrat (*i. libido, luxuria?*). *aliter* PSALT. Rom. 107, 9 Ephrem -o capitis mei (*i. quod -em facit. ἀντίληψις*, VVLG. susceptio. VVLG. psalm. 59, 9 Ephraim -o capitis mei [*κραταίωσις*]).

II ***rerum*** *qualitas*: **A** *corporalium*: **1** *duritia, firmitas*: PETRON. 76, 6 scitis, magna navis magnam -em habet (*proverbialiter, ut vid., dictum; cf. Sonny, Archiv 8 [1893] 489*). CYPR. epist. 59, 2 p. 667, 24 petrae obiacentis -e et mole (*ibid.* robur *et* virtus). IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 17 propter galeae -em. HIER. epist. 64, 10, 2 feminalia de bysso retorta ob -em solere contexi. 64, 12, 2 textum ... stamine byssino ob decorem et -em. in Am. 3, 7 p. 329 *adamas* perdit -em suam. in Ier. 3, 14, 7 p. 162, 3 lumbare ... perdit pristinam -em. PELAG. in Eph. 6 p. 839[c] armorum -e protegatur. VVLG. Iob 6, 12 nec *est* -o lapidum -o mea. Is. 23, 14 devastata est -o vestra, *naves*. RVFIN. Orig. in Ios. prol. puritatem byssi ... et -em lini. Orig. in cant. 3 p. 149[A] *cypressorum*. VICT. VIT. 1, 34 lignorum putrescens soluta est -o. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 3 arbustum ... multum a -e et dignitate sua mutabitur. GREG. M. dial. 3, 16 p. 261[c] ferri. epist. 7, 7 p 450, 25 constructionis. ISID. Goth. 2 chron. II p. 268, 12 tecti.
2 *vis, impetus, efficacia*: MACR. sat. 7, 6, 17 -e eius (*vini*) extincta (*ibid.* vim ... perdit). 7, 7, 19. 20 *mustum* acrius -e. EVCHER. instr. 2 p. 142, 9 Samson ... 'solis -o'. *sim.* CASS. FEL. 49 p. 128 *in morbo regio* est -o fellis cum totius corporis insumptione. *in tropologia* ALC. AVIT. hom. 7 p. 113, 6 *panis* (*i. rogationum*) -o atque salubritas. **B** *incorporalium* (*vis, potentia, impetus*): ITALA psalm. 144, 6 (Aug. spec. 6 p. 47, 1) -em horribilium tuorum loquentur et magnitudines tuas narrabunt (*τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν*, VVLG. virtutem terribilium). LACT. inst. 2, 8, 28 deus ... facit ex eo quod non est ... per -em potestatis immensae. 4, 16, 13 *Christi adventus* in -e maiestatis (*opp.* in humilitate carnis). 4, 26, 9 divini operis -o. FILASTR. 141, 5

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divini ... spiritus accincti -e, id est summa rerum perfectione praediti. AMM. 30,7,2 *Miloni Crotoniatae* māla ... manu retinenti ... nulla umquam virium -o abstraxit. HIER. in Ier. 6,38,4 tuae misericordiae -o salvavit populum. AVG. pecc. mer. 2,31,50 fidei -o. 2,34,54 p. 124,18 -o iustitiae. EVCHER. form. 7 p. 39, 23 caritatis. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 134 oleo . . . -o solvitur exercitii. PETR. CHRYS. serm. 18 p. 247^{C} scientiae deposcitur -o (*opp.* eloquentiae voluptas). ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 3 -em eius (*dogmatis alieni*) ... de sepulcro suo ... proiecisti. APRING. in apoc. 20, 6 regnabunt in -e crucis et in principatu virtutis eius. COD. Iust. 5, 13, 1, 1^{a} cum ... stipulatio valida inveniatur et ... suam noscitur praestare -em. NOVELL. Iust. 87, 1 mortis causa donationibus habentibus propriam -em (*ἰσχύν*). GREG. M. moral. 8,19 salutis suae -em perdidit *homo*. 10, 39 -o caritatis *dei*. FACVND. defens. 4, 2 p. 616^{b} -em intelligentiarum (*opp.* suavitatem ... verborum). VIRG. gramm. epist. 5 p. 164, 8 haec consuetudo vetusta tenuit -em. *sic de vi, i. significatione, litterae*: EVANG. Thom. 12, 2 dic mihi -em de a (*τοῦ ἄλφα τὴν δύναμιν*). *aliter* VIRG. gramm. epit. 2 p. 10, 10 *h* semper inspirat, nunc ad -em (*sc. aspirationis*), nunc ad mutationem tantum. *singulariter dictum* HIL. in Matth. 15, 9 *turbam comitantem* ad peragendam totius itineris -em panis sui virtute firmare *vult dominus* (*i. ut totum iter fortiter peragant?*).

plur. **fortitudines**, -um: **I** *de rebus: i. q. virtutes, genera virtutum*: VITR. 10, 16, 1 differentes sunt ... nationum ... -es. *i. q. fortia facta*: CIC. off. 1,78 sunt domesticae -es non inferiores militaribus. VVLG. III reg. 15, 23 universae -es eius (*regis*) et cuncta quae fecit. *i. q. robur, vis, potentia*: ITALA Is. 45,1 (Tert. adv. Iud. 7) -es regum disrumpam (*ἰσχὺν βασιλέων*, VVLG. dorsa regum vertam). HIER. hom. Orig. in Ezech. 13 p. 1000 -es virginum *duodecim* (*virtutum Christianarum ap. Herm. past.; cf.* HERM. Pal. sim. 9, 13, 2 hae ... virgines potestates sunt filii dei. *item* vulg. sim. 13). AVG. civ. 15, 23 p. 112, 15 D. magnitudines et -es corporum (*ibid.* pulchritudines). SALV. gub. 1, 13 carnes et -es corporum. *sim. de re in tropologia de castitate*: AMBR. inst. virg. 17, 111 agrum suum colere noverit *virgo* ... in huius virtutibus et -bus agri suscites, *deus*, in ea gratiam. **II** *de personis (rebus personatis): in theologia hebraica sic significantur tam vires (virtutes) dei personatae quam quae eis oppositae sunt*: ITALA psalm. 144, 4 (Aug. spec. 6 p. 46, 26) laudabit opera tua et -es tuas adnuntiabunt (*δύναμιν*, VVLG. potentiam). 144, 11. 12 (Aug. spec. 6 p. 47, 5 6) gloriam regni tui dicent et -es tuas loquentur, ut ... ostendant ... -es eius et gloriam decoris *eqs.* (*τὴν δυναστείαν σου λαλήσουσι, τοῦ γνωρίσαι ... τὴν δυναστείαν κτλ.*, VVLG. potentiam). Marc. 13, 25 (cod. k) stellae cadentis -es in caelis commovebuntur (*αἱ δυνάμεις ... σαλευθήσονται*, VVLG. stellae caeli erunt decidentes et virtutes ... movebuntur). HIER. epist. 18^{A}, 7, 5 virtutes, quae domino ministrabant, ad caelestes alias -es proclamabant *eqs.* 51, 5, 4 quod arbores angelicae -es sint (in Is. 6, 5 p. 93). 51, 5, 7 -es quasdam angelicae potestatis. c. Ioh. 15 caelestium -um et terrestrium creaturarum ... conditorem deum. in Matth. 13, 32 p. 93 -es dei servitio mancipatas. in Ioel 2 p. 198 a dextris et a sinistris virtutes et -es dei legimus, quas Graeci *δυνάμεις* vocant. a dextris ... angelicas potestates, a sinistris contrarias -es. Didym. spir. 56 supernae rationabilesque virtutes, quas solet scripturae angelos et -es nominare. VEREC. in cant. 1, 5 *saeviores spiritus* ab apostolo nunc principatus, nunc -es, nunc potestates, nunc simpliciter angeli nuncupantur. HIER. epist. 18^{A}, 2, 4 intelligas in Ozia et Pharaone ... contrarias -es. in Matth. 8, 10 infirmitates corporum vel -es contrariae. in Eph. 4, 23/24 p. 626 *Christi* expoliantis ... principatus et contrarias -es ostentui habentis (*cf. Col. 2, 15 Hebr. 6, 6*). 6, 11 p. 674 hom. Orig. in Luc. 34 in Is. 5, 25 p. 86. 14, 21 p. 258. in Ioel 2 p. 198 *v. supra l. 49. ibid.* p. 199 contrariae -es, quae appellantur furor et ira dei. HIER. in Ier. 1, 81, 2 p. 59, 14 adversariae -es. 3, 17, 6 p. 166, 16. HIER. in Mich. 7, 8 p. 526 -es pessimas inter se non habere concordiam. VEREC. in cant. 2, 7 -um impiarum. *extra theologiam*: VEREC. in cant. 1, 4 externa *bella* sunt, quae contra potestates ac mundi -es gerimus. *de sing. v. p. 1170, 23.*

iunctura: *verbales*: -o: flaccet: AFRAN. com. 65. mollescit: NEPOTIAN. 11, 1. existit: PLIN. nat. 7, 101 (enitet *Mayh.*). roboratur: PANEG. 3 (11), 19, 2. crescit: PANEG. 7 (6), 17, 1. deficit: VVLG. Ezech. 33, 28. tolerat: AVG. civ. 5, 20 p. 232, 7 D. non metuit: GREG. M. moral. 1, 44. *agit aliquid*: TER. Phorm. 325 RHET. Her. 4, 16, 23 CIC. Catil. 2, 25 Phil. 13, 6 Tusc. 4, 43 (*personata*). 4, 50. 52. 5, 42 off. 3, 99 SEN. dial. 3, 7, 1 epist. 90, 5. 106, 7. 9. 113, 21 QVINT. inst. 5, 10, 82 PLIN. paneg. 16, 3 PANEG. 10 (4), 33, 4 AVSON. 419, 40 AMM. 17, 13, 32 SERV. Aen. 10, 864. 12, 538 AVG. civ. 19, 4 p. 359, 19 D. p. 360, 2. -em: accipere: VVLG. apoc. 5, 12. adimere: PHYSIOGN. 81 p. 109, 6. amittere: CIC. Tusc. 2, 32. augere: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 112. capessere: VAL. MAX. 1, 8, 6. concitare: VVLG. Dan. 11, 25. confringere: VVLG. Ier. 49, 35. consequi: PANEG. 6 (7), 4, 2. consumere: VVLG. Is. 49, 4. custodire: AVG. civ. 12, 6 p. 519, 1 D. debilitare: CIC. Tusc. 5, 76 VVLG. II Esdr. 4, 10. detrahere: VVLG. Am. 3, 11. diffundere: VAL. MAX. 3, 2, 19 per ... exercitum. exercere: AVG. pecc. mer. 2, 34, 54 p. 124, 18. imminuere: VVLG. prov. 24, 10. induere: VVLG. Is. 51, 9. inspirare: CVRT. 4, 13, 12. minuere: AVG pecc. mer. 2, 31, 50 CAEL. AVR. chron. 3, 5, 75. mollire: VAL. MAX. 2, 6, 1. mutare: VVLG. Is. 40, 31 *al.* ostendere: HIER. epist. 60, 19, 3. peragere: HIL. in Matth. 15, 9 (*v. p. 1171, 20*). perdere: SALON. in eccl. p. 1004^{C}. recipere: CAEL. AVR. chron. 2, 14, 209. recuperare: VAL. MAX. 1, 6, 2. resolvere: IORD. Get. 146. retinere: RHET. Her. 3, 3, 5. roborare: MIN. FEL. 36, 8 VVLG. Dan. 8, 24. -e: uti: IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 6. *nominales*: -o *dicitur*: celebrata: CVRT. 9, 7, 23. comperta: AMM. 24, 4, 30. congrua: AMM. 16, 12, 32. conspicua: VAL. MAX. 4, 3, 4. corporalis: *v. p. 1170, 1.* digna: CVRT. 4, 13, 12 vetere gloria. diligens: *v. p. 1167, 37.* egregia: SVET. Cal. 3, 1 GELL. 13, 23, 8 HEGES. 2, 18 l. 34 (*v. p. 1169, 39*). excellens: VAL. MAX. 3, 2, 24 CVRT. 10, 5, 27. eximia: VAL. MAX. 5, 6, 4 PANEG. 10 (4), 33, 2. imbecilla: SALL. hist. frg. inc. 22. immoderata: SALL. Catil. 52, 31. incredibilis: CIC. epist. 14, 1, 1 (*v. p. 1168, 74*). ineffabilis: ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 24. ingenita: AMM. 21, 13, 12. ingens: FILASTR. 108, 3. insignis: IORD. Get. 58. interrita: HIL. trin. 12, 20 p. 445^{C}. invicta: INSCR. numm. Cohen III^{2} p. 418 n. 26 (*Albinus*). laudabilis: IORD. Get. 58. magna: AMM. 20, 11, 14 VVLG. deut. 9, 29 *al.* mira: AMM. 17, 10, 5. multa: VVLG. Iob 23, 6 *al.* naturalis: CAEL AVR. chron. 3, 3, 48. patiens: *v. p. 1167, 38.* praecipua: VAL. MAX. 7, 3, 7 FRONTIN. strat. 1, 11, 3. praestans: GELL. 13, 23, 7. Punica: VAL. MAX. 7, 4 ext. 2. quanta: SVET. Iul. 68, 3. minime rabiosa: CIC. Tusc. 4, 50. robusta: CIC. Tusc. 4, 51 RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 149^{A}. spiritalis: EVCHER. form. 7 p. 42, 1. stabilis: CIC. Tusc. 4, 51. summa: PLIN. nat. 1, 7, 29 PANEG. 7 (6), 17, 1 VVLG. Ier. 49, 35. superba: VVLG. Ezech. 33, 28. tanta: VVLG. iud. 16, 5 *al.* valens: *v. p. 1170, 6.* vera: AVG. civ. 4, 20 p. 170, 1 D. vinalis (*i. vini*): MACR. sat. 7, 7, 19. belli: FILASTR. 24, 4. cibi: *v. p. 1169, 55.* credendi: ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 24. decertandi: CIC. off. 1, 80 (*opp.* decernendi ratio). itineris: *v. p. 1171, 20.* togae: *v. p. 1168, 9.* vincendi: *v. p. 1168, 38.* illius temporis: VVLG. Ios. 14, 11. adversus *aliquem*: VELL. 2, 18, 3 TAC. Agr. 33 ann. 16, 15. contra *aliquem*: HIER. epist. 22, 11, 4 (*v. p. 1169, 42*). in *aliquem*: AMM 14, 10, 14. -is: amor: CIC. fin. 2, 51. arca: *v. p. 1169, 59.* bonum: AVG. civ. 19, 4 p. 360, 1 D. bracchium: VVLG. Is. 44, 12 *al.* certamen: MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 5. cervix: PANEG. 11 (3), 5, 4. civitas: *v. p. 1169, 60.* condicio: VAL. MAX. 6, 4 ext. 4. cos: *v. p. 1167, 78.* documentum: CASSIAN. inst. 5, 12, 2. effectus: *v. p. 1168, 2.* exemplum: CIC. off. 3, 16 VAL. MAX. 3, 2, 7 *al.* CVRT. 4, 14, 6 *al.* PLIN. epist. 7, 19, 7. fomentum: *v. p. 1167, 77.* gloria: CIC. off. 1, 62 CAES. Gall. 1, 2, 5. imber: *v. p. 1169, 59.* imperium: CIC. leg. 2, 10. impetus: VVLG. Dan. 8, 6. incitamentum: TAC. Germ. 7. lanx: VAL. MAX. 9, 2 ext. 7. lex: CIC. fin. 2, 94 *al.* modus*?*: GREG. M. moral. 5, 24. multitudo: VVLG. Iudith 16, 5 (*v. p. 1170, 28*) *al.* munus: *v. p. 1167, 16.* officium: AMM. 24, 1, 1. opus: VAL. MAX. 4, 3, 4. praeceptum: CIC. fin. 2, 94 *al.* praemium: CVRT. 5, 2, 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 14 St. ratio: CIC. fin. 1, 49 *al.* regnum: FILASTR. 139, 5 robur: VVLG. Dan. 4, 27 ORIBAS. syn. 1, 7. sedes: APVL. Plat. 2, 6. specimen: VAL. MAX. 4, 3, 5. spiritus: VVLG. Is. 11, 2 ORIG. in I reg. 18. studium: FIRM. math. 1, 2, 6. temperamentum: TAC. hist. 1, 83. turris: *v. p. 1169, 59.* vis: CIC. Tusc. 2, 11 GREG. M. moral. 5, 27. 12, 16. urbs: *v. p. 1169, 60.* filius: VVLG. II reg. 2, 7. praeceptor: CIC. epist. 5, 13, 3. princeps: VVLG. Dan. 8, 11.

coniunguntur: -o *et* fides: CIC. Sest. 113 VELL. 2, 18, 3 CVRT. 10, 3, 9 IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 31 AMM. 18, 2, 2. -o *et* forma: SVET. Cal. 3, 1.

synon. v. supra. opp. (*addidi locos supra non allegatos*): aegritudo: CIC. Tusc. 3, 14. debilitas: CAEL. AVR. chron. 4, 8, 109. formido. ignavia: CIC. inv. 2, 165 Catil. 2, 25 Lael. 47 CVRT. 4, 14, 26. inertia. ira: CVRT. 7, 9, 18. patientia: VAL. MAX. 3, 3 tit. timor: SEN. epist. 106, 9 PLIN. paneg. 3, 4 APVL. Plat. 2, 3.

fortiusculus, -a, -um [*a* fortior *deminutive. Th.*]. *aliquantulum fortior*: FVLG. myth. 3, 8 p. 73, 9 Sutrius comediarum scriptor introducit Gliconem meretricem dicentem: murrinum mihi affers, quo virilibus armis occursem -a (*RH*, fortiungula *E*, fortiuncula *ω*).

fortuīta, -ōrum, fortuītē, fortuītō, fortuītū, fortuītum, -ī *v. s.* fortuitus.

✖**fortuītus**, -a, -um [*cf. c.* fortuna, *sed mirabili formatione; cf.* gratuitus. *Th.*]. SERV. Aen. 6, 179 p. 37, 8 -us ab eundo est et a fortuna compositum. *de quantitate: littera* i *est longa in arsi*: HOR. carm. 2, 15, 17 PHAEDR. 2, 4, 4 AVSON. 313, 3; *item in thesi dactylorum, ubi* u *pro consonanti accipienda*: MANIL. 1, 182 PETRON. 135, 8 vers. 9 IVV. 13, 225 PRVD. apoth. 640 BOETH. cons. 5, 1, 8. GLOSS. subitus casus, subitus eventus et casus (DIFF. ed. Beck p. 43 [C 5] *al. v. p. 1173, 71 sqq.*). *i. q. forte vel casu factus.* [*loco corrupto* SEN. contr. 2, 1, 12.] *nota quod terminatio abl. in* o *interdum in* u *corrumpitur*: CIC. leg. agr. 2, 17 (*v. infra l. 79*). VAL. MAX. 5, 1, 3 (*LA*) PLIN. nat. 2, 94 (*v. p. 1173, 64*) BENED. reg. 38 (*ST*). *sim.* a *in* o *et* u *corrupta*: PLIN. nat. 36, 171. *non legitur ante* CIC., *in versibus non ante* HOR.

de rebus incorporeis: CIC. leg. agr. 2, 17 non certa condicione iuris, sed sortis beneficio -o (*unus cod.*, -u *rell.*). dom. 62 domus ardebat ... non -o, sed oblato incendio. de orat. 1, 150 subitam et -am orationem (*cf.* TAC. dial. 10 -ae et subitae dictionis). top. 73 concursio ... rerum -arum (*cf. p. 1174, 11.* div. 1, 9 *et saepius.* LIV. 26, 27, 8. 32, 17, 16 SEN. epist. 63, 3 PLIN. nat. 10, 211 HIL. in psalm. 51, 7 [*ibid.* temerario motu]. GRAMM. suppl. 213, 19). ac. 1, 6 de corpuscu-

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

phrases notabiliores, lusus verborum, proverbialiter dicta: PLAVT. Asin. 428 -o operam . . . dedo. *v. p. 1201, 78.* Curc. 403 nec mihi placet tuom . . . nec -um nec comitium (*praecedunt* inforare *et* incomitiare). Epid. 119 malim istius modi mihi amicos furno mersos quam -o. Most. 1051 me video vēnire in meo -o. Pseud. 973 in -o vix decumus quisque est qui ipsus sese noverit. TER. Phorm. 79 scisti ūti foro (DON. secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii non praescribunt, quanto vendant quae advehunt, sed secundum annonam -i, quam deprehenderint, consilium de vendundis aut non vendundis mercibus sumunt. *ibid.* est vulgare proverbium, sensus autem hic est: scisti, inquit, quid te facere oportuerit. *aliter* QVEROL. p. 18, 28 si vis toto uti -o, *i. omnibus quae apud me veneunt*). SEN. benef. 4, 39, 2 pecuniae etiam male creditae exactio est, et appellare debitorem ad diem possum, et, si -o cesserit (*i. solvendo non sit; cf.* CIC. Rab. Post. 41 *p. 1199, 66* IVV. 11, 50 VLP. dig. 16, 3, 7, 2 IVLIAN. dig. 42, 7, 5; *aliter i. abire de -o* SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 12), portionem feram. nat. 3 praef. 17 quid sudo? quid terram, quid -um verso? 4 praef. 7 non incertam fidem ruris, non -i temptent. epist. 14, 18 rationes accipit, -um conterit, kalendarium versat *ut procurator*. MART. 12 praef. videor mihi in alieno -o litigare (*cf.* TERT. test. anim. 2 in tuo -o aliunde iudicem appellas). SVET. Otho 5, 1 nihil . . . referre ab hoste in acie an in -o sub creditoribus caderet.

2 *fora provincialia vel externa*: CIC. Verr. 2, 76 constituitur in -o Laodiceae spectaculum acerbum . . . grandis natu parens adductus ad supplicium. 3, 81 in -o palam Syracusis (5, 67 *bis*) . . . gesta sunt. 4, 57 in oleastro . . . , quae est arbor . . . Aetnae in -o (*ibid.* in sociorum urbe ac -o). 4, 60 Leontinis in -o custodiis . . . retentum atque asservatum . . . esse. 4, 61 in triclinio, quod in -o Aetnae straverat. 4, 137 negotiatores sibi putant esse turpe id -um sibi iniquom eierare, ubi negotientur. 4, 186 -um Syracusanum nauarchorum sanguine redundavit (5, 116 Syracusanorum. 6, 97 usque ad -um Syr. accessit). 5, 56 *L. Piso* praetor . . . aurificem iussit vocari in -um ad sellam Cordubae . . . hominem in -o iubet sellam ponere et facere anulum. 5, 94 Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a -o. 5, 119 altera . . . est urbs Syracusis, quoi nomen Achradina est; in qua -um maximum . . . est. 6, 140 in -o Lilybaei . . . ad tribunal. 6, 162 caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus. Cluent. 38 in -o Larinatium. 40 *pharmacopolae circumforaneo*, quoi -a multa restarent *obeunda*. Flacc. 68 Apameae . . . ante pedes praetoris in -o. 70 in -o . . . in Pergameno. CAES. civ. 1, 14, 4 *Capuae* gladiatores . . . ad -um productos. 2, 20, 4 Gall. 7, 28, 1. HIRT. Gall. 8, 51, 3 tricliniis stratis -a templaque occupabantur. BELL. Afr. 91, 2 Zamae . . . in medio -o pyram construxerat (87, 2 in medio -o. BELL. Hisp. 42, 4). SALL. hist. frg. 1, 124 illum raptis -um et castra nautica Sertorius mutaverat. NEP. Them. 10, 3 statua in -o Magnesiae. Chabr. 1, 3. PROP. 4, 10, 28 Veii veteres, . . . et vestro posita est aurea sella -o. LIV. 7, 19, 3 pro immolatis in -o Tarquiniensium Romanis. 10, 43, 7. 22, 1, 19 Ardeae in -o. 27, 11, 4 Priverni . . . volturium . . . frequenti -o in tabernam devolasse. PLIN. nat. 4, 73 Myrinam, in cuius -um solstitio Athos eiaculatur umbram. 34, 17 in omnium municipiorum -is statuae ornamentum esse coepere. SVET. Tib. 37, 3 cum Pollentina plebs funus cuiusdam primipilaris non . . . ex -o misisset. AVSON. 162, 14 ornasti *rhetor* et -a Hiberorum quaeque Novem populis. VVLG. Ezech. 27, 14 mulos adduxerunt ad -um tuum *o Tyre* (ἀγοράν). Matth. 11, 16 pueris sedentibus in -o (ἐν ταῖς ἀγοραῖς, Luc. 7, 32). 20, 3 stantes in -o otiosos (HIL. in Matth. 20, 5 -um . . . pro saeculo accipi. *cf.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 19 in -o positus vel negotiis saecularibus). 23, 7 salutationes in -o (Marc. 12, 38 Luc. 11, 43. 20, 46). Marc. 7, 4 Pharisaei . . . a -o nisi baptizentur non comedunt (ἀπ' ἀγορᾶς). *et passim.* *nota*: VITR. 1, 7, 1 area, ubi -um constituatur, eligenda proxime portum, sin autem mediterranea, in oppido medio (*cf.* 2, 8, 11; *alia praecepta* 5 prooem. 5. 5, 1, 1 *sqq.*). VAL. MAX. 9, 5 ext. 4 *Campanus senatus* diverso -o (*ac plebes*) utebatur. PLIN. epist. 10, 49, 1 Nicomedenses priori -o novum adicere coeperunt. PAVL. dig. 30, 122 pr. quod ad instruendum -um theatrum stadium legatum fuerit. 41, 2, 1, 22 municipes . . . -um et basilicam . . . non possident sed promiscue his utuntur. 45, 1, 83, 5 rem . . . usibus publicis in perpetuum relictam ut -um et basilicam. VLP. dig. 50, 1, 27, 1 si quis . . . in municipio . . . -o balineo spectaculis utitur. IAVOL. dig. 35, 1, 39, 1 cum ita in testamento scriptum erat 'ut aliquid in -o fiat' neque adscriptum erat in quo -o, Labeo ait, . . . in eius municipii -o faciendum, in quo . . . domicilium habuerit. PAVL. sent. 4, 6, 2 testamenta in municipiis . . . facta in -o vel basilica. CARM. epigr. 1252, 1 medicus -a multa secutus arte feror nota. *in titulis commemorantur (plerumque ob statuas ibi positas) fora multa: in Italia:* MIL. Popil. (Corp. I² 638) -um aedisque poplicas heic fecei. *Aeclani*: CORP. IX 1143 viam per -um pequarium . . . sternendam curavere. 1148 ⟨Ma⟩eniana circ(a) -um d. s. p. f. *Albingauni*: CORP. V 7781 Constanti virtus . . . cives tecta -um portus . . . conditor instituit. *Aquileiae*: CORP. I² 2197 (= V 8313) de via Postumia in -um pequarium. *Aquini*: CORP. X 5416 hic -um Aquini sua pecunia stravit. *Atinae*: CORP. I² 1533 (= X 5074) ad -um pecuari⟨um⟩ viam sternund⟨am⟩ coer(avere). INSCR. Ephem. epigr. VIII 275 -um sterne⟨ndum⟩ inchoaver⟨unt⟩. *Beneventi*: CORP. IX 1579. 1596 ⟨repar⟩atori -i pro magna ⟨parte co⟩nlapsi in ruin(as). 1783 hós decuriones fúnere publico de -o é tribunall efferendos . . . cens(uerunt). *Caiatiae*: CORP. X 4585 (= 4586) crepidines circ(a) -um d. s. p. f. *Calibus*: CORP. X 4660 viam . . . ab -o ad portam domesticam . . . stravit. *Capuae*: CORP. X 3903, 11 ut é for⟨o ad rogum⟩ . . . feratur. *Casini*: CORP. X 5204 (*a. 57 p. Chr.*) viam silice sternendam a porta Campana ad -um . . . curaverunt. *Dertonae*: CORP. V 7376 -um s. p. rest⟨ituit, in cuius dedi⟩catione epulum . . . dedit. *Falerione*: CORP. IX 5438 (*a. 119*) via nova strata lapide per medium -um pecuar. . . . ex conlatione possessorum circa -um et negotiantium item collegia (*sic*) quae attingunt eIdem -o. *Ferentini*: CORP. X 5850 viam . . . ⟨a -o⟩ pecuario usq. ⟨ad . . .⟩. 5853, 7 statuam publice ponend. in -o ubi ipse vellet censuere. *Libarnae*: CORP. V 7427 -um lapide quadrat(o) stravit. *Ostiis*: CORP. XIV 353. 375, 16 viam . . . quae est iuncta -o ab arcu ad arcum. 375, 34 tribunal in -o marmoreum fecit. 376, 24 pondera ad macellum et mensuras ad -um vinar(ium) s. p. fecit. 409, 9 grátis adléct(o) . . . (*sc. in collegium consistens*) ad quadrígam

[Voltmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-i vinari. 409, 14 patrónó ... tógátór(um) á -o. *Parmae*: CORP. XI 1062 ⟨via⟩m lapide turbinat⟨o a f⟩oro ad portam ⟨s⟩travit. *Perusiae*: CORP. XI 1946. *Peteliae*: INSCR. Dessau 6468 statua pedestris in -o superiore. *Pisis*: CORP. XI 1420 (*a. 2 p. Chr.*) PIsis in -o in Augusteo scrib(endo) adfuere *illi*. *Pompeis*: CORP. X 1024. 1074[d] in -o pompam tauros ... dedit (*bis*). TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 155, 21. *Praeneste*: CORP. XIV 2919. 2924 ⟨statuam⟩ vel ante curiam vel in porticibus -i ⟨collocandam⟩. 2934, 22. 3015 INSCR. Dessau 8376. INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 421 in -o holitorio. INSCR. Röm. Mitt. 1904 p. 148 (*saec. IV*). *Puteolis*: CORP. X 1698 duxit viam a -o usque ad feines strav⟨it⟩. *Surrenti*: CORP. X 689. *Tergeste*: CORP. V 532 statuam ... in celeberrima -i ⟨n⟩ostri par⟨te⟩. *Trebulae Metuescae*: CORP. IX 4903. *Veronae*: CORP. V 3332 (*a. 379—383*) statuam ... in cereberrimo (*sic*) -i loco. *in agro Viterbiensi*: CORP. XI 7431 (*a. 12 aut 17 p. Chr.*) -um et Augusteum cum statuis ... s. p. f. c. *in Sardinia: Corni*: CORP. X 7918. *in Hispania: Arundae*: CORP. II 1359. *Cartimae*: CORP. II 1956. *Cisimbrii*: CORP. II 2098. *Iliberri*: CORP. II 5507 (= 5508) -i et basilicae. *Ilici*: CORP. II 5952. *Iliturgicolae*: CORP. II 1649 templum signum et -um. *Nescaniae*: CORP. II 2006. *Saepone*: CORP. II 1341. *Tarracone*: CORP. II 4275. 4278. *Vrsone*: LEX Vrson. (Corp. I[2] 594) II 1, 24 ludos ... in -o Veneri faciunto. 3, 18 in -um ius iurandum adigito. *Vipasci*: LEX met. Vipasc. frg. 2, 15 (Bruns[7] p. 294) rationem impensarum ... in -o frequentissimo loco propositam. *in Pannonia: Aquinci*: CORP. III 10495 dec(urio) ... ornamentum forus (*sic*) rei publicae d. d. *in Pisidia: Cremnae*: CORP. III 6874 basilicam ⟨ad⟩ -um. *in Africa*: CORP. VIII 608 (*Mididi*) porticum cum arcu suo, quae -o ambiendo deerat, ... dedicavit. 704 for(um) cub⟨is stravit ...⟩. 714. 843. 1408 (*Thignicae*) ⟨f⟩ori holitori. 1413 (= 15205). 1584 honestam praebens ornatu publico laudem -um praefulget rerum substrata emeatu (*sic*). 1858. 2722 (*Lambaesi*) -um transitor⟨ium⟩. 4579 (*Dianae*) inlatis ... summis ... at -i stra⟨t⟩ura(m) cub(itorum) X. 5178 (= 17268) opus fo⟨ri ... refecit⟩. 5299 (*Calamae*) statuam ⟨Nep⟩tuni in -o novo ... poni. 7013 (*Cirtae*) in -o Constantinae civitatis. 7046 (*ibid.*) statuis, quae it⟨er totius⟩ -i angust⟨abant⟩. 8935 statuas ... e -o ad ornandum templum ... transtulerunt. 15497 porticum, ascensus -i cum spiritis (*sic*) et gradibus et capitibus ... fecit. 24095, 8 -um ... cum aedibus e⟨t ... capi⟩tolio et curia ... restituit. INSCR. Dessau 9357 (*Thibursici Num.*) in -um novum. *in Gallia: Arelate*: CORP. XII 5805. *Narbone*: LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 1, 13 pleps Narbonensium aram Narbone in -o posuit. INSCR. Dessau 9361 (*Dép. Indre*) por⟨ticus quibus thermae iunguntur⟩ et a -o adeuntur. *in Germania*: CORP. XIII 8036 (*a. 160*) ⟨ad faciendum⟩ -um c(oloniae) V(lpiae) T(raianae). 10015, 108 (*Col. Agripp.*) *figulus* Servandus c. C. A. A. ad -um hordia(rium).

locus iudicii et ipsum iudicium civitatium complurium (*post etiam i. q. iurisdictio 'Gerichtsstand' v. Kipp, PW. VII 56*): CIC. Verr. 3, 38 ut in eam rem iudices dentur ex iis civitatibus, quae in id -um convenirent, electi. 3, 44 illo -o (*syn.* illo conventu). 3, 169 in scriptura Siciliae pro magistro est quidam L. Carpinatius ... is cum praetorem circum omnia -a sectaretur (5, 76 rapiebat). 4, 38 (*ius Siculorum*) ne quis extra suom -um vadimonium promittere cogatur (4, 92 *similia, addito* contra legem Rupiliam). OV. trist. 5, 10, 44 iniustum rigido ius dicitur ense, dantur et in medio volnera saepe -o. LIV. 39, 18, 2 consules circa -a proficisci ibique quaerere et iudicia exercere. PLIN. nat. 5, 109 eodem -o disceptant Orthronienses Alidienses *alii*. 6, 89 *in Taprobane* non -a litesve esse. STAT. silv. 5, 3, 189 hi -a pacificis emendant fascibus. POMPON. dig. 1, 2, 2, 5 disputatione -i. VLP. dig. 2, 8, 7 si fideiussor ... dicatur habere -i praescriptionem (*v. Kipp, PW. VII 61*; COD. Iust. 1, 3, 50 pr. 1, 3, 53, 2. 2, 3, 29 pr. 9, 13, 1, 1[c]) et metuat petitor ne iure -i utatur. 2, 9, 1, 1 qui in -o promissoris conveniri non potest. 2, 12, 1 pr. occupati circa rem rusticam in -um compellendi non sunt. 5, 1, 7 si quis ... miles vel a⟨l⟩terius -i esse coeperit, in ea causa ius revocandi -um non habebit. 42, 4, 7, 13 qui in -o eodem agat. 50, 13, 1, 10 *pro* -i consuetudine et iudicii. FRG. Vat. 325 (*a. 294*) actor rei -um sequi debet (326 COD Iust. 3, 13, 2 *et* 3, 22, 3 [*a. 293*] 3, 13, 5 [*a. 397*]. 3, 19, 3 [*a. 385*] NOVELL. Marc. 1, 6 [*a. 450*]). COD. Theod. 12, 1, 110 -um competens ... patriae (COD. Iust. 3, 13 rubr. CASSIOD. var. 4, 40, 3 in competenti -o iurgare. 7, 41, 2). NOVELL. Valent. 35 praef. episcopos et presbyteros -um legibus non habere. CONC. Aurel. a. 541 p. 92, 1 ire ad iudicium -i. CORIPP. Ioh. 2, 345 iustitiam quicunque facit, -a nulla timebit. *nota*: CIC. Att. 5, 16, 4 Appius ... in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque: ibi -um agit (5, 17, 6). 5, 21, 8 Idibus Febr. ... -um instituerat agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense, ex Idibus Martiis ibidem Synnadense (6, 2, 4). epist. 3, 6, 4 te -um Tarsi agere. VERG. Aen. 5, 758 Acestes indicitque -um et patribus dat iura vocatis.

ipsa oppida nominantur -a (*cf.* CIC. Verr. 4, 137 *p. 1206, 12* Cluent. 40 *p. 1206, 21*). LEX repetund. (Corp. I[2] 583) 31 conquaeri in terra Italia in oppedeis foreis conciliab⟨oleis ...⟩ ubei ioure deicundo praesse solent *praetores*. LEX Rubr. (Corp. I[2] 592) II 3 quo o(ppido) m(unicipio) c(olonia) p(raefectura) f(oro) v(eico) c(onciliabulo) c(astello) t(erritorio), quae sunt eruntve in Gallia cisalpina (II 26 *et saepius*). LEX Iul. munic. (Corp. I[2] 593) 83 in municipieis coloneis praefectureis -eis conciliabulis c(ivium) Romanorum (85. 86. 108. 109. 119. 124. 126. 128. 130. 135. 136). SALL. Iug. 47, 1 oppidum Numidarum nomine Vaga, -um rerum venalium (AVSON. 415, 23 negotiari ... quo⟨libet⟩ -o venalium. *cf* DON. Ter. Eun. 115 [-um venalium rerum *add. glossator*] emporium. GLOSS. III 449, 12 = 481, 23 -a uenalium *τὰς διαποτίσεις?*) totius regni maxime celebratum. hist. frg. 1, 124 illum ... -um. LIV. 25, 5, 6 qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis -isque et conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent *dilectus causa*. 25, 22, 4 is ... per -a conciliabulaque edixit. 29, 37, 3 Romae pretio eodem, pluris in -is et conciliabulis *sal venibat* (*item* -a et conciliabula. 39, 14, 7. 40, 19, 3 *add.* agri. 40, 37, 3. 5. 43, 14, 10). LEX Mamil. (grom. p. 263, 5) quae colonia ... quodve municipium praefectura -um conciliabulum constitutum erit (p. 263. 10. 264, 9. 10. 265, 6).

hinc originem traxerunt multa municipiorum nomina qualia Forum Appi, Forum Deci *vel* Forum Aurelium *vel* Forum Gallorum *vel* Forum novum, vetus *similia: indicem dat Ruggiero, Diz. epigr. III p. 210sqq.; cf. et Meister, Lat.-griech. Eigennamen I [1916] p. 88sq.; singula v in Onomastico.*

3 *generaliter i. q.* ***iudicium,*** *iudicum variorum consessus* (*v.* ad -um *p. 1200, 50*, in -um *p. 1200, 84*): SEN. benef. 3, 7, 4 huic uni legi omnia -a vix sufficiunt. 7, 20, 5 homini malo, quem invenire in quolibet -o possum. PS. SEN. epist. Paul. 12 utamur -o, quod sors concessit. STAT. silv. 5, 2, 100 cum ... sodalis ... falso palleret crimine ... erigeretque -um. MART. 7, 65, 2 lis te ... conterit una tribus ... -is. TERT. scorp. 10 p. 169, 3 omnem ordinem persecutionis ... illuc transferre ..., ubi confessioni -um dederit. PS. CYPR. aleat. 6 *aleatores* patrimonium sine ulla -i calumnia amittunt. HIER. epist. Revue Bénéd. 27 (1910) 2 p. 4, 12 *biblia sunt* ius ecclesiastici -i. AMBR. Abr. 1, 2, 7 iudicem -i (*opp.* iudicem totius mundi). SYMM. epist. 2, 42 cum *ille* -o tuo (*alloquitur praef. urbi*) nomen dedisset, *i. se causidicum professus esset* (*cf.* COD. Theod. *l. 35* COD. Iust. de cod. confirm. 2 *l. 42*). PRVD. perist. 6, 126 caelo vivere quos -um peremit. CLAVD. 18, 234 quibus unquam saecula terris eunuchi (*gen.*) videre -um. COD. Theod. 2, 10, 6 non solum per -um tuae magnitudinis (*ad praef. praet.*), sed in universis iudiciis (*cf.* SYMM. *l. 32*). VAL. CEM. hom. 20, 3 aperitur ... legibus -um. SALON. in prov. p. 979[d] inter magnos ecclesiae rectores in -o tribuit illi culmen honoris (*iudicis ecclesiastici*). SIDON. epist. 4, 8, 5 in -o tali (*hominum litteratorum*) sive Athenaeo plus charta vestra quam nostra scriptura laudabitur. DRAC. Romul. 5 subscr. togatus -i proconsulis almae Karthaginis (COD. Iust. de cod. comp. 1 COD. Iust. de emend cod. 2. COD. Iust. de cod. confirm. 2 togati amplissimi -i tuae sublimitatis, *i. praef. praet.* 1, 17, 1, 3. 3, 2, 3 pr. togatis -i cuiusque praefecturae. 2, 55, 5 pr.). Orest. 16 purgare -o (*i. Areopago*) quem damnavere sorores *Erinyes*. CASSIOD. var. 10, 5, 2 ad communia iura descendite: -a vos tueantur, non iniqua praesumptio. 11, 40, 6 ad -um sine trepidatione venite. 12, 3, 2. 12, 5, 6. 8, 24, 4 ad saecularia -a iurgaturus occurrat.

translate de mortuorum iudicio: PROP. 4, 11, 22 assideant fratres iuxta ⟨et⟩ Minoida sellam Eumenidum intento turba severa -o. OV. met. 4, 444 umbrae ... -um celebrant. trist. 4, 10, 88 si ... sunt in Stygio crimina nostra -o. SEN. Herc. f. 733 aditur illo Gnosius Minos -o. CLAVD. 5, 495 Stygii ... negotia solvit dura -i.

4 *in castris* (*ἀγορά* POLYB.; *v. W. Fischer, Die röm. Lager, Leipzig 1914, p. 51*): LIV. 41, 2, 11 praetorio deiecto ... ad quaestorium -um (*om. aliquot codd.*) quintanamque hostes pervenerunt. PAVL. FEST. p. 256 quintana porta ... in castris post praetorium, ubi rerum utensilium -um sit. HYG. mun. castr. 11 aris institutis in foro (formam *trad.*) partis imae. *prope castra*: LIV. 41, 2, 3 -um turba inermi[s] frequens.

5 ***varia:*** *translate*: AMM. 16, 10, 13 rostra, perspectissimum priscae potentiae -um. GREG. M. moral. 2, 75 p. 591[B] intus ... in cordis -o litigatur. *i. q. sententia, arbitrium*: BOETH. syll. categ. 1 p. 794[C] ut -um nostrum nemo non intellecturus ... inspiciat. *de interpretatione christiana (i. q. saeculum, negotia saecularia) v. ad* VVLG. *p. 1206, 39; adde*: PAVL. NOL epist. 5, 16 in vano huius saeculi -o stare. 32, 19 in tumultuoso huius saeculi -o. OP. imperf. in Matth. 34 p. 819 -um est iste mundus, ubi omnia venalia sunt *et multa*. ALC. AVIT. carm. 4, 30 ut ... luxuriaeque -um atque obscaeni nundina mundi ferbuerit, casto fas non est dicere cantu.

derivata: assiforanus, circumforanus, conforanus, foralis, foranus, forensis, infraforanus; inforare.

forunculus *v.* fur-. **1. forus,** -ī *m. v.* forum *p. 1198, 32.*

2. forus, -ī *m.* [*inc. origin., nisi cf. est c.* forare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 84 *v. p. 1198, 13. 15*. CHAR. gramm. I 32, 19 (= 548, 25) masculina semper pluralia ... fori, loca spectaculorum, item -i sunt in navibus, quo nautae sedentes remigant (*item* DIOM. gramm. I 327, 26, *similiter* BEDA gramm. VII 272, 30 ALCVIN. gramm. VII 301, 28). 71, 29 masculina autem tabulata navium ... quamvis Gellius (*hist. frg. 32*) fora navium neutraliter dixerit. CLEDON. gramm. V 39, 28 fori: foros generis masculini dicimus locum tabulatum navis, ut (*Verg. Aen. 4, 605*) 'implessemque -os flammis', fora autem, ubi deambulamus, neutro appellamus. POMP. gramm. V 163, 3 forum ... quando -os dicimus, tabulata navium significamus, quando deambulatoria, haec

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a dicimus. PHOC. gramm. V 428, 5 in singulari numero non declinantur . . . 'furfures, -i, liberi'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 12 forus ... status tam in foro quam in navi et torculari id est *ληνῷ*. GRAMM. suppl. 216, 19 fori . . . sedilia sunt navium, unde Vergilius 'laxatque -os' (*Aen. 6, 412*) i. navium sedilia (237, 16). NON. p. 447 'fora' et 'fori' ut genere ita et intellectibus discernuntur. neutro enim loca sunt quibus ius dicitur, masculino spatia in navibus, ut Vergilius lib. VI (*sec. 411—413*), vel locus apertus ac patens, unde et gladiatores 'foros facere' dicuntur, cum longo circuitu sectantur (*inde* p. 427 *similia, sed* masculino spatia in navibus apertiora vel in gladiatoriis ludis). ISID. orig. 15, 6, 8 forus est locus, ubi uva calcatur, dictus quod ibi feratur uva vel propter quod ibi pedibus feriatur.... prima species fori locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus; secunda, ubi magistratus iudicare solet; tertia . . . quem calcatorium nominavimus; quarta spatia plana in navibus, de quibus Vergilius (*Aen. 6, 412*). GLOSS. II 344, 15 -us *κατάστρωμα*. 224, 4 -i: *ἀκροστόλιον*. 430, 49 -i: *σηκοὶ πλοίων*. IV 442, 49 -i: spatia in navibus. 78, 6 *al.* -i: mediae partes navium id est sedilia nautarum. V 202, 19 -i: ubi uva calcatur aut transita (*lege* transtra) navium.

1 *in navi*: PAVL. FEST. p. 84 *s. v.* forum: quinto locus in navi, sed tum masculini generis est et plurale. SERV. Aen. 4, 605 foros tabulata navium ab eo, quod incessus ferant, et est generis masculini, numeri tantum pluralis. ISID. orig. 19, 2, 2 fori: navium latera concava, sive tabulata navium quae sternuntur, dicta ab eo, quod incessus ferant vel foris emineant. ENN. ann. 492 multa -o ponet. et agea longa repletur. CIC. Cato 17 ut si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, quom alii malos scandant, alii per -os cursent, alii sentinam exhauriant, ille autem clavom tenens quietus sedeat in puppi, non faciat ea quae iuvenes. VERG. Aen. 4, 605 faces in castra tulissem implessemque -os flammis. 6, 412 *Charon* alias animas, quae per iuga longa sedebant, deturbat laxatque -os: simul accipit alveo ingentem Aenean. LVCAN. 3, 630 *navis* ad summos repleta -os descendit in undas. 4, 567 iam latis viscera lapsa semianimes traxere -is. SIL. 14, 424 implet *ignis* . . . -os. TAC. hist. 2, 35 Germani retentare puppes, scandere -os aut comminus mergere. GELL. 16, 19, 14 *Arion* stans . . . in summae puppis -o . . . cantavit. LICENT. carm. ad Aug. 82 non -us aut prorae, non lintea deinde procellas ferre valent. AMM. 17, 12, 4 flumen Histrum super navium -os ponte contexto transgressus. 27, 5, 2 ponte contabulato supra navium -os flumen transgressus est Histrum. **2** *in favis apium*: VERG. georg. 4, 250 omnes *apes* . . . complebuntque -os et floribus horrea texent. **3** *in circo*: PAVL. FEST. p. 84 sexto -i significant et Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. LIV. 1, 35, 8 *in circo* loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent; -i appellati. 1, 56, 2 -os in circo faciendos. 29, 37, 2 censores . . . viam a foro bovario [et] ad Veneris circa -os publicos et aedem Matris Magnae in Palatio faciendam locaverunt. *cf.* INSCR. comitii (Corp. I² 809) 2, 13 pone -os. LIV. 45, 1, 7 cum per circum veheretur ad -os publicos. 45, 1, 8 consul . . . pro -is publicis denuntiavit populo L. Aemilium ... cum rege Perseo pugnasse. *cf.* NON. p. 447 *de* foros facere *supra l. 9.* **4** *in horto*: COLVM. 10, 92 angustosque -os adverso limite ducens rursus in obliquum distinguat tramite parvo (*vix huc pertinet* PLIN. nat. 19, 50 horto . . . et -o tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus ... saturica signa). **5** *instrumentum lusorium, de quo sane non constat an masc. an neutrius fuerit generis*: SEN. dial. 12, 17, 4 *C. Caesar* exequiis sororis non interfuit, ... sed in Albano suo tesseris ac -o et †pervocatis . . . funeris elevabat mala. IMP. AVG. Suet. Aug. 71, 3 lusimus . . . per omnis dies -umque aleatorum (-orium ς) calfecimus.

(**forvus**, -a, -um) *male* SERV. Aen. 8, 453 georg. 4, 171 *et inde* ISID. orig. 19, 7, 3 (*qui addit* -um est calidum, unde et fervidum) *substituerunt adiectivo veteri* formus *in originatione vocabuli* forceps; *v. p. 1050, 21.* *Vollmer.*

fos *sim. v.* phos. **fosor** *v. p. 1214, 46.*

✖**fossa**, -ae *f.* [*a* fodere. *Th.*]. VARRO ling. 7, 100 a fodiendo, a quo -a. o *correptam testatur*: VIRG. gramm. suppl. 189, 15 (*cf. Groeber, Archiv 2 [1885] 427. 14 [1906] 476*). *scribitur* fotsa: CORP. VI 10185. *notatur* fos(sa): CORP. V 2915. *de numero*: EXC. Bob. gramm. I 549, 11 feminina semper pluralia: . . . hae foveae -ae et insidiae venatorum *βόθυνοι*. *scriptores imprimis in re militari et locis ubi -a i. q. canalis significat plurali singularis vice utuntur* (*exempla afferunt Kühner, Lat. Gramm. I² 508 Kraner ad* CAES. civ. 3, 46, 5). *de significatu*: PLVT. Fab. Max. 1 *ἄχρι νῦν αἱ διώρυχες φόσσαι* (*καὶ φόδερε τὸ σκάψαι*) *καλεῖται*. GLOSS. *τάφρος. βόθρος. ὄρυγμα.* scrobe. *legitur inde ab* ENN. (*p. 1212, 28*) CATONE VARRONE CIC., *deest* NEP. TIB. GERM. VELL. CELSO PHAEDRO PERS. PETR. VAL. FL., *usitatissimum rerum scriptoribus.* NOT. Tir. 56, 61 *sqq.* [*val.* foasă, *it.* fossa, *francog.* fosse, *hisp.* fuesa. *M.-L.*] [*dub.*: CAES. civ. 3, 54, 2 ⟨-is *add. Ciacc.*⟩ ad impediendum obiectis. STAT. Theb. 4, 559 *v. p. 994, 44.*]

A ***proprie*** *i. q. locus, ubi terra est effossa sive manu hominum sive vi naturali*: **1** *generatim*: VARRO ling. 5, 143 *in oppidis condendis* terram, unde exculpserant, -am vocabant (*cf.* VERG. Aen. 7, 157 *Aeneas* humili designat moenia -a [SERV. *ad l.* sulco]. OV. fast. 4, 821 -a fit ad solidum. 4, 823 -a repletur humo. 4, 839 -am transeat. MANIL. 2, 774 ante manus quam temptet scindere -as). BELL. Afr. 35, 4 numquae -ae aut insidiae elephantis . . . factae essent (*cf. p. 1209, 69.* PLIN. nat. 8, 25 inclusos *elephantos vallis* ripis -isque fame domabant. CLAVD. 24, 341 *leones* non -a fefellit. GLOSS. II 579, 11 -a capiendi hominem seu bestiam). HOR. sat. 1, 8, 28 cruor in -am confusus (*cf.* PROP. 4, 5, 11 ad -am moverit herbas). 2, 3, 59 hic -a est ingens, hic rupes maxima: serva! VITR. 8, 6, 14 -a (*i. cisterna*) ad libramentum altitudinis . . . calcetur. COLVM. 6, 29, 1 si *pullus* -am sine cunctatione transilit. STAT. silv. 3, 3, 89 quicquid ab auriferis eiectat Hiberia -is (*i. fodinis*). 4, 3, 43 haustas aliter replere -as. 5, 3, 55 putri sonitum daret ungula -a (*i. sulco, quem equi cursus effodere solet: Schwartz, qui comparat versus notissimos* VERG. Aen. 8, 596. 11, 875). Ach. 2, 138 ingentes saltu . . . iungere -as. TAC. ann. 1, 65 haesere caeno -isque impedimenta. TERT. anim. 55 inferi non nuda cavositas..., sed in -a terrae (*i. specubus*) et in alto vastitas. COMM. instr. 1, 37, 4 caecus caecum in -a reducit (*cf.* 1, 37, 14 CARM. adv. Marc. 1, 115). TREB. Gall. 5, 4 cum aqua salsa in -is *terrae hiantis* appareret. POTAM. epist. ad Athan. p. 1416^{C} (*trop.?*) tanti carceris -a. CHIRON 763 equa⟨e⟩ loca si exierint, -am facito. VVLG. Is. 33, 4 velut cum -ae plenae fuerint de eo (*sc. brucho*). Ier. 2, 34 non in -is (*διορύγμασιν*) inveni eos. Ezech. 43, 13 haec . . . erat -a (*ὕψος*) altaris. CYPR. GALL. exod. 870 multa puteum demittere -a. GREG. M. moral. 19, 2 *vulpes* in -is vel specubus se abscondunt.

i. q. tumulus, sepulcrum: VVLG. Tob. 8, 13 cumque parassent -am (*τάφον*). 8, 20. GREG. TVR. Franc. 4, 31 in unam humi -am. CORP. VI 10185 bonus amoratus . . . usque ad fotsa. CARM. epigr. 798 (*fort. saec. rec.*) vorax -a. *tropice*: PS. FVLG. RVSP. serm. 6 p. 866^{A} domestica -a et sepultura secreta. *i. q. convallis, locus depressus* (*cf.* GLOSS. II 475, 25 *χαράδρα*): BELL. Afr. 50, 4 ne in -a ab equitibus opprimerentur. OV. fast. 6, 402 hoc ... udae tenuere paludes; amne redundatis -a madebat aquis. trist. 5, 6, 37 multa madidae ... harundine -ae. CVRT. 8, 13, 17 -a . . . praealta . . . cum equis viros poterat abscondere.

i. q. alveus fluminum, praecipue canalis arte factus (VLP. dig. 43, 14, 1, 5 -a est receptaculum aquae manu facta. *de re cf. PW. VII 74 sqq.; Daremberg-Saglio s. v.*): CIC. Pis. 81 *Caesaris* imperium, . . . non Rheni -am . . . Germanorum . . . gentibus obicio et oppono (*alludit ad 2 a*). CATVLL. 17, 19 alnus in -a Liguri iacet suppernata securi. CAES. civ. 1, 61, 1 -as pedum XXX in latitudinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris averteret (*cf.* HIRT. Gall. 8, 40, 3). VALG. carm. frg. 3 -ae, qua iungunt ora Padusam (*cf.* PLIN. nat. 3, 119 IORD. Get. 149. 150). LIV. 28, 46, 4 regionem a -a Graeca ad mare versam. VITR. 1, 4, 11 -is . . . ductis fit aquae exitus ad litus. 1, 4, 12. 2, 8, 14 -a facta. FEST. p. 273 rivi..., qui manu facti sunt, sive super terram -ā sive subter specu. SEN. contr. 2, 1, 13 -is inducunt mare (*cf.* SVET. Nero 16, 1). VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 flexuosos -arum ambitus *Aegypti* (*cf.* SVET. Aug. 18, 2 -as omnis, in quas Nilus exaestuat [PS. AVR. VICT. epit. 1, 5]. IVST. 2, 1, 20). MELA 2, 78 -a Mariana partem *Rhodani* . . . effundit (*cf.* PLIN. nat. 3, 34. PTOL. 2, 10, 2 *φόσσαι Μαριαναί*). CORP. XIV 85 (*a. 46*) -is ductis a Tiberi. PLIN. nat. 3, 120 -a Flavia. 3, 121 ex Philistinae -ae abundatione ... -a Clodia. 4, 84 lacus Buces -a emissus in mare. 6, 75 urbe pulchra -is palustribus munita. 6, 122 Euphratis -a perducti (*cf.* 36, 67). 6, 165 ducit -am latitudine pedum c, altitudine XL. 14, 61 -a Neronis (*cf.* TAC. ann. 15, 42 SVET. Nero 16, 1. 31, 3). 33, 76 -ae . . . cavantur (agogas vocant). 36, 76 Moeridis lacus, hoc est -a grandis. TAC. ann. 2, 8 -am, cui Drusianae nomen, ingressus (*cf.* SVET. Claud. 1, 2 effecit). 11, 18 triremes alveo Rheni, ceteras navium ... per aestuaria et -as adegit. 11, 20 inter Mosam Rhenumque . . . -am perduxit *Corbulo* 13, 53. PLIN. epist. 8, 17, 2 -a, quam providentissimus imperator fecit, exhaustus Tiberis (*cf.* CORP. XIV 88). 10, 41, 4 -am a rege percussam: sed incertum utrum ad colligendum umorem circumiacentium agrorum an ad committendum flumini lacum. 10, 61, 2. 3 -a facienda. 10, 61, 4 -am longius ducere. VLP. dig. 43, 14, 1 pr. per lacum -am stagnum publicum navigare. 43, 15, 1, 6. 43, 20, 1, 8 incilia vel principia -arum, quibus aquae ... compelli solent. VOPISC. Prob. 21, 2 ad siccandam quandam paludem . . . parans -am (*cf.* AVR. VICT. Caes. 37, 4). VEG. mil. 3, 7 ductis multifariam spargitur -is *fluvius*. VVLG. III reg. 18, 35 -a aquaeductus repleta est. IV reg. 3, 16 facite alveum torrentis huius -as et -as (*βοθύνους βοθύνους. an part. perf. pass.?*). SIDON. epist. 1, 5, 6 cloacali pulte -arum. *fortasse huc referendum*: BIBAC. (*?*) carm. frg. 17 qua ducebant vastae divortia -ae. *hinc loca ad canales sita Fossae appellantur: v. Onomasticon.* *maris*: LVCR. 5, 482 qua *pontus* . . . salso suffudit gurgite -as. *paulo aliter*: PRVD. cath. 9, 14 terra, caelum, -a ponti, trina rerum machina (SIDON. carm. 15, 39 -a maris). *de cloacis, incilibus sim.*: LEX Tarent. (Ephem. epigr. IX p. 1) 39 seiquas vias -as clovacas IIIIvir IIvir aedilisve eius municipii caussa publice facere immittere commutare aedificare munire volet (*cf. vol. III p. 1358, 65 sqq., ubi addas*: FRONTIN. grom. p. 58, 2). PAVL. FEST. p. 107 incilia: -ae quae in viis fiunt ad deducendam aquam (*cf.* TAC. hist. 2, 41 praeruptis utrimque -is via . . . angusta. SVET. vita Verg. p. 55). CORP. IX 4051 ⟨f⟩ossa⟨e⟩ urbanicianae.

2 *technice*: **a** *in re militari pars munitionum castro-*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum, oppidorum sim. (HYG. mun. castr. 49 -a loco securiori causa disciplinae, cuius species est fastigata vel Punica *eqs. cf. Göler, Caesars gall. Krieg II² 248 sqq.; Rüstow², Heerwesen 83—86; interdum milites ipsis -is agrorum utuntur cf. p. 1212, 59*): *coniungitur*: vallum (*per asyndeton*: LIV. 10, 19, 21. 37, 39, 4. TAC. ann. 1, 35. vallum *maxime praeponitur*): SISENNA hist. 14 agilem dari ... victoriam neque -as aut vallum remoraturum. 16 CIC. Pis. 81 Att. 5, 20, 5. 9, 12, 3 epist. 15, 4, 10 CAES. Gall. 2, 5, 6. 3, 1, 6. 5, 21, 3. 5, 42, 1 civ. 1, 28, 4. 3, 63, 1 BELL. Afr. 31, 7. 61, 6 SALL. Iug. 23, 1. 45, 2. 76, 2 LIV. *28ies* VAL. MAX. 2, 7, 2. 7. 15. 9, 1 ext. 6 LVCAN. 7, 326 TAC. hist. 4, 34. 75 ann. 13, 35 *al.* FLOR. epit. 3, 10, 24 AMM. 16, 12, 12. 18, 2, 11. 20, 11, 6 VEG. mil. 2, 10. 18 *al.* HIER. epist. 14, 2, 1. *cf. l. 32. 69. 70 al.* murus (*cf. l. 29. 37. 57. 72*): CAES. Gall. 1, 8, 1. 2, 12, 2 LIV. 1, 44, 3. 25, 11, 1. 9. 36, 16, 2. 44, 12, 3 VEG. mil. 4, 1 CORIPP. Ioh. 2, 93. maceria (*cf. infra l. 44*): CAES. Gall. 7, 69, 5. moenia: TAC. ann. 12, 16. agger: *v. vol. I p. 1307, 55 sq. 1308, 12. 20. 23. 25. 46* VIR. ill. 7, 6 AVSON. 428, 2. lorica: TAC. ann. 4, 49 FLOR. epit. 2, 18, 13. munitiones (*cf. l. 56. 63*): CAES. civ. 3, 71, 2. munimenta: LIV. 38, 19, 5. *quibus sint mensuris*: CAES. Gall. 2, 5, 6 duodeviginti pedum. 7, 36, 7 duodenum pedum (*cf.* VEG. mil. 1, 24 tumultuaria -a fit lata pedes novem et alta pedes VII ... legitima -a ... ut XII pedes lata sit et alta sub linea ... pedes novem). 7, 72, 1 pedum XX. 7, 72, 3 -as XV pedes latas (*cf.* 5, 42, 1 civ. 1, 41, 4. 3, 63, 1 HIRT. Gall. 8, 9, 3 FRONTIN. strat. 1, 5, 9). 7, 73, 2 quinos pedes altae. BELL. Alex. 38, 3 IV pedum altitudinis. LIV. 37, 37, 10 -am sex cubita altam, duodecim latam. SISENNA hist. 16 duplici -a valloque circumdati (*v. vol. III p. 1128, 34 sq. 42 sq. 54 sq. 84. 1129, 1 cf. 1130, 53. 1131, 36 sq.*). VARRO ling. 5, 143 ut -a et muro essent muniti (CAES. Gall. 2, 5, 6. 3, 1, 6. 5, 21, 3 BELL. Afr. 87, 3 SALL. Iug. 45, 2 LIV. 32, 5, 12. 42, 54, 8 TAC. ann. 12, 16 VEG. mil. 1, 25. 4, 1 *cf. p. 1212, 32. 59 al.* LIV. 36, 16, 2 cum duplici vallo -aque ... permunisset omnia. *et v. vol. III p. 1967, 6. 12. 18*). rust. 1, 14, 2 (*v. p. 1212, 45*). CIC. rep. 2, 11 aditus ... -a cingeretur (*v. vol. III p. 1064, 28. 32 sq. 35 sq. 40. 48. 51. 1065, 1*). CAES. Gall. 2, 8, 4 ad extremas -as castella constituit. 2, 12, 2 *oppidum* propter latitudinem -ae murique altitudinem ... expugnare non potuit. 2, 32, 4 armorum magna multitudine de muro in -am, quae erat ante oppidum, iacta. 3, 5, 1 -as complere (*v. vol. III p. 2090, 78 sqq 2091, 37 sqq. cf.* CAES. Gall. 7, 79, 4 -am cratibus integunt atque aggere explent [7, 82, 3. 7, 86, 5 LIV. 9, 14, 9] VERG. Aen. 9, 504 implere [SERV. auct. *ad l.* LIV 9, 37, 8 LVCAN. 7, 326. 8, 378 *cf. p. 1212, 50. 63*]. LIV. 2, 25, 2 -is repletis [SERV. Aen. 9, 564]. 26, 6, 2 corporibus ... oppleta -a [AMM. 19, 8, 4 *Wm²*]. SALL. hist. frg. 2, 87 B 2 ruinâque multorum -ae semipletae sunt). CAES. Gall. 7, 70, 5 -am transire et maceriam transcendere (BELL. Alex. 40, 1 AMM 21, 12, 13. *cf.* CAES. civ. 3, 46, 3 ut -as transcenderent [BELL. Alex. 40, 2 circumire ac transcendere (*emend. Nipperdey*). LIV. 25, 14, 7]). 7, 72, 1 Caesar haec genera munitionis instituit: -am pedum XX derectis lateribus duxit, ut eius -ae solum tantumdem pateret, quantum summae -ae labra distarent *eqs.* (7, 73, 2 BELL. Afr. 61, 6 LIV. 3, 28, 2. 5, 5, 5. 25, 11, 7. 25, 36, 5. 37, 37, 10. 38, 7, 7 FRONTIN. strat. 1, 5, 10. 11. 2, 5, 4 TAC. ann. 15, 4 VEG. mil. 1, 3. 4. 21. 25 *al.* GLOSS. II 452, 12 -am duco: *ταφροβολῶ. cf. p. 1210, 43. 54 al. cf.* CAES. Gall. 1, 8, 1 perducit [7, 36, 7. 7, 72, 3 LIV. 44, 37, 3]. 2, 8, 3 obduxit [civ. 3. 46, 1]. 7, 69, 5 praeduxerant [civ. 1, 27, 3 PANEG. in Mess. 83 SEN. dial. 4, 9, 3 SIL. 10, 410 TAC. ann. 14, 32]. 7, 72, 2 reliquas omnes munitiones ab ea -a ... reduxit. BELL. Alex. 38, 3 deduxit). CAES. civ. 1, 41, 4 -am fieri (*cf.* CORP. I² 780 murum turres posteicuus -am faciundum coer(averunt). VITR. 1, 5, 6. 10, 16, 11 FRONTIN. strat. 1, 5, 9. 10 *al.* TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 [6] VEG. mil. 4, 5 *cf. p. 1212, 56. 60.* CAES. civ. 1, 42, 1 perfici. 1, 61, 2 *-is* effectis). 1, 41, 6 intra hanc -am legiones reducit. 1, 42, 1 exercitum intra -am continet. 1, 42, 3 confisus ... munitione -ae. 3, 46, 5 institutae -ae magno impedimento fuerunt. 3, 69, 3 ex X pedum munitione se in -as praecipitabant (*cf.* LIV. 25, 11, 6). HIRT. Gall. 8, 9, 3 -am ... deprimi (*v. vol. V p. 613, 75 sq.*) ... ut ab hostibus duplici -a, duplici propugnatorum ordine defenderentur. BELL. Alex. 31, 5 in ipsa -a munitionis. 38, 4. 40, 1. 2 in ipso transitu -ae (LIV. 37, 37, 11 IVST. 32, 1, 5 *cf. p. 1212, 27*). SALL. hist. frg. 2, 87 A 12 desertam munitionem rati avide in -as et inde velocissimum genus per vallum ⟨p⟩roperat. VERG. Aen. 9, 141 medii fiducia valli -arumque morae. 9, 312 superant -as. 9, 468 ingentisque tenent -as. 10, 24 inundant sanguine -as (-ae *M R* [11, 382]). 10, 236 Ascanius muro -isque tenetur tela inter media. 11, 888 pars in praecipitis -as ... volvitur. OV. met. 12, 149 vigil Phrygios servat custodia muros et vigil Argolicas servat custodia -as. LIV. 1, 23, 3 -a Cluilia (*v. suppl. III p. 503, 36 sqq.*). 1, 33, 7 Quiritium ... -a, haud parvum munimentum (FEST. p. 254 *aliter* VIR. ill. 8, 3). 9, 14, 9 cum ... vellerent vallum atque in -as proruerent. 10, 5, 11 agger pondere superstantium in -am procubuit. 31, 39, 8 alia vallo, alia -a, alia lapidum congerie, ut pro muro essent, ... obiectis (44, 11, 5 CVRT. 5, 5, 1. 8, 10, 24 FRONTIN. strat. 1, 5, 11). 37, 37, 10 vallum -ae circumdedit. 42, 54, 8 -a triplici (FRONTIN. strat. 1, 5, 11). 44, 11, 5 regesta e -a terra. VITR. 1, 5, 6 fundamentum muri deprimendum est intra alveum -ae. 10, 14, 1 ad congestionem -arum. 10, 16, 11. SEN. dial. 4, 5, 4 -am sanguine humano plenam. LVCAN. 3, 386 pabula campi amplexus -ā. 6, 39 pandit -as. SIL. 8, 553 tramittere saltu muralis -as (STAT. Theb. 10, 521 VEG. mil. 3, 4). 9, 218 -arum rapuere moras (*cf. p. 1211, 70*). HOMER 649 renovant -as (vires *l. v. cf. Homer. Il. 7, 441 τάφρον ὄρυξαν*). 793 -a volvuntur in ipsa. STAT. Theb. 7, 448 devexaque -is aequa. PS. QVINT. decl. 3, 16 ferienda sit fatigato -a. FRONTIN. strat. 2, 5, 4 *al.* TAC. hist. 4, 20 cumulatae corporibus -ae. 4, 71 addiderat -as obicesque saxorum. ann. 15, 10 non -am neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data. *al.* ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. B 2, 9 -am glaria duram scabram⟨que⟩ recte percussistis (*cf.* VEG. mil. 3, 7. 8 *et p. 1210, 62*). MOD. dig. 49, 16, 3, 18 si ... quis -am transiluit, militia reicitur (VEG. mil. 1, 9. 2, 23). PANEG. 12 (2), 34, 3 -as cadaveribus aequabant. AVSON. 435, 1 vallum -amque (*cf. Hom. Il. 15, 1 τάφρον*) ... institerat. AMM. 16, 12, 27 cum prope -as armatorum refertas venisset. 24, 2, 11 altitudo complanari -arum (24, 4, 12). 29, 6, 11 retersit obrutas ruderibus -as. 31, 12, 4 vallo sudibus -aque firmato. *al.* VEG. mil. 2, 10 *ferramentis* aperiuntur -ae (3, 4. 8). 4, 2 terra, quae de -is fuerit egesta. *saepe.* PRVD. c. Symm. 2, 401 castrorum ... -is. CORIPP. Ioh. 2, 93 collocat ... muros -asque. 2, 270 -as et castra locare (6, 492 513). 8, 111 -asque furens et castra reliquit. *al.*

pars pro toto: i. q. castra: CORIPP. Ioh. 1, 383 -as ... posuit ... exercitus. 2, 396 cingens munimine -as (*cf.* 2, 404). 3, 219 saeptas ... munimine -as. 4, 1017 ad obsessas ... concurrere -as. 7, 310 -asque levavit (*i. castra movit*). 8, 39 -asque in montibus altis constituere. 8, 260 geminas ... rescindere -as. *saepe.* *huc pertinet*: CIC. Tusc. 5, 59 *Dionysius* cum -am latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque -ae transitum ponticulo ligneo coniunxisset (VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 AMM. 16, 8, 10). *nescio, an huc referendum*: ENN. ann. 618 rex ambas (*sc. manus*, amus *trad.*) ultra -am retinere (protendere *Lachmann*) coepit.

nota usum in obsidione: CIC. Att. 9, 12, 3 -a et vallo saeptum tenet (*cf.* LIV. 7, 35, 10. 25, 11, 1). CAES. civ. 1, 81, 5 conatur tamen eos vallo -aque circummunire. SALL. Iug. 23, 1. 76, 2 vallo -aque moenia circumvenit. LIV. 3, 28, 2. 5, 12, 6 vallo -aque obsideri coeptum. *al.* LVCAN. 4, 264. FLOR. epit. 4, 12, 50 *montem* perpetua XV milium -a comprehensum. *al.* PANEG. 9 (12), 5, 6 vallo -aque obsessio incohata est. *i. q. cuniculus, specus*: SEN. dial. 2, 6, 4 turrium altitudinem cuniculis ac latentibus -is repente desidere (*cf.* LIV. 38, 7, 7. 10 cum e -a in cuniculum pateret iter. AMM. 17, 1, 8 per subterranea quaedam occulta -asque multifidas latere).

b *in re rustica: ad irrigandos vel siccandos agros*: CATO agr. 2, 4 -as veteres tergeri (VARRO rust. 1, 35, 2 [*affert* MACR. sat. 1, 15, 21 *qui ad notionem translatam alludit*] COLVM. 2, 21, 3. *cf.* 11, 2, 82 purgare [PLIN. nat. 18, 236 PAVL. dig. 39, 3, 2, 1. 4]). 155, 1 in monte -as inciles puras habere. 155, 2 in segete aut in -is sicubi aqua constat. VARRO rust. 1, 14, 2 tertium militare saepimentum est -a et terreus agger (*v. vol. I p. 1308, 46 sqq.*). 1, 29, 2 sulcant -as, quo pluvia aqua delabatur. 1, 35, 2 -as novas fodere (LIV. 3, 26, 9). LEX Mamil. (grom. p. 264) neve eis -as opturato neve opsaepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit (= LEX Vrson. [Corp. I 2² 594] 104, 16). VERG. georg. 1, 326 implentur -ae *imbre.* 1, 372 plenis rura natant -is. VITR. 8, 3, 10 circum hortos et vineas -is ductis. COLVM. 2, 2, 9 abundantia uliginis ante siccetur -is. earum duo genera cognovimus caecarum et patentium *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 18, 47 apertas. PALLAD. 6, 3, 1 apertae ... caecae. 6, 3, 2 *l. 65*). 2, 2, 10 solum -ae (3, 13, 13). 2, 2, 11. 2, 14, 6 depressa -a, qualem stercori reponendo ... fieri praecepimus. 3, 13, 2 iuxta latera -arum (3, 15, 3). 3, 13, 9 perpetuam -am educere. 11, 3, 48 -a facienda est. arb. 7, 4 ex eo sulco quasi ramos -arum facies. *al.* PLIN. nat. 17, 159 ⟨in⟩ pedes binos -a procedat. 18, 179. 19, 163 area inde -ā inclusa. *al.* TAC. hist. 2, 25. 3, 21 *legio* agresti -a (ita locus erat) praemunita. SIC. FLACC. grom. p. 148, 6 in solo suo faciunt -as et ... defluentes aquas excipiunt. VLP. dig. 39, 2, 26 si in vicino tuo agro cuniculo vel -a aquam meam avoces. 39, 3, 1, 4. 23 liceat mihi ... in agro tuo aggeres vel -as habere. PAVL. dig. 39, 3, 11, 6 -a limo repleta. *al.* PALLAD. 6, 3, 1 *ager* -arum ductibus ... siccetur *eqs.* 6, 3, 2 -arum capita unam patentem -am petant. SCHOL. Verg. Veron. 2, 289 committere sulco: ... -ae. VAL. CEM. hom. 19, 2 bibula -a deducatur. *in terminandis finibus*: LEX Mamil. (grom. p. 263) quaecumque -ae limitales (*Bruns e* LEGE Vrson. [Corp. I 2² 594] 104, 12: limites *libri*) in eo agro erunt. COLVM. 5, 10, 1 *pomarium* circumvenire maceriis vel sepe vel -a (*cf.* 5, 9, 1 arb. 18 PLIN. nat. 17, 203). SENT. Helvidi Prisci (Corp. IX 2827) 23. 26 inter -am autem et palum iter commune[m] esset. SIC. FLACC. grom. p. 147, 19 si -is fines observabuntur *eqs.* (148, 18 *al. cf. p. 767, 24 sq.*). PS. AGENN. grom. p. 12, 28 si -a erit finalis, videndum utrum ... publica an vicinalis (*cf.* HYG. grom. p. 120, 18. CORP. XII 1908 -a publica et intra -am). PALLAD. 1, 34, 4. CORP. VI 29847 (*in forma praedii*) harundinetum. -a.

inter regna: PLIN. nat. 5, 25 discretas *duas provincias Africae* -a inter Africanum sequentem et reges Thenas (*cod.* Thenam *Ian.*) usque perducta (*fortasse eadem ac* CORP. VIII 23084. 25967 -a regia).

hinc tropice: TERT. praescr. 10 hanc tibi -am (*i. finem*) determinavit, qui *eqs.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 925ᶜ ultra -am (*τὰ ἐσχαμμένα*) saltus ... extendere.

epitheta selecta: aperta (patens): *v. supra l. 53 sq.* patula: OV. met. 7, 245 STAT. Theb. 10, 521. caeca: *v. vol. III p. 45, 75 sqq.* la-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tens: SEN. dial. 2, 6, 4. operta: COLVM. 2, 2, 10. duplex: SISENNA hist. 16 CAES. Gall. 7, 36, 7 HIRT. Gall. 8, 9, 3 (*bis*) LIV. 10, 25, 7. 25, 22, 16. 36, 16, 2 CLAVD. 5, 127. triplex: LIV. 42, 54, 8 FRONTIN. strat. 1, 5, 11 (*ibid.* simplex). alta: COLVM. 5, 9, 1 AMM. 16, 8, 10 (praealta: CVRT. 5, 5, 1. 8, 13, 17). brevis: PALLAD. 5, 3, 2. humilis: VERG. Aen. 7, 157 TAC. ann. 1, 61. ingens: VERG. Aen. 9, 468 HOR. sat. 2, 3, 59 LIV. 25, 11, 1. 7 STAT. Ach. 2, 138 TAC. ann. 15, 4 VOPISC. Prob. 21, 2. lata: CIC. Tusc. 5, 59 VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 VEG. mil. 3, 7. magna: VEG. mil. 3, 8 GREG. TVR. Iul. 23. modica: LIV. 44, 6, 16. parva: OV. am. 2, 12, 7. parvula: BELL. Afr. 87, 3 RVT. NAM. 1, 478. perpetua: CAES. Gall. 7, 73, 2 COLVM. 3, 13, 9 FLOR. epit. 4, 12, 50. praeceps: VERG. Aen. 11, 888 OV. met. 1, 97 CVRT. 5, 5, 1. praerupta: LVCAN. 4, 264 TAC. hist. 2, 41. profunda: PRIAP. 83, 32 SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 289. vasta: CIC. rep. 2, 11 BIBAC. (*?*) carm. frg. 17.

B ***translate*** (*cf. p. 1212, 80*): **1** *in corporibus animantium*: *sensu obscaeno*: PRIAP. 46, 9 -as inguinis ut teram (*cf.* 83, 32). IVV. 1, 2, 10 inter Socraticos notissima -a cinaedos. *inde per iocum* (*sensu duplici*): LIV. 23, 47, 6 minime sis . . . cantherium in -am (*hanc interpretationem Carolus Hude per litteras communicavit; aliter Otto, Sprichw. p. 73*). *aliis de foraminibus*: PRIAP. 78, 6 landicae vix posse iurat ambulare prae -is (*i. rugis*). AVG. serm. ed. Mai 75, 4 habuit *caecus* inter genas et frontem ruinam quandam geminis -is abruptam. PS. AVG. serm. 50, 2 in -is vulnerum (*cf.* GREG. TVR. Iul. 23). PHYSIOGN. 32 ubi ambitus oculi cavus tamquam -a est. VEN. FORT. vita Radeg. 26, 63 intima quo attigit ardor, fit -a (*ibid.* foramina). **2** *in herbis*: DIOSC. 2, 171 inter ipsa folia et virga velut -a habent (*Diosc. gr. 2, 186* μασχάλας). 4, 110 quae hasta in se intervalla -arum habet (*Diosc. gr. 4, 114* ὁ ναυλὸς . . . διάκοιλος).

syn.: agoge (PLIN. nat. 33, 76), cuniculus (SEN. dial. 2, 6, 4 VLP. dig. 39, 2, 26), elix (COLVM. 11, 2, 82), fovea, lacuna (AVR. VICT. Caes. 37, 4), scrobis (COLVM. 3, 13, 2), sulcus (COLVM. 2, 2, 10 *al.*), specus (GREG. M. moral. 19, 2).

deriv.: fossula.

fossārius, -a, -um *a* fossus, fodere. NOT. Tir. 60, 44. GLOSS. V 399, 11 vespelliones: -os qui corpora humant. 612, 51. 632, 1 -i qui mortuos sepeliunt. PS. HIER. epist. 12 p. 150^{c} primus . . . in clericis -orum ordo est, qui in similitudinem Tobiae sancti sepelire mortuos admonentur. INSCR. Muratori 1969, 5.

fossātus, -ī *et* **fossātum,** -ī *v.* fosso.

fossibilis, -e *a* fodere, fossus. ARNOB. nat. 2, 17 in -bus (fossilibus *ed. princ.*) foveis tutamina si⟨bi⟩met et cubilia praeparare.

fossīcius, -a, -um [*a* fossus, fodere. *Th.*]. *scribitur* fossitius *l. 50.* VARRO rust. 1, 7, 8 ubi agros stercorarent candida -a creta, ubi salem nec -um nec maritimum haberent (SCRIB. LARG. 59. 60. 206 MARCELL. med. 6, 25). VITR. 1, 2, 8 non omnibus locis harenae -ae . . . copia est . . . ubi non est harena -a, fluviatica aut marina lota (2, 4, 1. 3 *bis.* 2, 5, 1. *cf.* 2, 6, 5 -a harenaria. PLIN. nat. 36, 175 *bis.* PALLAD. 1, 10, 1. *v. Blümner, Technologie III 107*). CHIRON 933 †calacani (calcarium*?*) fossitium p. III.

fossilis, -e [*a* fodere, fossus. *Th.*]. *i. q. effossus, vel qui effodi potest*: VARRO rust. 2, 11, 6 melior *sal* -is quam marinus (CELS. 6, 5, 3. 6, 6, 25^{c}. 6, 13, 1 COLVM. 6, 33, 1 PLIN. nat. 33, 109 *bis.* 37, 143. CHIRON 800 Indici. VEG. mulom. 4, 22, 1 Hispani vel Ammoniaci. THEOD. PRISC. eup. faen. 56 CASS. FEL. 76). PLIN. nat. 16, 59 picem -em. 34, 125 *calcanthon* -e aut facticium. 36, 134 ebur -e ⟨e⟩ candido et nigro inveniri. 36, 161 *lapis specularis* maiore ⟨ex⟩ parte -i natura. 36, 192 -es harenae (PALLAD. 1, 10, 2 *bis. cf.* CET. FAV. 8 unde harenae fodiantur). 37, 33 *sucinum.* 37, 99 anthracitis. AMM. 24, 6, 1 ad -e (*sc. fodiendo effectus i. canalis*) flumen Naarmalcha nomine. SIDON. epist. 9, 11, 9 humus -is. ALC. AVIT. epist. 87 p. 97, 14 -is glaebae scrobis. *cf.* fossibilis.

fossio, -ōnis *f. a* fodere, fossus. [*dub.*: PLIN. nat. 3, 121 *v. Onomasticon.*] *i. q. actus fodiendi praecipue in re rustica*: CIC. Cato 53 quid ego irrigationes, quid -es agri repastinationesque proferam, quibus fit multo terra fecundior. nat. deor. 2, 25 recenti -e terram fumare calentem. COLVM. 4, 4, 2 crebris -bus (positionibus *SA*) pastinatum resolvere. 4, 4, 5 quanto crebrior sit, plus prodesse -em. 4, 10, 2 frequentibus -bus. 4, 14, 2 numerus . . . -is. 4, 17, 3 crebrae -es dandae (11, 2, 41). 4, 28, 1. 2. 11, 2, 16. 35 vinearum -o. 11, 2, 60. 11, 3, 11. PLIN. nat. 17, 189 -e pulverem excitatum. 17, 247 amygdalae si colantur -e. PALLAD. 3, 18, 2 brevissimis ac frequentissimis -bus sollicitentur. 3, 24, 1 -e et rigatione nutriri. 3, 25, 3. 29 -bus laetatur et stercore. 12, 7, 15 iuvatur frequenti umore et assidua -e. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916^{B} exigit nos etiam -em pati (*tropice cf.* GREG. M. in euang. 31, 5). ISID. orig. 17, 5, 30 vitibus . . . conveniunt oblaqueatio, putatio, propaginatio, -o. *generatim*: VITR. 8, 6, 12 in puteorum . . . -bus (*bis*). AVELL. p. 258, 12 per -em scrutari quae in profundo sunt temptant. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 2 insueta humi -o. *i. q. fovea, fossa*: VITR. 8, 1, 5 si vas . . . in ea -e . . . positum fuerit. PALLAD. 9, 8, 5 in solo ipsius -is.

fossītius *v.* fossīcius.

fosso, -āvī, -ātum, -āre [*a* fossus *vel* fossa, fodere. *Th.*]. ENN. ann. 571 decretumst stare ⟨et -ri⟩ (*Bergkius,* est -ri *Columna e lemmate* atque fodari *Goetz-Schoell*) corpora telis (*i. transfigi; cf. sensu proprio*: MALALAS p. 470, 7).

deriv.: *graec.* φοσσεύω (*Malalas passim; cf. ibid. p. 469, 13 compos.*: παρεφόσσευσε).

part. perf. pass. pro subst. **fossātus,** -ī (-ūs) *m. vel* **fossātum,** -ī *n. formae masc. certo cognoscuntur*: GROM. p. 335, 12. 347, 7 (*cf. l. 15*). *neutr.* (*cf. l. 9. 10*): CAPITOL. Gord. 28, 3 CASSIOD. hist. 5, 45. 11, 15 *abl. in* -u: VITAE patr. 5, 9, 7. *terminationes graecae* (*v. l. 42*): INSCR. graec. Rom. Cagnat IV 1175 PAPYR. (*v. l. 18*) τοῦ φοσσά(του). MALALAS p. 309, 2 φοσσᾶτα. p. 461, 21 φοσσᾶτον. p. 461, 22 φοσσάτου. GLOSS. -um τάφρος. HESYCH. φόσσατον· ὄρυγμα. [*francog.* fossé. *M.-L.*]

14,4 per haec loca ... *spiritum* viam cum -u vasto atque impetu quaerere. Oed. 227 gemina Parnasi ... arx trucem -um dedit. SOL. 5, 9 per quos (*crateres*) eructatus erumpit vapor, praemisso prius -u, qui *eqs.* ARNOB. nat. 7, 38 quid terrarum -us, quid motus, quos *eqs.* AMM. 17, 7, 14 fragores -usque terrenos. CLAVD. rapt. Pros. 1, 10 magnus ab imis auditur -us terris. OBSEQ. 46 -us ab inferno ad caelum ferri visus. 48 Pisauri terrae -us auditus. 59 -us inferni exauditi. CASSIOD. var. 4, 50, 4 ut excitatus quidam spiritus *Vesuvii* grandisono -u vicina terrificet. **C** *procellarum, tonitruum sim.*: PACVV. trag. 336 strepitus, -us, clamor tonitruum et rudentum sibilus. CIC. div. 1, 97 e caelo -us auditus. LVCR. 1, 276 perfurit acri cum -u saevitque minaci murmure ventus (pontus *codd.*). 5, 1193 per caelum volvi ... *videntur* ... venti, fulmina, grando et rapidi -us et murmura magna minarum. 6, 101 ubicumque magis denso sunt agmine nubes, tam magis hinc magno -us fit murmure saepe. 6, 199 -us per nubila mittunt *venti*. 6, 270 -us et fulgura fiunt. 6, 289 -usque moventur. 6, 410 -us et murmura concit *Iuppiter*. STAT. silv. 3, 2, 72 caeli -ūs. OBSEQ. 41 -us caelestis auditus. EVSTATH. Bas. hex. 6, 4 p. 925^{B} ventorum -us futuros (7, 5 p. 942^{B}. 9, 5 p. 963^{B}). **D** *armorum, castrorum, proeliorum et similium rerum ad bella et vitam militarem spectantium* (*v. etiam sub I A 1*): CIC. har. resp. 9 responsum haruspicum ... de -u (20 quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum -u. *ibid.* strepitus quidam reconditus et horribilis -us armorum. 23 quos ille -us nuntiet ludos esse pollutos? OBSEQ. 45 -us armorum ex inferno auditus). LVCR. 5, 1316 -u perterrita equorum pectora. VERG. Aen. 2, 338 quo -us vocat et sublatus ad aethera clamor (SERV. auct. *ad l.* -us perturbatio). PROP. 2, 16, 37 ducem, modo qui -u complevit inani Actia damnatis aequora militibus. OV. met. 12, 316 in tanto -u (*sc. pugnae*). LIV. 8, 38, 11 -us aequalis tenorque pugnae. 9, 45, 15 -um consuetum castrorum (30, 30, 8). OCTAVIA 400 tubae -us truces (COMM. apol. 901 -um dat tuba de caelo repente). CVRT. 4, 13, 38 -u duorum agminum. LVCAN. 7, 482 Pindus agit -us (*sc. proeliorum*). VAL. FL. 6, 89 aeratam ... agit ... nubem cum -u. SIL. 7, 413 trepidae -u ... aequoreae ... sorores (CLAVD. 18, 504 -um, quo palluit Hebrus). FRONTIN. strat. 1, 8, 9 agi mulos cum -u et sono iussit. 2, 5, 31 ne -u eorum (*equitum*) cogitata proderentur. TAC. hist. 3, 16 adventare hostes ... motum -umque late audiri. AMM. 27, 10, 13 per -us territos et equorum hinnitus et tubas. 31, 8, 2 proeliorum (HIER. in Ier. 1, 82, 2. VVLG. Ier. 49, 2 proelii). HEGES. 5, 16, 76 hinnitus equorum, curruum fragor, quadrigarum currentium -us. DRAC. laud. dei 3, 483 inter belligeros -us et tela cruenta (VEN. FORT. vita Hil. 5, 14 inter hostiles -us, inter haereticos gladios). ANON. de mach. bell. 17 liburna pro mole sui proque machinis in semet operantibus tanto virium -u pugnam capessit.

III ***tropice rerum incorporalium*:** VAL. MAX. 8, 15, 7 -u invidiae (*opp.* assensione favoris). SEN. epist. 94, 59 in tanto -u tumultuque falsorum. AMM. 21, 5, 3 contra rumorum -us stando immobilis. PS. RVFIN. in Os. 12, 1 inter comminationis -us. AVG. civ. 5, 14 p. 219, 14 D. tanto -u offensionis humanae.

fremo, -uī, -ere [*i. q. cambr.* brefu '*mugire, balare*', *theodisc.* breman '*fremere, rugire*'. *Th.*]. *de formis (cf. l. 66 sqq.): part. praes. abl. sing.* -enti: STAT. Theb. 2, 509 silv. 4, 5, 49. *gen. plur.* -entium: SEN. dial. 2, 6, 3. -entum: VAL. FL. 1, 594. *de notione*: VARRO ling. 6, 67 -ere, gemere, *al.* ... ab similitudine vocis sonitus dicta. 7, 104 *v. p. 1282, 51.* NON. p. 447, 11 -ere et frendere hoc disparantur, quod est -ere magnum sonare (*Verg. georg. 2, 160*), frendere *eqs.* ISID. diff. 1, 226 -ere est furorem mentis usque ad vocis tumultum excitare, frendere vero proprie dentes comprimere et concutere. GLOSS. *βρυχῶμαι, ὠρυῶμαι, φρυάσσω.* -it perstrepit, rugit, saevit. furit. stridet, adclamat, sonat. -unt graviter sonant. strepitum faci⟨un⟩t. -bant clamabant. NOT. Tir. 93, 80 -it. *de usu: legitur per totam latinitatem inde ab* ENNIO, *frequentiore in usu est ap.* VERG. (37^{ies}) LIV. (41^{ies}) SEN. phil. *et* trag. (22^{ies}) VAL. FL. (22^{ies}) SIL. (*cum* HOM. 19^{ies}) STAT. (38^{ies}), *raro ap.* CIC. (Verr. 4, 132 de orat. 1, 195, *quater in epistulis ad Att.*), *non habent ex. gr.* PLAVT. CAES. SALL. TIB. *supinum nusquam legitur neque ulla verbi passiva forma. verbi activi formae perfecti inveniuntur non ante* SEN. trag. (-uit: Ag. 636 Oed. 457 LVCAN. 7, 46. 9, 320 SIL. 7, 425 MART. 8, 55, 5 TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 586, 10 *al.* -erunt: STAT. Theb. 6, 254 VVLG. psalm. 2, 1 thren. 2, 16 act. 4, 25 -uere: CLAVD. 5, 220. -isse: SIL. 4, 66. -isset: CLAVD. 24, 21). *stirpis praesentis leguntur fere 3. sing. plur. praes. impf. (ind. et coni.), inf. (saepe inf. hist.), part.; formae rariores*: -endi: ENN. ann. 586. -o: PS. QVINT. decl. 14, 3. -is: VAL. FL. 5, 673 STAT. Ach. 1, 907 Theb. 4, 615. 11, 292. -et: VERG. Aen. 1, 296 ITALA psalm. 36, 12 (Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 7 Cassiod. in psalm. 36, 13; VVLG. stridebit). VVLG. psalm. 111, 10 Sirach 13, 4. -ent: LACT. inst. 7, 15, 10. *e coniect.*: VAL. FL. 6, 627. [*it.* fremere, *francog.* frémir, *port.* fremir. *M.-L.*] [*in codd. corruptum pro* prem-: VERG. georg. 3, 85 *M* OV. met. 14, 779 *MN* LVCAN. 9, 332 STAT. Theb. 5, 78 *BM* MACR. sat. 5, 17, 6.]

i. q. validum quidem, sed obscurum, asperum, confusum sonitum edere:

I *de* ***animantibus*:** **A** *de* ***bestiis,*** *interdum sensu saeviendi* (*acced.* ore: *p. 1282, 6 sqq.*, in *c. acc. p. 1282, 9; pendet neutr. adi.: infra l. 10. 11 [13]. 16. 19. 37; neutr. pron.: l. 43, inf.: l. 35*): **1** *de leonibus* (*v.* VARRO ling. 7, 104 *infra l. 52.* SVET. frg. p. 247 leonum est -ere ⟨vel⟩ rugire. POL. SILV. voc. anim. chron. I p. 548, 2 leo -it. *cf. Loewe, Gloss. nom. p. 248 sq.*): CATVLL. 63, 86 ferus (*sc. leo Cybeles*) ... vadit -it refringit virgulta pede vago. VERG. Aen. 9, 339 inpastus ... leo ... -it ore cruento (12, 8. SIL. 2, 685 hianti ore -ens. DRAC. satisf. 137. *trop. de sidere Leonis*: CLAVD. 22, 460 non toto -at ore Leo). SEN. dial. 3, 1, 6 Oed. 457. LVCAN. 10, 445 -it in parvis fera nobilis abdita claustris. PLIN. nat. 8, 48 *leo*, ubi saevit, in viros potius quam in feminas -it, *eqs.* SIL. 4, 378 dira -unt. 7, 425 *Proteus* -uit torvo mutatus membra leone. AMM. 22, 16, 16 immania -entem leonem. AVG. civ. 16, 41 p. 191, 30 D. CLAVD. rapt. Pros. 2, 243 saevique (sevumque *W*) -ant impune leones. DRAC. Romul. 8, 351 magna leonis ira -it. *de aliis bestiis e genere felineo*: VAL. FL. 2, 260 fixaeque -unt (*i. -ere videntur*) in limine tigres *aeneae.* STAT. Theb. 7, 584 *tigres Liberi* immane -entes. IVV. 8, 37 pardus, tigris, leo, si quid adhuc est, quod -at in terris violentius. ANTH. 762 (poet. min. V 61), 51 lynces urcando -unt. **2** *de canibus, lupis sim.*: LVCR. 5, 1064 irritata canum cum primum magna Molossum mollia ricta -unt (prem- *codd.*, trem- *Non. p. 221, 20*) duros nudantia dentes, ... rabie restricta minantur (*opp.* iam latrant). QVEROL. p. 31, 10 *cynocefali* hinc atque hinc multisono ... latratu -unt. CLAVD. 24, 300. VERG. Aen. 9, 59 lupus insidiatus ovili cum -it ad caulas (*tropice*: AMBR. in Luc. 7, 49 -unt *haeretici* circa caulas. 7, 82 AVG. c. Pelag. 1, 2, 7). OV. met. 5, 627 *agna* si qua lupos audit ... -entes. HOMER. 490 lupus ... pecudes cum vidit ... -it (prem- *codd.*) esuriens. AVG. serm. 178, 9 lupus est ... et -ens et tremens (*de consonantia cf. Archiv 1 [1884] 384*). **3** *de equis*: VERG. georg. 1, 12 cui (*Neptuno*) ... -entem (furentem *Serv. auct. Aen. 1, 1*) fudit equom magno tellus percussa tridenti. Aen. 7, 638 ille -entis (trem- $M^{1}FR$) ad iuga cogit equos. HOR. epod. 9, 17 carm. 4, 14, 23 OV. met. 3, 704 STAT. Theb. 3, 298. 6, 488. 9, 207 (*ea notione, quae est infra l. 55 sqq.*) alipedem ... fatorum ignarum domini solumque -entem, quod vacet *eqs.* (*cf.* SCHOL. *ad l.* poetis licet equis humanos sensus dare). Ach. 1, 281 dominique -it (gemit *M*) captivus inire imperia *equus.* AVSON. 413, 9 cornipes ... -ens. VVLG. Iob 39, 24 *equus* fervens et -ens sorbet terram. Nah. 3, 2. CLAVD. rapt. Pros. 1, 287 saevumque -bant *equi.* **4** *de beluis terrestribus et marinis* (*subi.* nares *infra l. 41*): VERG. Aen. 7, 787 *Chimaera* -ens et tristibus effera flammis. OV. met. 4, 719 terga ferae pressit dextroque -entis in armo ... ferrum ... abdidit *Perseus.* SEN. Phaedr. 1043 nares (*sc. tauri a Neptuno missi*) hiulcis haustibus patulae -unt. CLAVD. carm. min. app. 9, 2 (*de hippopotamo*) *belua* quae ... sub ore -it. *de apro*: APVL. met. 8, 4 aper ... exurgit ... impetu saevo -entis oris totus fulmineus. **5** *de avibus*: SEN. Phaedr. 508 aves querulae -unt. **6** *de cicadis, apibus*: CVLEX 153 argutis ... cuncta -unt ... cicadis. STAT. Theb. 10, 575 -it aspera nubes *apum.*

B *de* ***hominibus*** (*Bellona p. 1284, 28 [cf. de Mavorte p. 1285, 38], Typhoeo p. 1283, 15, Fama p. 1283, 70, diabolo p. 1283, 41. 45; subi.* corda *p. 1283, 19*, clamor *p. 1283,* [illegible], rumor *p. 1283, 68*, visus *p. 1283, 20*): **1** *absolute: primum legitur* ENN. ann. 586 (Varro ling. 7, 104 multa ab animalium vocibus tralata in homines, ... ut ... Ennii ... a leone) 'pausam facere (fecere *Rholand.*, facere ⟨ore⟩ *Vahlen*) -endi'. *cetera exempla secundum notionis varietates digessi*: **a** *praevalente sensu indignandi* (*accedunt* magno clamore *infra l. 61*, vario sermone *infra l. 63*, mixto murmure *l. 79*, indignatione *l. 76*, adversus *infra l. 66*, in clamorem *p. 1283, 41*, ob *infra l. 67*, pro *l. 68 sequitur oratio recta l. 72 sq.*): CIC. Verr. 3, 132 -bat tota provincia. Att. 4, 1, 7 consulares duce Favonio -unt, nos tacemus. 4, 15, 7 Pompeius -it, queritur. de orat. 1, 195 -ant omnes licet, dicam quod sentio. VERG. Aen. 6, 175 omnes magno circum clamore -bant (CLAVD. DON. *ad l.* quasi irascentes naturae). OV. met. 9, 419 vario superi sermone -bant et ... murmur erat. 15, 606 per confusa -entis (*edd.*, trem- *codd.*) verba ... vulgi (*cf.* 15, 604 qualia ... murmura pinetis fiunt aut qualia fluctus aequorei faciunt, si quis procul audiat illos, tale sonat populus). LIV. 3, 45, 4 adversus iniuriam decreti cum multi ... -rent. 4, 1, 4 Volscos Aequosque ob *eqs.* ... -ere. 4, 54, 7 patres ... non pro communicatis, sed pro amissis honoribus -ere (*item inf. hist.*: 7, 12, 14 nec in circulis modo -ere, sed *eqs.* 24, 26, 16 -ere multitudo. VAL. FL. 1, 213. SVLP. APOLL. perioch. Ter. Phorm. 9 pater et Chremes reversi -ere [SCHOL. Ter. p. 127, 9 *ad l.* indignabantur]). 9, 3, 1 querentes ... nox oppressit, cum pro ingenio quisque -rent (ς, -ret *M*), alius '...', alius '...'. 21, 41, 9 *Hamilcar* graves impositas victis Carthaginiensibus leges -ens maerensque accepit. 36, 7, 12 -ere Philippum et aegre pati leges servitutis sibi impositas. 45, 38, 13. SEN. contr. 2, 5, 4 -bat indignatione captae civitatis maritus. 9, 1, 4 videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba -ere dicentium: 'ubi *eqs.*'. SEN. Ag. 636 -uit male subdolo parens Pyrrhus Vlixi. LVCAN. 7, 46 cum mixto murmure turba castrorum -uit. PETRON. 89, 24 -it captiva pubes intus (*in equo Troiano*), et dum murmurat *eqs.* VAL. FL. 1, 702 -it obice ponti clausa cohors. 6, 627. SIL. 8, 4 impatiensque morae -it. QVINT. decl. 352 p. 383, 6 TAC. hist. 1, 80. 3, 74 SVET. Claud. 10, 2. APVL. met. 4, 29 *Venus* impatiens indignationis capite quassanti -ens altius sic secum disserit. 4, 31 gemens ac -ens

[Fr. Müller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

indignatione. LAMPR. Alex. 54,1 cum vehementius -rent ac ferro quoque minarentur *milites*. IVST. 12,5,4. CLAVD. 5,220. 18,148 tali consorte -bant regales famuli. DRAC. Romul. 6,98 turba -it. **b** *praevalente sensu furendi, furenter irascendi* (*acced.* animis, animo *infra l. 8 sq.*, vultu minaci *infra l. 16*, mente *infra l. 31*, spiritu *l. 25*, ore *infra l. 43*, pietate, virtute *infra l. 49*, dentibus *infra l. 53 sqq.*, circa *infra l. 14*, contra *infra l. 48*, in *c. acc. infra l. 12. 38. 41. 47. 50*): VERG. Aen. 9,700 ardentem oculis animisque -entem (12, 371. HOMER. 808 animo, *var. lect.* animis). OV. met. 1,244 stimulosque -enti adiciunt. 9,207 saepe illum (*Herculem*) gemitus edentem, saepe -entem (trem- *codd.*) . . . irascentemque videres. SEN. dial. 5, 20, 2 in hos...-bat. Herc. O. 1018 minax unde iste coetus? ...hinc et hinc (*cf. l. 22. p. 1282,22. 1285,8*) populi -unt. Phoen. 415 clamor hostilis -it. epist. 24,14 turbam carnificum circa te -entem. LVCAN. 5,100 Campana -ens ceu saxa vaporat conditus...aeterna mole Typhoeus. VAL. FL. 1,725. 5,519 vultu...minaci iamdudum -it. 5,673. 6,182 *hostes* ubi consertis iunxere -entia telis agmina. 7,471. 8,305. 372. 12,170. 682. 689. 15,587 -it amens corde sub imo ordo patrum. 15,783. STAT. Theb. 2,411 *Eteocli* tacito sub pectore ...ignea corda -unt. 2,509 *Sphinx* visu...-enti (trem- *BM*) collustrat campos. 2,723 te biiugo temone -entem . . . volucer rapit axis equarum. 3,606 turba ducum vulgique -entis . . . clamat. 9,673 hinc . . . hinc gravius -it . . . cohors. silv. 4,5,49 -enti . . . foro. PLIN. epist. 4, 11, 5 -bat . . . Domitianus aestuabatque. APVL. met. 8, 11. PS. QVINT. decl. 14,3 quod excandesco, quod -o. ITALA Ioh. 11, 33 (Gat.) Iesus . . . -uit spiritu et turbavit se ipsum (*ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι*, VVLG. infremuit spiritu). Ioh. 11, 38 (Gat.) -ens in semetipsum (*ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ*, VVLG. -ens in semetipso). act. 5, 33 (Lucif. non parc. 17 p. 246, 20 cod. g *al.*) audientes...haec -bant (*διεπρίοντο*, VVLG. dissecabantur). act. 7, 54 (cod. g *al.*) -bant in cordibus suis *vel* intra corda sua (*διεπρίοντο ταῖς καρδίαις*, VVLG. dissecabantur). CARM. ad senat. 19 mente -unt, lacerant corpus (*sc. Cybeles cultores*). LACT. mort. pers. 24,7 indignari ac -ere coepit. AMM. 16,8,7. 16,12,37. 20,7,5 Persarum populus acriter minans ac -ens dimicabat. 20,8,7. 31,7,8 plebs . . . immaniter -ens animisque concita. ANON. Vales. 14,85. VVLG. psalm. 2,1 (= act. 4,25) quare -erunt gentes (*ἐφρύαξαν*, tumultuatae sunt gentes ITALA Tert. resurr. 20). Sirach 13,4 dives iniuste egit et -et (*προσενεβριμήσατο*). Marc. 14,5 -bant in eam (*ἐνεβριμῶντο αὐτῇ*). Ioh. 11,38 *c. l. 18.* CLAVD. 20,386 tunc Aiax erat *Leo* . . ., lateque -bat. 28,254 AVG. civ. 18,54 p. 343 D. SVLP. SEV. dial. 1,9,2. SEDVL. op. pasch. 4,8 diabolus talem -uit in clamorem (*cf.* carm. pasch. 4,85 clamore protervo infremuit). DRAC. Orest. 345 Penthesilea -ens (*cf.* VERG. Aen. 1,491 P. furens). 549 irati . . . ore -unt famuli (713 ore -ens et fronte minax). SACR. Leon. 312 p. 19 -entis machinamenta diaboli. VAL. CEM. hom. 18,3 circumstantibus et -entibus undique cum toto mortis apparatu impietatis officiis (*cf. p. 1285,42*). DRAC. satisf. 208 qui fodit adversos hostes ..., vincit in arma -ens. GREG. TVR. Franc. 9,9 contra . . . reginam -entes. CORIPP. Ioh. 1,342 exarsit . . . succurrere terrae plus solita pietate -ens. 1,394 qua virtute -ens . . . perculit hostes. VEN. FORT. Mart. 1,71 Caesareas -uit Iulianus in iras. *fere i. q. intumescere*: EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^{c} facie robustus, aetate primaevus, -ens viribus (*cf. Migne gr. 29, 97^{c} ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς σφριγῶν*). *accedente abl.* dentibus *abit in notionem frendendi*: ITALA psalm. 36, 12 (Psalt. Rom. *al.*) -et peccator super *iustum* dentibus suis (*βρύξει*, VVLG. stridebit). VVLG. thren. 2,16 HIER. vita Hilar. 22 SVLP. SEV. Mart. 17,6.

c *praevalente sensu inconditi sonitus edendi* (*acced.* ore *l. 59*, assensu vario *l. 63*, plausu *l. 72*, murmure incluso *l. 70*, laetitiā *l. 68*): VERG. Aen. 1,559 (= 5,385) cuncti simul ore -bant Dardanidae (*cf. Hom. Il. 1, 22 πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί*. SERV. *ad l.* hoc est consentiebant. et bene 'ore', quia et armis possumus -ere. *item est assentientium*: Aen. 10,96 cunctique -bant caelicolae assensu vario, ceu flamina prima, cum deprensa -unt silvis et caeca volutant murmura). Aen. 4,146 mixtique altaria circum . . . Dryopesque -unt pictique Agathyrsi. 5,555 quos omnis euntes Trinacriae mirata -it Troiaeque iuventus (SERV. *coniungens* 'quos . . . -it' *interpretatur*: id est cum favore prosequitur). 7,389 euhoe Bacche -ens (*cf. infra l. 80*). 9,637 laetitiaque -unt. PHAEDR. 5,7,21 rumor de tibicine -it in theatro. SEN. Ag. 713 anhela corda (*Cassandrae*) murmure incluso -unt (*cf. p. 1284,31*). VAL. FL. 2,119 *Fama* -ens habitat sub nubibus imis. SIL. 16,336 conclamant plausuque -unt (PRISC. Anast. 221 bacchantes stimulis vini plausuque -entes). STAT. Theb. 6,254 non . . . Ephyraeo in litore tanta umquam . . . -erunt agmina. DRAC. Orest. 697 turba ministra . . . planctu gaudente -unt sine vocibus oris. PASS. Theclae rec. B 33 p. 90,8 et hoc (*sc. leaenam ad pedes Theclae provolutam*) videns omnis multitudo mulierum -erunt (ingemuit *A*, tulerunt ululatum *sim. C*).

2 *c. obiecto*: **a** *c. acc. subst.*: *α c. acc. ipsius rei sonantis vocibus -entium effectae*: PACVV. trag. 113 hymenaeum -unt aequales. COLVM. 10,223 vatem...Bacchea voce -entem Delie te, Paean (*cf. supra l. 67*). *β c. acc. rei, ad quam fremitus pertinet*: Ⓘ *praevalente notione indigne ferendi*: HEMINA hist. 22 si plebs nostra -ere imperia coepisset (SERV. auct. Aen. 1,56 quidam hoc loco -,unt' id est 'imperia recusant' intellegunt, ut apud Cassium in annalium secundo ' . .', id est recusare. *cf. p. 1285,68*). VAL. FL. 4,234 ore renidenti lustrans obit (*sc. Amycus gigas Castorem*) et -it ausum (*neutr. sing.; aliter Langen ad l.: 'sc. eum esse'; sed cf.* 5,524 nunc ausa viri, nunc, heu, sua prodita Grais regna -it). CORIPP. Ioh. 2,141 -ens dux...ruinas, quas illi Romana manus...ante dedit. Ⓘⓘ *praevalente notione furenter cupiendi, postulandi* (*acced.* animis ... ore *infra l. 10*): SERV. auct. Aen. 1,56 non numquam '-ere' 'velle' significat, ut (*Aen. 7, 460 v. infra l. 10*). ACC. trag. 288 Argivos -ere bellum et velle vi⟨m⟩ vulgum videt (STAT. Theb. 3,593 *Thebani* bella animis, bella ore -unt. CYPR. GALL. exod. 472). VERG. Aen. 7,460 (SERV. auct. *ad l. v. supra l. 7 sq.*) arma amens -it *Turnus*, arma toro tectisque requirit (11,453 arma manu trepidi poscunt, -it arma iuventus. STAT. Theb. 6,618 Arcades arma -unt, armis defendere regem...contendunt. SIDON. carm. 7,261 arma, arma -it). *γ c. acc. hominis, ad quem fremitus (praevalente notione furendi) pertinet* (*cf. etiam supra l. 2*): VAL. FL. 5,519 talibus orantem vultu gravis ilie minaci iamdudum -it et furiis ignescit opertis. STAT. Theb. 4,615 iacet ille . . . quem -is (prem- *BM*). **b** *c. acc. neutr. adi. vel pron.* (*acced.* ore *l. 21. 22*): VERG. Aen. 10,571 dira -entem (12,398 stabat acerba -ens [CVLEX 325 rursus acerba -unt. VAL. FL. 3,229]). 11,132 dixerat haec, omnesque eadem ore -bant (SIL. 16,644 seniorque manus paria ore -bat). LIV. 3,38,10 haec -unt plebes (3,62,2 ubi haec -ere militem in castris consul sensit. 9,5,11. 26,35,7. 34, 37,1. hoc . . . , quod *v. infra l. 62*). 25,28,6 inopiam quaeque ipsi inter se -ere occulti soliti erant conquesti. 33,48,11 id *v. infra l. 49*. SEN. Herc. O. 1679 dirum -ens (Oed. 961). LVCAN. 1,353 dubium non claro murmure volgus secum incerta -it. STAT. Theb. 3,618 laetum -it. 4,10 *Bellona* turmale -it. 10,883 diversa -bant. 11,292 quid saeva -is? 12,684 grande -ens. Ach. 1,907 quid triste -is? DRAC. Orest. 617 iuvenale -ens. ANTH. 452,6 exili murmure dulce -it. CORIPP. Ioh. 6,159 *vates* alta -ens (*cf. p. 1283,69*).

nota i. q. pronuntiare (*siquidem vera lectio est*): COMM. apol. 367 hoc (*sc. se filium altissimi esse*) et ipse (*sc. Christus*) -it (-it *codd., prob. Domb.*, premit *Roensch, Ludwig*), humilis in carne cum esset.

3 *pendet oratio obliqua*: **a** *acc. c. inf.*: CIC. Att. 2,7,3 Arrius consulatum sibi ereptum -it. 4,18,1 quem -unt omnes praevaricatum. LIV. 1,17,7 -ere . . . plebs multiplicatam servitutem *eqs.* 2,6,4 *Veientes* ignominias demendas belloque amissa repetenda minaciter -unt (*item acc. c. inf. gerund.*: LIV. 4,37,3. 7,18,6 *v. l. 46.* 7,37,9. 8,13,1. 27,26,9 TAC. Agr. 27 *infra l. 52.* hist. 2,28 *infra l. 54.* IVST. 13,5,5 palam). 2,23,2 *plebs* -bant se ... captos et oppressos esse. 2,44,8. 3,56,7 pro se quisque deos tandem esse et non neglegere humana -unt (*fere i. q. cum gaudio murmurare; item* 10,14,20). 4,18,1. 4,58,9. 6,6,18. 6,16,5. 7,6,10 *v. infra l. 64.* 7,18,5 plebes contra -it: quid se vivere, quid ... censeri, si *eqs.* (*seq. ibid.* 6 *imperium* patiendum esse potius *eqs.*). 8,39,10. 26,7,3 praetermissam occasionem. 26,18,6. 33,28,5 ab suo comitatu...-bant interfectum. 33,48,11 alii fugam conscisse, ... alii fraude Romanorum interfectum, idque magis vulgo -bant. 40,55,1 falsas esse *litteras* . . . signumque adulterinum vulgo in regia -bant. PLIN. nat. 33,39 Bruti . . . epistulae . . . -entis fibulas tribunicias ex auro geri. VAL. FL. 4,234 *? v. supra l. 2 sq.* SIL. 10,387 STAT. Theb. 8,18. TAC. Agr. 27 ferox exercitus nihil virtuti suae invium ... inveniendumque ... Britanniae terminum ... -bant. hist. 2,28 maerere socii, -ere legiones: orbari se ...; omnes ... sequerentur; ... non abrumpendos ... artus. 2,44. 69. 4,24 -bant *milites* emissas ... cohortes ...; quin potius ... exsolverent. 4,35. ann. 11,28 non iam secretis colloquiis, sed aperte -ere ... dedecus...illatum, sed *eqs.* 13,13 Agrippina libertam aemulam (*sc. esse*) nurum ancillam...muliebriter -ere *eqs.* 13,26 SVET. Tib. 73,1. Claud. 9,1 indignante ac -ente Gaio patruum . . . ad se missum. Galba 16,2. **b** quod: LIV. 24,2,1 -entibus Bruttiis, quod Regium ... reliquissent *Poeni*. 28,18,11 hoc palam -ere *milites*, quod non ... Scipio in Africa bellum gereret. 42,25,8. **c** *coniunctivus hortativus*: LIV. 7,6,10 patres . . . -unt omnibus locis: irent, crearent consules *eqs.* potuisse patres *eqs.* num etiam...legem valuisse? TAC. hist. 2,28 *v. l. 54.* ann. 3,45 *v. l. 68.* **ne** (-ere *i. q. cum fremitu postulare*): LIV. 30,24,10 populus . . . -ere, ne tanta . . . amitteretur praeda. TAC. hist. 2,6. ann. 3,45 -ente . . . gregario milite, ne . . . spatia noctium opperiretur: viderent modo adversos *eqs.* **d** *interrogatio indirecta*: STAT. Theb. 10,223 circa -it indignata iuventus, cur maneant castris *eqs. cf. l. 56.*

4 *pendet infinitivus*: STAT. Theb. 5,696 *alae equitum* vertere regna -unt raptumque auferre Lycurgum.

II *de rebus*: **A** *absolute*: **1** *fremitus movetur imbri, mari, vento, similibus rebus naturalibus (v. etiam p. 1285, 52 sq.): imbri, grandine*: ENN. ann. 497 ratibusque -bat imber Neptuni. IVV. 5,78 -ret saeva cum grandine vernus Iuppiter. *vento*: LVCR. 6,581 ventus . . . atque animae . . . vis . . . speluncas inter magnas -it (VERG. Aen. 1,56 *venti* indignantes magno cum murmure montis circum claustra -unt [*cf.* SERV. auct. *ad l. p. 1283, 83*]. 5,19 *v. p. 1285,70.* OV. trist. 1,2,25 -unt immani murmure venti. SEN. nat. 2,23,1. 2,27,1 VAL. FL. 1,594. 608). VERG. Aen. 10,98 flamina *v. p. 1283,63.* SEN. Phaedr. 936 -entes . . . Boreae minas. LVCAN. 9,320 densis -uit niger imbribus auster. *arboribus*

[Fr. Müller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vento motis: VERG. Aen. 12,702 coruscis cum -it ilicibus ... Appenninus. AETNA 364 aquilone -unt silvae. *v. etiam l. 11* montes. *mari, undis*: VERG. Aen. 7,590 (*in comparatione vulgi tumultuantis cum mari turbato*) scopuli ... et spumea ... saxa -unt. 11,299 varius ... per ora cucurrit Ausonidum turbata fremor, ceu ... -unt ripae crepitantibus undis. SEN. suas. 1,11 -it Oceanus, quasi indignetur. STAT. silv. 2, 2, 50 haec (*sc. tecta*) pelagi clamore -unt. SEN. Thy. 112 fluctibus illinc propinquis Isthmos atque illinc -it. MELA 3, 77 Euphrates ... celer et -ens. LVCAN. 4,101 -entis ... aquas. 10, 321 cuncta -unt undis. PETRON. 89,40 sibilisque undae -unt (trem- *codd.* STAT. Theb. 4, 823 undae -unt. 12,654 tunc [*sc. hieme, cum ventosa sibilat Arctos*] montes [*cf. l. 2*] undaeque -unt. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 202. *cf. etiam supra l. 9*). VAL. FL. 2, 645 meque -ens tumido circumfluat ore Propontis. 4, 687 ima (*aquarum maris*) -unt. 6, 329 tumida -it Hister aqua. AVSON. Mos. 92 bis terna -unt scopulosis ostia pilis. HEGES. 5, 46 l. 21 -entis ... elementi (*sc. Oceani*). HIER. epist. 3, 4, 4 totam circa insulam -it insanum mare. RVT. NAM. 2, 16 -it aerio monte repulsa Thetis. *mugitu terrae*: SEN. Tro. 171 caeco terra mugitu -ens.

2 *fremitus movetur vocibus animantium*: **a** *hominum*: *α acced. abl.*: VERG. Aen. 4,668 lamentis gemituque et femineo ululatu tecta -unt. 8, 717 laetitia ludisque viae plausuque -bant. OV. met. 3, 528 festisque -unt ululatibus agri. SIL. 11, 72 vocumque -it (*Schrader*, trem- *codd.*) certamine templum. QVINT. inst. 12, 5, 6 cum ... omnia clamoribus -rent. CLAVD. rapt. Pros. 2, 333 nullo ... -entia luctu ... Tartara. *β non accedente abl.*: VERG. Aen. 8, 497 toto ... -unt condensae litore puppes signaque ferre iubent. OV. met. 6, 146 Lydia tota -it, Phrygiaeque per oppida ... rumor -it. 12, 47 tota (*domus Famae*) -it vocesque refert. STAT. Theb. 7, 140 litora vento incipiente -unt (SCHOL. *ad l.* vociferatione praeparantium navigium perstrepunt litora). silv. 4, 5, 49 foro *v. p. 1283, 23*. TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 586, 10 (*exemplum locutionis metonymicae*) 'basilica -uit'. **b** *bestiarum* (*v. etiam p. 1282, 46 sq.*): SIL. 4, 66 -isse hinnitibus Alpes.

3 *de fremitu rerum militarium, belli, armorum sim.*: VERG. Aen. 4, 229 bello ... -entem Italiam (VOPISC. Car. 2, 3 -entem ... bellis civitatem). SEN. dial. 9, 5, 4 armis circa et catenis -entibus. Thy. 180 -ere ... totus tuis debebat armis orbis. LVCAN. 7, 128 trepido confusa tumultu castra -unt (DRAC. Romul. 8, 127). SIL. 5, 457 nec minor ... tumulis silvisque -bat ... Mavors. 10, 311 victrix toto -it (furit *Sang.*) Africa campo. STAT. Theb. 3, 569 iam bella tubaeque comminus, absentesque -unt sub pectore (*sc. Amphiarai vatis*) Thebae. 5, 691 illic alio certamine belli tecta -unt. PS. QVINT. decl. 9, 6 (*de spectaculo gladiatorio*) -bant ubique omnia apparatu mortis (*cf. p. 1283, 46*). LACT. inst. 2, 4, 36 -entibus ... bellis civilibus (7, 15, 10 CLAVD. 22, 149 PAVL. NOL. carm. app. 1, 27. *cf.* CLAVD. carm. min. 30, 208 -uit cum Thracia belli tempestas). *fere i. q. stridere*: VERG. Aen. 12, 922 murali concita numquam tormento sic saxa -unt (*sicut hasta volans*). HOMER. 289 longe ... -entem hastam. *de sonitu tubae*: CLAVD. 11, 35 inter -entes ... tubas.

4 *de fremitu rerum cum animantibus -entibus comparatarum*: *in personificatione*: VERG. Aen. 1, 296 Furor impius intus saeva sedens super arma ... -et horridus ore cruento. STAT. Theb. 3, 435 tristis comitatus eunti (*Neptuno*) circum lora -unt nimbique hiemesque ... nubilaque et ... tempestas. *de morte v. infra l. 72*. *metonymice* (*v. etiam p. 1282, 49 sq.*): PANEG. in Mess. 45 diversi -at inconstantia vulgi, non alius sedare queat (LVCAN. 9, 217 -it ... discordia vulgi [CLAVD. 22, 82 discordia ... cum -ret]. RVFIN. hist. 5, 1, 44 -ere in eum vulgi insanientis furor vehementius coepit). SEN. dial. 2, 6, 3 an ... homo magnos motus rerum circa se -entium securus aspiciat. epist. 56, 5 affectus -unt. MART. 8, 55, 5 terror. HIER. epist. 16, 2, 2 Arriana rabies. hom. Orig. in Ier. 2 p. 759 tumultus malitiae. ANTH. 941, 48 petulantia. PS. RVFIN. in Am. 9, 9/10 indignatio. SIDON. epist. 1, 2, 9 ubique litigiosus -it ambitus. *de praeceptis*: STAT. Theb. 3, 576 iam suprema Tonantis iussa -unt. CYPR. GALL. exod. 91 scriptaeque -ant ... leges. *de rebus fervidis*: CALP. ecl. 4, 168 iam -it (prem- *Heinsius*, fur- *Machly*) aestas (aestus *Ulitius*). VAL. FL. 7, 67 (*de tauris ignem spirantibus*) solitoque superbior ignis ore -it.

B *c. obiecto*: **1** *c. acc. subst.*: AETNA 3 quid -at imperium (*cf. p. 1283, 83 sqq.*). **2** *c. acc. neutr. adi. vel pron.*: VERG. Aen. 5, 19 mutati transversa -unt ... venti (GLOSS. IV 467, 18 transversa -unt: ex adverso flant. STAT. Theb. 1, 348). INSCR. christ. Rossi II p. 128, 9 (*de morte*) quid -is incassum, quid furibunda geris?

Fr. Müller.

fremor, -ōris *m.* [*a* fremere. *Th.*]. AGROEC. gramm. VII 125, 8 -r est murmur hominum, fremitus ferarum (*eadem* BEDA gramm. VII 272, 22 ALCVIN. gramm. VII 301, 26 ISID. diff. app. 144). *at cf.* APVL. *l. 81*. [*francog. vet.* fremour. *M.-L.*] TRAG. inc. 233 (Varro ling. 6, 67 fremere ... hinc) ... '-r óritur'. VERG. Aen. 11, 297 varius ... per ora cucurrit Ausonidum turbata -r. STAT. Theb. 5, 147 nec varius -r aut studia in contraria rapti dissensus. APVL. flor. 17 p. 80 leonum indignati -es ceteraeque id genus voces animalium. ARNOB. nat. 1, 52 -r ille verborum *in magis*. 5, 3 verbenarum suffitio et nominum terribilium -es *in re sacra paganorum*. *Vollmer.*

frēnārius *χαλινοποιός* GLOSS. III 309, 69. 70 faber -us. *a* frenum.

frēnātio, -ōnis *f. a* frenare. *i. q. actio frenandi, coercendi*: AVG. c. Iul. 5, 7, 25 libidinis expugnatione, oppressione, -e et ad nihil illicitum permissione.

frēnātor, -ōris *m. a* frenare. *is qui frenat: proprie*: STAT. Theb. 1, 27 ignipedum -r equorum (*Phoebus*). *tropice*: VAL. FL. 6, 162 ingentis -r Sarmata conti (*i. hastam amento velut freno dirigens*). *translate*: PLIN. paneg. 55, 9 contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor ac -r animus.

[non **frendem** *i.* nefrendem *v. sub* nefr-.]

frendeo *v.* frendo.

frendēsco, -ere *a* frendo. PS. FVLG. Rusp. serm. 11 p. 872^{C} *mulier* crudelitate -ens. NOT. Tir. 94, 34 -it. *incohativum sero conformatum, quippe cum a simplici verbo ductum sit: Sittl, Archiv 1 (1884) 491.*

? sueta (Suei a *coni. L. Müller*) **frendice** frunde et fritinni suaviter VARRO ling 7, 104 ('frendix avis' *? Goetz in schedis thesauri*; Suei ... 'frendi ec frunde *eqs.*' *Götz-Schöll p. 277*). *v. etiam p. 1340, 17 sqq.*

? **frendix** *v. supra l. 16.*

frendo, fres(s)um, -ere *et* **frendeo,** -uī, -ēre [*cf. esse videtur c. anglosax.* grindan '*conterere*', *lituan.* grendu '*tero*'. *Th.*]. *de formis: ancipites* frendens *et casus crebri inde a* CIC. VERG., frendebat SIL. *al.*, frendendo PLIN. nat. *al.*, *apud prosarios* frendere VARRO *al.*, frenderet GREG. TVR. Franc. 3, 31. *tertii ordinis metro comprobatae*: frendas: ACC. trag. 478, frendo: PACVV. trag. 11, frendĕre (PLAVT. frg. inc. 34*?*): PRVD. cath. 9, 52 PAVL. PETR. Mart. 2, 580, *traduntur praeterea* frendit: PLAVT. Truc. 601 STAT. Theb. 6, 768 PRVD. perist. 5, 393 ANTH. 762, 52, frendat: AVG. in psalm. 109, 13, frendet (-ent) *fut.*: ITALA psalm. 111, 10 VVLG. Is. 5, 29 CHIRON 528. *secundi ordinis* frendēre: PACVV. trag. 10 (*si quidem senarius est*; -o *trad.*), *praeterea* frendent *praes.*: AVG. civ. 20, 30, -es: AVG. c. mend. 1, 1, -et: ALC. AVIT. carm. 5, 160 *et passim in* GLOSS.; frendeant: PS. PRIMAS. in Gal. 5 p. 599^{C}. *perf.* frenduerunt: VVLG. psalm. 34, 16, frenduit: VEN. FORT. Mart. 3, 226. *nota: gen. plur.* frendentium: AMM. 19, 6, 8, -tum: ALC. AVIT. carm. 6, 592. *part.* fresus *traditur in codd.* CATO FEST. CELS. COLVM. PLIN. *al.*, fressus: EDICT. imp. Diocl. 1, 9. 10, frensus: GLOSS. *de significatu*: VARRO rust. 2, 4, 17 cum porci depulsi sunt a mamma ... amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam -ere possunt, id est frangere (SCAVR. gramm. VII 12, 4 significat 'nefrendes' porcos, qui sunt sine dentibus i. e. qui fabam -ere non possunt. PAVL. FEST. p. 91 -ere est frangere. unde et faba -sa. unde et dentibus dicimus -ere (*cf. et* defrensus *vol. V p. 373, 58*). p. 163 nefrendes arietes dicunt quod dentibus -ere non possint. alii dicunt n. infantes esse nondum -entes, i. e. frangentes. *similia apud* SERV. Aen. 8, 230. NON. p. 447 -ere alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut minax (*i.* '*misere et minaciter*', *cf. p. 1287, 67*) sonare, ⟨alicubi frangere⟩. ISID. orig. 4, 6, 3 frenesis ... quod dentibus infrendant; nam '-ere' est 'dentes concutere'. 17, 4, 4 faba -sa dicta eo quod ea⟨m⟩ homines -ant i. frangant et molendo comminuant. 20, 16, 1 faba -sa (-ssa *K*) quae molita est. diff. 1, 226 inter fremere et -ere: fremere est furorem mentis usque ad vocis tumultum excitare, -ere vero proprie dentes comprimere et concutere. unde et frena dicta ... hinc et frenetici dicti, eo quod dentes concutiant. GLOSS. *βριμοῦμαι*; *ἐρεγμός*: faba -nsa (*cf. p. 1287, 3*). *κνάμος*. -et: dentibus stridet. comminuant (*trans.!*). dentes comprimere vel concutere. fremens sive murmurans. frensa: fracta, divisa. faba pilata. *legitur inde a* PLAVTO, *part. perf. pass. crebrum apud* SCRIPT. rer. rust. *et* MED., *part. praes. apud poetas et rhetores*. [*it.* frendire; fresa: *prov.* freza. *M.-L.*] *locus dubius*: ORIBAS. syn. 4, 21 canapis semen, fava, -sa ... *non inflant* (*κνάμοι ἐφηθέντες καὶ φρυγέντες*: 'fresum' *fortasse i. q.* 'frixum' *coni. Hey*).

I *de actione terendi*: **A** *sine obiecto*: PLIN. nat. 34, 112 adulterant marmore trito ... aeruginem ...; cetera ... dente deprehenduntur stridentia in -endo. SER. SAMM. 33 caput ... porrigine ningit, copia farris uti -entibus edita saxis.

B *transitive*: PACVV. trag. 10 -ere noctes misera quas perpessa sum (*praecesserat forte* fruges). 11 fruges -o. ACC. trag. 478 saxo fruges -as (*sic Non.*, franges SERV. auct. Aen. 1, 179) torridas.

part. perf. pass.: **1** *adiectivi loco usurpatum* (*paene semper* faba -sa *extat*): CATO agr. 90 postea fabam -sam puram et far purum facito. CELS. 5, 18, 21 fabae -sae. COLVM. 6, 3, 5 semodius fabae -sae. 6, 9, 2 gramina concisa et his admixta faba -sa. 6, 10, 1. 6, 24, 5. 7, 4, 2 -sae cum suis valvulis fabae. 7, 10, 4. 8, 6, 1. PLIN. nat. 22, 140 faba ... solida fricta ... torminibus medetur. in cibo -sa et cum alio cocta contra ... tusses ... sumitur. 27, 40. MART. 4, 46, 6 farris semodius fabaeque -sae. PALLAD. 2, 9, 2 *opp.* integra. PELAGON. 13 fabae -sae heminam bene tritae adicies. VEG. mulom. 2, 129, 9. 2, 134, 1. 6. 4, 7, 1. ANON. med. ed. Piechotta 137 balbulia (*cf. cum* valvolae) de faba -sa. PLAC. med. 31, 11. ANTHIM. 65 faba ... integra ... melius congrua est quam illa faba -sa. EDICT. imp. Diocl. III/IV 1, 9 fab(a)e -ssae. 1, 10 fabae non -ssae. *de aliis graminibus*: COLVM. 2, 10, 35 cicera bubus ervi loco -sa datur. 6, 3, 4 -si et aqua macerati ervi quaternos sextarios. 11, 2, 99 cum cicerculae -sae semodio. **2** *substantivi neutrius loco usurpatum* (*cf. supra l. 59*): ITALA lev. 6, 21 (Aug. quaest. hept. 3, 15) in sartagine, in oleo fiet, consparsam offeret

[V. Leo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eam (*sc.* '*similaginem*'), fresa (ἑριτὰ *vel* ἐλιτὰ [*i. q.* '*Brezel*'*?*], *hebr. non on intellegitur*, volubilia Lugd., Vvlg. frigetur). Avg. *ad l.* dicit -sa, si tamen hoc recte interpretatum est ex illo quod graecus habet ἑριτὰ (*cf.* Gloss. *p. 1286, 53*), et pluraliter hoc posuit genere neutro, non enim ait '-sam' tamquam eandem similaginem quam dixerat consparsam. haec autem '-sa' sacrificium de fragmentis esse dicit. utrum ergo '-sa' dicat ipsa fragmenta (*i. q. e.* '*fragmentorum libamen*'), i. e. comminuta, an ipsa minutissima similaginis -a dixerit (*i. q. e.* '*farinam -sam*'), non est evidens. *singulariter: de vestimenti parte*: Schol. Hor. sat. 1, 2, 29 gl. instita: limbus quod et -sum potest accipi. *terendo efficitur, cf. Ducange s. v.* frezium; *Meyer-Lübke, Rom.-etym. Wb. s. v.* fresum, *cf. nostrum* '*Franse, Krause*'.

II *de actione dentibus vel etiam ore, malis inter se atterendis sonitum vel doloris vel furoris edendi:* Plavt. Truc. 601 hoc vide, dentibus -it, icit femur (*cf. locum parum perspicuum* frg. inc. 34 nec machaeram audes dentes -ere). Epit. Alex. 112 Alexander dentibus -ens cum se iam in extremo spiritu videret. Itala psalm. 111, 10 (Aug. in psalm. 111, 8 p. 1470) dentibus suis -et (τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, codd. Corb. et Sangerm. dentibus fremebit, Vulg. dentibus fremet. Avg. *ad l.* quia illic erit ploratus et stridor dentium. *cf.* Prosp. in psalm. 110, 10 Avg. in psalm. 109, 13 p. 1456 *al.* civ. 17, 17 p. 241, 22 D. 20, 30 p. 485, 25). Chiron 528 *iumentum* caput commovebit, parvum erit et dentibus -e[n]t. Hier. epist. 1, 4 saevum dentibus -ens. Vvlg. psalm. 34, 16 -erunt super me dentibus suis (ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν. Salv. gub. 8, 18 irridebant ... maledicebant ... insufflabant in faciem ... -bant dentibus super caput eius). Pavl. Petric. Mart. 2, 580 coepit proditus hostis (*sc. spiritus malus*) ... -ere malis ... oris dentes nudare minaces (*cf.* 2, 552 dentibus infrendens). Apon. 9 p. 190 diabolus ... dentibus -ens. Ven. Fort. Mart. 3, 226 qui sanctum inspiciens quod adesset -uit ore (*cf.* Svlp. Sev. dial. 2, 5, 8 -ens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus). *speciatim: de vocibus avium quarundam et apri similem in modum prolatis* (*cf. it.* frendire): Ov. ars 1, 46 -ens ... aper (Svet. frg. 161 p. 248 aprorum -ere [*sc. est*]. Anth. 762, 52 -it agrestis aper). Svet. frg. 161 p. 252 merulorum -ere vel zinziare *est*. Pol. Silv. voc. anim. chron. I p. 548, 4 merulus -it. *de modo quodam barbaro loquendi*: Greg. M. moral. 27, 21 p. 411[A] lingua Britanniae quae nil aliud noverat quam barbarum -ere. *de vate ecstatico*: Verg. georg. 4, 452 ardentes oculos intorsit lumine glauco et graviter -ens sic fatis ora resolvit.

III *de actione vel hominum vel bestiarum sonitum indignationis, furoris, doloris sim. edendi. vox vel nuda vel appositis vocabulis velut* '*ira*' *sim. extat; transit interdum in notionem q. e.* '*furiose dicere*' *apposito acc. c. inf.* (*cf. l. 57*): Cic. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 36 Nemeaeus leo -ens efflavit graviter extremum halitum. Ov. met. 8, 437 tumida -ens Mavortius ira ... dixit. Liv. 30, 20, 1 -ens gemensque et vix lacrimis temperans dicitur ... verba audisse. Sen. dial. 3, 19, 2 non -ens nec caput quassans nec quicquam ... faciens. Ivvenc. 4, 1 factio -ens (*sc. Pharisaei*). Amm. 24, 5, 6 imperator iratus et -ens. Vvlg. III reg. 24, 4 indignans et -ens super verbo quod ... locutus fuerat ... Naboth. *rhetorice de rebus incorporeis personatis*: Sen. Herc. f. 693 metus pavorque furvus et -ens dolor. Ser. Samm. 88 amissasque refert -ens amentia vires. Paneg. 10 (4), 31, 3 furor vinctus et cruenta crudelitas inani furore -bant. Ivvenc. 1, 466 insectatio -ens. Prvd. psych. 573 in medium -ens Operatio campum prosilit. Carm. de Iona 36 diversus furor (*sc. maris, tempestatis, dei*) in profugum -bat Ionam. *i. q. furiose dicere: saepe accedit acc. c. inf.*: Cvrt. 4, 16, 3 -ente Alexandro eripi sibi victoriam e manibus. Sil. 17, 116 se ... vix ... ereptum ex hoste ... -bat minitans. Prvd. perist. 5, 343 sic -it *tyrannus*. Alc. Avit. carm. 5, 24 invisam sibimet -ens *tyrannus* ... crescere turbam. Cvrt. 10, 2, 30 desiluit ... -ens de tribunali (*sc. Alexander contione habita*) et in medium ... agmen se immisit. Val. Fl. 6, 556 *barbarus* cassa -ens sublabitur ira. Sil. 1, 494 -ens luctatur (*vallum conscendens*). 2, 121 comitis -ens casu ... virgo. 5, 253 Lentulus ... -ens irā. 10, 22 stetit ante oculos -ens leo. 11, 90. 12, 236. *accedit obiectum quod vocatur* '*interius*' *adverbii loco* (*cf.* barbarum -ere *supra l. 38 et l. 23 sq.*): Stat. Theb. 6, 768 irrita -it. 10, 416 mente sub incerta torvum ac miserabile -ens. Amm. 19, 11, 13 exercitus ... sonorum et Martium -ens. *cf.* Avg. epist. 34, 3 nonne tibi videtur dixisse parricidaliter -ens. *liberius*: Stat. Theb. 10, 911 turba deum -ens ... tela ultricia poscit. Anth. 86, 7 pervenit ad matrem -ens *puer* defertque querellas. Ivvenc. 2, 463 -ens ... violentia saecli. 4, 550 -ens furiis (*Caiphas; cf.* 4, 561 exultans furiis). Amm. 15, 4, 9 strictis mucronibus discurrebant -endo minas tumidas intentantes. 16, 12, 36. 19, 5, 3 *milites* -bant ut bestiae. 19, 6, 8 -entium catervae Persarum in proelia ... accensae. 29, 6, 12. Vvlg. Is. 5, 29 rugiet ut catuli leonum et -et et tenebit praedam (βοήσει ὡς θηρίον. Hier. in Soph. 3 p. 718 principes sunt sicut leones rugientes ... quando viderimus principes ... in ... populos detonare et voce tyrannica ... conterere, ut ... leonem inter oviculas putes -ere). Prvd. cath. 9, 52 suetus ... sub catenis -ere. Avg. c. mend. 1, 1 p. 470, 1 dolore ... neglegentes catholicos mordes ..., zelo ... adversus ... haereticos -es. Sidon. carm. 2, 147 Hil. Macc. 114. Sedvl. carm. pasch. 2, 110 ceu leo -ens (op. pasch. 2, 10 p. 210, 2 leo saevissimus et cruentus). Greg. Tvr. Franc. 3, 31 p. 134, 21 cumque mater eius contra eum valde -ret. 4, 26 p. 162, 4. 9, 19 p. 373, 29. Ps. Primas. in Gal. 5 p. 599[C] cum adversum me -eant insaniā Iudaei.

composita: infrendo, -eo. defrensum.

frendor, -ōris *m.* [*a* frendere. *Th.*]. *de sonitu dentibus inter se atterendis edito*: Itala Matth. 8, 12 (Tert. adv. Marc. 4, 30 p. 526, 2) illic erit fletus et dentium -r (βρυγμός, Vvlg. stridor. Tert. adv. Marc. 1, 27 p. 328, 15 resurr. 35 p. 77, 16). *de bestiarum rugitu*: Veg. mulom. 2, 95 venas omnes habebit extensas, sudabit ..., tremorem -emque patietur, illidet se parietibus (Chiron 327). Pass. Theclae epit. 4 p. 153, 11 tumultus ... vocum fiebat et -r bestiarum ex clamore vulgi. *de furore vel minis furibundis*: Lvcif. Athan. 1, 27 p. 113, 17 tamquam -bus tuis *imperator* possis servorum dei vigorem superare. moriend. 2 p. 286, 13 -es colubri per te illatos non timentes. 9 p. 303, 6. 11 p. 309, 3 *al.* Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 13 p. 874[C] immanis ... impetus furor vesanis -bus intumescit. Gloss. βόμβος (*inter sonorum significationes*). Not. Tir. 94, 33.

frenc- *v.* phrene-. **frēniculus** *v.* frenusculi.

frēniger, -a, -um *a* frenum *et* gerere. *i. q. frena gerens*: Stat. silv. 5, 1, 98 -ae signum dare ... alae (*cf. c.* frenatus equitatus, frenata ala *s. v.* freno *p. 1290, 12 sqq.*).

frēno, -āvī, -ātum, -āre [*a* frenum. *Th.*]. *nota* e *correptam* Comm. instr. 2, 6, 5 ut possit sesĕ frĕnare. *sensu proprio (i. freno domitus, ornatus) part. perf. pass.* frenatus (*an de* frenum, *non de verbo derivatum?*) *antiquius est* (*iam* Bell. Afr.) *quam ceterae formae verbi (primum* Ov. met. 10, 125 *l. 47), translato (i. q. regere) formae veluti* frenat frenare *leguntur iam apud* Cic., *part. perf. pass. primum apud* Stat. silv. 5, 2, 140 *p. 1290, 32; postea formae miscentur.* Gloss. χαλινῶ (*cf. p. 1289, 2*). -at regit, cohibet. coercet, corrigit. compescit. continet (*cf.* Serv. *p. 1289, 21*). Schol. Verg. Bern. georg. 4, 136 -ret astringeret (*v. infra l. 79*). Avg. c. Iul. 4, 2, 8 vide quemadmodum noluisti dicere ... '-andus', sed maluisti 'componendus'. sensisti enim, quod eum (*sc. calorem genitalem*) nemo -ret, nisi qui repugnaret. *legitur inde a* Cic. *non exhibent ex. gr.* Lvcr. Varro Catvll. Prop. Caes. Sall. Vitr. Fest. Sen. rhet. Vell. Val. Max. Colvm. Ascon. Lvcan. Pers. Petron. Plin. nat. Qvint. *al.*

I *de actione corporea:* **A** *i. q. bestiam freno, lupatis domare, ornare (loci ubi legitur part. perf. pass. v. p. 1290, 11 sqq.)*: Liv. 29, 34, 11 arma capere et -are equos (Cvrt. 3, 8, 26 Clavd. 3, 343. 28, 270). Stat. Ach. 1, 221 murice -at acuto delphinas *Thetis*. 1, 420 -at celeres Epiros alumnos. 1, 432 ferrum ..., quod -et equos. Prvd. psych. 191 madidis -arier ora lupatis. Clavd. 7, 3 paribus ... lupatis unanimi -antur equi. 10, 156 -at ... rosis delphina Palaemon. carm. min. 27, 86 auro -at equum. Drac. Romul. 10, 157 roseis -antur habenis *columbae. iocose*: Phaedr. app. 23, 5 *lacerta a serpente devorata* arripuit ... surculum et ... transversum tenens avidum sollerti rictum -vit mora. **B** *i. q. freno cohibere, regere*: Ov. met. 10, 125 eques in tergo residens huc ... et illuc mollia purpureis -bas ora capistris. trist. 3, 8, 3 Medeae vellem -are dracones (Manil. 5, 701 Val. Fl. 1, 68). Drac. Orest. 297 cornipedem ... levem -bat habenis. *absolute*: Anth. 227, 4 bracchia quae numquam recto moderamine -ant. *singulariter: i. q. vincire, coercere*: Verg. Aen. 1, 54 *Aeolus ventos* imperio premit ac vinclis et carcere -at.

II *transfertur ad alias res:* **A** *tropice*: Cic. rep. 2, 67 Indus ... unam coercet beluam ..., at vero ea ... pars animi ... non unam aut facilem ad subigendum -at et domat. Liv. 37, 15, 1 ubi demersis navibus -assent claustra maris. Plin. paneg. 66, 5 -atam ... tot malis linguam resolvimus. Cypr. ad Donat. 5 spiritus nullis finibus coercetur nec coercentibus claustris intra certa metarum spatia -atur. Svlpicia sat. 28 pacem longis -vit habenis. Amm. 30, 4, 4 *professio oratorum* retinaculis temporis praestituti -atur. 30, 9, 2 tamquam retinaculis petulantiam -arat aulae regalis. Pacian. sim. carn. p. 141, 26 *spiritus* ibi eum (*sc. Iesum*) tamen in patria voluntate -vit, postquam ad postulationem transferendi calicis relaxavit. Prvd. cath. 8, 3 *Christe*, mollibus qui nos moderans habenis leniter -as facilique saeptos lege coerces. c. Symm. 2, 585 impositis ... mundum -et habenis. Clavd. carm. min. 49, 14 curvis -ari ... hamis (*sc. torpedo*). *audacius: i. q. gubernare navem*: Manil. 4, 283 -are ratem. Sen. Med. 3 Sil. 14, 489. Ennod. epist. 1, 11 p. 1, 5 sermonum cymbam inter loquelae scopulos rector diligens -as (*cf.* dict. 24, 8 p. 500, 4 clavis dextera ... -atae puppis ... iura moderetur). Carm. de Sod. 6 *deus* -andis varium pluviis mandaverat arcum ... propria est quae fibula nimbis. *fere i. q. coartare*: Sidon. epist. 2, 13, 7 mucro filo equinae saltae ligatus ... acumine gulam (*sc. Damoclis*) -bat (*aliter supra l. 46 sq.*). *fere i. q. coercere*: Clavd. carm. min. 25, 89 quae saevis obiecta Getis, quae Saxona -at vel Scottum legio, quantae cinxere cohortes Oceanum (*cf. p. 1289, 21*).

B *translatione plena*: Cic. Mil. 77 eius furores nullis iudiciis -are poteramus. *accedit obiectum motionem indicans*: Verg. georg. 4, 136 cum ... hiems ... glacie cursus -ret aquarum (Cypr. Gall. Is. 101. Ambr. hex. 2, 3, 11 gelaverunt fluctus et firmamenti specie cursum suum insolito fine -arunt. [*cf.* Zeno 2, 57, 5 aquae dextra laevaque gelido stupore -atae.] Clavd. rapt. Pros. 2 pr. 17 venti -antur et undae. Marcell. chron. II p. 67, 1, 401, 2 maris Pontici superficies ita gelu -ata est [*Oros.:*

[U. Leo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frequentātor, -ōris *m. a* frequentare. *qui frequenter aliqua re utitur*: SERV. gramm. IV 457, 18 metra . . . nomen accipere . . . vel ab inventoribus, vel a -bus (ISID. orig. 1, 39, 5. 8). PS. APVL. Ascl. 29 sol . . . gubernator vitalium . . . eorumque -r et dispensator est. *imprimis de frequenti accessu conventu, de veneratione*: TERT. monog. 8 prandiorum et cenarum. PAVL. NOL. epist. 11, 13 Martini beatissimi. 38, 10 rarus . . . urbium -r. SIDON. epist. 1, 9, 5 Basilianis . . . -bus (*i. qui Basilii domum frequentant*). ALC. AVIT. hom. 23 p. 141, 10 -es suos *cultores Christi*. 24 p. 142, 21 -bus *basilicae*.

frequentātus, -ūs *m. a* frequentare. PS. RVFIN. in Os. 10, 7 p. 1012^{D} delubris, quorum -u consueverat *Samaria* me asperare. PS. HIER. epist. 5, 1 -u corporalis accessus aerumnas tuas illustrare. 6, 18 istam . . . animam morbo stultitiae vitiatam orationum tuarum -us sanet. *Vollmer.*

frequenter *adv. v.* frequens *p. 1302, 29.*

frequentia, -ae *f.* [*a* frequens. *Th.*]. *significat tam multitudinem hominum aut rerum quam actionem veniendi conveniendi multorum vel etiam singulorum. promiscue usurpantur notiones ex. gr.*: PALLAD. 5, 7, 4 *i. q. multitudo*, 5, 7, 6 *i. q. commeatus.* *actio significatur*: **1** *sine dubio*: **a** *i. q. praesentia*: CIC. dom. 55. Q. CIC. pet. 50 (*acced.* studia, voluntas, assiduitas). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 (*acc.* multorum). 1, 9, 65. **b** *i. q. conventus*: PLIN. nat. 35, 134 *cf.* GLOSS. IV 344, 45. **c** *i. q. comitatus, obsequium*: LIV. 7, 30, 21 (*opp.* multitudo). 27, 50, 2 (*opp.* laetitia). 35, 43, 5 (*de paucis agitur*). PETRON. 97, 1 (*acc.* modicus). VLP. dig. 47, 10, 15, 23 (*de uno*). **d** *i. q. turba vel etiam genus vitae nec non turbulentia civium urbem colentium. cf.* DIFF. ed. Beck p. 58, 34 -a assiduitas urbis est; turbam faciunt loci angustiae. **e** *i. q. turba conferta*: CIC. Pis. 53 (*opp.* solitudo; PETRON. 34, 5. 95, 7 *acc.* concursus). **f** *i. q. commercium*: PALLAD. 5, 7, 6 locis, quibus apum -a est. *nota*: PS. CYPR. singul. cler. 1 p. 174, 10 (*de uno, v. p. 1307, 48*). **g** *i. q. studium*: PASS. Paul. 2 multa -a dilectum sibi iuvenem requirebat. **h** *i. q. iteratio*: PRISC. gramm. II 429, 20 verba, quae -am actus significant. **2** *paene sine dubio*: RHET. Her. 3, 19, 31 (*acc.* obambulatio). CIC. Verr. 3, 189. 4, 80. 133. 6, 143 Mur. 69 Cluent. 167. 195 (*acc.* studium). Arch. 3 Catil. 4, 15. Flacc. 41 (*de funere*). de orat. 1, 200 (*acc.* splendor). Att. 2, 14, 2. 12, 40, 3. 16, 5, 1 (*de ludis*). Q. CIC. pet. 3 (*acc.* assiduitas). HIRT. Gall. 8, 50, 3 (*acc.* officium). LIV. 28, 38, 7 (*de comitiis celebrandis*). SEN. epist. 95, 23 (*de auditorio; ita saepius*). PETRON. 111, 2 QVINT. inst. 1, 2, 1 FRONTIN. strat. 1, 5, 23 PLIN. epist. 2, 11, 10. 4, 16, 2 (*i. q. turba densa*). paneg. 49, 4 (*acc.* socialitas). APVL. met. 2, 19 VVLG. num. 16, 27. *notio q. e. multitudo sine dubio adest et permultis locis et ex. gr.*: LIV. 45, 36, 6 VAL. MAX. 2, 5, 2 (*acc.* complere). CAES. civ. 3, 19, 5 (*acc. synon.* multitudo), *item accedente genetivo pluralis qui aliquas res significat* (-a sepulcrorum, epistularum, bonorum, *al.*). *cf.* DIFF. gramm. VII 528, 28 angustus locus facit turbam, -am multitudo. GLOSS. IV 80, 52 multitudo aut assiduitas. *de usu: extat inde a* VARRONE. *non habet ex prosaicis* CELSVS; *ex poetis nemo habet praeter* OV. (*bis*) HOR. (*semel* sat.) PRVD. SEN. *solum in scriptis prosaicis.* *adamant* CIC. LIV.

VARRO Men. 150 video gallorum -am in templo. ling. 5, 107 *circulos* vocabant lixulas et similixulas . . . vocabulo Sabino. itaque (*i. q.* 'et ita'?) -a (*sc. vocabulorum aeque ab eo q. e.* lixulae *derivatorum*) Sabinis. RHET. Her. 3, 19, 31 commodius . . . in derelicta quam in celebri regione locos comparare, . . . quod -a et obambulatio hominum conturbat . . . imaginum notas, solitudo conservat (CIC. Pis. 53 nonne tibi erat solitudo pro -a. off. 3, 2 e coetu hominum -aque . . . se in solitudinem recipiebat. SEN. dial. 9, 17, 3 miscenda . . . ista . . .: solitudo et -a . . . odium turbae sanabit solitudo, taedium solitudinis turba. TAC. ann. 15, 50 HEGES. 5, 18, 1 HIER. in Ezech. lib. 7 praef. p. 239/40 AVG. gest. Pelag. 30, 55 p. 110, 13 EVGRAPH. Ter. Andr. 362). CIC. Quinct. 72 aderunt homines nobilissimi . . . ut eorum -am et consessum . . . perhorrescat. Verr. 1, 18 Hortensius . . . domum reducebatur cum maxima -a (*similiter* Pis. 31 si minus -a sua vestrum egressum . . . prosequebantur. Att. 1, 16, 5 eadem -a . . . convenit quacum . . . sum domum reductus. 4, 1, 5 et -a et plausus me usque ad Capitolium celebravit. Q. CIC. pet. 36 cotidiana in deducendo -a. LIV. 3, 26, 11 ea -a stipatus . . . deductus est. 6, 34, 7. 27, 50, 2. 35, 43, 5. 38, 50, 10. 44, 22, 17 VELL. 2, 59, 6 VAL. MAX. 5, 5, 3. 9, 15, 1 pari studio -ae salutatus est. PETRON. 65, 2. 97, 1 praeco cum servo publico aliaque sane modica -a. TAC. Agr. 40 notabilis celebritate et -a occurrentium introitus. PLIN. epist. 4, 9, 22 PANEG. 6 (7), 8, 7 RVFIN. hist. 10, 14 p. 979, 18 *al.*). CIC. Verr. 3, 189 tabulas in foro, summa hominum -a, exscribo (6, 17). 4, 80. 133 foro celeberrimo tanta -a. 6, 16 concursu magno -aque conventus. 6, 143 existimatio populi R. et -a. 6, 144. 150 Cluent. 167. 195 omnis Larinatis . . . venisse Romam, ut hunc studio -aque sua sublevarent (Catil. 1, 21 civium . . . -am videre et studia perspicere. 4, 15). leg. agr. 2, 13 tanta ex -a inveniri nemo potuit. 2, 55. Catil. 1, 16 quis . . . ex hac tanta -a. 4, 17 Mur. 69 Sull. 33. 61 ex hac -a colonorum. Arch. 1 tanto conventu hominum et -a. Flacc. 41 Dorylensis . . . cum efferretur magna -a consensuque vestro (*de funere, sim.* NEP. Att. 22, 4 sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maximā populi -ā. GRAN. LIC. p. 43, 16. SVLP. SEV. Mart. 12, 5 exequiarum esse illam -am. HIER. epist. 39, 4, 4 in pompa funeris et exequiarum -a. CORP. VI 13782). CIC. dom. 55 me -a nudarent virorum bonorum. p. red. ad Quir. 10 -a atque auctoritate perfecit *senatus* (*sim.* Sest. 72 quae tum -a senatus, quae expectatio populi, qui concursus legatorum fuit. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 2 ne -am [*sc. senatus*] quidem efficere potuerant. SALL. Catil. 46, 6 senatum advocat magnāque -ā eius ordinis . . . introducit. LIV. 2, 1, 10. VAL. MAX. 7, 8, 4 habita utriusque ordinis maxima -a. PLIN. paneg. 23, 3 epist. 2, 11, 10 SVET. Nero 46, 2). CIC. p. red. ad sen. 28 tantam -am in campo . . . vidistis. Sest. 124 *spectaculum* omni -a hominum celebratur. har. resp. 1 -a equitum . . . praesentium. 12 maxima -a amplissimorum . . . civium astante. Planc. 21 solidam et robustam et assiduam -am praebuerunt. Mil. 1 non usitata -a stipati sumus. Marcell. 13 *virorum* -am et dignitatem hoc ipso in consessu videtis. Lig. 37. Deiot. 5 (*sim.* QVINT. inst. 1, 2, 1). Phil. 4, 1 -a vestrum incredibilis contioque tanta. de orat. 1, 102. 200 Q. Mucii ianua et vestibulum . . . maxima cotidie -a civium . . . celebratur. 2, 56 Thucydides . . . qui ita creber est rerum -a, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. part. 41 communium -a, ex quibus proprium quid sit eluceat. Tusc. 5, 65 magna -a sepulcrorum. fin. 3, 43 eorum . . . bonorum . . . -a. Lael. 87 ex hac hominum -a. div. 2, 81. off. 3, 16 ex . . . officiorum -a. Att. 2, 14, 2 basilicam habeo, non villam, -a Formianorum. 4, 16, 1 epistularum -a. *ibid.* haec epistularum -a non tam ubertate sua quam celeritate delectavit. 12, 40, 3 -am illam (*i. visitantes*) non facile ferrem. 16, 5, 1 commissione (*i. ludis*) Graecorum -am non fuisse (*sim.* LIV. 28, 45, 12 ludi . . . magna -a et favore spectantium celebrati. SVET. Aug. 97, 1 cum lustrum . . . magna populi -a conderet. FLOR. epit. 3, 18, 9 in ipsa . . . ludorum -a trucidatis . . . legatis [*v. Appian. civ. 1, 38*]. PASS. Theclae B a 21 p. 54, 11. *cf.* ARNOB. nat. 4, 20 *deos* nuptias celebrasse et festas habuisse -as). BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 2 nos tutos fore in tanta -a militum. Q. CIC. pet. 3 cotidianam amicorum assiduitatem et -am (50 adulescentulorum -a, eorum, qui abs te defensi sunt, assiduitas. MART. CAP. 9, 981 assiduitas et -a). CAES. civ. 3, 19, 5 magna utrimque multitudo convenit . . . qua ex -a T. Labienus prodit (SEN. dial. 4, 8, 1 forum multitudine refertum et saepta concursu omnis -ae plena). HIRT. Gall. 8, 50, 3. BELL. Hisp. 32, 8 cum -a convenisset. SALL. Iug. 47, 2. OV. trist. 5, 7, 13 Sarmaticae maior Geticaeque -a gentis . . . itque reditque. fast. 3, 787 ut tironem celebrare -a posset. LIV. 1, 53, 6 liberorum . . . eum -ae taedere. 5, 2, 5

[U. Leo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per -am iuvenum. 5, 11, 9 -a . . . urbana celebrare actiones. 6, 4, 6 Roma cum -a crescere, tum . . . exurgere aedificiis (*sim.* 8, 14, 7 [*colonis*] ascriptis speciem antiquae -ae Velitrae receperunt. 24, 3, 11 VITR. 2 pr. 3 VAL. MAX. 8, 1 damn. 4 SEN. epist. 91, 14. COLVM. 9, 7, 6 pro -a domicilii *apium*. SVET. Iul. 42, 1 HIER. epist. 58, 4, 2. adv. Iovin. 2, 9 p. 337 *philosophi* reliquerunt -as urbium). LIV. 7, 30, 21 (*cf.* VITR. 5 pr. 2 PALLAD. 5, 7, 6 ENNOD. opusc. 3, 171 p. 375, 16). 28, 38, 7 (*cf. p. 1306, 48*). 34, 1, 6. 45, 36, 6 VITR. 2, 8, 17. 9, 8, 3 pondus cum decurrendo . . . premeret caeli (*i. aeris*) crebritatem (*i. densitatem*), . . . -am (*i. vim*) caeli compressione solidatam extrudens in aerem *eqs.* PAVL. FEST. p. 41 conventus . . . cum aliquem in locum -a hominum . . . colligitur. p. 97 propter . . . -am lugentium. SEN. contr. 1, 3, 1 circumlatis in -am oculis (SEN. dial. 6, 12, 4). VELL. 2, 3, 2. 2, 81, 1 VAL. MAX. 2, 5, 2 SEN. epist. 95, 23 benef. 6, 34, 4. dial. 11, 6, 2 hanc -am cui vix urbis . . . tecta sufficiunt (*syn.* turba. *sim.* TERT. adv. Val. 3 p. 180, 2 VVLG. II par. 30, 25). 12, 6, 1. 12, 7, 4 CVRT. 10, 6, 2. COLVM. 1, 1, 8 Athenae . . . scriptorum -am pepererunt. 3, 2, 9. 9, 8, 1. *inde* PALLAD. 1, 38, 1. PETRON. 12, 1 -am rerum venalium. 34, 5. 90, 5. 95, 7. 111, 2 PLIN. nat. 8, 180. 27, 113 polygonaton a -ā geniculorum. 35, 134 pinxit . . . Athenis -am (*i. conventum*) quam vocavere syngenicon. QVINT. inst. 1, 2, 9 praeceptor -ā gaudet ac maiore se theatro dignum putat. 10, 7, 16 decl. 298 p. 176, 14 Ps. QVINT. decl. 18, 3 FRONTIN. strat. 1, 5, 23. aq. 18 propter -am incendiorum. TAC. dial. 11. hist. 1, 81 vitata comitum et servorum -a. PLIN. epist. 4, 16, 2. paneg. 49, 4 SVET. Vit. 11, 2. FRONTO p. 196, 21 maxima -a[m] sententiarum. PAVL. sent. 5, 3, 5 pro -a admissorum (*criminum*). GELL. 1, 6, 6 civitatem salvam esse sine matrimoniorum -a non posse. APVL. met. 2, 19 Romana -a (*opp.* quies villatica). 4, 19. 8, 1 flor. 9 p. 29. 16 p. 64. 18 p. 83 MIN. FEL. 33, 1 TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 10. 4, 14 p. 459, 15 in tanta -a . . . vocum. spect. 30 p. 29, 18 ne lactucae suae -a commeantium allaederentur. anim. 30 p. 350, 9. apol. 20 mortium. ITALA Am. 5, 21 (Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 581, 1) reieci caerimonias vestras et non odorabor in -is vestris (*ἐν ταῖς πανηγύρεσιν*, VVLG. coetuum). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 77 SOL. 49, 7 PANEG. 4 (10), 3, 2. 4 (10), 5, 1. IVL. VAL. 3, 60 *locum* consaeptum . . . arborum -ā. IVST. 18, 5, 11. 24, 6, 6. OPTAT. 1, 19 p. 20, 22 civica. 2, 18 p. 53, 7 catholica. CHIRON 248 a -a cursionis. HIER. epist. 24, 5, 1 per orandi -am (*sim.* 52, 3, 3 orationis ad deum -a. ZACCH. 3, 6 p. 1158^{A}. 1159^{A} rogandi . . ., orandi -am celebrari). 43, 2, 1 -a salutandi qua ad alios pergimus. VVLG. num. 16, 27 cum uxoribus et liberis omnique -ā (ITALA Lugd. apparatus, LXX *ἀποσκευή*). 27, 22 II Esdr. 4, 2. Hebr. 12, 22 multorum milium angelorum -am (*πανηγύρει*). PRVD. perist. 10, 82 illitterata credidit -a. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 59 multorum ingressum aut -am (*i. praesentiam*) prohibere. 1, 9, 65. chron. 1, 1, 43. SIDON. epist. 4, 10, 1 -am veteris officii servare. ENNOD. epist. 2, 9, 4 p. 49, 11 stili (*i. scribendi*) -a vel ubertate. NOVELL. Iust. 22, 30 secundum rationis -am (*i. abundantiam, ubertatem. κατὰ τὴν τοῦ λόγου συνέχειαν. cf.* GLOSS. II 445, 23 *συνέχεια* -a).

nota: de uno: **a** *i. q. comitatus*: VLP. dig. 47, 10, 15, 23 assectatur, qui tacitus frequenter sequitur: assiduo (-a? *Momms.*) enim -a . . . praebet . . . infamiam. **b** *i. q. commercium cum aliquo*: PS. CYPR. singul. cler. 1 p. 174, 10 nostrae litterae . . . quae per absentiam meam -am omnibus pensaverunt. **c** *iteratio*: PRISC. gramm. II 429, 20.

iuxta posita: substantiva interdum synonyma: auctoritas, assiduitas (Q. CIC. pet. 3 *cf.* MART. CAP. 9, 981), celebritas (TAC. Agr. 40), clamor (PLIN. epist. 4, 9, 22), celeritas (CIC. Att. 4, 16, 1), comitatus (TAC. dial. 1), coetus, conventus, concursus, consessus (CIC. Quinct. 72), contio, dignitas (CIC. Marcell. 13), existimatio, expectatio (CIC. Sest. 72), favor (LIV. 28, 45, 12), gaudium (PLIN. epist. 4, 9, 22), laetitia (LIV. 27, 50, 2), magnitudo -ae (APVL. flor. 18), multitudo (CAES. civ. 3, 19, 5 *al.*), numerus (CIC. de orat. 2, 56), officium (HIRT. Gall. 8, 50, 3), obambulatio (RHET. Her. 3, 19, 31), plausus (CIC. Att. 4, 1, 5), pompa funeris (NEP. Att. 2, 2, 4 *al.*), socialitas (PLIN. paneg. 49, 4), studium, splendor (CIC. de orat. 1, 200), turba (SEN. dial. 11, 6, 2 *al.*), ubertas (CIC. Att. 4, 16, 1), virtus, voluntas (Q. CIC. pet. 3). *adiectiva*: assiduus (*acced.* solidus robustus CIC. Planc. 21), densissimus (SOL. 49, 7), grandis (HIER. vir. ill. 65), ingens, magnus, maior, maximus (*passim*), modicus (PETRON. 97, 1), multi (*opp.* pauci MIN. FEL. 33, 1), minor (LIV. 27, 50, 2), omnis (CIC. Sest. 124 VELL. *al.*), summus, tantus, universus. *verba*: convenire, concurrere, complere (LIV. 45, 36, 6 VAL. MAX. 2, 5, 2), colligere (PAVL. FEST. p. 41 APVL. flor. 18), crescere (PALLAD. 5, 7, 4), celebrare (CIC. Sest. 124 OV. LIV.), incolere (HIL. in psalm. 118 aleph. 7), stipare (CIC. Mil. 1).

opposita: absentia (PS. CYPR. singul. cler. 1 p. 174, 10), inopia rerum (PALLAD. hist. mon. I 19), multitudo (LIV. 7, 30, 21 *al.*), quies (APVL. met. 2, 19), solitudo (RHET. Her. 3, 19, 31 *al.*).

numero plurali extat (*sermone rhet.*): TERT. apol. 20 ITALA Am. 5, 21 *et* Os. 2, 11 (Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 581, 1. 4) ARNOB. nat. 4, 20 (*acced.* nuptias) HEGES. 5, 18, 1 (*opp.* solitudines) HIER. adv. Iovin. 2, 9 p. 337.

U. Leo.

? **frequentidicus:** mathematicus, divinus GLOSS. IV 344, 46 *vide ne sit contaminata (cf. Loewe, glossae nom. p. 111) pro* fatidicus.

? **frequentito,** -āre [*a* frequentare. *Th.*]. GELL. 16, 4 (*lemma*) ut milites scripti . . . in loco certo -rent (*sic solus codex Q*, frequentarent *cett.*).

Vollmer.

frequento, -āvī, -ātum, -āre [*a* frequens. *Th.; cf. G. Cohen, Classical Philology 10 [1915] p. 217*]. *de formis*: -arunt: SVET. Iul. 84, 5. -arit: CAPITOL. Pius 9, 10. -asset: CIC. Catil. 4, 15. -asse: SVET. gramm. 7. *de significatione*: GLOSS. *πυκνάζω* -[ab]o (*cf. s. v.* frequens *I A 1*). -at mansitat (*cf. infra sub E*). DIFF. ed. Beck p. 44, 16 inter celebrare et -are: celebramus regionem, -amus frequentiam. *legitur inde a* PLAVTO, *non habent* TER. CATO LVCR. CAES. NEP. HOR. TIB. PROP. VITR. MANIL. VELL. VAL. MAX. CVRT. PERS. PETRON. VAL. FL., *bis habet* QVINT., *adamat* AVG.

A *de numero: i. q. facere, ut aliquae res vel numerum frequentem habeant vel frequentes adsint*: PLAVT. Cist. 8 pol isto . . . nos pretio facile est -are tibi utilisque habere (VARRO ling. 7, 99 'pol . . . -are' . . . apparet dicere: facile est curare, ut adsimus). CIC. dom. 89 quem tu . . . populum nisi tabernis clausis -are non poteras. Catil. 4, 15 *scribas* cum casu hic dies ad aerarium -asset. Brut. 325 genus *dictionis* . . . sententiis -atum. orat. 85 nec acervatim multa -ans una complexione devinciet. part. 59 -atis firmamentis orationis et breviter expositis. BELL. Afr. 20, 1 sagittariis . . . ductis in castra compluribus -are suas copias. LIV. 33, 38, 13 partim fuga sparsos . . . conquirere et contrahere, partim novos colonos . . . ascribere et omni modo -are. COLVM. 4, 15, 1 annicula *vitis* . . . protinus -anda est et praesidiarii malleoli propagandi sunt. 4, 33, 3 ubi -anda sunt *castaneta*. PLIN. nat. 5, 73 in diem . . . convenarum turba renascitur (*sc. gens*), large -antibus (*i. numerum augentibus*) quos . . . fortuna . . . agit (*potes etiam ad B referre*). 36, 185 -ata . . . pavimenta. TAC. ann. 3, 25 nec ideo coniugia et educationes liberum -antur. GELL. 2, 15, 3 ad prolem populi -andam. 16, 10, 13 civitatem (*sim.* PALLAD. 1, 24, 3 fetūs). APVL. met. 9, 25 solito sermone . . . et iterato rursum et -ato saepius. TERT. pudic. 6 p. 229, 14 nuptias . . . non tantum -⟨ta⟩tas, verum et semel plures. SER. SAMM. 594 *calculi* gemitum . . . dolore -ant (*i. iterant, geminant; cf.* IVVENC. 1, 759 OV. epist. 12, 143). SPART. Hel. 3, 3 laetitiam publicam. LAMPR. Alex. 37, 1 spectacula -vit (*i. edidit.* AVSON. 443, 2 funebres ludi in honorem Patrocli -antur). PAVL. NOL. carm. 23, 43 *virtutes* deus in . . . Felice -at (*i. gignit*). AVG. epist. 12 p. 29, 6 non minore a me diligentiā servantur litterae tuae quam -antur abs te. HIL. Aug. epist. 156 p. 449, 1 ecclesiam . . . in qua nunc -amus populos (quae . . . -atur a populis *T*).

B *de loco vel tempore (imprimis fere usque ad* APVL.*), i. q. facere, ut aliquae res plenae hominibus (rebus l. 72. p. 1309, 9), densae, celebres sim. sint. accedit saepe abl. instr.; subiectum interdum singularem numerum habet, imprimis apud posteriores inde ab* APVL. *cf. sub D*: CIC. off. 1, 139 si aliquando alio domino *domus* solita est -ari (epist. 5, 21, 1. CATVLL. 64, 32 domum conventu tota -at Thessalia. SALL. Catil. 14, 7. OV. met. 9, 323 nostrasque domos . . . -at. LIV. 33, 48, 9 SEN. epist. 21, 6 QVINT. inst. 12, 11, 5 PLIN. paneg. 62, 7 AMM. 28, 4, 12). CIC. off. 2, 15 urbes . . . sine hominum coetu non potuissent aedificari nec -ari (LIV. 5, 30, 2 urbem ab se captam -ari [*seq.* incoli, habitare]. 7, 30, 19 vobis Capua urbs -bitur. 26, 16, 8. 9. SEN. Phaedr. 482 urbem -a, civium coetum cole. COLVM. 11, 1, 23 non urbem, non ullas nundinas . . . -verit. PANEG. 4 (9), 18, 1 HIER. epist. 58, 4, 4). Arat. 271 partes tres . . . quas vis inferna -at. Att. 1, 19, 4 Italiae solitudinem -ari posse (*cf.* SVET. Aug. 46 Italiam . . . coloniarum numero . . . -vit). CATVLL. 64, 35 Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta -ant (PLIN. paneg. 50, 4 tecta . . . laetari videntur, quod niteant, quod -entur). SALL. Iug. 17, 2 quae loca et nationes ob calorem . . ., item solitudines minus -ata sunt (48, 4 LIV. 21, 57, 10. SVET. Vesp. 2, 1 locum incunabulorum assidue -vit. EVGIPP. Sev. 40, 5). VERG. Aen. 6, 478 arva . . . quae bello clari secreta -ant (STAT. silv. 2, 2, 95 Graia probas, . . . Graia -as arva). OV. met. 10, 169 deus Eurotan immunitamque -at Sparten. fast. 4, 871 templa -ari (MART. 2, 14, 7 APVL. apol. 50 *al.*). LIV. 6, 5, 1 tribuni plebis . . . contiones suas -are legibus agrariis conabantur (TREB. trig. tyr. 27, 1). 24, 7, 10 coeptum -ari emporium. 34, 58, 5 deserta . . . revocatis cultoribus -verit. 36, 39, 8 ad triumphum -andum deductos esse milites. 39, 26, 3 portubus -atis aut desertis. SEN. contr. 3, 15 pr. pueri fere aut iuvenes scholas -ant (SVET. gramm. 7 scholam eius . . . viros -asse aiunt. CAPITOL. Aur. 3, 8 MACR. sat. 3, 12, 8). PHAEDR. 4, 24, 12 aras -as (*musca*): nempe abigeris quom venis. COLVM. 5, 6, 24 *agricolae* ima tabulata materiis -ant (*i. implent*). 8, 8, 1 *columbae* assignatas sedes -ant. 8, 16, 2 piscinas . . . -bant *piscibus*. 10, 213 semperque -et prole nova mundum. MELA 3, 107 hominum pars silvas -ant, . . . pars in urbibus agunt (PLIN. nat. 8, 110). PLIN. nat. 3, 151 Illyrici ora . . . insulis -atur. 5, 120 Zmyrnaeum conventum . . . pars Aeoliae . . . -at (21, 9 iuvenes . . . conventus sapientium -bant). 6, 166 iter totum terreno -atur (COD. Theod. 9, 14, 2 itinera -ata. HIL. in Matth. 6, 3). SIL. 8, 492 sacrum . . . Soracte -ant. MART. 10, 58, 11 qui nocte dieque -at limina (IVVENC. 4, 222 precibus). TAC. ann. 15, 33 cupidine adigebatur Nero . . . scaenas -andi (*sim.* APVL. met. 10, 23 publicam caveam. 6, 16 theatrum deorum). PLIN. epist. 4, 13, 9 natale solum amare, -are consuescant. 8, 12, 2 domum . . . recitantibus praebet, auditoria non apud se tantum . . . -at. SVET. Iul. 84, 5 Iudaei . . . noctibus continuis bustum -arunt. Aug. 72, 2 ex secessibus -vit maritima insulasque . . . aut . . . oppida (FRONTO p. 161, 9 N.). 91, 2 cum . . . aedem . . . assidue -ret (PANEG. 2 [10], 13, 4 aedes . . . numinum -ando [*civitas*]). 94, 11 *arbor* -retur . . . columbarum nidis. 98, 4. APVL.

[U. Leo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mund. 4 terra . . . -atur animantibus, . . . silvarum viriditate vestitur. 35 magistratus tribunalia, principia milites -bunt. met. 6,4 tenes vetusta delubra, . . . beatas sedes -as. 6,35 portus . . . magno -atur populo (RVT. NAM. 1, 531). TERT. adv. Hermog. 29 p. 156, 25 maria (materiam *codd.*) . . . beluis -vit, . . . terram . . . fecunditate donavit. TER. MAVR. 2208 *poetae* latioribus sonis pedes -ant. PANEG. 5 (8), 9, 3 -at nundinas meas pecore venali (*cf. p. 1308, 50*). 11 (3), 3, 2 hominum coetus. CAPITOL. Gord. 28, 3 noctibus . . . vigilias -bat (*i. visitabat*). 32, 6 viridiaria . . . lauro, myrto et buxo -ata. Pius 11, 7 -vit . . . amicorum convivia. TREB. Gall. 21, 6 popinas. VOPISC. quatt. tyr. 10, 4 pergulas. HIL. in psalm. 118 he 7 id quod τρίβος dicitur, trita et -ata discursibus semita intellegitur. QVEROL. p. 43, 10 viae . . . servantur, ripae -antur. AMM. 22, 7, 3 -at . . . curiam. 23, 6, 87 -ari sueta litora. AVG. util. cred. 16 p. 21, 1 multitudo . . . -at ecclesias (civ. 22, 8 POMER. 3, 10, 3 p. 489 B.). SVLP. SEV. dial. 1, 26, 2 si quis . . . glacialem -at oceanum (SIDON. epist. 4, 21, 5). COD. Iust. 6, 4, 3, 2 *rempublicam* ingenuis magis . . . quam libertis . . . -ari (6, 40, 2, 2).

in re rhetorica: CIC. de orat. 3, 201 quasi luminibus distinguenda et -anda omnis oratio sententiarum atque verborum (*locum affert* QVINT. inst. 9, 1, 26). *sim.*: CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 31 haec fore perpetuis signis clarisque -ans ipse deum genitor . . . canebat.

C *de animantibus: ad significationem localem et temporalem accedit vis frequentativa* (*de dis saepe i. q. colere cf. l. 29. 30. 47; cf.* AVG. civ. 10, 1 dicimur . . . colere . . . homines quos honorifica recordatione vel praesentia -amus): SALL. Iug. 73, 6 ut . . . -rent Marium et sua necessaria post illius honorem ducerent. VERG. priap. 1, 1 vere rosā, pomis autumno, aestate -or spicis (*loq. Priapus*). PRIAP. 75, 12 Henneae Cererem nurus -ant (SEN. Herc. f. 845). OV. met. 11, 81 *Bacchum* satyri bacchaeque -ant. fast. 3, 251 matrum me turba -at. SEN. epist. 79, 17 sermo . . . non sentientes (*i. mortuos*) colet ac -bit. SIL. 13, 783 *virum* multae . . . secuntur . . . animae et laeto clamore -ant. STAT. silv. 2, 7, 126 ipsum (*te*) . . . colit (*thiasis*) et -at ipsum. TAC. ann. 5, 10 *iuvenis* iam iuventutis concursu, iam publicis studiis -batur. 13, 18 ne coetu salutantium -retur. hist. 2, 16 digressis qui Pacarium -bant. PLIN. epist. 2, 9, 6 diligeris, coleris, -aris (SIDON. epist. 5, 5, 3 amaris, -aris, expeteris, oblectas). 4, 2, 4 convenitur ad eum mira celebritate. cuncti . . . quasi probent, quasi diligant, cursant -ant. 6, 6, 3 ad audiendos quos tunc ego -bam. paneg. 48, 2 te videat, . . . -et. SVET. Tib. 12, 2 vitans . . . praeternavigantium officia quibus -batur assidue *Tiberius*. VLP. *ex Labeone* dig. 47, 10, 15, 16 -andi cuiusque causa. *nota*: TERT. carn. 7 p. 440 mater . . . non demonstratur adhaesisse illi, cum *mulieres* aliae in commercio eius -entur (*i. dicantur cum eo fuisse*). PANEG. 11 (3), 19, 4 ceteri perditissimum quemque ex aulicis -bant. VOPISC. Aurelian. 1, 5 Thersitem, Sinonem . . . et nos bene scimus et posteri -bunt, . . . Aurelianum . . . nescient? 24, 3 Apollonium . . . ipsum pro numine -andum (*cf. sub D p. 1310, 48*). CAPITOL. Gord. 24, 3 qui cotidie ⟨te⟩ insidiosissime -bant. IVVENC. praef. 7 innumeros homines sublimia facta et virtutis honos in tempora longa -aut. 2, 691 nobis Moysi quem scripta -ant. EVTR. 8, 4. HIL. in psalm. 149, 2 angelorum -antium. PS. RVFIN. in Os. 2, 5. 6. 7 p. 974^{C} mulieris . . . flagitii sui -antis auctorem. SVLP. SEV. Mart. 7, 2 corpus (*sc. mortuum*) tristi maerentium fratrum -atur officio. 10, 3 dial. 1, 17, 4. 1, 20, 2. MACR. sat. 1, 7, 13 quem familiarius -are solitus erat. LEO M. epist. 155, 2 p. 1126^{C}. *nota: de re tamquam persona*: PALLAD. 3, 24, 11 *porrus* sarculo -andus et herbis liberandus.

D *sensu latiore i. 'frequentativo'; magis magisque apud posteriores, fere inde ab* APVL. *nota de uno, qui unam rem semel tractat*: TERT. idol. 10 p. 39, 29 PROB. Verg. ecl. 4, 58. RHET. Her. 3, 24, 40 tu primas . . . partes *rhetoricae* in animo -a et . . . exercitatione confirma. CIC. rep. 1, 5 *exempla* nata et -ata apud illos (APVL. Socr. 14 p. 150 PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190^{A}). inv. 1, 40 publicum est quod civitas . . . -at, ut ludi, dies festus, bellum (STAT. silv. 2, 7, 1 Lucani proprium diem -et. TAC. ann. 14, 4 Quinquatruum festos dies [*cf.* TERT. idol. 10 p. 39, 29 Quinquatria]. SVET. Aug. 53, 3. VVLG. II Macc. 1, 9 -ate [ἄγητε] dies scenopegiae. HIER. in Gal. 5, 3 p. 480 AVG. serm. ed. Mai 85, 1. EPIST. pontif. 311 Migne 20, 556^{B} non solum ipsum *diem* . . . festivissimum esse . . . , verum etiam per . . . hebdomadas -andum esse). CIC. inv. 1, 61 quemadmodum illud . . . genus argumentandi . . . Socratici tractarunt, sic hoc . . . est ab Aristotele . . . -atum (orat. 94). de orat. 3, 155 verbi tralatio instituta est inopiae causa, -ata delectationis. OV. met. 3, 581 ede . . . moris . . . novi cur sacra -es (3, 691. 732. 4, 37. 10, 436 CLAVD. 8, 577). FEST. p. 202 vocabulum . . . -ari debebat (*sim.* CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 199, 6 voces . . . quae non erant . . . -atae. TERT. orat. 22 p. 194, 2). PAVL. FEST. p. 96 ut id nomen (*Gaia Caecilia*) ominis boni causa -ent nubentes (p. 131. APVL. met. 2, 3 cuius saepicule nomen . . . -atum . . . retines. TREB. trig. tyr. 1, 2 LAMPR. Heliog. 34, 6 p. 181. AVG. civ. 10, 1 p. 403, 19 D. nomen [*pietatis*] etiam in operibus misericordiae -atur. 11, 25 p. 496, 4. 19, 11 ALC. AVIT. carm. 1 prol. p. 202, 5 INST. Iust. 1, 5, 3. *de singulis verbis vel sonis sim.*: PAVL. FEST. p. 181 'ocius' . . . et . . . 'ocissime' -ata sunt. DIOM. gramm. I 427, 15 'ei' [*dipthongus*] cum apud veteres -retur, usu posteritatis explosa est. TERT. apol. 22 *daemonum nomen* vulgus

in usum maledicti -at. AVSON. 364, 1 'est' et 'non' cuncti monosyllaba nota -ant. FAVST. REI. spir. 2, 7 p. 147, 8 in Pentateuchi volumine -atur: 'locutus est . . .'). CELS. 7, 7, 8^{E} ea curatio quae . . . ab omnibus -atur. SEN. Tro. 1011 lenius luctus lacrimaeque mordent, turba quas fletu similis -at. 1130 Troes . . . suum -ant funus (*sim.* SVET. Tib. 32 illustrium exequias usque ad rogum -vit. CARM. epigr. 1001, 2 -atis funeris exequiis). dial. 6, 3, 2 *memoriam illius* nemo potest retinere et -are (TERT. test. anim. 4 p. 140, 4 memoriae post mortem -andae. uxor. 1, 8). epist. 38, 1 hoc inter nos epistularum commercium -emus (TERT. bapt. 5 p. 205, 27). PLIN. nat. 37, 145 *gemma* reginis -ata. STAT. Theb. 9, 608 virgo . . . cuius . . . signa militiamque . . . -o. silv. 1, 3, 108 docta -es otia. TAC. ann. 3, 48 mors Sulpicii . . . publicis exequiis -retur. 15, 35 eius munus *gladiatorium* -anti Neroni. PLIN. epist. 1, 9, 2 officio . . . interfui, sponsalia aut nuptias -vi. SVET. Aug. 31, 4 nocturnum spectaculum -are (CORP. XI 5265 [*fere a. 333*] editionum antedictarum spectacula -are). DIOM. gramm. I 489, 9 Epicharmum . . . primum hoc carmen (*i. genus poeticum*) -asse. POMPON. dig. 1, 2, 2, 45 Trebatii *libri* minus -antur. COD. Theod. 9, 21, 3 cudendae pecuniae studium -etur (CAPITOL. Aur. 6, 5). CALL. dig. 4, 6, 2 pr. hoc edictum . . . minus in usu -atur (*sim.* SPART. Carac. 9, 8 caracallae . . . in usu . . . plebis -atae). 11, 1, 1 *actiones* minus -antur et in desuetudinem abierunt. VLP. dig. 22, 1, 37 *usuras* quae in regione -antur (17, 1, 10, 3. 26, 7, 7, 10). frg. Vat. 222 cum munus emeritum prodest, multo magis cum -atur prodesse debet (145. *sim.* APVL. met. 11, 21 sedulum . . . -bam ministerium). APVL. met. 11, 9 tibicines . . . per . . . calamum . . . modulum -bant (*sim.* VVLG. Is. 23, 16 bene cane, -a canticum [πολλὰ ᾄσον]). 11, 28 mund. 31. MIN. FEL. 34, 10 meliorem humandi consuetudinem -amus (SCHOL. Cic. Bob. p. 101, 25 St.). TERT. idol. 1 p. 31, 6 cum . . . libidinis causa -entur *idololatriae*. 10 p. 40, 9. 41, 8. 14 p. 46, 26 adv. Marc. 1, 27 p. 329, 4 bapt. 19 TER. MAVR. 2490. ITALA Sirach 30, 1 (Cassiod. in psalm. 102, 13 p. 722^{D}) si diligis filium tuum, -a ei flagella (ἐνδελεχήσει, VVLG. assiduat. *Cassiod. ad l.*: frequenter eum corripit, frequenter flagellat. *ad dat. cf.* PAVL. NOL. carm. app. 4, 27 mens . . . Christo laudes in saecla -at. AVG. serm. 90, 1 deo per Christum laudes et gratias -are). PANEG. 11 (3), 9, 3 TREB. trig. tyr. 22, 11. 33, 5 GALLICAN. Avid. 5, 7 SPART. Hadr. 9, 7 CAPITOL. Pius 9, 10. Gord. 20, 6 *dicta* ab eius affinibus -antur. IVL. VAL. 2, 13 *Xerxes* urbes spolians suam barbariem -verit (*i. cognitam reddiderit*). LACT. mort. pers. 52, 4. PALLAD. 1, 15 prima trullis -etur inductio (*ex* VITR. 7, 3, 5 parietes quam asperrime trullissentur). AVR. VICT. Caes. 4, 11 *mulier* . . . nuptias cum altero -ret. 28, 2 *annus* sollemnibus -atus. AVIEN. orb. terr. 614 barbara . . . Gades (*sc. nomine*) hanc (*insulam*) lingua -at (*i. celebrat, vulgat*). AVSON. Mos. 225 agiles motus dextra laevaque -ant. PROB. Verg. ecl. 4, 58 iterationem a poeta -atam (*ab uno semel*). SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 11. 168, 7 St. AVG. civ. 1, 26 p. 41, 7 D. earum martyria . . . veneratione celeberrima -antur. 2, 20 p. 78, 24 convivia -entur. 2, 25 p. 91, 2. 4, 26 p. 179, 8 ex illis . . . ludis . . . numinum crimina -antur (6, 6 p. 256, 6). 10, 6 p. 412, 4. 21, 22 p. 527, 28 sicut ipsa cotidie -atur oratio. 22, 8 p. 577, 23. quaest. hept. 1, 84 non . . . -vit lapidem adorando vel ei sacrificando. persev. 5, 28 p. 1466 -ata vitia et severa iudicia (COD. Iust. 1, 3, 54 [56], 11). 14, 34 praedicationi, praeceptioni, exhortationi, correptioni, quae omnia -at scriptura divina. PAVL. MED. vita Ambr. 3 p. 28^{A} ut ingrediendi in os egrediendique vices -rent *apes*. MACR. sat. 1, 13, 18 Nonas celebri notitia -bat. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 120 unctionem crurum . . . oleo -are. POMER. 2, 10, 3 *praecepta* in usum veniant, et neminem -ata conturbant. CASSIOD. in psalm. 23, 11 p. 175^{B} gloria . . . dicitur celebre praeconium et -ata laudatio. 118, 47 COD. Iust. 7, 7, 17 INST. Iust. 4, 4, 7. 4, 13, 11 exceptiones . . . in iudiciis -ari. NOVELL. Iust. 17 pr. 23, 1 ARATOR act. 1, 814. *nota de agris colendis*: LVCAN. 3, 422 non illum *lucum* cultu populi propiore -ant. COD. Theod. 5, 6, 3 damus omnibus copiam . . . agros proprios -andi. 10, 10, 19 patrimonia vestra tenete, colite, -ate.

E *intransitive et revera 'frequentative'*: GLOSS. -at mansitat (*cf. francogall.* fréquenter, *intr. i. 'abundanter suppeditare'; v. Schmalz, Glotta 5, 213*): 1 *absolute* (*cf. Rönsch, Semas. Beitr. 3, 42; Wölfflin, Cass. Fel. 417 sq.*): COD. Theod. 2, 18, 1 saepius requiratur et crebra interrogatione iudicis -etur (*cf.* COD. Iust. 3, 1, 9 utramque partem saepius interrogare). CAEL. AVR. acut. 2, 1, 8 (*fortasse graecismus ex Sorano desumptus*) *Soranus* pressuram . . . -are inquit in senibus. 2, 2, 12 autumno enim -are istam passionem putaverunt. 2, 10, 63. 64. 2, 13, 89 -at autem haec passio in masculis magis quam in feminis. 13, 90. 19, 192. chron. 2, 1, 1 hiemis tempore -at haec passio (CAEL. AVR. *semel transitive usurpat*: acut. 2, 19, 120). CASS. FEL. 71 p. 169. VEN. FORT. vita Marcell. 10, 42 ad consumendum eius cadaver coepit serpens . . . -are. vita Germ. 12, 41 PALLAD. hist. mon. 1, 6 p. 267^{D} (*item* p. 269^{B} molestiam -antium). 2 *accedunt praepositiones*: PROB. Verg. ecl. 6, 74 mare . . . per quod Scylla ad Neptunum -bat. MART. BRAC. corr. 18 p. 40 -ate ad deprecandum deum in ecclesiam vel per loca sanctorum. GREG. TVR. Mart. 1, 2 p. 588, 20 in qua (*cellula*) commoratus saepe cum angelis -erat. *infin.*: PAVL. NOL. carm. 10, 161 castis . . . animis agitare (*i. vivere*) -ant.

accedunt adverbia et locutiones adverbiales: *ad B* assidue: SVET. Vesp. 2, 1. *ad C* assidue: SVET. Tib. 12. celeberrime: PAVL. MED.

[U. Leo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vita Ambr. 14. familiarius: MACR. sat. 1,7,13. insidiosissime: CAPITOL. Gord. 24,3. saepius: EPIST. pontif. 784 ALC. AVIT. epist. 42 p. 70,26. *ad D* cupidissime: CAPITOL. Aur. 6,5. frequenter: PAVL. FEST. p. 131. maxime: COD. Iust. 1, 3, 54 (56), 11. multis temporibus (*i. saepe*): PS. RVFIN. in Os. 1, 2—5 p. 964C. saepe: EPIST. pontif. 892 Migne 66, 44A. saepicule: APVL. met. 2, 3. ubique: PS. CYPR. Iud. incred. 5. veneratione celeberrima: AVG. civ. 1, 26 p. 41, 7 D.

opponuntur verba, participia: *ad A* semel plures: TERT. pudic. 6 *v. p. 1308, 30.* *ad B* incognitus: PAVL. MED. vita Ambr. 14. nescire: VOPISC. Aurelian. 1, 5. *ad C* conscribere: ALC. AVIT. carm. 1 prol. p. 202, 5. explodi: DIOM. gramm. I 427, 15. in desuetudinem abire: CALL. dig. 11, 1, 1 INST. Iust. 1, 5, 3.

de casibus: accedit praeter acc. dat.: ITALA Sirach 30, 1 (Cassiod. in psalm. 102, 13 p. 722D) *et v. p. 1310, 33.* *dat. cum part. perf. coniungitur*: PLIN. nat. 37, 145. *abl. instr., ex. gr.*: SALL. Iug. 48, 3. *abl. loci*: TER. MAVR. 2490. in *c. abl.*: in usu: CALL. dig. 4, 6, 2 pr. SPART. Carac. 9, 8. in iudicio: INST. Iust. 4, 4, 7.

composita: con-, perfrequento. *U. Leo.*

fresus *v.* frendo. **frestigiatus** *v.* praestig-.

fretāle, -is *n. genus quoddam sartaginis*: APIC. 7, 275 infunditur in -i piper *eqs.* *forma vulgaris est, male deducta, ut videtur, ad analogiam vocabuli* defrutum defritum defretum defrictum.

fretālis, -e [*a* fretum. *Th.*]. *i. q. ad fretum pertinens*: AMM. 28, 2, 1 Rhenum ... ad usque -em oceanum ... communiebat.

fretāmentum *v.* fritamentum. **fretensis** *v. Onomast.*

?**freto,** -āvī, (-āre) [*a* fretum. *cf.* transfretare. *Th.*]. *i. q. trans mare vehi*: ITALA Marc. 5, 21 (cod. i) cum -asset (*cf. ibid.* cod. e transfretasset; VVLG. transcendisset; LXX διαπεράσαντος) Iesus contra rursus, convenit turba multa circa mare.

frētor *v.* phretor.

[**fretōsus,** -a, -um *a* fretum. NOT. Tir. 93, 84a]

frētr- *v.* phretr-.

✱**1. fretum,** -ī *n.* [*fortasse id quod corn.* stret '*flumen, latex*', *cf. c. theodisc.* stredan '*fervere*'; *v. Pedersen, Vergl. Gramm. d. kelt. Spr. 1, 82. Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 7, 22 dictum -um ab similitudine ferventis aquae, quod in -um saepe concurrat aestus atque effervescat. SVET. frg. 157 *v. infra l. 72* PORPH. Hor. carm. 1, 14, 19 *sq.* 2, 13, 14 -a a fervore dicta existimantur. SERV. Aen. 1, 557. 607 *v. p. 1313, 52.* *de declinatione*: GELL. 13, 21, 15 Ciceroni (*cf. l. 59*) mollius teretiusque visum ... -u scribere quam -o. ... erat enim crassius vetustiusque 'perangusto -o' dicere. ARNOB. nat. 1, 59 non item -us et -um *dicitis*? NON. p. 205, 23 -um neutri tantum generis esse volumus. ROMAN. Char. gramm. I 129, 6 -us, huius -ūs. EXC. Bob. gramm. I 553, 35 nomina, quae apud Romanos neutra, apud Graecos masculina ... -um πορθμός. PRISC. gramm. II 27, 4 'o' aliquot Italiae civitates ... non habebant, sed loco eius ponebant 'u' ... Lucretius (1, 720) ... -u ... pro -o. quae tamen a iunioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta. 170, 3 hic -us ... huius -us ... pro -um, -i. 264, 4. DVB. NOM. gramm. V 578, 23 -um generis neutri et pluraliter -a. *formae neutri generis: sing. inde a* PLAVTO (*v. p. 1312, 54*) VARRONE ling. 7, 22 CIC. Mur. 35 *passim, plur. inde a* LVCIL. 103 TRAG. inc. 182. *masc. generis*: -us: VARRO frg. Non. p. 205. 34 LVCR. 6, 364 LIV. 41, 23, 16 (*cod.*, -um *edd.*) IORD. Get. 157. 33, 167. -um: ENN. scaen. 382 (*versus etiam neutrum admittit*) NAEV. trag. 53. *quartae declinationis*: -ūs: LVCIL. 939 (*v. p. 1314, 36*) MESSALLA or. frg. Roman. Char. gramm. I 129, 7 GELL. 10, 26, 6 (*Gronov.*, -u *libri*). *abl. sing. in* -o *inde a* PACVV. trag. 420? (-um *F*, -o *Laet.*, -u *A. Spengel*) ACC. trag. 401 CIC. carm. frg. 32, 3 Verr. 2, 154 *passim, in* -u: CIC. frg. inc. K 3 Verr. 6, 169 (*teste Gellio l. 39*, -o *libri*) Sest. 18 (*P*1, -o *al.*) LVCR. 1, 720 EPIST. imp. Aug. Roman. Char. gramm. I 129, 9 CORP. X 3813, 6 [SOL. 27, 7 *in parte codd.* LACT. mort. pers. 36, 2 *C*, -o *Baluzius collato* 45, 4 OROS. hist. 1, 2, 101 *PRB*, -o *DA*]. [*gen. plur.* -um *perperam statuit Georgii* CLAVD. DON. Aen. 5, 199 (*est nomin.*)] *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1312, 54*) ENN. NAEV. PACVV. LVCIL. ACC. VARRONE CIC. *per totam latinitatem imprimis apud poetas.* *deest*: NEP. CELSO SCRIB. LARGO PERS. CALP. ecl. IVV. [*dub.*: VARRO ling. 7, 70 -um (*codd.*, tritum *Bücheler*) est Naevii. VAL. MAX. 2, 4, 5 propter vicum ... Fretum (*Sabellicus*, -um *libri*). PORPH. Hor. carm. 1, 9, 4 quod -um (*cod.*, fractum *Loewe*) velut vitrum acutum sit gelu.] [*catal.* freu. *M.-L.*]

I ***proprie***: **A** *strictiore sensu i. q. angustiae maris, mare angustum* (SVET. frg. 157 p. 242, 9 -um angustum quasi fervens mare, ut Siculum et Gaditanum. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 14 *sq.* -a ... angusta maria concitata sunt. SCHOL. Stat. Theb. 7, 184 maria dicuntur, quae aestu rapido vicinas terras interfluunt. DIFF. Suet. p. 307, 9 -um est angusti maris fauces ... quod mare est, non est -um, quod -um, utique mare est. GLOSS. πέραμα. πορθμός [*cf. l. 45. p. 1312, 58. 72*]. mare angustum vel inundatio): **1** *generatim*: MELA 3, 21 Garunna ... ad postremum magni -i similis. 3, 31 *mare* it angustum et par -o. FLOR. epit. 3, 6, 11 per omnis aequoris portus sinus ... promunturia -a. APVL. mund. 6 mare ... coeuntibus terris veluti quibusdam -orum cervicibus premitur. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 14 *sq.* Bosforum pro quolibet -o posuit. *praesertim aquis concitatis perturbatur* (*cf. l. 74 sq. p. 1312, 37. 49 al.*): CIC. Mur. 35 quod ... -um, quem Euripum tot motus ... habere putatis ...? nat. deor. 2, 19 aestus maritimi -orumque angustiae ortu aut obitu lunae commoveri (*cf.* div. 2, 34). *in imagine*: PS. CIC. in Sall. 6, 18 quidquid impudicorum, ... debitorum fuit in urbe, ... sicut in -is subsederant.

2 *speciatim*: **a** *-um Siculum* (*cf. Weiß, PW. VII 101 sq.; pluraliter v. l. 8. 27. 32. 47*): INSCR. mill. Popil. (Corp. I 2² 638) 6 ad -um ad statuam milia *passuum tot.* LVCIL. 103 -a, Messanam, Regina videbis moenia. VARRO frg. Non. p. 205, 34 inter Italiam et Siciliam qui est -us, inter Regium et Messanam. CIC. Verr. 2, 154 cum ab Italia -o diiunctus esses. 3, 21 ei quadruplatores ad -um praesto fuisse. 6, 5 ne ratibus coniunctis -o fugitivi ad Messanam transire possent. 6, 50 ne in -o ... navigarent (*opp.* vel usque ad oceanum). 6, 146 non ... Charybdim tam infestam neque Scyllam nautis quam istum (*sc. Verrem*) in eodem -o fuisse. 6, 169 quae *pars Siciliae* ad -um spectaret. *ibid.* ut ... perangusto -o divisa servitutis ac libertatis iura cognosceret (*cf.* LVCR. 1, 720). or. frg. A XIV (= XIII M.) misere -um transire cuperet (SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 27 St. de -o ... quod ait, illud significat, quo Sicilia ab Italia separatur). nat. deor. 3, 24 quid Chalcidico Euripo ... constantius, quid -o Siciliensi ...? (PORPH. Hor. epod. 9, 7 *sq.* sat. 1, 5, 1). Att. 2, 1, 5 venisse a -o. 16, 4, 4 Cassii classem ... non numero ultra -um. 16, 6, 1 -o an Syracusis. 16, 7, 6 in -o medio hanc epistolam legi. CAES. civ. 1, 29, 2 a -o naves essent expectandae. 2, 3, 1 -o Siciliae ... pervehitur (PLIN. nat. 19, 3 TAC. ann. 6, 14 ANNOT. Lucan. 2, 438 ISID. orig. 13, 18, 3). 3, 101, 1 cum ... *classi* praeesset P. Sulpicius praetor Vibone ad -um (ad -um *Forchhammerum secutus Meusel secl.*). VERG. Aen. 1, 557 -a Sicaniae (SIL. 2, 334). HOR. epod. 9, 7 actus cum -o Neptunius dux fugit. OV. met. 14, 6 liquerat et Zanclen ... navifragumque -um *eqs.* 15, 706 evincitque -um Siculique angusta Pelori. LIV. 1, 2, 5 Italiae longitudinem ab Alpibus ad -um Siculum (5, 28, 2 SEN. Herc. O. 235 Charybdis Sicula contorquens -a. Phaedr. 1011 Auster Sicula disturbat -a. MELA 2, 120 PLIN. nat. 3, 48. 73. 91. 6, 207 TAC. ann. 1, 53 SVET. frg. p. 242 FLOR. epit. 4, 8, 7 AMPEL. 46, 3 SOL. 5, 1. 6, 1. AVSON. 456, 2 -i Siculi famosa portenta. CORP. X 3813 vs. 6). 21, 49, 2 *naves* in -um avertit aestus. 21, 50, 7. 22, 31, 7. 24, 1, 11. 24, 2, 1. 26, 12, 2. 26, 29, 4. 29, 7, 2 cum primum aestu -um inclinatum est. 29, 17, 12 belua immanis (*sc. Scylla*), qualis -um quondam ... circumsedisse fabulae ferunt (*cf. l. 14. 31 al.* SEN. epist. 45, 2). 30, 28, 5 (*cf. l. 31*). 36, 42, 2. 42, 48, 9. VITR. 2, 10, 1 montis *Appennini* iugum ... pertingit circumitionibus contra -um. FEST. p. 270 *Rhegium* in -o e regione Siciliae est. VAL. MAX. 1, 1 ext. 4. 9, 8 ext. 1 -o appulsus. SEN. dial. 6, 17, 2 insulam ab Italia angusto interscissam -o. epist. 14, 8 cum peteres Siciliam, traiecisti -um. 79, 2 quicquid illo -i turbine abreptum est. MELA 2, 115 -o maris Siculi. PLIN. nat. 3, 86 XV in longitudinem -o, in latitudinem *eqs.* 3, 87 in eo -o est scopulus Scylla, item Charybdis. VAL. FL. 2, 29 Sicanium ... usque -um. SIL. 13, 93 ad -a ... Trinacria. 14, 194 incumbens Messena -o. SVET. Tib. 2, 1. FLOR. epit. 1, 26, 9 inter Alpes -umque (*cf. l. 31*). 2, 2, 1. 5 infame monstris aestuque violentum. 3, 20, 13. 4, 8, 3 VLP. dig. 50, 16, 99, 1. FIRM. math. 1 pr. 4 concurrentium in -o fluctuum turbulenta confusio. IVST. 4, 1, 9 VIR. ill. 37, 3. 79, 2. AMM. 14, 6, 4 *Roma* Alpes transcendit et -um. CLAVD. DON. Aen. 3, 415. OROS. hist. 1, 2, 100 -um Hadriaticum. *al.* *nescio an huc pertineat titulus fabulae* PLAVTI (*cf.* GELL. 3, 3, 7). *tropice*: CIC. Sest. 18 ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] -u ... adhaeresceret.

b *Gaditanum* (*plur. v. l. 63*): CIC. frg. inc. K 3 a Gaditano -u (PLIN. nat. 3, 3. 5. 74 Porthmos a Graecis *nuncupatur*, a nobis Gaditanum -um. 4, 93. 5, 9. 6, 206. 207 SVET. frg. 157 p. 242 FLOR. epit. 3, 6, 9. 4, 2, 29 AMPEL. 7, 2 PORPH. Hor. carm. 3, 3, 46 *sq.* SOL. 18, 1. 23, 13. 24, 11 OROS. hist. 1, 2, 10. 74. 94. 7, 43, 11 IORD. Get. 167 ISID. orig. 13, 15, 2). Vatin. 12 venerisne ad -um *ex Italia* per Mauretaniam? Tusc. 1, 45 qui Oceani -a illa viderunt, 'Europam Libyamque rapax ubi dividit unda'. BELL. Alex. 57, 1 *legio* ad -um alio itinere ducebatur. SALL. Iug. 17, 4 -um nostri maris et Oceani. 18, 9 -o divisi ab Hispania *populi*. LIV. 23, 5, 11 -o Oceani Herculisque columnis (AMPEL. 6, 7 IVST. 44, 1, 3. 9). 24, 49, 6. 28, 2, 16. 28, 17, 10. 28, 23, 7 *auxilia* trans -um ex Africa ora ... coegerat. 28, 30, 3. 6 (*bis*). 9 una natura -i aestusque totius certaminis potens. VELL. 1, 2, 4 *insula* a continenti divisa -o. SEN. Herc. O. 1240 *Herculis* fracta Calpe manibus emisit -um. MELA 1, 7 angustias introitumque venientis *maris* nos -um, Graeci porthmon appellant. 1, 8 a -o ad *Tanain* (AMPEL. 6, 2). 1, 16. 2, 96 oram -i. 2, 97. 3, 46. 107 Ampelusia in nostrum iam -um vergens promunturium. PLIN. nat. 3, 7 -um ex Atlantico mari. 4, 119. 5, 18. 9, 8. SIL. 1, 199 Herculeo dirimente -o. 14, 146 -um ..., quod ferit Herculeas ... columnas. TAC. hist. 2, 58 Hispaniae angusto -o diremptae. SVET. Vit. 13, 2 a Parthia usque -oque Hispanico. GELL. 10, 26, 6 SOL. 27, 4 AVIEN. orb. terr. 108. ora 54 a -o Tartesio. 335. MART. CAP. 6, 638 *Gadibus* se fauces -i interfluentis aperiunt.

c *Hellesponti et Bospori* (*plur. l. 82. p. 1313, 5. 7. 15*): HOR. epist. 1, 3, 4 -a vicinas inter currentia turris (PORPH. *ad l.* Hellesponti -um). OV. epist. 17 *et* 18 *saepe.* trist. 1, 10, 28 quodque ... Seston Abydena separat urbe -um. 3, 12, 41 ab ore -i longaeque Propontidos undis.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 38, 16, 5 exiguo divisam -o cernentibus Asiam. Manil. 4, 615 iuvenisque -um mersaeque puellae truditur invitum, faucesque Propontidos *eqs.* Mela 1, 10 ad Hellesponticum -um (Serv. georg. 3, 260). 1, 96 Hellesponti -o (Lvcan. 2, 675 *cf. p. 1312, 82*). Val. Fl. 3, 7 per angustae...-a...Helles. Avson. Mos. 288 Abydeni -a...ephebi. Plin. nat. 9, 50 -i *Bospori Thracii* angustiis. Val. Fl. 4, 421 *Io* ratem sua per -a provehat auris. Lact. mort. pers. 36, 1 ad -um Calcedonum (*cod.*, Chalcedonium *Brandt cum Baluz.*). 45, 4. 47, 4. Avr. Vict. Caes. 39, 30 Ponti -um. Ps. Avr. Vict. epit. 41, 20 a -o Propontidis. Avson. 345, 6 Threicium. Amm. 22, 9, 3. 23, 6, 7 Bospori. Clavd. 3, 173. 20, 472. *non discernuntur*: Amm. 21, 10, 4 ad usque -um et Propontidem (*cf. p. 1312, 84*). 27, 4, 7. 31, 8, 6 ad usque Rhodopen et -um. 31, 16, 7 iuxtaque -um, quod Pontum disterminat et Aegaeum. *nescio an huc alludatur*: Carm. c. pag. 12 (*de Iove*) per -a Parthenopes (*matris Europae*) taurus mugiret adulter?

d *-a Isthmica*: Ov. epist. 8, 69 qua duo porrectus longe -a distinet Isthmos. fast. 6, 495 -a bina repellit *Isthmos.* [Sen. Herc. f. 336 Phaedr. 1024 *vers. spur.*] Lvcan. 1, 102 geminum ... separat Isthmos ...-um. Stat. silv. 4, 3, 60 Inous -a miscuisset Isthmos. Avien. orb. terr. 692. Liv. 27, 29, 9 navibus per -um, quod Naupactum et Patras interfluit — Rhion incolae vocant — exercitu traiecto. 41, 23, 16. Mela 2, 52 Rhion...velut -o latus orae sequentis incidens. Ivst. 2, 12, 18 angustiasque Salaminii -i.

e *alia*: Liv. 28, 6, 10 -um ipsum Euripi non septiens die ... temporibus statis reciprocat (31, 22, 7. 31, 23, 12. 36, 9, 6 *cf.* Avson. 298, 21). 28, 7, 2. Val. Max. 1, 8, 10 Carystumque Chalcidico -o vicinam. Mela 2, 107 Flor. epit. 2, 8, 9. Liv. 32, 16, 7 Euboeam inde (*sc. ab Andro*) exiguo distantem -o (36, 20, 7 Plin. nat. 4, 68). 33, 17, 5 Leucadia ...-o, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa (*aliter* Sidon. carm. 2, 471 Leucadiis ...-is. *cf.* Mart. 4, 11, 6 Actiaci ... ira -i). 36, 43, 1 regio inter Cycladas -is alias maioribus alias minoribus divisas. 37, 13, 11 ad -um Cephallaniae *tuendum.* 44, 28, 8 inter Erythrarum promunturium Chiumque, qua artissimum -um est. Gratt. 174 -a si Morinum dubio refluentia ponto veneris (Tac. Agr. 40 in ipso -o Oceani. hist. 3, 2 Britanniam -o dirimi. Apvl. mund. 6 Hiberium. Sol. 22, 8 -o Gallico [*aliter infra l. 41*]. Paneg. 2 [10], 12, 1. Amm. 20, 9, 9 oceani. 27, 8, 6. 28, 3, 9). Cvrt. 4, 2, 1 a qua *continenti* urbem *Tyrum* angustum -um dirimit. 4, 2, 7 quattuor stadiorum -um. 4, 2, 16 exaestuare semper -um. Mela 2, 122 *Corsica et Sardinia* -oque divisae (Plin. nat. 3, 83 -um ipsum Taphros nominatur. Itin. Anton. Aug. p. 495 -um Gallicum [*aliter supra l. 36*]. Mart. Cap. 6, 645. Oros. hist. 1, 2, 101 *cf. Weiß, PW. VII 101*). 3, 38 mare Caspium ...-o primum terras quasi fluvius irrumpit. *ibid.* -i litoribus (3, 39 ad -um Derbices. Plin. nat. 6, 37. Apvl. mund. 6 Scythicum). Plin. nat. 3, 100 *ab Hydrunto* in Graeciam brevissimus transitus ... intercurrentis -i *eqs.* 4, 87 trans -um (*i. Bosporum Cimmerium; ibid.* glaciato -o. *cf.* Avson. 345, 6). 6, 110 iuxtaque eam *Cascandrum insulam* (*in sinu Persico*) -o interfluente Stoidis. Tac. ann. 4, 67 Capreas se in insulam abdidit, trium milium -o ab extremis Surrentini promunturii diiunctam (6, 1).

A ***proprie*** *i. q. frigidum, gelidum esse*: **1** *de animantibus praesertim moribundis, mortuis*: VEN. FORT. vita Germ. 42, 118 qui iam -bat in funere. *sensu ambiguo*: TER. Phorm. 994 abi tange: si non totus -et (SCHOL. prae timore), me enica (*cf.* AVG. serm. 135, 8 *Petrus* ad ignem stabat, et -uit; ad ignem stetit, timore frigido congelavit). *paulo aliter*: CIC. epist. 7, 10, 2 metuo, ne -eas (*sc. frigore desidiave*) in hibernis: quam ob rem camino luculento utendum censeo. *addi potest*: TERT. apol. 6 ne vel hieme voluptas impudica -ret, primi Lacedaemonii odium paenulae ludis excogitaverunt. *de membris animantium aegrotantium sive mortuorum*: CELS. 2, 6, 7 cui febre non quiescente exterior pars -et, interior . . . calet (2, 14, 11 *cf.* 2, 8, 42. 3, 19, 6. 4, 18, 5). 2, 8, 14 coxa, si sine torpore est, si leviter -et. PERS. 3, 109 'nil calet hic'. summosque pedes attinge manusque. 'non -ent'. TERT. anim. 27 quare corpus exempta ea (*sc. anima*) -et? (*cf.* HIER. epist. 22, 30, 3 toto -ente [-iscente *pars codd.*] iam corpore). *i. q. densari, coagulari*: CVRT. 4, 6, 19 vulnus . . . -ente sanguine intumuit. *de hominibus amore carentibus*: SCHOL. Hor. carm. 3, 7, 7 velut abstinens -bat. *de torpore senescentium*: HIER. epist. 52, 2, 1 David . . . senectute -ente (-escente *vel* frigida *al.*) non poterat calefieri. *cum horrore metuentium* (*cf. l. 7*): LIV. ANDR. carm. frg. 17 igitur demum Vlixi cor -xit prae pavore (CORIPP. Ioh. 7, 57 -ent corda metu). **2** *de rebus tam liquidis quam solidis*: CELS. 2, 17, 10 ubi -ere coepit *ferramentum*, ad ignem refertur. SEN. nat. 4, 2, 26 quo tempore -ent interiora terrarum. ITIN. Alex. 21 *rivuli* sensim . . . -ent ad nivem gelidi, eximque . . . con⟨c⟩alescunt. NON. p. 7, 8 quaecumque friguntur vel -ent. AVG. civ. 21, 7 p. 501, 18 D. vena *fontis* -et diebus, noctibus fervet. DIOSC. 2, 57 facis, ut bulliat *fermentum* et post quod -uerit . . . reponas. 3, 3 cum -uerit (*μετὰ τὸ ψυγῆναι*). 5, 95. 129. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 451, 6 cum aqua -endi habeat postestatem.

B *metaphorice et* ***translate*****:** **1** *i. q. torpere, languere, marcere, viribus et virtutibus carere, res agendas neglegere, non inflammari, non fervere* (*apud* ECCL. *maxime sensu spiritali*):

a *generatim*: *de hominibus*: RHET. Her. 4, 15, 21 in re frigidissima cales, in ferventissima -es. CIC. ad Q. fr. 3, 8, 3 hic quidem -et. CAEL. Cic. epist. 8, 6, 5 quod tibi supra scripsi Curionem valde -ere (*cf.* 8. 6, 3 tribunatus conglaciat), iam calet; nam ferventissime concerpitur. HIER. in Tit. 2, 3 *sq.* p. 771 Val. corporis -xere luxuria. AVG. in psalm. 49, 22 obtorpuerat quidam et -uerat (*i. destiterat*) a fervore orationis. 65, 13 unde (*sc. a deo*) recedentes -ueramus, accedentes rursum accendimur. epist. 140, 55 abundante iniquitate -uerant et . . . congelaverant (*cf.* serm. 273, 4 *sym.* gelaverunt). TAB. devot. Audollent 266, 20 uratur -a⟨t⟩ ⟨. . .⟩ ardeat Vettia . . . amoris et desideri me⟨i causa⟩. *i. q. animo relinqui*: ITALA iud. 4, 21 ipse scarizavit et -uit (VVLG. defecit. LXX *ἐξέψυξεν in parte codd. ἐσκοτώθη vulg.*) et mortuus est. *de rebus i. q. cessare, desinere, deesse*: TER. Eun. 517 ubi -et sermo (EVGRAPH. *ad l.* ubi oratio deficit). 732 (*proverbialiter*) sine Cerere et Libero -et Venus (*afferunt* CIC. nat. deor. 2, 60 MIN. FEL. 21, 2 HIER. epist. 54, 9, 5. *cf.* DON. *ad l.* translatum . . . hoc proverbium a picatione vasorum [*cf. p. 1331, 60*]. *sim.*: AMBR. Isaac 7, 60 -et *concupiscentia* in senibus . . . ardet in adolescentibus [AVG. civ. 14, 16 p. 39, 2 D. *opp.* ferveat]). VERG. Aen. 5, 396 gelidus tardante senecta sanguis hebet -entque effetae in corpore vires (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* AVG. serm. 391, 2 sanguis ac membra illicitae concupiscentiae -uerunt). LIV. 6, 23, 6 -ere ac torpere senis consilia. PANEG. 10 (4), 12, 1 cum spes omnis -ere debuerit. IVL. VAL. 1, 4 regibus . . . sicuti in alios vis est, ad deos tamen potentia -xerit. SYMM. or. 2, 30 nullae artes silent, nulla -et industria. epist. 2, 13, 3 -ent iamdiu apud homines criminosos vetera decreta, quorum vigor cum latoribus suis occidit. HIER. epist. 52, 3, 3 nec hoc dico, quod in iuvenibus . . . -at sapientia, quae in plerisque senibus aetate marcescit. MART. CAP. 3, 221 -ente vero. ALC. AVIT. epist. 4 p. 57, 29 quae (*sc. expensa*) penu adhuc -ente animis tuis calet. BOETH. cons. 4, 4, 131 defensorum opera . . . -ret.

b *speciatim de argumentis, orationibus molestis, levibus, languidis*: QVINT. inst. 4, 2, 59 -ere videntur ista plerisque. *de ipsis auctoribus*: GELL. 2, 23, 7 quantum stupere atque -ere . . . Caecilius visus est. SERV. auct. Aen. 3, 348 verba Heleno post Andromacham non dedit, ne -ret.

2 *i. q. displicere, neglegi, gratia et auctoritate carere, nil efficere* (*nonnulla ut* TER. Eun. 268 *etiam ad 1 spectant*): **a** *de hominibus*: TER. Eun. 268 nimirum homines -ent (SCHOL. Ter. p. 58, 12 id est cessant [*quod spectat ad l. 49*]. econtra . . . fervet opus, . . . secundum Servium [Aen. 1, 436]. p. 99, 28 -ent, sonant, tumultuantur ante ostium Thaidis, vel aliter -et amor eorum apud Thaidem). CIC. Brut. 187 discipulo sane -enti ad populum. Phil. 6, 14 iacent beneficia Nuculae, -et patronus Antonius. epist. 7, 18, 2 an hoc significas, nihil fieri, -ere te. 11, 14, 1 plane iam . . . -o. FRONTO p. 119, 5 N. (*in epistula male lacera*) invenit . . . me Tranquillus cum -ret. TERT. spect. 8 p. 10, 1 -bat daemonum concilium sine sua Matre Magna. PRVD. ham. 561 -et (*i. nil efficit*) *diabolus* . . ., humani generis ni per suffragia gliscat. **b** *de rebus i. q. sine successu esse*: CIC. Verr. 3, 60

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum omnia consilia -rent. Att. 1, 14, 1 -bat *contio Pompei.* epist. 7, 11, 3 sin autem ista -bunt. APVL. apol. 46 cum hoc quoque mendacium -ere ac prope iam omnium vultu et murmure explosum videret.

part. praes. adi. **frīgēns,** -tis *i. q. frigidus, frigore contractus* (CLAVD. DON. Aen. 6, 219 -s . . . hoc est frigidum. GLOSS. II 481, 32 ψυχραινόμενος): **1** *proprie:* **a** *de animantibus* (*imprimis de mortuis sive moribundis*): VERG. Aen. 6, 219 corpusque lavant -is et ungunt. STAT. Theb. 3, 127 scrutantur galeas -um. 7, 361 refovet -is amicum pectus alumna (*i. Antigone*) senis. 11, 600 insternit totos -bus artus. CYPR. GALL. lev. 17 -umque dehinc tumulantur membra sepulchro. PRVD. apoth. 754 nomenque ciet -is amici. *de membris animantium:* CELS. 3, 19, 1 sudor . . . prorumpit, pedibus tantummodo et cruribus siccioribus atque -bus. STAT. silv. 2, 1, 146 -ia lumina torpent. MART. 10, 26, 5 spargere non licuit -ia fletibus ora. ARNOB. nat. 1, 52 in -ia olim membra sensus animasque reducere (PETR. CHRYS. serm. 34 p. 298^{C} morte). ZENO 1, 16, 6 -ia tepefacit crebris osculis labra. PAVL. NOL. carm. 27, 319 -es animans admoto fomite fibras. AVSON. 59, 1 ubera quid pulsas -ia matris ahenae, o vitule. CYPR. GALL. gen. 74 serpebat tacite spiris -bus anguis. **b** *de rebus:* MANIL. 1, 314 -es Arctos boreamque rigentem. COLVM. 3, 15, 5 per hiemem -em. CYPR. GALL. gen. 602 pedes geminos -i ut perluat undā. PALLAD. 11, 21 pampinos sicco algore -es. AVG. civ. 21, 7 p. 502, 17 D. de palea sic -e (*opp.* calente). *nota lusum verborum:* MART. BRAC. in bas. 8 Germania -s flagrat . . . spiritus igne. *per enallagen de metu:* CYPR. GALL. gen. 96. *neutr. plur. subst.* frigentia, -ium: CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 43, 12 tactu calentia -iaque discernimus. **2** *translate: i. q. languidus, enervis:* SIL. 5, 570 -em in Marte senectam. THEOD. PRISC. log. 34 partes -antes (*v. p. 1321, 82*). *ibid.* membra (*cf.* ZACCH. 1, 18 per aetatem). SYMM. epist. 4, 21, 2 delictum curae erga te -is. CLAVD. MAM. anim. 1, 11 p. 51, 17 quam parvo negotio veritatis calor -ium verborum pruinas liquefaciat. *i. q. durus, humanitatis expers:* SVLP. SEV. epist. 2, 14 saeculo -e. *nota:* TERT. apol. 38 nobis ab omni gloriae . . . ardore -bus (*i. alienis*).

structurae: -et *alicui corpus sim.:* LIV. ANDR. carm. frg. 17 CELS. 2, 6, 7 IVL. VAL. 1, 4. -et *aliquis aliqua re:* PALLAD. 11, 22 HIER. in Tit. 2, 3 *sq.* p. 771 Val. PETR. CHRYS. serm. 34 p. 298^{C} CORIPP. Ioh. 7, 57. prae: LIV. ANDR. carm. frg. 17 SCHOL. Ter. Phorm. 994. per: ZACCH. 1, 18. in *aliqua re:* RHET. Her. 4, 15, 21. ab *aliqua re* (*i. abhorrere, desistere*): TERT. apol. 38 (*v. l. 33. cf.* AVG. in psalm. 49, 22 *p. 1322, 42*). ad *aliquem:* CIC. Brut. 187 IVL. VAL. 1, 4. erga: SYMM. epist. 4, 21, 2.

deriv.: frigedo. frigesco. *comp.:* frigefacto.

frīgero, -āre [*a* refrigerare *tractum esse videtur, cf.* frigus. *Th.*]. *interdum scribitur* frigor-. [*in parte codd. falso traditur* COLVM. arb. 3, 7.]

i. q. frigefacere, frigidum reddere: CATVLL. 61, 30 specus, nympha quos super irrigat -ans Aganippe. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 142 oleo rosaceo tumentia -are. 2, 37, 192 flabellis . . . aërem. 2, 37, 197 -antia *medicamenta* (*cf.* chron. 2, 14, 217. 3, 8, 150. 5, 2, 47). 3, 21, 208 -andos . . . cholericos. chron. 4, 1, 9 inquiunt esse -andam et siccandam corporis superficiem. 5, 7, 84 stramenta duriora atque -antia.

deriv.: de-, per-, refrigero.

frīgēsco, -ere [*cf. c.* frigēre. *Th.*]. *de perfecto v. quae p. 1321, 77 notavi.* GLOSS. ψυχρίζομαι. ψυχίζομαι. V 296, 35 -it torpuit, hoc est corpore (torpore?) obdormivit. *legitur inde a* CATONE VARRONE LVCR. CELSO. NOT. Tir. 69, 37.

A *proprie i. q. frigidum, gelidum fieri:* **1** *de animantibus* (*praesertim mortuis*): VARRO ling. 5, 70 qui denascitur, eum (*sc. ignem*) amittit ac -it. CLAVD. DON. Aen. 11, 829 paulatim -bat. HIER. tract. in psalm. 147 p. 305, 19 -ere . . . mortuorum est, calere viventium. AVG. in psalm. 125, 5 si . . . flumen transiret, -ret, aegrotaret. CAEL. AVR. acut. 2, 21, 118 -ere facit aegrotantes. *de partibus corporum:* CELS. 2, 7, 12 extremaeque partes -unt (4, 19, 1. 5, 26, 15. 7, 23, 1). 2, 8, 39 crus et coxa. 4, 2, 2 ut corpus -at, anima deficiat (LACT. opif. 17, 4 recedente *anima.* MARCELL. med. 20, 117 de imparatione. *nota:* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 74 -entia corporis vaporari). TAC. ann. 15, 70 -ere pedes manusque (*cf.* SCHOL. Pers. 3, 109). LACT. inst. 7, 12, 22 paulatim -entibus membris (7, 12, 23). CAEL. AVR. acut. 3, 8, 76 -it . . . permanens sudor. *i. q. densari, spissari:* CVRT. 8, 10, 29 cruore siccato -ens vulnus. QVINT. inst. 11, 3, 78 sanguis ille, qui . . . effunditur in ruborem, cum metu refugit, . . . pallore -it (PS. AVR. VICT. epit. 15, 5). **2** *de rebus liquidis et solidis:* CATO agr. 95, 2 *potio cocta.* 156, 6 *brassica fervefacta.* LVCR. 6, 865 penitus -it terra coitque. CELS. 2, 18, 12 *aqua* calfit et -it (BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 449, 4. 6). SEN. nat. 3, 9, 1 *spiritus* -it umbra gravi pressus. PS. APVL. Ascl. 36 caelum . . . -ens vel ignescens. HIL. hymn. 2, 19 candens -it stagnum *Pyriphlegethon.* AVG. civ. 11, 10 p. 475, 25 D. aer . . . -**at** (OP. imperf. in Matth. 49 p. 914 *opp.* tepescere). 21, 4 p. 493, 17 *calx* inde (*sc. aqua*) fervescit, unde ferventia cuncta -unt. THEOD. PRISC. eup. faen. 64 cum -ere (re- *b*) coeperit *amurca cocta.*

B *metaphorice et translate i. q. extingui, hebescere, obtorpescere, languescere, viribus defici* (*apud* ECCL. *maxime sensu spiritali*

i. q. a virtutibus recedere): **1** *generatim:* **a** *de hominibus:* CAEL. Cic. epist. 8, 6, 4 si Parthi vos nihil calficiunt, nos [nihil] frigore -imus (rigescimus *Gulielmius*). VAL. FL. 3, 368 segnique iuvat -ere luctu. AVG. vera relig. 25, 47 ne . . . consuetudine *miraculorum* -ret genus humanum, quorum novitate flagravit. in Iob p. 595, 19 ex abundantia iniquorum -ent (*syn.* durescunt). p. 595, 25 -ere desperando (*cf.* anim. 3, 14, 21). p. 610, 7 facit -ere et durescere amisso calore caritatis. civ. 6, 1 p. 246, 2 D. in ea (*sc. iuventute*) tamquam senili torpore -rent. 14, 13 p. 32, 13 tenebresceret et -ret. serm. ed. Mai 14, 4 nemo -at: nemo vel tepescat. GREG. M. moral. 4, 67 tanto -at ab studio saeculi, quanto ardentior surgit in amorem dei. 5, 55 ne mens . . . torpeat, ne . . . ad desideria immunda -at, ne . . . languescat. 5, 80 in favillam -unt (*opp.* ignescit). 10, 32 ex tentatione. 12, 60 in terrenis . . . actibus -it animus. 16, 63 fervescit ad iustitiam, . . . -it ad culpam. 18, 16 -it *anima* a summis. 27, 43 ut . . . homo . . . ad nova efferveat atque ad consueta -at. past. 3, 34 dum noxio in tepore demoratur, agit, ut -at. *senio frigescere et languescere:* HIL. in psalm. 118 beth 2 -entes senectute annos. AVG. epist. 91, 1 senio -entibus membris fervere animum. PETR. CHRYS. serm. 89 p. 452^{B} in Zacharia et Elisabeth stupet sexus, -it caro. **b** *de actibus et affectibus i. q. cessare, non iam vigere:* PS. QVINT. decl. 1, 6 -unt impetus mentium. TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 360, 3 *libidines* ventris castigatione -unt (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 13, 4 -at aestus libidinis . . . continentiae gelu . . . restrictus). ARNOB. nat. 7, 38 calor (*i. ira*) omnis numinum indignatioque -unt. HIL. in Matth. 25, 2 abundante nequitia caritas -et (*cf.* SVLP. SEV. epist. 2, 14 *caritas* cum etiam in sanctis viris . . . -at, in illo . . . perseveravit). SYMM. epist. 4, 70 (71), 1 ne ludificationibus res iniuncta -at (*i. neglegatur*). AVG. persev. 19, 50 oboedientiam . . . in nostro corde -ere. epist. 23, 8 -ere actionem ipsam dilatione non passus sum. 130, 18 ne, quod (*sc. desiderium*) tepescere coeperat, omnino -at et penitus extinguatur, nisi crebrius inflammetur. GREG. M. moral. 8, 32 desideriorum carnalium flamma -it. 22, 50 delectationis incendia -ant. *nota:* PERS. 1, 109 (*metonymice*) ne maiorum tibi forte limina -ant (SCHOL. *ad l.* ne . . . excludaris de domo amicorum). **2** *speciatim de argumentis, generibus dicendi languidis:* QVINT. inst. 6, 1, 29 non patiamur . . . -ere hoc opus et affectum, cum ad summum perduxerimus. 11, 3, 133 vis illa dicendi solvitur et -it affectus. AVG. doctr. christ. 4, 22, 51 *genera elocutionis* non sinuntur in eorum qui audiunt -ere vel tepescere sensibus. *de ipso auctore:* SERV. auct. Aen. 2, 274 ne doloris distinctione -at (*i. molestus fiat*).

structurae: aliqua re: CAEL. Cic. epist. 8, 6, 4 VAL. FL. 3, 368 *saepe.* ex: AVG. in Iob p. 595, 19 GREG. M. moral. 10, 32. de: MARCELL. med. 20, 117. ab *aliqua re* (*i. desistere, refugere*): GREG. M. moral. 4, 67. 18, 16. ad *aliquid:* GREG. M. moral. 5, 55. 16, 63. *aliter:* 27, 43. in *aliquid:* GREG. M. moral. 5, 80.

comp.: de-, in-, inter-, per-, refrigesco.

frīg(i)da, -ae *v.* frig(i)dus.

frīg(i)dārius, -a, -um, *cf. c.* frigidus. *forma* frigd- *metro postulatur* LVCIL. 317. *i. q. aquam frigidam continens sive inducens* (GLOSS. II 481, 36. III 165, 11 ψυχροφόρος): VITR. 5, 10, 1 aenea . . . tria . . . unum caldarium, alterum tepidarium, tertium -um *eqs.* PETRON. 73, 2 cisternae -ae. PALLAD. 1, 39, 3 fistula -a. *i. q. ad balneum frigidum pertinens:* PLIN. epist. 2, 17, 11 balnei cella -a. 5, 6, 25 cella -a (5, 6, 26 ALTERC. Hadr. et Epict.). PALLAD. 1, 17 tit. de . . . maltha -a (1, 40, 1 malthae calidariae vel -ae. 1, 40, 3 -ae *compositio*). *neutr. subst.* **frīg(i)dārium,** -ī. GLOSS. II 73, 42 ὑδροψύγιον. II 481, 17 fricarium ψυγεύς (III 324, 51). 580, 43 frigarium frigor. V 619, 35 frigdarium est piscium receptaculum. *i. q. locus frigidus reponendis et asservandis cibis:* LVCIL. 317 mercem in -a ferre. *i. q. balineum frigidum:* VITR. 5, 11, 2 proxime . . . elaeothesium -um *eqs.* VOPISC. Car. 17, 4 -is semper nivalibus. *inde nomen geographicum: v. Onomasticon. fem. subst.* **frigidaria,** -ae. *i. q. cella balnei frigida:* SIDON. epist. 2, 2, 5 hinc -a dilatatur, quae piscinas publicis operibus extructas . . . aemularetur.

frīgidātio, -ōnis *f. a* frigidare. PS. AVG. categ. 12 calidatio et -o, sic enim θερμότητα καὶ ψυχρότητα placet dicere. *comp.:* de-, infrigidatio.

[**frīgidefacto** *v. p. 1321, 64*]

frīg(i)desco, -uī, -ere [*cf. c.* frigidus *et c.* frigescere. *Th.*]. GLOSS. IV 443, 15 frigent -unt. 478, 14 algiscit -uit (frigidavit *a*). 14, 11 *al.* alsit: -uit.

frīgiditās, -ātis *f. a* frigidus. *i. q. perfrictio, frigus corporum animantium:* [VEG. mulom. 1, 17, 4 *morbi causae* ex calore aestatis vel ex perfrictionibus (*S, om. L,* -e *AF*) hiemis.] PHILAGR. med. 1 p. 82 acopa, quae siccitates et -es sanat. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 4 *cephalaea* generatur saepius perfrictione aut -e aut e contrario solis exustione. *i. q. languor, torpor:* VINDIC. med. 24 viae *corporum senescentium* iam -e torpent (*Kroll,* frigida atque turpens *cod.*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 4 p. 913^{B} prius . . . quam -s (ψῦξιν) ad intima eorum (*sc. sturnorum*) intestina perveniat. *i. q. frigus rerum corporalium:* EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876^{A} *terrae* nigrorem, -em (τὸ ψυχρόν). 4, 5 p. 908^{A} (ψυχρότητος). BOETH. categ. 3 p. 241^{A} affectiones . . . ut calor et -s.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frīgidiusculus, -a, -um [*a* frigidior *deminutive. Th.*]. GELL. 3, 10, 16 *Varro* alia quoque ... congerit -a (*i. leviora, languida*).

frīg(i)do, -āre [*a* frigidus. *Th.*]. *i. q. frigefacere*: CAEL. AVR. acut. 1, 17, 168 constringens simul ac -ans cerebri membranam (*cf.* chron. 2, 13, 158 epithematum constringentium atque -antium). 2, 39, 231 Asclepiades -ans atque calefaciens (*cf.* chron. 1, 4, 131). 3, 17, 155 ob -andum corpus. 3, 17, 162 plumbum ...-at. 3, 17, 162. salut. praec. 36 -ant *fricatores.* 38 *balneum* tepentes -at.

deriv.: frigidatio. *comp.*: infrigido.

frīg(i)dopoëta, -ae *m. iocose compositum* a frigidus *et* poeta. AVSON. 401, 6 (*in carmine bilingui*) erramus gelidoτροµεροὶ καὶ -ae (frigidoπηκτοί *coni. Wilamowitz*).

frīg(i)dor, -ōris *m.* [*a* frig(i)dus. *Th.*]. *forma* frigidor *non nisi* ORIBAS. syn. 5, 36. 46 *traditur, interdum scribitur* fricd-. GLOSS. III 207, 20 *ψυγµός.* IV 307, 22. 443, 46 frigus, algor. V 203, 3 fricdor frigus, frigidum. *i. q. perfrictio, frigus corporum aegrotantium* (*saepe febricitantium*): [VEG. mulom. 5, 30, 1 -em (*PL,* frendorem *edd. collato* CHIRON 327) patietur.] SORAN. p. 19, 23 -r ... et gravedo in renibus. *al.* THEOD. PRISC. log. 41 si ... de -e caput fuerit inquietatum. 84 sustinet ... causon, -em, singultus. *al.* ANTIDOT. Brux. 19 ad totius corporis -em. HIPPOCR. aer (Hermes 40, 254) 21 propter ... ventris mollitiem et -em (*ψυχρότητα*). DIOSC. 1, 20 -es matricis mitigat (*ibid.* frigora). 1, 30 -e corpora servat. 5, 64 nervorum pro⟨h⟩ibet -e(m) (*Diosc. gr. 5, 42 καταψύξεις*). CAEL. AVR. acut. exc. 1 p. 490 incipit febris ex ... valido -e. *passim.* ORIBAS. syn. 1, 19 add. p. 824 ad eos qui ex -e febriunt. 1, 20. 28 ubi -em excludere vel auferre volumus. 1, 32 qui ... cum -e febriunt. eup. 2, 1 A 8 *al. rerum naturalium*: PELAGON. 141 *evenit passio* interdum nimio -e, cum satis alserit aut loco frigido ... steterit *equus* (*cf. ibid.* frigore). SORAN. p. 80, 3 -e nimio aëris. PS. SORAN. quaest. med. 109 ex solis nimio ardore vel nimio -e. PS. PRISC. simpl. med. 112 dentium dolores, qui per -em eveniunt. ORIBAS. syn. 5, 36 in -e ... infrigidatus. 5, 46 -is causa (*ὑπὸ τῶν ψυχρῶν*) cito laeduntur (eup. 2, 1 A 3). PS. PRISC. simpl. med. 116 reum ponticum ... habet in se ... -em et calorem. ORIBAS. syn. 4, 32 uva canina fortem -em (*ψῦξιν*) stipticum habet. eup. 2, 1 R 2 *herba* habet in se aliquid terrestrem -em (*ψυχρόν*).

frīg(i)dōsus, -a, -um *a* frigidus. GLOSS. IV 307, 50 alsosus frigdosus. CAEL. AVR. acut. exc. 11 p. 706 iacere ... in lecto non -o.

frīgidulus, -a, -um [*a* frigidus *deminutive. Th.*]. **1** *de hominibus moribundis*: CIRIS 251 -am iniecta circumdat veste puellam. 348 super morientis alumnae -os ... ocellos. [374 -a sacra *traditur; alii alia coniecerunt.*] *metaphorice*: CATVLL. 64, 131 -os udo singultus ore cientem. **2** *de rebus naturalibus*: AVR. Fronto p. 31, 16 N. media nox tepida ... gallicinium -um.

frīg(i)dus, -a, -um [*cf. c.* frigēre, -escere, frigus *et c. gr.* ῥιγεδανός. *Th.*]. GRAMM. suppl. 68, 5. 74, 20 frigeo -us. PROB. app. gramm. IV 198, 3 -a non fricda. *formae breves et vulgares in codd. paucissimis locis extant, a poetis omnino alienae sunt.* CORP. IV 1291 *extat* fridam, *quae forma non nusquam etiam in libris legitur, v. Schuchardt, Vokalismus des Vulgärlateins II p. 440; cf. etiam* NOT. Tir. 128, 25. *scribitur* frigit-: PAPYR. Amherst II 26, 5. i *cum apice*: CORP. VI 6593, 2. *comp. et superl.* -ior, -issimus *legitur inde a* CATONE, *apud poetas inde a* LVCR. HOR. *nota circumlocutiones: addito adv.* magis (COLVM. 11, 2, 23), maxime (CIC. nat. deor. 2, 26), bene (CELS. 4, 22, 4 COLVM. 12, 30, 1 SIDON. epist. 2, 2, 10), vehementer (VITR. 9, 1, 16) *et cf.* praefrigidus. *de significatione*: PAVL. FEST. p. 256 querqueram -am cum tremore. p. 279 rigidum ... praeter modum -um. PRISC. gramm. II 9, 26 -um dicimus eum, qui non penitus expers est caloris, sed qui minimo hoc utitur. GLOSS. *ψυχρός. cf.* TERT. anim. 27 p. 345, 28 -um (*sc. ψυχή*) nomen est anima Graecorum. *legitur inde a* PLAVTO CATONE VARRONE *per totam latinitatem.* [*dub. vel corr.*: OV. fast. 1, 666. VITR. 8, 3, 5 ex durissimis ... -imisque (*in* rigidissimisque *correxit Krohn*) rebus. SEN. nat. 6, 13, 6 -a *coni. Gercke, v.* frigora. OCTAVIA 234.] [*it.* freddo, *francog.* froid, *hisp.* frio. *M.-L.*]

I ***proprie*** *i. q. algidus, ψυχρός*: **A** ***de animantibus*** *eorumque membris*: **1** *generatim*: **a** *de iis, quorum corpora -ioribus elementis mixta sunt* (*cf. p. 1331, 3. 10*): CELS. 1, 3, 13 alii calidi *sunt*, alii -iores. 1, 3, 14 -us *se* calefacere *debet.* SEN. dial. 4, 19, 1 cum elementa sint quattuor ... potestates *animalium et rerum* ... sunt fervida et -a (*cf. quae sequuntur*). PACIAN. sim. carn. p. 123, 25 *specialitas secundi hominis* sit vere neque calida neque -a *eqs.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 12, 5 poculum misceatur merae illius (*sc. dei*) naturae cum hac nostra aquatiore ... et -iore natura. *sim.*: PLIN. nat. 11, 133 *cerebrum* umidissimum omniumque viscerum -issimum. 11, 282 vomitiones ... -iora corpora faciunt. FIRM. math. 4, 19, 5 si Saturnus dominus geniturae fuerit, ... erunt ... -o ventri (*cf.* ORIBAS. syn. 5, 47 calidus est venter, si minus e contrario -us est). AVG. civ. 11, 34 p. 511, 8 D. humorem fluvidum et -um ac per hoc gravem in superiore ... humani corporis parte. *de bestiis*: VERG. ecl. 3, 93 -us ... latet anguis in herba (8, 71. *ubi* SERV. *falso interpretatur* -us nocens. *sim.* NON. p. 311, 8 -um venenatum. *sed cf. Theocr. 15, 58 ψυχρὸν ὄφιν*). SEN. Ag. 856 -us custos (*i. draco*). PLIN. nat. 8, 34 elephantis -issimum esse sanguinem; ob id ... draconibus expeti. APVL. apol. 30 piscis brutus et -us. RVFIN. Orig. princ. 2, 8, 3 quorum (*sc. serpentis et draconis*) quid -ius invenitur? *eiusmodi animantes timidiores* (*v. l. 83 sqq. et cf.* LVCR. 3, 290 SEN. dial. 4, 19, 2) *sive inertiores (cf. p. 1329, 55, unde nonnulla exempla huc quoque spectant) esse dicuntur*: SERV. georg. 2, 484 *physici* dicunt stultos esse homines -ioris sanguinis, prudentes calidi. SCHOL. Hor. ars 465 Empedocles ... dicebat tarda ingenia -o circa praecordia sanguine impediri. *inde explicandum*: LVCR. 3, 299 ventosa magis cervorum -a mens est et gelidas citius per viscera concitat auras. VERG. georg. 2, 484 sin, has ne possim naturae accedere partes, -us obstiterit circum praecordia sanguis. HOR. ars 465 Empedocles ardentem -us Aetnam insiluit (*sunt qui referant ad II A 2*). SEN. dial. 4, 20, 4 -is non est ab ira periculum, sed ignaviora vitia metuenda sunt. **b** *de iis, qui frigore aëris, temporum, regionum contrahuntur* (*nonnulla etiam ad 1 c spectant*): MAT. carm. frg. 12 sinuque amicam refice -am caldo. CATVLL. 68, 29 quivis ... -a deserto tepefactet membra cubili. OV. ars 2, 238 -us et nuda saepe iacebis humo. SEN. Herc. O. 40 ursae -um Scythicae genus. 158 Sarmata -us. IVV. 14, 300 -a (SCHOL. *ad l.* uda aut nuda) ... velantis inguina panni. APVL. met. 1, 14 inanimis, nudus et -us. PAVL. NOL. carm. 24, 251 fovente -os artus deo. SIDON. epist. 2, 2, 10 *cryptoporticus* efficit membrum bene ... -um. **c** *de amantibus desertis* (*cf. l. 14 sq. 77 sq. et* PORPH. SCHOL. Hor. carm. 3, 7, 7): OV. am. 3, 5, 42 -us in viduo destituere toro. epist. 1, 7 non ego deserto iacuissem -a lecto. 18, 69 tot viduas exegi -a noctes. LVCAN. 5, 806 viduo ... -a lecto. MAXIM. eleg. 1, 76 permansi viduo -us usque toro.

2 *speciatim*: **a** *de moribundis sive mortuis, ex quibus calor humanus effugit* (NON. p. 311, 10 -us mortuus): VERG. georg. 4, 506 Stygia nabat iam -a cumba. Aen. 9, 413 vomens calidum de pectore flumen -us (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.*). 11, 828. ELEG. in Maecen. 2, 2 -us et iamiam cum moriturus erat. CARM. epigr. 1030, 2 (*saec. I*) *viri* in ore animam -a deposui. OV. Pont. 2, 2, 47 iam prope depositus, certe iam -us, aeger. EPICED. Drusi 315 -us ille tibi corpusque refertur inane. VAL. FL. 6, 259 STAT. Theb. 9, 403. 898 -us et nuda iaceo tellure. 12, 29 -a digeritur strages. TAC. ann. 15, 64 Seneca ... -us iam artūs. VEN. FORT. vita Radeg. 37, 84 -a quo lavaretur, paratam esse iam calidam. CORIPP. Ioh. 4, 768 -us ille cadit. *de partibus corporum aegrotantium, mortuorum*: LVCR. 6, 1194 -a pellis duraque. VERG. georg. 4, 525 lingua (EPICED. Drusi 308). Aen. 11, 818 labuntur -a leto lumina (*i. oculi*). OV. epist. 11, 117 oscula (met. 11, 738 STAT. silv. 2, 1, 172 CORIPP. Iust. 3, 29). met. 14, 743 membra (EPICED. Drusi 96 APVL. met. 2, 30 CARM. epigr. 1114, 6). CELS. 2, 4, 4 -as extremas partes acuto morbo urgente (5, 26, 8). 2, 5, 2 ⟨corpus⟩ modo -um, modo calidum est (*cf.* QVINT. inst. 6 pr. 12 corpus -um, exsangue. TERT. resurr. 57 p. 116, 29). 2, 6, 1 -ae languidaeque aures. SCRIB. LARG. 41 ad ulcus ... -um (*opp.* tumorem calidum). PETRON. 20, 2 inguina mea mille iam mortibus -a. PLIN. nat. 2, 145 vulnera fulminatorum -iora sunt reliquo corpore. 23, 46 *vina* -is (*i. perfrictionem passis*) stomachis utilia (*cf.* ANTHIM. 61). TERT. resurr. 55 p. 114, 22 manus ... ad instar emortuae exsanguis est, exalbida, -a. VEG. mulom. 2, 97, 1 *cartilago narium* (CHIRON 331). *de sudore, spiritu, phlegmate aegrotantium sive morientium*: VERG. georg. 3, 501 sudor et ille quidem morituris -us (OV. met. 5, 632 CELS. 2, 4, 4. 2, 5, 2. 2, 6, 10. 5, 26, 8. 31. 7, 23 SEN. Tro. 487 SCRIB. LARG. 180. 182. 188. 198 PLIN. nat. 29, 90 APVL. met. 1, 13. 2, 30. 10, 10 CLAVD. DON. Aen. 3, 175). PROP. 2, 22, 12 -a de tota fronte cadebat aqua. OV. am. 3, 14, 38 perque meos artus -a gutta fluit. CELS. 2, 6, 6 -us spiritus (*cf.* PS. QVINT. decl. 19, 15 ora pallentia, -os anhelitus). FIRM. math. 5, 6, 2 quorum intestina -i humoris tormenta conficiant (*cf.* VEG. mulom. 1, 38, 2 a perfrictione erit humor ... -us [CHIRON 154]. PS. HIPPOCR. epist. 8 phleuma ... id est concretus humor et -us. THEOD. PRISC. log. 93 *al. cf. p. 1325, 78*). *inde quasi per enallagen de ipsa morte*: LVCR. 3, 930 -a ... vitai pausa. VERG. Aen. 4, 385 mors (VAL. FL. 5, 26). VAL. FL. 3, 178 -us orbes (*i. oculos*) ... somnus obit. *sim. de veneno, quod corpora refrigerat* (*cf. p. 1329, 35 inde prope accedit ad notionem noxius cf. p. 1325, 80. 1327, 42. 78*): PLIN. nat. 29, 74 *salamandra* poma inficit veneno et eos, qui ederint, necat -a vi. *de morbis, passionibus*: CATVLL. 44, 13 gravido -a et frequens tussis (*alludit ad frigus orationis*). HOR. sat. 2, 3, 290 quartana. SCRIB. LARG. 160 ad -am podagram, quae sine tumore et rubore consistit (PLIN. nat. 20, 18). LVCAN. 4, 289 -us artus alligat ... torpor (*cf.* FIRM. math. 1, 7, 20 sanguinis. *sim.* 3, 2, 8 faciet ... -os horrores corporis). PLIN. nat. 23, 157 febres (*v. p. 411, 37 sqq.*). 31, 122 ante accessiones -as. FIRM. math. 6, 39, 7 -as aegritudines cum corporis debilitate. PHILAGR. med. 1 p. 74 -ae distemperantiae splenis (*v. vol. V p. 1511, 78 sq.*). ORIBAS. eup. 2, 1 C 10 -am ibidem (*sc. in cerebro*) passionem incurrentibus. **b** *de senioribus* (*nonnulla spectant etiam ad 1 c sive ad II A 1 p. 1329, 73*): TIB. 1, 8, 30 ut foveat molli -a membra *cani amatoris* sinu. OV. epist. 3, 70 -a deserta nocte iacebis anus. IVV. 6, 325 iam -us aevo Laomedontiades. ANTH. 890, 4 at quoque delicias -a sentit anus. ARNOB. nat. 4, 26 p. 162, 23 Saturnus ... annorum vetustate iam -us. *inde de ipsa senectute*: TERT. castit. 12 *femina* -ioris aetatis. COMMENT. Lucan. 4, 563 iam -iore aevo pugnare non poterat. DRAC. laud. dei 2, 636 -a progeniem senibus natura negarat. **c** *de iis, qui ob metum frigescunt*: VERG. Aen. 10, 451 -us Arcadibus coit ... sanguis

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(SEN. Oed. 224 torpor insedit per artus, -us sanguis coit. *cf.* Tro. 624 torpetque vinctus -o sanguis gelu). OV. epist. 1, 22 -ius glacie pectus... erat. 10, 32 -ior glacie semianimisque fui. 10, 49. 14, 38 -a facta. met. 7, 136 palluit et subito sine sanguine -a sedit. PETRON. 19, 3 -ior hieme Gallica factus. 132, 8 vs. 5 *mentula* metu -ior rigente bruma. VAL. FL. 7, 530. SIL. 1, 470 -a nautis corda tremunt (2, 339). 9, 49 nec -us aspicit hostem. IVV. 1, 166 cui -a mens est criminibus. *inde de ipso metu*: VARRO ling. 6, 45 -us timor. VERG. Aen. 3, 29 mihi -us horror membra quatit gelidusque coit formidine sanguis (OV. met. 9, 290 PLIN. nat. 20, 136 ANTH. 473, 3 *cf. p. 1326, 70*). SEN. Phaedr. 1053 -o exsanguis metu. PS. QVINT. decl. 9, 7 -us pavor. *addi potest*: STAT. Theb. 5, 32 redit...-a cordi Eumenis. *cf. p. 1330, 37.*

B *de* ***rebus*** *praesertim naturalibus*: **1** *de aëre, ventis sim.*: VARRO rust. 1, 6, 5 aër (1, 13, 7. 1, 45, 3 CIC. nat. deor. 2, 26 [*v. p. 1325, 54*] OV. am. 1, 13, 7. SEN. nat. 2, 10, 1. 2 *opp.* temperatior. APVL. mund. 10 TERT. anim. 25 EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930^{A}. *cf.* SEN. epist. 31, 5 nihil sine aëre -um). Men. 214 procella. 270 nubes aquali -o velo leves. VARRO AT. carm. frg. 6 aquilo (COLVM. 11, 2, 88 *cf.* PLIN. nat. 18, 335 VVLG. Sirach 43, 22). CIC. div. 2, 44 anhelitus terrae. LVCR. 3, 290 aura (PROP. 1, 16, 24 OV. am. 2, 16, 36 epist. 14, 40). 6, 310 venti...vis (6, 319 *cf.* VITR. 1, 6, 1 COLVM. 6, 23, 1. 12, 52, 13 arb. 3, 4 PLIN. nat. 2, 126. 18, 338 PALLAD. 1, 37, 7 RVFIN. Orig. princ. 2, 8, 3 HIPPOCR. aer. [Hermes 40, 254] 24 [*gr.* ψυχρῶν]). VERG. georg. 4, 261 auster (PLIN. nat. 2, 127). OV. fast. 5, 161 Argestes. SEN. nat. 2, 19 nubibus. 4, 5, 2 spiritus (IVST. 24, 6, 9). COLVM. 1, 5, 4 nebulis. PLIN. nat. 17, 216 flatu -iore. STAT. silv. 5, 3, 13 (*metaphorice*) -a ... praeduxit nubila menti. AVIEN. Arat. 1711 aether.

2 *de temporibus*: SALL. hist. frg. 4, 35 -a nocte (*cf.* HOR. carm. 3, 7, 6 MANIL. 2, 421. PLIN. nat. 18, 276 *opp.* tepidas). VERG. ecl. 8, 14 noctis ... umbra. Aen. 2, 472 bruma (*cf. supra l. 5* et GLOSS. V 104, 18 -a bruma: gelida hiems. IV 443, 17 -a gelida). 6, 311 -us annus (*i. hiems. aliter*: SEN. epist. 114, 19 COLVM. 3, 20, 1 -us et pruinosus). VITR. 2, 1, 5 hiemes calidissimas, aestates -issimas (*cf.* PLIN. nat. 31, 51 STAT. silv. 3, 5, 83). CELS. 2, 1, 2 *tempestates*. 2, 1, 14 ver -um et siccum. 5, 26, 6 tempus...neque fervens, neque -um (SEN. Thy. 127. COLVM. 7, 3, 25 anni. FIRM. math. 5, 3, 52 OPTAT. 7, 1 p. 162, 7 DIOSC. 1 praef. *opp.* calido). SEN. Herc. f. 950 hiemsque gelido -a spatio (*cf. l. 31.* PETRON. 19, 3 *v. l. 4. cf. p. 1330, 50.* PLIN. nat. 16, 59 AMM. 22, 15, 5 CLAVD. 26, 166). COLVM. 11, 2, 21 -us dies Aquilone (FLOR. epit. 2, 6, 12 -um et nivalem. GELL. 16, 3, 9 PALLAD. 3, 8). PLIN. nat. 18, 351 autumnum serenum ... et -um. *de sideribus, quae frigidis temporibus lucent*: VERG. georg. 1, 336 -e Saturni ... stella (*ubi* SERV. *falso interpretatur* id est nocens [*cf.* COMMENT. Lucan. 1, 651]. VITR. 6, 1, 11 *opp.* Martis ferventissimam. 9, 1, 16. SEN. nat. 7, 4, 2 [*in versione verborum Epigenis*]. LVCAN. 1, 651 PLIN. nat. 18, 209. AVG. gen. ad litt. 2, 5 p. 38, 27 *opp.* ardentior. p. 39, 3 *opp.* calida. *cf.* FIRM. math. 1, 2, 4 -o ortu ... Saturni). 3, 304 Aquarius (GERM. frg. 4, 159). 3, 336 vesper (VAL. FL. 4, 377). OV. epist. 2, 123 sive die laxatur humus, seu -a lucent sidera (*cf.* GERM. frg. 4, 43). MANIL. 1, 409 *Canicula* -a caeruleo contorquet lumina vultu. SEN. Thy. 872 -a duro Cynosura gelu. CALP. ecl. 5, 121 Noctifer. PLIN. nat. 2, 79 tinguitque appropinquantes *stellas* ... circulus -ior in pallorem, ardentior in ruborem. 18, 287 -um sidus Arcturi. IVV. 5, 23 serraca Bootae. ANTH. 426, 6 Arctos. NEMES. ecl. 2, 89 Hesperus. DRAC. laud. dei 1, 54 lunae -us orbis (*cf.* 2, 10).

3 *de locis, regionibus terrestribus et caelestibus*: CATO agr. 6, 2 ager (VARRO rust. 1, 24, 2 PLIN. nat. 18, 163). 34, 1 locus (VARRO rust. 6^{ies}, *ex. gr.* 1, 59, 1 in loco arido et -o. CIC. de orat. 3, 18 et opacus et -us [*cf.* PALLAD. 4, 11, 7. 6, 9, 1 *al.* PROB. Verg. georg. 4, 317]. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 1 durissimis et -issimis. CAES. Gall. 4, 1, 10 AETNA 431 CELS. 1, 3, 28. 3, 22, 5. COLVM. 35^{ies}, *ex. gr.* 2, 7, 2 -is ocissime, tepidis celerius, calidis novissime seramus. 2, 8, 3 -is aut etiam opacis. 5, 6, 22 *opp.* praefervidis. 5, 8, 5 *opp.* aestuosis [PLIN. nat. 18, 33. 83 PALLAD. 3, 18, 4]. 11, 2, 93 *opp.* temperatis [PLIN. nat. 14, 26. 18, 33 PALLAD. 1, 6, 2 *al.*]. 11, 3, 25 *opp.* apricis [PALLAD. 4, 11, 7. 12, 9, 1]. PLIN. nat. 15, 59. 17, 135. 18, 174 *opp.* tepidioribus [PALLAD. 2, 13, 6 *al.*]. 18, 197. 19, 90. 106. 153. 28, 145. 29, 134 PALLAD. *plus quam 70^{ies}, ex. gr.* 1, 6, 15 -is, nivosis. 9, 3 *opp.* ardentibus. FILASTR. 121, 4. PROB. Verg. georg. 2, 469 nemorosa -a. SORAN. p. 36, 6 *opp.* temperate calido. *neutr. pl. pro subst.*: SEN. nat. 2, 17 spiritum per -a atque humida meantem. COLVM. 3, 9, 8 de -is in -a ... transferemus. PLIN. nat. 14, 23 in -is umidisque. 15, 5 in -issimis [*opp.* calidissimis]. 15, 104. 16, 71 amat -a, aprica. 16, 74. 156. 17, 22. 64. 139. 18, 131. 203. 19, 113. 21, 36. 27, 144 in -is et in aquiloniis. PORPH. Hor. carm. 1, 38, 4 *rosae* solent ... ex -ioribus afferri). CALV. carm. frg. 12 ora (*cf.* OV. epist. 17, 116 litora [trist. 4, 4, 55 Euxini ... Ponti]). VARRO Men. 271 ventique -o se ab axe eruperant (SEN. Med. 712 Herc. O. 1251 COLVM. 3, 1, 4). VERG. catal. 10, 12 Cremona. georg. 2, 469 tempe. 3, 324 rura (HOR. epist. 1, 15, 9). Aen. 7, 716 Nursia (*ubi* SERV. aut re vera aut certe venenosa, nocens). HOR. carm. 1, 1, 25 sub Iove (*i. caelo*) -o (*cf.* CELS. 2, 18, 11 *melius frumentum* quodque temperato caelo, quam quod ... nimiumque aut -o aut calido natum est. COLVM. 3, 1, 1, 6. 7. 10. 4, 10, 3 PLIN. nat. 2, 138. PLIN. epist. 5, 6, 4 caelum est hieme -um et gelidum. AVR. Fronto p. 31, 14 N. -ius aut tepidius aut horridius. PALLAD. 2, 13, 2 *opp.* tepidum. 12, 7, 13 *al.*). carm. 3, 4, 22 -um Praeneste seu Tibur supinum. TIB. 1, 7, 16 Taurus. PROP. 1, 18, 27 rupes. 1, 20, 13 saxa (4, 7, 66 SEN. Oed. 193 STAT. Theb. 10, 52 *al.*). 3, 22, 1 Cyzicus. 4, 10, 18 castra. OV. met. 15, 349 antra. fast. 4, 683 terra (COLVM. 3, 12, 1. 4 *opp.* calidior. PLIN. nat. 17, 33. 42). LIV. 45, 30, 7 -a ... duraque cultu et aspera plaga (PLIN. nat. 8, 80 PALLAD. 4, 7, 2). VITR. 1, 4, 1 regionesque caeli spectans *locus* neque aestuosas neque -as, sed temperatas (1, 4, 4 *opp.* calidas. CELS. 5, 27, 10 COLVM. 4, 17, 8. 7, 9, 2 -a et pruinosa. 8, 5, 1. 11, 2, 23 *opp.* ferventissima. 11, 2, 60. 74. 11, 3, 24. 27 MELA 2, 16 PLIN. nat. 17, 30 CET. FAV. 14 p. 299, 20 PALLAD. 3, 9, 9. 3, 23, 1. 3, 26, 2 *opp.* tepidis. *al.* PROB. Verg. georg. 1, 233 SCHOL. Hor. carm. 3, 19, 8. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 935^{A} [κατεψυγμένη]). 8, 2, 5 a -issimis partibus (SEN. nat. 5, 10, 3 e -a [effrigida *l. v.*] caeli parte). SEN. Phaedr. 399 -i Ponti plagis. nat. 4, 2, 27 *specus* aestate -i sunt (*corr. Diels*, est at refrigidunt *libri*). COLVM. 1, 6, 10 caeli positio. 3, 2, 16 -um ac roscidum solum et caelum (PLIN. nat. 15, 20 *opp.* concalido. 17, 216. 27, 79 PALLAD. 3, 25, 13). 3, 9, 8 magis ... ex -o statu ... calidum sustinere, quam ex calido -um (3, 14, 1 caeli. 3, 21, 8. 4, 23, 2 PALLAD. 3, 9, 4 *al.*). CALP. ecl. 5, 54 -a nocturno tanguntur pascua rore (PALLAD. 4, 13, 4 pascua ... hieme aprica, -a et opaca provideamus aestate). PLIN. nat. 11, 95 in -is aut umbrosis nemoribus. 14, 24 situs (17, 78). *al.* IVV. 6, 3 spelunca. APVL. met. 9, 32. PORPH. Hor. carm. 1, 37, 20 *montem* nivalem merito appellavit, quia est -issimus. FIRM. math. 1, 10, 5 inter has duas -as et illam igneam *zonas* (*cf.* PROB. Verg. georg. 1, 246). PALLAD. 1, 7, 3 provinciis. *al.* *nota*: PROP. 4, 7, 6 lecti -a regna (*sc. a domina deserta cf. p. 1326, 20*). *sim.*: PAVL. NOL. carm. 18, 350 refricat totis iam -a membris signa pedum *pecorum absentium*). VAL. FL. 4, 214 -a raris dentibus aret humus *sanguine calido non imbuta* (*cf.* 2, 386 equus, longa quem -a pace terra iuvat. *spectat quodammodo ad p. 1329, 38*). *de aedificiis eorumque partibus*: CATO inc. libr. frg. 23 *aedificio* aestate -o, hieme formido. VARRO rust. 1, 12, 1 *villa. cf.* 1, 59, 2 quo -ius sit. VERG. georg. 4, 104 tecta. COPA 8 triclia umbrosis -a harundinibus. VITR. 5, 11, 2 lavatio. COLVM. 12, 2, 2 *horreum.* 12, 44, 3 siccissimo -issimoque tabulato (12, 47, 1. 5). MART. 12, 60, 12 marmora ... -iora gelu. PALLAD. 1, 18, 1 cellam vinariam. 11, 17, 3 in terrena et -a cella. *v. etiam Onomast.*

4 *de liquoribus: e terra nascentibus*: VARRO ling. 5, 25 aquae -ae et caldae (VITR. 8, 1, 2. 8, 2, 8. 9 *aqua percalefacta* fit -a. 8, 3, 5. SEN. nat. 3, 1, 2 *opp.* calentes. 3, 2, 2 *al.* PLIN. nat. 31, 4. 9. 40. 47. 50 PORPH. Hor. epist. 1, 15, 5. 8 ARNOB. nat. 2, 59 PALLAD. 9, 8, 3 SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 7. 9 CLAVD. DON Aen. 9, 1. VVLG. Ier. 18, 14 aquae erumpentes -ae. *inde nomen locorum* Aquae Frigidae *v. Onomast.*). VARRO Men. 50 lymphon ... lacus. frg. Char. gramm. I 61, 22 in mare aquam -am oriri (*cf.* COLVM. 8, 17, 3 quanto magis imo mari venit unda, tanto sit -ior. PLIN. nat. 31, 62 -o mari utuntur. AVIEN. orb. terr. 416 aequora). CIC. leg. 2, 6 flumen (VERG. ecl. 5, 25 HOR. epod. 13, 13). LVCR. 6, 849 fons (*v. p. 1027, 25 sq. cf.* CVRT. 4, 7, 22 *fontis aqua* tepida manat, ... -a eadem fluit, ... fervida exaestuat. *sim.* MELA 1, 39 PLIN. nat. 2, 228 AVG. civ. 21, 5). HOR. epist. 1, 16, 13 Hebrus. SVLPICIA Tib. 3, 14, 4 amnis (*cf.* CVRT. 3, 4, 9). OV. am. 2, 17, 32 Eurotas. Ib. 136 (*proverbialiter*) dum tepidus Ganges, -us Hister erit. *al.* SEN. Oed. 475 -o fluctu *Maeotis*. Tro. 8 Tanain. COLVM. 6, 22, 2 fluvialis aqua, quae fere -ior est. PLIN. nat. 2, 227 fluvius. APVL. mund. 4 fluminum -os lapsus. *al.* *de liquoribus caelestibus*: VARRO Men. 576 nimbos. VERG. georg. 1, 259 imber (3, 442 COLVM. 7, 5, 5). CELS. 5, 26, 34 aqua ... pluviali -a (*cf.* PLIN. nat. 33, 107 *caelestis. al.*). SVLP. SEV. dial. 1, 18, 5 rore. *de nive, glacie*: VERG. georg. 3, 298 glacies ne -a laedat molle pecus (LVCAN. 10, 205). SEN. nat. 4, 13, 11 aliquid ... illa (*sc. nive*) -ius (MACR. somn. 2, 15, 78. *cf. p. 1329, 25. 29. 75. 1330, 4*). *de puteis sim.*: LVCR. 6, 840 -ior porro in puteis aestate fit humor (6, 844). LAMPR. Alex. 30, 4 -am Claudiam. VVLG. Ier. 6, 7 -am fecit cisterna aquam suam. *de liquoribus in usu: aqua -a*: VARRO ling. 3, 5, 16 *opp.* calida. 3, 17, 8 frg. Non. p. 62, 10. CELS. *fere 70^{ies}* (*in quibus* -a aqua *fere 10^{ies}. opp.* calida: 1, 3, 4. 3, 6, 17. 4, 2, 8 *al.* tepida: 1, 4, 2. egelida: 5, 18, 11. 7, 7, 5. 8, 10, 7^{L}). COLVM. 6, 9, 1 *al.* SCRIB. LARG. *10^{ies}* (*opp.* calidae: 135. 137). PLIN. nat. *20^{ies}* (-a aqua *10^{ies} opp.* calida: 26, 35 *al.* tepida: 37, 16) MART. 8, 67, 7. 14, 196 tit. QVINT. decl. 350 p. 376, 11. 15. 16. TAC. ann. 13, 16 *opp.* praecalida. SVET. Aug. 77 Vit. 14, 1 Vesp. 24 -ae aquae. VLP. dig. 43, 20, 1, 13. ITALA Matth. 10, 42 (Cypr. testim. 3, 1 p. 111, 9 *item* VVLG. *cf. p. 1329, 6*). Marc. 9, 40 (Gat.). VOPISC. Aurelian. 45, 2 IVST. 12, 14, 9 PALLAD. 1, 40, 3. 12, 7, 80 *al.* SCHOL. Iuv. 5, 49 CHIRON 472 *al.* VVLG. prov. 25, 25. AVG. gen. ad litt. 1, 18 p. 27, 2 aquis vel -is vel calore congruo temperatis. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328^{C}. *sim.*: CET. FAV. 3 p. 291, 10 *aquae* -a gratia aestate, hiberno tepida suavitate. PLIN. nat. 36, 199 -us liquor. PALLAD. 1, 39, 3 tantum calidae ducat interius, quantum ... -i liquoris intulerit. *nota sollemniter dicta*: PLAVT. Cist. 35 palam blandiuntur, clam ... aquam -am subdole suffundunt. Curc. 511 quasi aquam ferventem -am esse, ita vos putatis leges. *inde fem. substantive* **frig(i)da,** -ae (*nota plur. p. 1329, 8*): EXC. Bob. gramm. I 553, 21 quae apud Romanos feminina, apud Graecos neutra (*supplevit gr.* τὸ ψυχρόν IDIOM. gen. gramm. IV 581, 48). GLOSS. τὸ ψυχρόν. III 287, 17 -am νηράν. CORP. IV 1291 da fridam pusillum. PLAVT. Most. 157 -ā ... lavi. VITR. 1, 4, 3 *ferrum* tinctum -a.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CELS. 4, 12, 7 SEN. dial. 2, 13, 1. 4, 2, 1 benef. 2, 14, 2 nat. 4, 13, 7 epist. 53, 3. 67, 1. 83, 5 COLVM. 6, 15, 2 PETRON. 28, 1. PLIN. nat. 18, 98 sesamam in calida maceratam . . . -a mergi. 31, 60 -a dulci (*aliisque 20 locis*). MART. 14, 105 *opp.* calda. QVINT. inst. 5, 11, 31 PLIN. epist. 3, 5, 11. 6, 16, 5. 18 (aquam *add. M*). SVET. Claud. 40, 2 FRONTO p. 88, 3 N. TERT. anim. 25 p. 340, 22 ITALA Matth. 10, 42 (Afr. cod. k *cf. p. 1328, 70*). LAMPR. Alex. 37, 12 -a semper pura usus est. CAPITOL. Gord. 21, 2 -arum percupidus. SPART. Pesc. 10, 6 pane ac -a vescerentur. PALLAD. 3, 25, 10 in -a salsa manere. POTAM. tract. 1 p. 1415^{B} SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 7 CHIRON 427. 625. 658. 737 APIC. 4, 116. 184. 5, 196. 9, 420. *huc pertinent*: CELS. 1, 3, 36 -a lavatio. 3, 24, 5 natationibus. 4, 18 -is et humidis fomentis (SVET. Aug. 81, 1). 4, 23 perfusionibus (4, 28, 1 natationesque). PLIN. nat. 32, 138 spongea -a. VOPISC. Car. 17, 4 balneis. CHIRON 472 fovitionibus.

iocose (*cf. A 1 b*): PLAVT. Rud. 527 Neptune, es balineator -us.

5 *de cibis, medicamentis sim.*: PLAVT. Mil. 760 conger. Persa 106 pernam. 111 melius oppectuntur -a (*neutr. pro subst. sc. de piscibus*). Rud. 530 potionem (CELS. *11^{ies}, ex. gr.* 2, 24, 3 *opp.* ferventes. 4, 25, 2 *opp.* egelida. *cf.* PLIN. nat. 22, 113 potu. *al.*). CATO agr. 156, 7 iusculum. TITIN. com. 166 formaster. CIC. de orat. 2, 282 mulsum (*cf.* CELS. 4, 14, 3 *opp.* egelida. SCRIB. LARG. 136 PLIN. nat. 22, 110). CELS. 1, 3, 36 -i cibi vel qui refrigerent (*6^{ies}, cf.* QVINT. inst. 2, 4, 29 -i et repositi cibi). 1, 8, 3 vinum (3, 6, 17 *opp.* calidum. 3, 22, 13 *opp.* egelidum. *al.* PLIN. nat. 14, 57. MACR. sat. 7, 6, 3 vinum ... natura -um est. *cf.* MART. 14, 104, 2 -ior [*sc. nivibus*] colo non salit unda). 2, 12, 2^{E} quod infunditur. 3, 7, 2^{B} holus (CAPITOL. Maximin. 4, 2). 4, 2, 8 posca (4, 12, 9 VEG. mulom. 2, 74, 3 *al.*). SEN. nat. 4, 13, 10 nihil illis satis -um ... est. COLVM. 12, 26, 2 *mustum*. 12, 49, 2 muriam. PETRON. 66, 3 scriblita. PLIN. nat. 2, 132 *acetum* (*cf.* MACR. sat. 7, 6, 12). IVV. 5, 50 -ior Geticis petitur decocta pruinis. SVET. Cal. 37, 1 calidis -isque unguentis. *inde per enallagen*: APIC. 4, 125 tit. patina de asparagis -a. *cf.* 4, 128. 166. 169. *de arboribus, herbis sim. loca frigida amantibus*: PLIN. nat. 15, 69 ficorum omnium -issimae. 16, 138 -as ... arbores, pinum, abietem, piceam. 16, 209 *vitis* aquatica. *cf.* PS. APVL. herb. 102 coriandrum ... -ae virtutis est (*quippe refrigerans, cf.* ANTHIM. 56 ORIBAS. eup. 2, 1 A 2 Ψ 1 *cf. p. 1326, 64 et p. 1323, 50*).

6 *de rebus variis*: PLAVT. Cas. 910 non habuit gladium, nam esset -us (*aliter* LVCAN. 7, 502 -us inde stat gladius, calet omne nocens a Caesare ferrum. *sim.*: 5, 245 claususque et -us ensis [*ubi* COMMENT. in vagina conditus nec calens sanguine.] *cf. p. 1328, 27*). CIC. nat. deor. 3, 83 aureum amiculum (VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). LVCR. 6, 315 vis *ferri* (*cf.* 6, 1011 MACR. sat. 7, 6, 2). SEN. nat. 7, 27, 4 *elementa* -a et calida. epist. 82, 14 massa. COLVM. 6, 34, 1 melius ignea lamina, quam -o ferramento. PETRON. 74, 12 urceolum. PLIN. nat. 34, 166 -iore natura *plumbi*. AVG. civ. 21, 4 *calx*. serm. ed. Mai 6, 2 lapis ... cum sit -us emittit ignem. EVG. TOLET. hex. 206 carbunculus. *de igne extincto eiusque reliquiis*: OV. epist. 18, 94 flammaque non fiat -us illa cinis (SVET. Tib. 74, 1 extinctus iam et diu -us. *cf. vol. III p. 1072, 13*). LVCAN. 6, 281 signa ruinae. VAL. FL. 2, 99 ara. 7, 586 clipeoque illiditur ignis -us (*i. clipeo illisus defervescere coepit.* DRAC. laud. dei 3, 173 tepuere calores, -us ignis erat, gelidis incendia flammis ... cecidisse). SIDON. carm. 5, 138 -a (*i. extincta*) flamma (*paulo aliter* CASSIOD. or. frg. p. 481, 19 lychnitae vomunt -as flammas. *cf. l. 46*).

II ***translate*: A *generatim*:** **1** *magis pertinet ad voluntatem et actionem i. q. languidus, iners, piger, enervis, immotus* (NON. p. 311, 13 -um segne, imbecillum. SERV. auct. Aen. 4, 407 -um tardum. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 4, 149 segnis est sine igni, id est -us): VERG. Aen. 11, 338 -a bello dextera. VAL. MAX. 3, 5, 3 enervem et -am iuventam egit. SEN. dial. 5, 7, 2 utrum quis fervidi sit ingenii an -i atque humilis: ... languido inertique tristitiam *repulsa exprimet*. ARNOB. nat. 6, 26 p. 236, 23 tam -a tamque inepta ... simulacra. FIRM. math. 5, 6, 2 languidos, -os et animo pariter et corpore. PHYSIOGN. 14 -um hominem et timidum. *ibid.* -um et sine viribus hominem. 119 asinus animal est iners, -um. *ibid.* homines tardi, -i. RVT. NAM. 1, 390 cor *Iudaeorum* -ius relligione sua. EVG. TOLET. carm. 82, 1 -us in bellis frustra praecingitur armis. CORIPP. Ioh. praef. 22 incalui gestis -us ingenio. *metonymice*: VERG. georg. 4, 104 -a tecta relinquont *apes* (*ubi* SERV. melle vacua, inoperosa). RVT. NAM. 1, 389 genti *Iudaeorum* ... -a sabbata cordi est. *sim.*: AETNA 377 -a monti desidia est. GELL. 15, 2, 8 vel -ae tristitiae vel torpentis verecundiae (MACR. sat. 2, 3, 9). FIRM. math. 6, 9, 4 -o torpore mentis (6, 9, 13. 6, 38, 7). *i. q. segnis ad amorem* (*cf. p. 1326, 76*): VERG. georg. 3, 97 -us in Venerem senior *equus*. OV. am. 2, 1, 5 me legat in sponsi facie non -a virgo. 2, 7, 9 in te quoque -us esse ... dicor. rem. 492 quamvis infelix media torreberis Aetna -ior glacie fac videare tuae. MART. 3, 34, 2 -a es ... Chione. FIRM. math. 6, 22, 12 ad Venerem. 6, 31, 46 ad coitum. HIER. in Matth. 19, 12 *eunuchi* -ioris naturae sunt (ORIG. in Matth. 15, 4 [*gr. ἐρῳοί*]. *cf.* IVLIAN. epit. novell. 36, 2). *sim.*: STAT. Theb. 5, 71 -a iusti cura tori. PS. QVINT. decl. 2, 14 uxoriae caritatis ardorem flagrantius -is concipimus affectibus. CALP. decl. 37 p. 30, 20 amor ... in senectute -ior est. *i. q. enervis in dicendo et agendo de oratoribus sive scriptoribus, qui vi et impetu carent*: CIC. Brut. 178 Iuventius nimis ille quidem lentus in dicendo et paene -us, sed callidus et in capiendo adversario versutus. ad Q. fr. 3, 3, 3 accusatoribus -issimis utitur. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 5 Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis -us. OV. Pont. 3, 4, 54 pectora sint nobis nivibus glacieque ... -iora. TAC. dial. 39 -issimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. *sim.*: CIC. epist. 10, 16, 1 -as (*i. incertas*) sane et inconstantis recitasset litteras Lepidi. DON. Ter. Phorm. 104 illud ... -ius, hoc concitatius. SERV. auct. Aen. 11, 243 -us ... locus erat, si ... diceret. *quasi per enallagen de negotiis, quae non sunt digna, quibus homines operam dent i. q. levis, inanis, negligendus*: RHET. Her. 4, 15, 21 in re -issima cales, in ferventissima friges (PLIN. epist. 1, 9, 3. 9, 6, 3 *syn.* inani. GELL. 4, 1, 19 *coni.* parvis). LVCR. 4, 1060 successit -a cura (*i. quae luditur, non expletur cf.* HOR epist. 1, 3, 26 -a curarum fomenta [*ubi v.* SCHOL.]). OV. Pont. 4, 2, 45 Pierides, solacia -a. PLIN. epist. 1, 17, 4 omnia ista -a et inania videntur. 9, 2, 1 distringebar plerumque -is negotiis. 9, 15, 2 retracto ... actiunculas ..., quod post intercapedinem temporis et -um (*i. odiosum, molestum*) et acerbum est. TERT. cult. fem. 1, 9 gloriae fervor inter domesticos -ae. PAPYR. Amherst. II 26 -is spebus praestigiatus (frestigiatur *pap. cf. Babr. 16, 7 ψυχραῖς ἐλπίσιν*). *nota de colore*: PHYSIOGN. 88 color -us est medius inter nigrum et pallidum, quem Graeci *μελάγχλωρον* vocant.

epitheta (*cf. p. 1334, 79 sqq.*): acerbum: HOR. epist. 1, 17, 53 FIRM. math. 6, 9, 9. acre: LVCR. 4, 261 CLAVD. DON. Aen. 9, 1 *cf.* LIV. 21, 54, 8. aeternum: SEN. Oed. 546 nat. 3, 9, 2 *cf.* 6, 28, 2 CLAVD. rapt. Pros. 1, 265. algidum: MART. CAP. 1, 17. altum: SEN. nat. 4, 4, 3. asperum: VARRO rust. 1, 34, 2. assiduum: OV. trist. 3, 2, 8 FIRM. math. 4, 15, 2. atrum: SER. SAMM. 253. concretum: *v. vol. IV p. 97, 15 sqq.* continuum: APVL. met. 9, 32 IVST. 2, 2, 9. contractum: *v. vol. IV p. 758, 65. 764, 65.* dirum: AVIEN. Arat. 663. durum: PLAVT. Men. 975 LVCR. 5, 818 VERG. catal. 2, 9. 13, 3 ecl. 10, 47 LVCAN. 9, 376 PAVL. NOL. carm. 27, 339. gelidum: CIC. Arat. 58 EPIST. Sapph. 112 OV. fast. 2, 754 PANEG. in Mess. 153 SIL. 2, 136 MART. 8, 68, 4 AMM. 30, 6, 5 *cf.* LVCR. 5, 641. prae-: COLVM. 4, 8, 3. glaciale: OV. met. 9, 582 APVL. mund. 23. grave: EVTR. 10, 18, 1. ignavum: OV. met. 2, 763. immane: AMM. 25, 4, 10. immoderatum: GREG. M. moral. 12, 60. immodicum: OV. Pont. 3, 1, 14 CLAVD. 22, 459. improbum: STAT. silv. 1, 3, 8.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ingens: PORPH. Hor. sat. 1, 1, 36. intolerabile: CIC. S. Rosc. 131 LIV. 21, 58, 1 SEN. epist. 90, 16 PLIN. nat. 20, 138. intolerandum: HIRT. Gall. 8, 4, 1 LIV. 22, 1, 1 *cf.* 21, 56, 6. invisum: NVX 127. longum: SEN. nat. 3, 25, 12 IVV. 4, 44. magnum: SEN. benef. 6, 8, 1 COLVM. 12, 52, 12 PLIN. nat. 2, 152 *al.* malum: OV. trist. 3, 10, 19. 5, 7, 49. manabile: LVCR. 1, 534. medium (*aliter v. p. 1335, 36*): SEN. nat. 4, 12. modicum: OV. trist. 5, 12, 6 CELS. 1, 3, 15. mundum: PETRON. 41, 11. nimium: VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 CELS. 5, 26, 6. 31[A] COLVM. 3, 12, 1 PLIN. nat. 2, 129. 18, 69 *al.* nocens: ARNOB. nat. 1, 20. 3, 23 p. 127, 20. noxium: PLIN. nat. 17, 12. pallidum: STAT. silv. 5, 1, 129. penetrabile: VERG. georg. 1, 93 MART. 4, 19, 9. penetrale: LVCR. 1, 494. periculosum: PETRON. 17, 7. perpetuum: OV. Pont. 2, 7, 72. pertinax: SEN. nat. 4, 13, 8. pigrum: RHET. Her. 4, 32, 43 dicimus . . . -s pigrum, quia pigros efficit (*cf.* AVG. quaest. hept. 1, 58 nupt. et concup. 1, 23, 25) Q. CIC. carm. frg. 11 TIB. 1, 2, 29 SEN. Med. 736 dial. 4, 19, 2 MART. 4, 3, 4. praecipuum: OV. Pont. 4, 10, 40. praeposterum: SEN. epist. 23, 1. profundum: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 1. remissum: CAES. Gall. 5, 12, 6. rigidum: LVCR. 1, 355. saevum: COMM. apol. 955 CLAVD. 7, 44. salubre: MART. 10, 30, 15. sceleratum: VERG. georg. 2, 256. sterile (*cf. p. 1333, 46*): LVCAN. 4, 108. subitum: VARRO rust. 3, 16, 37 OV. fast 1, 98 CELS. 1, 5, 2 *al.* subtile: AVSON. 332, 10. 417, 98. summum: MVMM. Atell. 4. tardum: FIRM. math. 6, 22, 5. tempestivum: PLIN. nat. 17, 10. tenue: PLIN. nat. 18, 337 MART. 3, 82, 10. torpens: MART. CAP. 1, 18. tremulum: CIC. Arat. 68. triste: MART. 10, 5, 7. vehemens: SEN. nat. 4, 13, 7. umbrosum: SEN. nat. 6, 28, 2.

II *translate et metaphorice*: **A** *apud scriptores profanos*: **1** *i. q. languor, lassitudo, torpor, inertia, pigritia, segnitia*: CAEL. Cic epist. 8, 6, 4 si Parthi vos nihil calficiunt, nos [nihil] -e frigescimus (*nisi ad IB1e pertinet*). *de eunuchi impotentia humaniter calescendi*: CLAVD. 18, 53 in cerebrum secti traxerunt -a nervi. *nota ambiguitatem*: PETRON. 129, 7 quod si idem -s *atque in coitu* genua manusque temptaverit tuas. *scriptorum sive oratorum*: CATVLL. 44, 20 tussim ... Sestio ferat -s (*iocose ut* AVSON. 401, 10 duplicant -s ψυχρὰ carmina μητιόωντες). OV. Pont. 3, 4, 36 ducis facies . . . excuteret -s sensibus omne meis (*cf. opp.* 3, 4, 31 sumpsissem . . . vigorem). QVINT. inst. 2, 12, 6 illud quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia -s evitant. **2** *i. q. deminutio gratiae, displicentia, taedium, inimicitia*: HOR. sat. 2, 1, 62 maiorum nequis amicus -e te feriat (*falso interpretantur* PORPH. id est horrore mortis. SCHOL. morte). SEN. epist. 122, 11 amicitiā Tiberi notus et -e. QVINT. inst. 5, 7, 31 qui rogatur . . . ne intellegere se neget, quod interrogantis non leve -s est. 6, 1, 37 imperitia et rusticitas et rigor et deformitas afferunt interim -s. PLIN. epist. 4, 9, 11 ne reliqua actio mea et -s, ut deposita, et taedium, ut resumpta, pateretur. 6, 15, 4 Paullo aliena deliratio aliquantum -is attulit. *accedit genet. attr.*: OV. Pont. 3, 9, 25 animum lento curarum -e laedit.

B *apud* ECCL.: **1** *in malam partem: i. q. deminutio ardoris religiosi inde fere i. q. malignitas, impietas*: HIL. in Matth. 25, 7 in peccatum -e (*cf.* HIL. gen. 167 -e peccati torpentia corda rigescunt. BACHIAR. repar. laps. 7 p. 1043[B] qui peccati -e mortuus est, consolationis tepore revocetur ad vitam. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 11). HIER. epist. 98, 24, 1 -s . . . odiorum dilectionis calore commutent. CYPR. GALL. gen. 1123 livoris -e. SALON. in prov. p. 980[A] mundi adversitatem, quae per -s designatur. PETR. CHRYS. serm. 102 p. 485[D] esse . . . in -e pagano Christianum calorem. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 125, 8 infidelitatis -e in quandam glaciem durata gentilitas euangelicae veritatis calori cederet. GREG. M. moral. 2, 2 malitiae -s. 3, 45. 4, 42 -s insensibilitatis pristinae igne sancti amoris accendit. 12, 60. 16, 63 culpae -s *eqs.* 16, 81 iniquitas -i comparatur. *al.* FERRAND. epist. 7, 18 fervore caritatis . . . iniquitatis -s excludas. **2** *in bonam partem i. q. abstinentia, duritia*: HIER. epist. 54, 7, 3 ardentes diaboli sagittae ieiuniorum et vigiliarum -e restinguendae sunt. in Is. 64, 8—12 p. 766 expulso pudicitiae -e libidinis in templo dei flamma grassabitur.

deriv.: frigusculum. *cf.* frigeo, frigesco, frigero. frigidus. frigorosus. frigor(a). *comp.*: frigorificus.

frīgusculum, ī- *n. a* frigus *deminutive.* TERT. anim. 25 p. 342, 26 animi . . . de rigoribus scitiores provenirent, si animae de -is evenirent. *Rubenbauer.*

?frigutoror est insanio GLOSS. V 619, 37 *contaminata videtur cum* friguttio.

friguttio, -īre *vel* **fringul(t)io,** -īre [*vox onomatopoetica, cf.* fritinnire, singultire. *Th.*]. VARRO ling. 7, 104 Maccius in Casina (*v. p. 1341, 2*) a fringuilla: 'quid fringuttis' *eqs.* PAVL. FEST. p. 90 fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et -ire. SVET. frg. p. 252 graculorum fringulire (*sic fere PGH*, fringultire *A*, fringulare *V*, fringilliunt *BDE*). NON. p. 7 'frĭgĕre' est et 'friguttire' et 'fritinnire' sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecunque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore, cum sono susum sussiliunt. Plautus Casina [267] *eqs. cf.* 308. FVLG. serm. ant. 19 p. 117 '-ire' dicitur subtiliter adgarrire unde et Plautus in Casina ait 'Quidnam -is' et Ennius in Telestide comedia sic ait 'haec anus admodum -it, nimirum sauciavit se flore Liberi'. GLOSS. V 501, 49 (= 522, 11) -ire: subtiliter gannire (agge- 522, 11; adgarr- 569, 20). *duo verba fuisse videntur, alterum de hominibus assimilatum ad* balbuttire. **1** *de hominibus*: PLAVT. Cas. 267 quid -is (fring- *Varro*)? quid istuc tam cupide cupis? FRONTO p. 146 N. loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et -ire quam clangere. APVL. apol. 34 quod qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blateret ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat vel omnino obmutescat. 98 fratrem Pontiani, diserti iuvenis, vix singulas syllabas fringultientem. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 25 fere videas, qui sicci ac sobrii nihil sunt, eos madidos -ire. SIDON. epist. 7, 9, 3 presbyterorum . . . paucis angulatim fringultientibus. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 3 inter . . . ructandum quasdam suggillatiunculas fringultientem ab alio . . . parasitico more laudari.
2 *de avibus*: APVL. flor. 82 merulae in remotis tesquis fringultiunt. SIDON. epist. 9, 2, 2 lusciniarum querelis improborum passerum fringultientes susurros *non* iure sociaveris. CARM. de philom. anth. 762, 28 et crocitat corvus, fringulit et graculus.

?frindo, -ere. VARRO ling. 7, 104 (*de iis quae ab animalium vocibus in homines tralata sunt*) [su] et a frendice (*?*): 'frunde (*sic F*) et fritinni suaviter'. *cf. Loewe, gloss. nom. p. 248, 12* merulus frindit, *nisi* fritinnit *legendum.* *v. et supra p. 1286, 15 sqq.*

fringilla, -ae *f. vel* **-us,** -ī *m. avium genus* [*a cantu nomen accepisse videtur, cf.* fringulire friguttire frisio, *gr.* φρυγίλος. *Th.*]. *scriptio* -gui- (*l. 28 et 32*) *nec praevalet nec satis commendatur.* VARRO ling. 7, 104 Maccius in Casina (*v. l. 2*) a fringuilla: 'quid fringuttis'. PAVL. FEST. p. 90 fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat, unde et friguttire. POL. SILV. chron. I p. 543, 17 *inter volucres* fringuellus. GLOSS. fringillus (frinc- *vel* fritigillus *trad.*) σπίνος ὁ στρουθός; *etiam* fringuillus *vel* -uellus *vel* -uillo σπίννος. V 360, 43 fringella: finc (*anglos.*). [*it.* fringuello. *M.-L.*]. MART. 9, 54, 7 nunc sturnos inopes fringillorumque (-arumq. *B*[4]) querelas audit et arguto passere vernat ager. AVIEN. Arat. 1761 si matutino fringuilla (pingui illa *cod.*) resultat ab ore . . ., mox tempestates . . . cientur.

fringuilla *v.* fringilla. **fringul(t)io,** -īre *v.* friguttio.

frio, -ātum, -āre [*orig. inc., cf. c.* frivolus, frivusculum, *fortasse c.* fricare. *sunt qui ultra conferant aut cambr.* briwo 'comminuere, friare, delere', *theodisc.* brīo *anglos.* brīw 'puls', *aut gr.* χρίειν, *ind.* ghárṣati 'fricat'; *v. Walde, Lat. etymol. Wörterb. s. v. Th.*]. *passim male scriptum* fric-, *versa vice* friat *pro* fricat CORP. IV 6635, 5. *plerumque passive sensu neutro* (*non bene* GLOSS. -atum: perfractum) *i. q. in partes minimas se diiungere, dissolvere*: VARRO rust. 1, 9, 7 terra . . ., quae cum fodiatur, facile -etur, naturā quae non sit cineracea neve vehementer densa. LVCR. 1, 888 glebis terrarum saepe -atis herbarum genera et fruges frondesque videri dispertita in⟨ter⟩ terram latitare minute. VITR. 2, 7, 2 saxa *tofacea* . . . in locis . . . apertis et patentibus gelicidiis et pruina congesta -antur et dissolvuntur. CELS. 6, 6, 3 gummi . . . hoc maxime praestare ut, ubi collyria facta inaruerunt, glutinata sint nec -entur. PLIN. nat. 12, 35 bdellium . . . esse . . . debet . . . odoratum et, cum -etur, pingue. 12, 49 -ato . . . amomo. 12, 65 tus . . . ne dentem recipiat potiusque in micas -[c]etur. 12, 92 *cinnamum* ne sit scabrum atque ut inter sese tritum tarde -etur. 36, 166 tofus . . . exestur halitu maris, -atur vento, everberatur imbri. 37, 60 *adamantem* cum feliciter contigit rumpere, in tam parvas -atur (fruatur *vel* feriantur *codd.*) crustas, ut cerni vix possint. *active fere i. q. conterere*: PLIN. nat. 12, 50 cardamomum . . . acutis angulis contumax -anti. 13, 47 *palma* in ipsa . . . Aethiopia -atur . . . (tanta est siccitas) et farinae modo spissatur in panem. 34, 121 *misy optimi* notae sunt -ati aureae scintillae et cum teratur harenosa natura sine terra. 36, 150 *aetites* tam mollis ut etiam digitis -etur. 36, 155 *pumices* nec harenosi in fri[c]ando. CAPITOL. Maximin. 6, 9 *tam validus erat ut* lapides toficios -ret. DIOSC. 1, 6 cardamomum . . . lapides de vessica -at (θρύπτει). Ps. DIOSC. herb. fem. 40 splenios . . . cauculos in vessica -at (*sic P*, fricat L^1L^2). 48 lapatium . . . cauculos vessicarum -at. 69 sion . . . lapides -at (defriat L^1). APIC. 2, 38 pulpa . . . in mortario et in liquamine diligenter fri[g]atur. 5, 185 pulpae . . . -atae. *reflexive*: PLIN. nat. 34, 117 chalcitis -at se statim, mollis naturā, ut videatur lanugo concreta. DIOSC. 4, 157 *balanus myrepsicus* citus se fri[c]ans (εὐλέπιστος). 5, 125 *pyriten* revocans igni quamdiu se -et (ἕως ἂν ψαθυρώτατος γένηται ὁμαλῶς).

?frisigo radicis MISC. Tir. p. 66, 27. *v.* brisconis.

frisio, -ōnis *avis* [*a cantu nomen accipere potuit. Th.*]. PLIN. VAL. 5, 42 lac vaccinum atque caprinum, -em, columbam, porrum crudum. [*it.* frosone. *M.-L.*]

fristio, -īre *an* **fristatio,** -īre *a germ.* fristan 'hinhalten'. LEX Sal. 1, 1 rubr. de mitio (*i. responso*) fristito (*sic in contextu,* fristatito *in tabula rubricorum*). *v. Brunner, Festgabe für Beseler 3 sqq.*

frit *indecl.* [*orig. inc. Th.*]. PLAVT. Most 595 non dat, non debet. :: non debet? :: ne -t (nec erit *trad.*) quidem. VARRO rust. 1, 48, 2 illud . . . summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur '-t'.

fritāmentum vox merulae GLOSS. II 580, 42; *cf.* V 23, 2 (= 70, 21). 105, 2 freta m(o)eta: crumata [vel] modulosa. [*vox onomatopoetica. Th.*] *translate de deliciis rhetoricis*: GELL. 5, 1, 1 si vocum eius festivitatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi -is (fret- *trad.*) orationis moventur. *v. Heraeus, Arch. f. l. Lex. 14, 62; qui item*

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legi iubet 1, 11, 12 si, ut planipedi saltanti, ita Graccho contionanti numeros et modos et -a (trequentamenta *trad.*) quaedam varia tibicen incineret.

fritilla *v.* fitilla.

fritillus, -ī *m.* [*orig. inc, nisi a sono talorum cadentium nomen accepit, cf.* fritinnire *sim. Th.*]. *vasculum, ex quo tali effundebantur in alea*: PORPH. Hor. sat. 2, 7, 17 fimum: quod nos -um dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur. SCHOL. Hor. serm. 2, 7, 17 fimum: pyrgum, alii -um dicunt. SCHOL. Iuv. 14, 5 -o: pyxide cornea, qui *φιμός* dicitur graece. fritinnire aves dicuntur id est strepere aut sonare. apud antiquos nam in cornu mittebant tesseras moventesque fundebant. aut -um pyrgum dicit. GLOSS. II 73,44 -um: *πυξίς*. V 457, 52 pyrgum tabulae. V 653, 16 fretillum: fimum, purgo [vel ... id est sistrum *add. man.* 2, *cf. Papiae glossam* -um: sistrum vel tuba, quo vocatur ad ludum] *v. Daremberg-Saglio II 2 p. 1341, 2 cum imaginibus, Marquardt-Mau, Privatl. p. 848.* SEN. apocol. 12, 3 (vers.) qui concusso magna parastis lucra -o. 14, 4 Aeacus iubet illum alea ludere pertuso -o. 15, 1 (vers.) nam quotiens missurus erat resonante -o, utraque subducto fugiebat tessera fundo. MART. 4, 14, 8 dum blanda vagus alea December incertis sonat hinc et hinc -is. 5, 84, 3 puer ... blando male proditus -o. 11, 6, 2 unctis falciferi senis (*Saturni*) diebus, regnator quibus imperat -us. 13, 1, 7 haec mihi charta nuces, haec est mihi charta -us. 14, 1, 3 nec timet aedilem moto spectare -o. IVV. 14, 6 si damnosa senem iuvat alea, ludit et heres bullatus parvoque eadem movet arma -o. SIDON. epist. 2, 9, 4 crepitantium -orum tesserarumque strepitus. carm. 23, 491 promens ... talos crepitantibus -is. *translate de imo palato*: VEN. FORT. Mart. 4, 41 (*de puella muta sanata*) insueta canit camerati concha palati dente relisa cavo producens verba -o. *contaminata videtur* GLOSS. V 599, 20 -um: stillicidium stercoris in sterquilinium, *nisi et haec significatio iocose a sono ducta est.*

fritinnio, -īre [*vox onomatopoetica, cf.* friguttire, fritamentum *sim. et* tinnire titinnire. *Th.*]. SVET. frg. p. 254 cicadarum -ire (frint- *V*, fret- *alii codd.*). *cf.* p. 253 hirundinum ⟨fintinnire vel⟩ minurrire. NON. p. 7 *v. s. v.* friguttio *p. 1339, 78.* SCHOL. Iuv. 14, 5 *v. supra l. 10.* GLOSS. III 46, 47 -ens: *βομβήσας*. IV 518, 57 -unt (aves): cantant (fret- V 629, 5; frec- *Loewe, Gloss. nom. 249*). INC. (*an* Suetius?) ap. Varr. ling. 7, 104 *v. supra p. 1340, 17.* VARRO Men. 565 et pullos peperit -entis (fritiniensis *trad.*). CALP. ecl. 5, 65 prius ... quam levibus nidis somnos captare volucris cogitet et tremulo queribunda -iat (tremebunda fruniat *vel* tinniat *trad.*) ore. CARM. de philom. anth. 761, 35 et rauca cicada -it. CASSIOD. var. 1, 45, 6 aeneus anguis insibilat, aves simulatae (*i. arte factae*) -unt. *translate*: ANTH. 441, 5 dulci Marcus *puerulus* qui nunc sermone -it. CASSIOD. in psalm. 83, 4 in his ... altaribus quasi in domum gratissimam -it (gratulatur *pars codd.*) fidelis anima.

fritus *vel* **fredus** *m. vox germanica: multa quae solvitur potestati publicae*: GREG. TVR. Mart. 4, 26 compositionem fisco debitam, quam illi fretum vocant. LEX Sal. 13, 6 -us exinde MMD dinarios ... est. 24, 5 -us ... nullatenus exquiratur. 35, 7 inter fredo et faido (capit. 4, 12, 1). 50, 3 -o ... recolligat. *ibid.* -us ... non fuit solutus. 53, 2 -us grafioni solvatur. 53, 4. 53 add. 2. 53, 6. *in scriptione codd. admodum variant*: fritus, fredus, fridus, fredum, *acc. in* -o *saepius. cf.* NOT. Tir. 93, 83 fraedus.

frīvolāria, -ae *f. comoedia Plauti deperdita*: VARRO ling. 7, 58 PAVL. FEST. p. 169 FEST. p. 301. 306. 313 GRAMM. *passim.*

frīvolus, -a, -um [*cf. esse videtur c.* friare, frivusculum. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 90 -a sunt proprie vasa fictilia quassa. unde dicta verba -a, quae minus sunt fide subnixa. ISID. orig. 9, 7, 26 -um est, cum eo animo separantur, ut rursus ad se invicem revertantur. nam -um est velut quassae mentis et effluxae nec stabilis. proprie autem -a vocantur fictilia vasa inutilia. *cf.* GLOSS. IV 76, 52 *al.* vasa fictilia (atque inutilia *vel* diminuta). *scriptionem, quae est cum* -vo-, *commendat* MARTYR. gramm. VII 185, 2; -bo- *passim in codd. legitur, ut iam in palimpsesto* FRONTO p. 107, 25 N.; *cf. et cod. Salmas.* ANTH. 288, 4 tribulis *pro* -is; *item passim legitur* -vu-. *legitur inde ab* RHET. Her. (*p. 1342, 14*), *crebrum apud* ECCL.

I *i. q. vilis* (GLOSS. *εὐτελής*, despectus, vilis, fragilis, frugalis): SVET. Cal. 39, 2 qui nescio quid -i ducentis milibus traderet. APVL. met. 1, 25 tam magnis pretiis pisces -os indicatis. 2, 5 surculis et lapillis et id genus -is inhalatis. apol. 35 haec ... -a. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 520, 3 de eiusmodi -is cogitari, de quibus nec corvi nec lilia laborent. ITIN. Alex. 34 gignentium -a aridaque. ARNOB. nat. 5, 45 res ...-as. AMBROSIAST. in I Cor. 3, 12 genera ...-a (*opp.* pretiosus). SIDON. epist. 7, 2, 6 *puellae* nunc quaedam -a, nunc ludo apta virgineo scruta donabat. *inde n. plur. i. q. res quae insunt in domo, supellex* (GLOSS. *σκευάρια εὐτελῆ πάνν*): SEN. contr. 2, 1, 2 ego illos in -a invitavi nostra: qui illis meam promisi domum, suam eripiam? SEN. dial. 9, 1, 9 nec inter illa -a mea tam altus incedo (*opp.* splendor luxuriae). IVV. 3, 198 iam poscit aquam, iam -a transfert Vcalegon *in incendio.* 5, 59 Romanorum omnia regum -a. VLP. dig. 13, 7, 11, 5 ad universam pensionem insulae -a mea tenebuntur. DON. Ter. Eun. 1024 cum obrodunt -a *sorices.*

II *translate*: **1** *de rebus corporeis i. q. inanis, fragilis, caducus, mutabilis* (GLOSS. fragile, debilem, invalidum seu inanem, parvum; caducam): SEN. dial. 6, 12, 2 qui catulos avesque et -a animorum oblectamenta nutriunt (*opp.* liberos nutrientibus). TERT. adv. Marc. 1, 15 p. 309, 16 *substantia* -is creatoris (*i. huic mundo fragili*) praecellens. nat. 1, 4 -a humanae manus opera. resurr. 4 p. 30, 8 carnis ... -ae, infirmae, criminosae. 5 p. 31, 12 futile et -um istud corpusculum. 8 p. 36, 25 huic substantiae -ae ac sordidae. LACT. inst. 2, 3, 7 vulgus ... pompis inanibus gaudet, ... oblectatur -is. AMBROSIAST. in I Cor. 3, 10 superaedificia ... obliqua ... et -a.

2 *de rebus incorporeis: quod facile perit, non constat, non fidem habet, inanis vanus futtilis* (*neutr. quasi subst. saepe inde a* SEN. *l. 24; cf.* GLOSS. levis, mendax, fictus; dubium, vanum vel vacuum; incassum vel frustrum (*sic*), imaginariam; ignominiosa a⟨c⟩theatralia vel res nullius momenti; inanibus, invalidis): RHET. Her. 4, 11, 16 -us hic ... et illiberalis est sermo: non enim est adeptus id, quod habet attenuata figura, puris et electis verbis compositam orationem. FEST. p. 218 'porrigam' ... ducto verbo a 'porro regam' aut, si id -um videtur, cum *eqs.* SEN. contr. 10 praef. 4 *Labienus* non admittebat populum, et quia nondum haec consuetudo erat inducta et quia putabat turpe ac -ae iactationis (QVINT. inst. 1, 6, 20 abolita ... retinere insolentiae cuiusdam est et -ae in parvis iactantiae). PHAEDR. 3, 6, 8 aufer -am insolentiam. 5, 7, 1 ubi vanus animus aura captus -a arripuit insolentem sibi fiduciam. SEN. benef. 2, 2, 4 ineptum et -um hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai. dial. 5, 30, 1 -is turbamur et inanibus. 7, 4, 4 cum minutis et -is et non perseverantibus corpusculi motibus. epist. 4, 4 non vides quam ex -is causis contemnatur *vita*? 31, 7 labor -us et supervacuus e[s]t quem humiles causae evocaverunt, non est malus? PLIN. nat. 7, 43 aestimantem, quam sit -a animalium superbissimi (*i. hominis*) origo, cum plerisque abortus causa odor a lucernarum fiat extinctu. 11, 102 tam -a ratione morientes *locustae.* 11, 274 -a, ut reor, et vulgo tamen narrata. 16, 251 tanta gentium in rebus -is plerumque religio est. 21, 13 id ... -um est. 22, 15 irrisui sumus ista commentantes ⟨at⟩que -i operis arguimur. 25, 22 curam hanc nostram -am ... existimaturis. 28, 184 -um videatur, non tamen omittendum. 28, 260 -o quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. 34, 21 praeclara res, ni -is coepisset initiis. QVINT. inst. 7, 2, 34 levibus aut -is aut manifesto falsis reum incessere. 10, 7, 21 perversa ambitio ut ..., quod est in primis -um ac scaenicum, verbum petant quo incipiant. SVET. Nero 41, 2 -o auspicio. FRONTO p. 73, 25 N. quanto opere te diligam non minus de gravibus et seriis experimentis, quam plerisque etiam -is sentio. quae ... sint haec -a, indicabo. p. 74, 18 tertium de meis -is addam. p. 74, 35 ut -is finem faciam et convertar ad serium. p. 107, 25 paronomasia ... non absurda nec -a, sed proba et eleganti. GELL. 2, 7, 9 argutiola ... haec *sententia* ... -a et inanis est. 3, 11 tit. quam -is argumentis (*v. l. 63*). 16, 12, 1 non pauca ... dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam futilia et -a. 18, 7, 3 glossaria ... colligitis et lexidia, res taetras et inanes et -as tamquam mulierum voces praeficarum. APVL. apol. 3 si quid ex -is praeteriero. *ibid.* inepta ... et oppido -a velle defendere. 25 -a et inter se repugnantia simul promere. 67 -am accusationem. Socr. p. 104 (p. 1, 5 Th.) ne in -is displiceam, qui in gravioribus placui. TERT. test. anim. 5 testimonia ... cuiquam -a et ridi⟨cula⟩ videri. fug. 3 plane -a et frigida fides. uxor. 1, 1 non ... tam -a, tam spurca deus suis pollicetur. patient. 8 p. 13, 7 ut patientia maioribus temptationibus praeparata in -is excidat. CAPITOL. Alb. 5, 10 Helium Cordum legat, qui -a super ... omnibus cuncta persequitur. VOPISC. Aurelian. 3, 1 ne multa et -a prooemiis ... intexam. 10, 1 -a haec fortassis cuipiam et nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat. 15, 3 quare posuerim rem quasi -am. quatt. tyr. 11, 4 -a quaeque conectere. PORF. OPT. carm. 21, 1 cecini ... -a. his ... iungam ludicra. NON. p. 177 sublestum est leve, -um. IVL. SEV. rhet. 9 argumentum (*opp.* validum. *v. l. 46*). ZENO tract. 1, 9, 1 crimen. 1, 10, 1 -o ac turpi lucro. 2, 40 quid ... -um (*syn.* crimina). LVCIF. moriend. 1 p. 285, 30 calcata -a auctoritate tua. FILASTR. 113, 1 *dierum* nomina vanissima et -a. AVSON. 335 p. 197, 13 P. misi ... ad te haec -a gerris Siculis vaniora. 349, 2 qui nimium trux -a condemnas. 350 p. 206, 2 hoc ... -um et nullius pretii opusculum (*centonem nuptialem*). 393, 67 congestas, mysteria -a, nugas. QVEROL. p. 13, 4 debacchationes et ioca -a non quaero. COD. Theod. 2, 4, 4 (*a. 385*) quidquid elicitum erit, -um iudicetur. SYMM. epist. 4, 30, 2 -is meis (*i. scriptis; item* VEN. FORT. carm. praef. 6 *cf.* PRVD. c. Symm. *l. 83*). SCHOL. Iuv. 4, 87 de rebus -is et usualibus loquentes. PS. AMBR. serm. Sess. 2, 1 fidem pravi doctores -is ac futilibus verbis infuscant. AMBROSIAST. Rom. 14, 15 ex re -a (14, 16 MAR. MERC. Cyr. incarn. 26 SALV. gub. 7, 35). HIER. tract. in psalm. 90 p. 116, 18 -um est quod vulgo dicitur (adv. Iovin. 2, 29). 119 p. 231, 17 propter rem levem, -am rixam *facere.* in Is. 21, 11 -a persuasione. epist. 143, 2 verba (AVG. epist. 202, 2). adv. Rufin. 1, 23 valde -us est *locus.* in Ezech. 12, 40 p. 475 V. haec non -a videantur lectori. EPIPHAN. Hier. epist. 51, 5, 2 expositionem. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 9 tam ... vana, tam -a quam est araneae textrina fuerunt omnia quae gerebant. PRVD. psych. 231 vacuae credentur -a famae. c. Symm. 1, 645 mea -a novi (*v.* SYMM. *l. 71*). perist. 3, 80 -a utraque et utraque nihil. MAR. MERC. Cyr. apol.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 250 -as ineptasque fabulas. ZACCH. 2, 12 p. 1129^{C} *in Christo* -am speciem pro homine demonstratam. SALV. gub. 1, 25 tam stulta sunt et tam -a. 6, 12 -a atque irridenda (8, 2). 8, 2 -as laudes. eccl. 2, 36 tam falsum est hoc quam -um. 4, 37 haec tu...-a esse iudicas et quasi somnia ac deliramenta contemnis. CLAVD. MAM. anim. p. 175, 11 hisce -is. NOVELL. Maior. 6, 10 *(a. 458)* huius callidi -ique commenti ... nullum esse iubemus effectum. LVX. anth. 288, 4 paginam nugis refertam -isque (tribulisque *cod.*) sensibus. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 230, 6 -am rationem. in Porph. dial. 1 p. 19^{D} nimis...-a atque absurda quaestio. ENNOD. dict. 22 p. 495, 18 -a et inanis constitutio. ANNIAN. Chrysost. hom. 4, 10 quasi pueriles ...-osque conatus. DIG. de conc dig. pr. 2 *(a. 533)* tam -o quam ridiculo cognomine. GENNAD. vir. ill. 36 scripsit ...-a. MART. BRAC. corr. 12 per res -as et vanas. GREG. M. in Ezech. 1, 12, 31 -ae remissionis. VEN. FORT. Mart. praef. I 3 -as occupationes. SYMPH. anth. 286, 10 -a multa locuta est *cohors* (*syn.* sermonis inepti, nugas). GRAMM. suppl. 258, 6 *hoc* -um est. *acc. abl.*: PLIN. nat. 7, 186 -um dictu.

de ipso homine eiusque animo (*cf. iam supra* iactatio *p. 1342, 20*; insolentia *p. 1342, 21; neutr.* est -um QVINT. *p. 1342, 39*): SVET. Claud. 15, 1 modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam -us amentique similis. GELL. 15, 30, 1 qui... ad litterarum disciplinas serius adeunt, si forte idem sunt garruli natura et subarguti, oppido quam fiunt in litterarum ostentatione inepti et -i.

adv. **frīvolē:** *i. q. inaniter, leviter*: HIER. in Mich. 7, 8 p. 523 Vall. aliqui -e mentiuntur. EPIST. pontif. Thiel Symm. 2 *(a. 499)* cum ... effectum non possint impetrata -e possidere. GREG. M. moral. 6, 28 saepe et hoc *dei* dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium -e resultat.

synonyma ad II: futilis, inanis, illiberalis, turpis, ineptus, supervacuus, levis, falsus, scaenicus (QVINT. *p. 1342, 39*), absurdus, frigidus (TERT. *p. 1342, 54*), sublestus, vanissimus; nullius pretii, usualis (SCHOL. Iuv. *p. 1342, 73*); nihil (PRVD. *p. 1342, 84*), stultus; irridendus, ridiculus; puerilis (ANNIAN. *supra l. 11*); nugae. amens, ineptus. *oppositа ad I*: pretiosus. *ad II*: gravis, serius (FRONTO *p. 1342, 41*), probus, gravior, maior, validus (IVL. SEV. *p. 1342, 63*). circumspectus ac sagax.

frīvusculum, -ī *n. a* *frivus, -oris (*cf.* friare, frivolus) *deminutive. t. t. apud* ICTOS *i. q. leve inter coniuges discidium, iurgium* (*cf.* ISID. orig. 9, 7, 26 *p. 1341, 59*): VLP. dig. 24, 1, 32, 12 si divortium non intercesserit, sed -um, profecto valebit donatio, si -um (frib- *trad. bis*) quievit. *pro* -um *in eadem sententia legitur* iurgium PAPIN. dig. 23, 3, 31. 23, 4, 27.

frixago *v.* trixago.

frīxo, -āre [*a* frigĕre. *Th.*]. GLOSS. II 255, 14 *τηγανίζω* frigo CAEL. AVR. acut. 1, 11, 77 vapore...nimio tamquam -antes densamus *partes capitis.*

as(s)ator **frīxor** GLOSS. II 568, 34. [*a* frigĕre. *Th.*]. *subst. masc.: qui frixat.*

frīxōrius, -a, -um *a* frixor. GLOSS. III 255, 15 *τηγάνη* patella -a. *inde subst. fem.*: VEN. FORT. carm. 6, 8, 14 *coquus* cui sua sordentem pinxerunt arma colorem frixŭriae cocumae scafa patella tripes. ORIBAS. syn. 7, 7 stafidagria in -a siccas et teris. [*renet.* fersora. *M.-L.*] *neutr. subst.* **frīxōrium,** -ī: MACR. exc. gramm. V 606, 36 'frigo frixi' a tertia, unde 'frixum', '-um' id est calefactorium. GRAMM. suppl. 178, 19 a 'frixu' non dicimus 'frixuria' sed 'frixoria'. ITALA psalm. 101, 4 et ossa mea sicut -um confrixa sunt (-o psalt. Mediol., in -o psalt. Veron. Rom. *al.* Verec. in cant. 4, 14; -um psalt. Carnut. *al., etiam* Rufin. Orig. in lev. 2, 4 Arnob. in psalm. 101 p. 470^{C}; *ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν*, VVLG. sicut cremium aruerunt; *cf.* GLOSS. II 473, 31 frictorium *φρυγιών*) *ubi* ARNOB. *l. l. addit* id est fasciculum sarmenti aridum. AVG. in psalm. 101 serm. 1, 4 omnes qui scandala patiuntur, -um ipsorum sunt. PLIN. VAL. med. 2, 7 mittes in -o sapae sextarium.

frīxūra, -ae *f.* [*a* frigĕre, *cf.* frixor, frixorium. *Th.*]. *proprie*: ANTHIM. 14 frixum...laridum...non praesumendum, quia satis nocet ..., illa -a (frictura *GAP*) penitus non expedit. [*val.* friptură, *it.* frittura, *francog.* friture, *hisp.* fritura. *M.-L.*] *translate*: HIER. in Am. 3 ad 7, 7 p. 328 Vall. in *sartagine* (in Ezech. 4, 3) populi obsidione vallati -a significatur. *inde* GREG. M. in Ezech. 1, 12, 29 quid per sartaginem ferream, nisi spiritalis zeli fortis -a signatur (moral. 28, 10. past. 2, 10 p. 47^{B} -a mentis). 1, 12, 30 per zelum custodiae cordis -am patitur. *ibid.* -a cordis ... spiritali zelo agitur. *Vollmer.*

frīxus *v.* frigo.

frondārius, -a, -um. *ab* 1. frons. *i. q. ad frondem pertinens*: PLIN. nat. 18, 314 frondis praeparandae tempus hoc est. unus frondator quattuor -as fiscinas complere in die iustum habet.

frondātio, -nis *f.* [*cf. c.* frondator. *Th.*]. *i. q. frondis redundantis resectio*: COLVM. 5, 6. 16 atque in -e cavendum, ne ... prolixiores pollices fiant.

frondātor, -is *m.* [*ab* 1. frons, *cf.* frondatur. *Th.*]. *de notione*: PHILARG. Verg. ecl. 1, 56 (*inde codd. Serv. ad l. et* SCHOL. Bern., *quae ante* '-r' *habent* vel nomen avis, *cf. p. 1344, 5*) '-r' id est rusticus [vel (vel animal *schol. Bern.*) quod de floribus nascitur]: nam tria genera sunt -um: -r (*1*) qui arbores amputat, et (*2*) ⟨qui *add. schol. Bern.*⟩ frondibus manipulos facit, hiemis tempore animalibus ad pastum offerendos, et (*3*) qui manibus vitium folia avellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat (rec. II -r id est pastor, qui de frondibus domum sibi facit, vel avis, quae in frondibus murmurat). GLOSS. *κλαδευτής*: -r, putator. -r: colligens vel precidens frondes. *φυλλοκόπος. i. q. frondium vel ramorum amputator*: **1** (*supra 1*): CATVLL. 64, 41 non falx attenuat -um arboris umbram. VERG. ecl. 1, 56 canet -r ad auras. OV. met. 14, 649 falce data -r erat vitisque putator *Vertumnus.* **2** (*supra 2*): PLIN. nat. 18, 314 *v. sub* frondarius.

frondātur (fund- IV 79, 62) purgatur, pomatur, fusicatur (purig-? *Goetz*) GLOSS. [*ab* 1. frons, *cf.* frondator. *Th.*]

frondeo, -uī (-itum *l. 18*, -iturus *l. 19*), -ēre [*cf. c.* frondescere, 1. frons. *Th.*]. GRAMM. suppl. 14, 18 frons, -dis (*ex quo nascitur verbum*) -eo -es. PRISC. gramm. II 483, 6 alia vero omnia in '-deo' desinentia per '-ui' divisas proferunt praeteritum, ut...'-eo -ui'... quorum supina mutatione '-eo' in '-i-' et assumptione '-tum' debent fieri, ut...'-itum'.... LVXOR. anth. praef. p. XXVIII (= CARM. poet. min. IV 441, 547, 11) nec -itura pinus, nec floritura ficus. GLOSS. comat: -et (IV 495, 12 comat: ornat -iat). *legitur apud* CATONEM ACC. VARRONEM LVCR. VERG. HOR. OV. COLVM. PLIN. nat. *et poetas posterioris aetatis. deest* PLAVTO TER. CIC. CATVLLO TIB. PROP. LIV. TAC. SEN. *aliis.*

1 *i. q. frondem habere, virere*: **a** *de arboribus, herbis sim.* (*accedunt adverbia l. 39. 42. 46. 48*): CATO agr. 33 ubi vinea -ere coeperit, pampinato (COLVM. 5, 10, 10 [= arb. 21, 2] cum -ere coeperint arbores. VARRO rust. 1, 30 quae superiore tempore fieri oportuerit [*sc. in seminariis*] et non sunt absoluta, antequam gemmas agant ac florescere incipiant, fieri, quod, si, quae folia ⟨a⟩mittere [*Victor.*, mittere *codd.*] solent, ante -ere inceperunt, statim ad serendum idonea non sunt [PLIN. nat. 17, 254 -ere incipiunt ficus. *cf.* 17, 256]). LVCR. 5, 214 cum iam per terras -ent atque omnia florent. 6, 972 (*de oleastro*) qua nil est homini quod ⟨a⟩marius -eat esca (*Lachm.*, fronde ac exstet *vel* exscet *codd.*). VERG. ecl. 3, 57 nunc -ent silvae (*cf.* OV. am. 2, 6, 49 colle sub Elysio nigra nemus ilice -et. AVSON. 157, 42 lucum nostro viridis qui -et in agro). georg. 2, 15 nemorum ...Iovi quae maxima -et aesculus. COLVM. 3, 2, 23 frequentibus materiis -ent *preciae* (*cf. p. 1345, 13*). 4, 10, 2 omnibus mensibus dum -ent semina *taleae.* 5, 9, 10 laetius ...-et *truncus.* 5, 10, 12 melius atque celerius -bit *nux.* SER. SAMM. 333 si -et passa (*A, i. passis ramis*, parva *B*) *sabucus.* PALLAD. 3, 24, 14 -ere prope semper possunt *colocasii bulbi.* 4, 9, 17 *serpillum* laetius -bit, si iuxta piscinam vel lacum ... conseratur. VVLG. Sirach 39, 19 (*trop.*) date odorem et -ete in gratiam (*om. graec.*). CLAVD. 1, 219 crinalis harundo...vivida -et aequaevum complexa caput *Tiberini.* AVG. doctr. christ. 2, 16, 24 *olei* arborem...-ere perenniter. *per incuriam pro* florere *positum*: PORPH. Hor. epod. 16, 44 'et imputata [fronde] floret usque vinea' bene 'usque', quasi 'semper'. aut numquid pro 'valde' positum, quasi 'valde -et' ac per hoc 'fertilis est'? **b** *de locis arbustis consitis ideoque viridantibus*: ACC. trag. 243 ubi sanctus Cithaeron -et viridantibus fetis. HOR. epist. 1, 16, 11 dicas adductum propius -ere Tarentum. LVCAN. 10, 305 Meroe ...quamvis arbore multa -eat, aestatem nulla sibi mitigat umbra. CLAVD. rapt. Pros. 1, 161 *Aetnae* pars cetera -et arboribus. MART. CAP. 2, 119 vertex Aonidum virens corollis cui (*sc. Philologiae*) -et. *de flumine speculi instar vinearum imaginem reiciente*: AVSON. Mos. 190 -ere videntur fluminei latices.

2 *i. q. frondem emittere* (*cf.* frondescere): **a** *de arboribus, herbis sim., item de rebus ligneis subito frondem agentibus*: COLVM. 11, 2, 19 populos et salices et fraxinos, priusquam -eant, plantasque ulmorum nunc ponere utile est. PLIN. nat. 17, 205 mergus absciditur repetiturque altius in terram, ne ex reciso -eat. PALLAD. 3, 24, 1 cotidie, donec -ea⟨n⟩t *particulae rubi virgae,* fossione et rigatione nutriri. VVLG. Ezech. 17, 24 -ere feci lignum aridum. Hebr. 9, 4 virga Aaron, quae -erat (*ἡ βλαστήσασα*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 73 steriles mediis -ere penatibus ornos *videt in somnis.* SERV. Aen. 3, 46 Romulus captato augurio hastam de Aventino monte in Palatinum iecit: quae fixa -uit et arborem fecit. HIL. in Matth. 26, 2 cuius *ficus* cum ramus tener fuerit atque -erit, tum prope esse aestas intelligitur. GREG. TVR. Franc. 9, 17 cum iam vel arbores vel vineae -issent, nix decidua cuncta operuit. **b** *de hominibus in arborum formas mutatis*: OV. met. 8, 714 -ere Philemona Baucis, Baucida conspexit senior -ere Philemon. **c** *de locis arboribus consitis*: AMBR. hex. 3, 11, 47 vertices repente montium -erunt.

part. praes. pro adi. **frondēns,** -entis (*nonnullis in exemplis vis verbalis praevalet, quae tamen huc referre malui*). GLOSS. *ἀνθῶν. φυλλώδης.* -entibus *χλοεροῖς, φυλλώδεσιν. abl.* -i *metro probatur*: TRAG. inc. 221 (*v. infra p. 1345, 25*) VERG. Aen. 7, 135 PRIAP. 68, 26 COLVM. 10, 73 CALP. ecl. 2, 29 STAT. Theb. 4, 217. 8, 79. -e: VERG. Aen. 7, 67 OV. met. 8, 756 CYPR. GALL. gen. 67. *traditur* -i *etiam*: VERG. Aen. 5, 129 (*cf.* SERV. auct. *ad l.* -i pro -e, dativum pro ablativo). OPT. PORF. carm. 27, 1. -e: HIER. epist. 9, 3. *gen. plur. in* -ium *traditur* VVLG. Ier. 17, 2, *in* -um *nusquam.*

i. q. frondem habens, viridis; accedit nonnullis locis prope ad significationem q. e. fronde abundans (velut p. 1345, 6. 10. 19.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infra l. 20. 31. 37. cf. frondeus, frondosus). **1** *de arboribus, herbis sim.*: VERG. georg. 2, 119 bacas semper -is acanthi (SERV. *ad l.* arbor in Aegypto, semper -s, ut oliva, laurus. *item* BREV. EXPOS. *ad l.* ISID. orig. 17, 9, 20). georg. 3, 300 -ia capris arbuta sufficere. Aen. 3, 25 ramis tegerem ut -bus aras (7, 67 examen *apium* subitum ramo -e *lauri* pependit. *cf.* 7, 135 -i tempora ramo implicat. PRIAP. 68, 26 CYPR. GALL. gen. 67 IVL. VAL. 2, 25 HIER. epist. 9, 3. *cf.* AVIEN. Arat. 1180 -ia late bracchia lucorum). Aen. 5, 129 viridem Aeneas -i ex ilice metam constituit. OV. met. 8, 295 semper -is (florentis *NS*) olivae (STAT. Theb. 3, 217 -i crinitur cassis oliva. DRAC. Romul. 8, 254 ramos -is olivae. *cf.* 8, 756 iam tanget *quercus* -e cacumine terram. OPT. PORF. carm. 27, 1 praecelsae quercus -i in vertice). COLVM. 3, 1, 5 *vitem* multa ... materia -em (*cf. p. 1344, 37*). 3, 8, 4 compluribus locis urbis iam casiam -em conspicimus. 9, 9, 7 -is arbusculae. 10, 111 teneris -s lactucula (*R*, -ens [-es *A*] et lactula *SA*) fibris. CALP. ecl. 2, 29 -i circumdat tempora taeda. PLIN. nat. 17, 170 in riguis vel -s vitis *seritur*. CYPR. GALL. gen. 1219 viridi -em palmite vitem. exod. 573 -es inter palmas. SOL. 17, 1 gaudent -bus arbustorum *Arimphaei*. VVLG. Ier. 17, 2 lignorum ... -ium (*cf. p. 1347, 24*) in montibus excelsis. CLAVD. 14, 19 -s hedera stringitur aesculus (*cf. p. 1347, 18*). INSCR. christ. Rossi II p. 247, 10 *de foliis, ut videtur, ficulneae*: umbrosis prope stabat ficulnea ramis -es defus& ////s, quas ... Adam *eqs.* (*fortasse* diffusa comas. *cf. vol. V p. 1112, 78*). *additur vocabulo significationis ambiguae, ut intellegatur de arborum fronde agi*: TRAG. inc. 221 (VARRO ling. 7, 24) infulatas hostias non lana, sed velatas -i[s] coma[s] (*cf.* frondicomus). **2** *de rebus, quae ipsae constant arborum ramis vel truncis*: VERG. georg. 4, 24 *apes examinantes* obvia ... hospitiis teneat -bus arbos. Aen. 4, 399 -isque ferunt remos (*i. quibus frondes nondum erant destrictae, item* VAL. FL. 8, 287 intorquent truncis -⟨ent⟩ibus undam). STAT. silv. 5, 3, 36 -ia vatum praemia. CLAVD. 24, 325 rudibus fagis texuntur et ornis -es caveae *i. naves*. **3** *de rebus ramis ornatis*: OV. met. 4, 7 -es ... thyrsos. VAL. FL. 3, 456 -bus intulit aris ... dapes. CLAVD. carm. min. 29, 28 festa -ia myrto limina cinguntur. **4** *de locis arboribus herbisve consitis*: **a** *i. q. virens arboribus, arbustis*: STAT. Theb. 8, 79 -enti iungere Pelion Ossae (*cf. p. 1347, 30*). 9, 639 in mediis -em Maenalon astris. silv. 1, 3, 6 Nemeae -is alumnus (*cf. p. 1347, 34*). SIL. 12, 159 -ia laeto palmite ... Nysaea cacumina Gauri. CLAVD. 5, 37 -is ... Dalmatiae. *incertum, huc an ad* b *pertineat*: CLAVD. 28, 194 -bus umida ripis colla levant *Amnes*. *audacius*: SIL. 12, 354 virgulta tegitur valle et -bus umbris. **b** *i. q. virens gramine*: LVCAN. 6, 83 -em ... campum. VAL. FL. 5, 61 vivo -s e (*Heins.*, frondes et *codd.*) caespite tellus aggeritur. **5** *de metallis i. q. frondis instar nascens*: VERG. Aen. 6, 208 (*de ramo aureo*) talis erat species auri -is opaca ilice. SOL. 24, 6 ultra frutices aureos et metalla -ia.

frondēsco, -ere [*cf. c.* frondere, 1. frons. *Th.*]. GLOSS. -it φυλλάζει. virescit. *de orthographia*: frund- GLOSS. V 203, 12. -isc-: ENNOD. carm. 2, 15, 9 (*B*, -esc- *rell.*). NOT. Tir. 104, 87 (*K*, -esc- *rell.*). **1** *i. q. frondem emittere, virescere*: **a** *de arboribus, herbis sim., item de rebus ligneis subito frondem agentibus*: TRAG. inc. 133 (Cic. Tusc. 1, 69) arbores -ere (CIC. Tusc. 5, 37 itaque et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora..., verno tempore tepefacta -unt. ARNOB. nat. 1, 2. EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930[A] *veris* beneficio frutices arboresque -unt [πᾶσι ... φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγοῦ]. GREG. TVR. vit. patr. 10, 3 arbores aridas in rediviva viriditate [-ivam -tatem *cod. 4*] -ere). LVCR. 1, 1092 nec ... arboribus summos -ere ramos posse. VERG. Aen. 6, 144 primo *ramo* avolso ... simili -it virga metallo (*cf.* MACR. sat. 6, 6, 8 *ad l.* quam bene usus est '-it metallo'. SERV. *ad l.* honeste locutus est dicens: habet frondes sui metalli). OV. met. 15, 561 subito vidit -ere Romulus hastam (*cf. p. 1351, 44 sq.*). COLVM. 4, 24, 20 paucis -et pampinis palmes. STAT. Theb. 7, 552 excusso -et lancea ferro. MIN. FEL. 34, 11 post senium arbusta -unt (LACT. inst. 3, 17, 20 si nulla providentia est, cur ... arbusta -unt?). ITALA num. 17, 5 (Lugd.) homo quemcumque elegero, virga eius -et (ἐκβλαστήσει, VVLG. germinabit). HIL. in Matth. 26, 2 qui (*sc. ramus ficus*) cum tenerescere coeperit atque -ere, tunc proxima esse aestas ... sentietur. -ere autem quadam peccatorum exsultantium viriditate noscetur. AMBR. epist. 37, 42 semiputata *vinea* -it. CLAVD. 10, 95 nec sicco -unt vimina costo. AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 105 (*trop.*) si frutex diaboli ... cum incrementis naturalibus adolescit, -it et ... ingravescit. DRAC. laud. dei 1, 168 semper vestita comis -it oliva. 2, 224 -unt silvae. **b** *de re in arboris formam mutata*: OV. met. 4, 395 in ... hederae faciem pendens -ere vestis *coepit*. **2** *i. q. frondem habere, virere: proprie*: NEMES. ecl. 2, 87 (*trop.*) nos quoque te propter ... cantabimur urbi, si modo ... inter pinus corylum -ere fas est. ENNOD. carm. 2, 15, 9 celsa tenebroso -unt arbuta luxu. *translate i. q. abundare, luxuriare*: HIER. epist. 36, 14, 2 non quae (*sc. oratio*) verborum compositione -at (*cf.* 36, 14, 1 Quintiliani flosculis).

part. praes. pro adi. **frondēscēns,** -entis. *i. q. viridis, fronde abundans*: AVG. c. Adim. 23 (*trop.*) mulier tua sicut vinea -s (*cf.* VVLG. psalm. 127, 3 sicut vinea abundans; ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα). CASSIAN. conl. 14, 10, 2 (*trop.*) virga Aaron, id est ... Christi salutare vexillum, immortalis memoriae semper viriditate -s.

frondeus, -a, -um. *ab* **1.** frons. *de notione*: SERV. Aen. 1, 191 (*cf.* ISID. diff. 1, 223) -a pro frondosa posuit. plerumque enim dum varietati declinationis student poetae, mutant proprietatem; nam -um est totum (factum *add. Isid.*) de frondibus, ut torus, frondosus vero est lucus (locus *pars codd. et Serv. et Isid.*); licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus. *cf.* Aen. 2, 218 georg. 2, 5 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 496. **1** *i. q. frondem habens, praevalet interdum significatio q. e. fronde abundans (velut l. 18. 25 sqq.; cf.* frondens, frondosus): **a** *de arboribus et silvis*: VERG. georg. 4, 61 -a semper tecta petunt *apes* (*sc. arbores; cf.* CYPR. ad Donat. 1 viteam porticum -a tecta fecerunt. MAR. VICTOR aleth. 3, 279 -a tecta petunt *volucres*. CYPR. GALL. exod. 334 quidquid madidum suco per -a tecta reppererant *locustae*. MEROB. carm. 3, 4 CORIPP. Ioh. 2, 9. *item recte supplesse videtur Héron de Villefosse*: CARM. epigr. ed. Engström 369, 6 de fonte bovant cui [*sc. Silvano*] frond⟨ea tecta⟩. Aen. 1, 191 nemora inter -a (SERV. *ad l. v. p. 1345, 84*). STAT. Theb. 7, 799 iam -a nutant culmina. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 -as porticus viridesque parietes (*sc. paradisi*). SEDVL. carm. pasch. 1, 131 (*de rubo ardente*) -a blanditae lambebant robora flammae. 4, 46 -a ficus (*cf.* op. pasch. 4, 5 ficus ... frondium velamentis umbrosa. *spectat ad Matth. 21, 19*). EVG. TOLET. carm. 33, 10 silva. **b** *de rebus e ramis frondentibus factis*: OV. fast. 3, 528 sunt quibus e ramis -a facta casa est (PAVL. FEST. p. 377, 6 umbrae vocabantur Neptunalibus casae -ae pro tabernaculis). HIL. in psalm. 14, 3 p. 86, 3 tabernaculum .. per Moysen -um (*cf. ibid.* p. 85, 12 tabernacula ... ex frondibus texta). **c** *de locis arboribus consitis*: STAT. Theb. 2, 500 *colles* incurvis claudunt iuga -a silvis (AVSON. 298, 10 iuga -a subsunt *Burdigalae*). 9, 643 Parnasi -a ... colla (*v. p. 1345, 36*). **d** *de re in arboribus nascente*: CLAVD. 1, 180 Seres -a lanigerae carpentes vellera silvae (*v. p. 1351, 40*). **2** *i. q. de fronde, foliis constans*: PLIN. nat. 16, 11 Romulus -ā (*sc. corona*) coronavit Hostum Hostilium ... P. Decium ... -ā donavit exercitus ab eo servatus. ENNOD. carm. 1, 6, 38 -a serta. CASSIOD. in psalm. 130 praef. iumentis suis -a pabula ramorum desecationibus subministrat *agricola*. **3** *ex arbore ortus, ligneus*: MART. 14, 22, 1 lentiscum melius (*dentiscalpio*): sed si tibi -a cuspis defuerit, dentes pinna levare potest. **4** *neutr. plur. subst. (cf. p. 1348, 59) i. q. serta, corona*: SISEBVT. anth. 483, 9 quibus indicas, ut crinem -a Phoebi succingant, hederaeve (*B*, hederave *rell.*) comas angustius umbrent (*agnoscere abl. fem. e more poetarum inferiorum correpta ultima positum, substantivi ad exemplum vocis q. e. laurea formati, non convenit cum carminis ratione metrica ceteroqui satis diligenti*).

frondico, -āre *ab* 1. frons. EVTYCH. gramm. V 462, 8 in co ... desinentia: ... communico, -o. *sensu dubio, fortasse i. q. frondem emittere, frondescere; cf.* fruticare, radicare.

*?***frondicola,** -ae *v. l. 51. si recte traditum est, ab* 1. frons *et* colere.

*?***frondicomāns** *v. l. 52.*

frondicomus, -a, -um. *ab* 1. frons *et* coma; *cf. c. gr.* φυλλόκομος (*cf. Norden ad Aen. 6, 141*). *i. q. frondem habens, fronde abundans: de arboribus*: SYMPH. 196 (*de serra*) -am subolem (*sic codd. praeter* -colas suboles *cod. Salm.*) morsu depascor acuto. CARM. epigr. 1327, 6 (*Cirtae*) -a ('*potest* frondicoma⟨ns⟩' *Bücheler*) ... pinus. *de locis arboribus consitis*: PRVD. cath. 3, 102 per amoena vireta ... -is habitare locis.

frondifer, -a, -um. *ab* 1. frons *et* ferre. fru(n)d- *v. l. 58.* ***i. q. frondem habens, fronde abundans:*** **a** *de arboribus*: LVCR. 1, 18 -as ... domos avium. 1, 256 silvas. 2, 359 nemus (SEN. Oed. 276 nemora). **b** *de locis arboribus consitis*: NAEV. trag. 22 -os locos (frudi- *Nonii L*[1], frondifluos *cod. Pal.*). ITALA Ezech. 17, 5 (Weing.) campum -um ([εἰς τὸ πεδίον φυτόν; *aliter* VVLG.]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 11 p. 978 campo -o; *at* p. 983 campum frondosum). SIDON. carm. 9, 48 -ae cacumen Alpis.

frondifluus, -a, -um. *ab* 1. frons *et* fluere. *i. q. efficiens, ut frondes fluant, cadant, de eo anni tempore, quo folia decidunt de arboribus*: BOETH. cons. 1 carm. 5, 14 tu -ae frigore brumae stringis lucem breviore mora. *v. etiam l. 59.*

frondisonus, -a, -um. *ab* **1.** frons *et* sonare. *i. q. fronde sonans, strepitum edens*: EVG. TOLET. carm. 34, 1 -as ... ulmos.

frondo, -āre *v.* frondatur.

frondōsitās, -ātis *f. ab* frondosus. *graecam vocem* ἐπιφυλλίς *latine sic transtulit* HIER. in Soph. 3, 1 sqq. p. 721 quod exposuimus iuxta Hebraicum (Soph. 3, 7): 'verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas', pro quo in Septuaginta scribitur: 'praeparare, consurge diluculo, dissipata est omnis -s eorum'.

frondōsus, -a, -um, *ab* 1. frons. *de formis*: fronduos-: HIER. psalt. sec. Hebr. 118, 27 *codd.* (frondos- *edd.*). AVG. bapt. c. Don. (*Rev. Bénéd. 1912 p. 158, 47; v. p. 1347, 48 sqq.*) *codd. PC* (frondos- *cod. F*). *gen. sing.* -ai: ENN. ann. 191 (*p. 1347, 3*). *comp.* -ior: SIL. 13, 596. *de notione*: PAVL. FEST. p. 67 dumosa -a. *de differentia, quae est inter* frondeus *et* -us: SERV. Aen. 1, 191 (ISID. diff. 1, 223). 2, 218. georg. 2, 5 *v. l. 5.* GLOSS. -a ramosa. NOT. Tir. 104, 86. *legitur inde ab* ENNIO *apud* VARRONEM CATVLL. VERG. OV. LIV. COLVM. TAC. *al., non habent* PLAVT. TER. CATO LVCR. HOR. TIB. PROP. *al.* [*val.* frunzos, *it. hisp.* frondoso. *M.-L.*]

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *siderum*: *α i. q. pars capitis*: GERM. 175 Taurus cornua -e gerens. 178 -e micant Hyades. MANIL. 1, 265 *Taurum* summisso vultu Geminos et -e vocantem. VITR. 9, 4, 4 laevo pede calcans mediam -em Scorpionis *Ophiuchus*. OV. fast. 6, 197 Hyadas, Taurinae cornua -is. 6, 712 tertia lux veniet, qua tu, Dodoni Thyone, stabis Agenorei -e videnda bovis. PLIN. nat. 2, 110 in -e *Tauri* Suculas. FIRM. math. 6, 31, 88 si Luna ... fuerit inventa ... in -e Scorpionis ... caecos efficiet. 8, 4, 2 VIII et IX et X *partes* in -e *Tauri*. 8, 4, 8 Scorpii partes ... tres sequentes in -e. AVIEN. Arat. 423 saetosam pecoris (*sc. Tauri*) perquirere -em esto memor (*cf.* 430 hau tibi signis perquirenda aliis pecoris *Tauri* -s aequore surget). 433 mediam creber pecori -em asperat ignis. SERV. georg. 1, 138 Hyades signum est in -e Tauri. *β i. q. pars anterior*: CIC. Arat. 93 quadruplicis stellas in -e *Delphini* locatas. MANIL. 1, 303 nec paribus positae sunt -bus *Arcti* (*cf. Arat. 28sq.* κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν. MANIL. 1, 451 aversas -bus Arctos. 1, 502 Arctos et Orion adversis -bus ibant). 5, 595 versa⟨m⟩ ... a gurgite -em erigit *Medusa*. COLVM. 11, 2, 78 septimo Kal. Nov. Nepae -s exoritur. *Lunae*: STAT. Theb. 1, 576 bis quinos plena cum -e (luce *Gronov.*) resumeret orbes Cynthia. *γ i. q. species externa, obtutu comprehensibilis*: MANIL. 4, 309 penitus ... deus (*fere i. q. astri vel mundi vis divina*), non -e notandus. 4, 908 nec sola -e deorum (*i. siderum*) contentus.

c *de partibus montium, scopulorum, terrarum, urbium sim.*: *α pars spectantibus, ut videtur, adversa*: CAES. Gall. 2, 8, 3 *collis* ex utraque parte lateris deiectus habebat et in -em (*sic* α, frontem β, in fronte ς, *prob. Meusel*) leniter fastigatus paulatim ad planitiem redibat. SALL. hist. frg. 3, 6 (*palimps. Aur.*) tumulum late⟨ribus⟩ ... et tergo editis, ...-e (*lectio incertissima, potius* monte) ... angusto ('frons *i. e. pars Romanis in litore proficiscentibus adversa*' *Mrbr.*). VERG. Aen. 1, 166 -e sub adversa (*sc. sinum intrantibus*) ... antrum *erat*. TAC. Germ. 42 ea (*sc. Marcomani, Varisti, Quadi*) Germaniae velut -s est, quatenus Danuvio peragitur (*sc. adversus Italiam?*). *β i. q. pars orae aut urbis apertum mare spectans (cf. Klotz, Quaest. Plin. geogr. p. 107), pars anterior qua prorumpunt montes vel terrae (v. l. 69. 70. 72. 76sqq. al.); item finis terrae adversus aliam terram*: OV. met. 4, 527 -em ... in apertum porrigit aequor *scopulus*. MELA 1, 9 *Asia* ingenti ac perpetua -e versa ad orientem (1, 10 post se ingenti -e ad Hellesponticum fretum extendit). 1, 14 Arabia angusta -e sequentia litora attingit. 1, 16 *ora Europae* se in altum magnis -bus evehit. 1, 19 Hispania in occidentem ... diversis -bus vergit (*cf.* 1, 89 *Teos et Clazomenae* diversis -bus diversa maria prospectant. 2, 16 *Thracia* a Pontici lateris -e usque in Illyrios penitus immissa. 2, 85 *Pyrenaeus* in terras -e conversus Hispaniam irrumpit. 2, 87 *Lusitania* oceano ... obiecta est, sed latere ad septentriones, -e ad occasum. 3, 23 ad septentriones -s litorum respicit (*cf.* PLIN. nat. 6, 53 ad orientem conversa litorum -e). PLIN. nat. 2, 242 promunturium Artabrum, quo longissime -s procurrat Hispaniae (*i. pars occidentalis. cf.* 4, 113 illo finitur Hispaniae latus, et a circuitu eius incipit -s. 4, 115 promunturium Sacrum e media prope Hispaniae -e prosilit). 3, 89 a qua (*RE²*, quo *rell.*) -e Siciliae flumen Hyrminum. 3, 95 a Locris Italiae -s incipit (*inde* MART. CAP. 6, 649).

4, 49 cuius (*Sigei*) in -e obliqua Cynossema. *ibid.* in extrema Cherronesi -e. 6, 29 tota montium -e gentes Silvorum fera⟨e⟩. 6, 41 Armeniae Maiori a -is parte, quae vergit in Commagenen, Cephenia ... copulatur. *ibid.* reliqua ... -e, qua (quae *A*) tendit ad Caspium mare, Atrapatene. 6, 199 circumagente se terrarum -e in occasum. SIL. 12, 37 -em *Neapolis* clauserat aequor. 14, 76 qua diversi lateris -s tertia terrae (*Siciliae*) vergit in Italiam. SOL. 38, 10 mons Taurus ... occidenti obversus -e profusa. AVIEN. orb. terr. 684 qua -s tenta salo Patareidis eminet arcis. ora 705 pro -e *Massiliae* litus praeiacet. AMM. 27, 4, 12 prima ex -e ... Thracia speciali nomine appellatur. OROS. hist. 1, 2, 13 Asia ad mediam -em orientis habet ... ostia Gangis. RVT. NAM. 1, 568 conum pyramidis coeuntia flumina ducunt: intratur modico -s patefacta solo. *γ de montibus animantium formas imitantibus*: CVLEX 16 Parnasia rupes ... patula praepandit cornua -e. SIL. 1, 205 -em *Atlantis montis* ... pinea silva premit. AVIEN. orb. terr. (*ex Dionys. orb. descr. 90. 153 Κριοῦ ... μέτωπον*) 135 cautes *arietis similis* ... minax petit obvia -e (230 tenta late premit aequora -e *cautes similis arietis ori*. PRISC. periheg. 92 *v. p. 1360, 22*). 364 trina loco -s est (*sc. Aegypto; cf. Dionys. v. 242 πλευρά*). *δ i. q. latus montis*: PLIN. nat. 12, 26 in -e Caucasi solibus opposita. ITIN. Eucher. p. 127, 6 ab ea -e montis Sion, quae orientalem plagam spectat. *ε de regionibus caeli*: MART. CAP. 7, 734 quattuor ... -es ... caeli ... esse non dubium est.

interpretationis haud satis certae (*ad α?*): PLIN. nat. 3, 148 mons Claudius, cuius in -e Scordisci, in tergo Taurisci.

d *fundorum, praediorum sim., item formarum mathematicarum*: VITR. 3, 3, 7 -s loci, quae in aede constituta fuerit, ... dividatur in partes XI S. 5, 1, 8 hemicyclii in -e est intervallum pedes XLVI. PLIN. nat. 17, 202 intervallum iustum arborum ... quadrageni pedes in terga -emque. QVINT. inst. 1, 10, 43 si *pedes* quini deni per latera, quini in -e sint. PROC. dig. 41, 1, 56 praef. insula est enata in flumine contra -em agri mei. *ibid.* processit contra -es et superioris vicini et inferioris. *al.* *interpretationis incertae*: MART. CAP. 2, 105 solidorum -es (*fortasse i. q. latera plana solidorum*) incunctanter absolvit *numerus tertius*.

e *arborum*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 374 -bus (*SAB¹*, frondibus *F'WDB²*) aequis astant *cupressus* (*v. adn. Birtii*). 3, 393 arsuras adversa -e cupressus faucibus (*sc. Aetnae*) iniecit *Ceres*.

B *a sensibus sevocatarum*: **1** *i. q. species, habitus*: SEN. Oed. 7 fallax bonum (*sc. regnum*), quantum malorum -e quam blanda tegis. benef. 5, 20, 2 multa beneficia tristem -em et asperam habent. dial. 12, 5, 6 inania ... intra nihil habentia -i suae simile. STAT. silv. 1, 3, 92 virtus ... serena -e gravis. PS. QVINT. decl. 17, 7 reliqua supplicia ... rationis -e protegitis. 17, 13 hoc cum -em confessionis accipit. TERT. monog. 12 omnem communis disciplinae formam sua -e (*fere i. q. planam et perspicuam*) proponi. ZACCH. 2, 16 ad primam relationis tuae -em. CLAVD. 22, 131 nec te iucunda -e fefellit luxuries. AVG. epist. 126, 2 quae -s esset existimationis. **2** *i. q. pars principalis (v. infra l. 50. 52), anterior* (*v. infra l. 51. 56*): PANEG. 4 (9), 10, 3 opus ... in ipsa civitatis -e positum. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 3 p. 167 quoniam audacia (*vox*) duplicem -em habet (*sc. ancipitis est significationis*). SYMM. epist. 5, 19 (18) semper te in priore affectionum mearum -e constituo. CLAVD. 18, 422 a -e recedant imperii *eunuchi*. BOETH. syll. categ. introd. p. 792ᴬ descriptio ... eas, quae converso ordine subiectum cum negatione proponunt contraria -e constituat (*cf.* diff. top. 3 p. 1200 quia contraria primis sibimet -bus opponuntur).

3 *fere i. q. pars capitis, sed trop.*: MART. CAP. 4, 327 licet ... Stoica circumeant ludantque sophismata sensus perdita neque unquam cornua -e ferant (*cf. vol. IV p. 966, 11sqq.*). ENNOD. epist. 2, 13, 1 p. 53, 4 si ... pura elocutionum -e congredimur: diademata simplex colloquii cultus abiurat. 2, 17, 1 p. 58, 24 simplicitas infucata -e secretum mentis enuntiat. 4, 34, 3 p. 122, 5 facessat a nostro ... -s picta proposito.

4 *i. q. initium*: ENNOD. epist. 8, 15, 2 p. 210, 18 quae mihi in prima notitiae -e collata sunt (VIRG. gramm. epist. 3 p. 135, 17 in primis ... dictionum -bus). PROSP. carm. de ingrat. 123 -e placent, quae fine latent.

abl. **fronte** *vi adverbii usurpatur*: **1** *pro loci adverbio. i. q.* ἔμπροσθεν, ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν: LVCR. 4, 298 rectam si -e figuram servet *persona cretea*. SALL. hist. frg. 2, 29 prima *insidia*, quae -e (*Masv.*, fonte forte *F*, forte *cett.*) venientes exciperet. TAC. ann. 15, 38 dum in tergum respectant, lateribus aut -e circumveniebantur. **2** *i. q. specie*: TER. MAVR. 63 -e exile negotium ... putas.

***iuncturae*: a fronte:** *vi adverbii loci i. q.* ἔμπροσθεν, ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν (*opp.* a tergo, a lateribus, post *sim.*): **1** *in re militari*: CIC. Phil. 3, 32 a tergo, -e, lateribus tenebitur *Antonius*, si in Galliam venerit. CAES. Gall. 2, 23, 4. 2, 25, 1 civ. 1, 25, 9. 1, 41, 4 LIV. 4, 33, 10. 6, 33, 12. 10, 36, 14 *al.* CVRT. 3, 8, 27. 3, 11, 6. 4, 15, 21. 7, 7, 33. 7, 9, 3 TAC. hist. 5, 18 PANEG. 9 (12), 16, 3. 12 (2), 38, 3 *trop.* VOPISC. Aurelian. 18, 3 VEG. mil. 3, 6. 8. 14. 22. 4, 2 AMM. 24, 1, 2 ZACCH. 1, 18. IVST. 1, 6, 11 a -bus. **2** *in geographicis*: PLIN. nat. 4, 3 a -e iunguntur Medi. SIL. 15, 227 TAC. Germ. 34 hist. 4, 12 AMM. 23, 6, 13.

3 *de animantibus*: IVV. 6, 503 Andromachen a -e videbis, post minor est. PALLAD. 4, 12, 2 a -e accedens *bubulcus* admulceat boves.

4 *aedificiorum sim.*: PLIN. epist. 2, 17, 5 a lateribus, a -e quasi tria

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maria prospectat *triclinium*. 5,6,28 ITALA exod. 37,5 (Monac.) RVFIN. Orig. in gen. 2, 5 p. 172A MART. CAP. 1,75. 2,144 ALC. AVIT. carm. 4, 544. *loco praepositionis* ante *ponitur, cum genetivo coniungitur*: LVCR. 6, 1024 a -e est anelli rarior aer (*opp.* post: 6, 1026).

in fronte: *vice adverbii*: **1** *i. q.* ἔμπροσθεν: VELL. 2, 109, 3 cum Germaniam ad laevam et in -e ... haberet *Maroboduus*. TAC. ann. 14, 34 nihil hostium nisi in -e. **2** *pro praepositione* ante, coram *positum* (*accedit genetivus*): VVLG. Ezech. 40, 18 pavimentum in -e portarum. OPTAT. 1, 21 p. 24, 5 in -e seducti populi. *saepissime occurrit formula* in fronte *in sepulcralibus titulis, prope accedens ad significationem latitudinis: opp.* in agrum: HOR. sat. 1, 8, 12 mille pedes in -e, trecentos cippus in agrum hic dabat (*cf.* PORPH. *ad l.* solet ... privatis monimentis inscribi, quot pedes in -e, quot in agris habeant). PETRON. 71, 6 ut sint in -e pedes centum, in agrum pedes ducenti. *leguntur etiam formulae*: in -e ... in agro, in -em ... in agrum, in agro l(ongum) ... in -e l(atum), *plerumque vero abbreviationes adhibentur. exempla v. vol. I p. 1302, 27 sqq. quibus addas*: CORP. I² 1225. 1226. 1231. 1236. 1237. 1248. 1258. 1261. 1262. 1264. 1275. 1277. 1292. 1294. 1298. 1299. 1301. 1308. 1314. 1315. 1316. 1318. 1319. 1321. 1323. 1324. 1329. 1330. 1331. 1333. 1343. 1348. 1350. 1351. 1355. 1356. 1360. 1361. 1371. 1372. 1374. 1376. 1380. 1387. 1392. 1394. 1395. 1397. 1399. 1402. 1403. 1409. 1411. 1414. 1415. 1420. 1421. 1425. 1546. 1637. 1704. 1705. 1706. 1741. 1811. 1867. 1870. 1884. 1887. 1913. 2109. 2123. 2135. 2138. 2168. 2210. VI 2888. 13074. 13226. 20718. 28044. 34701. 35736. 36508. 37157. X 4936. 6115. XI 932. 1530 (*cf.* add. p. 1264). XII 1477. XIV 4011. *cf.* XIV 3733 in longitudine -is sepulchri. *al.*

prima fronte *adverbii vice* (*cf.* prima facie *p. 55, 13*): **1** *de hominibus: i. q. prima specie*: OV. ars 3, 553 nec prima -e rapaces este. FLAVIAN. Leo M. epist. 22b, 2 isti prima -e videntur esse de numero nostro. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 7, 13 CASSIAN. conl. 9, 6, 3 CASSIOD. hist. 3, 7 p. 952 var. 7, 8. **2** *de rebus: i. q. prima specie*: QVINT. inst. 7, 1, 56 dura prima -e quaestio. PS. QVINT. decl. 8, 1. 15, 1 CELS. dig. 22, 3, 12 TER. MAVR. 384 TREB. trig. tyr. 4, 2 HIER. in Is. 59, 5/6 p. 705 adv. Pelag. 1, 14 epist. 46, 5, 1 PHOEBAD. c. Arrian. 3 MACR. somn. 1, 1, 1 BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 464, 16 FACVND. defens. 11, 7 p. 818A. *accedit genetivus*: PS. AVG. serm. 87, 1 sicut ... granum sinapis prima -e speciei sui est parvum. *i. q. initio*: VEG. mulom. 1, 56, 1 obscuras difficilesque curas prima -e ('*i. prima parte libri*' *Lommatzsch p. VIII. cf. p. 1363, 10 sqq.*) digessimus. HIER. epist. 18A, 6, 3 prima statim -e. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 471, 4 CASSIOD. art. 7 p. 1218D inst. div. 15 p. 1130D. *i. q. statim*: ENNOD. epist. 5, 26 p. 146, 9 opusc. 2, 82 p. 313, 3 COD. Iust. 4, 34, 11, 2 (*a. 529*).

a prima -e: *i. q. initio*: CASSIAN. c. Nest. 1, 6, 2 a prima statim -e.

in prima -e: *i. q. initio*: CASSIOD. inst. div. 28 p. 1141C quos in prima -e profunditas lectionis exterruit.

frontālis, -e *ab* 2. frons. NOT. Tir. 78, 50 -is. [*val.* fruntar, *it.* frontale, *francog.* frontal, *hisp.* frontal. *M.-L.*] *vi substantivi, sed sensu incerto, adhibetur de anteriore, ut videtur, aedificii parte*: CORP. III 7960 proporticum et culinam et -em ex suo fecerunt. *neutr. plur. subst.* **-ia,** -ium: *i. q. frontis equorum et elephantorum ornamentum, ἄμπυξ, ἀμπυκτήρ* (*cf.* GLOSS. κεφαλόδεσμος -e, capitale. προμετωπίδιον -e. *Daremberg-Saglio III 541*): LIV. 37, 40, 4 *elephantis* addebant speciem -ia (fronte alia *B*) et cristae et tergo impositae turres. PLIN. nat. 37, 194 *cochlides* tantae magnitudinis factas, ut equis regum in oriente -ia ac pro phaleris pensilia facerent. *item ad neutr. plur. potius quam ad masc. aut fem. refertur dat. plur.* -bus *de anteriore machinae parte*: AMM. 23, 4, 12 conseruntur eius (*machinae, quae helepolis vocatur*) -bus trisulcae cuspides.

frontātī, -ōrum *m. sc. lapides* [*ab* 2. frons. *Th.*] *i. q. lapides in muris sive parietibus binis frontibus medio relicto spatio extructis (ratione scilicet, quae ἔμπλεκτον vocatur) utramque frontem conectentes, gr.* διάτονοι (*cf. Puchstein, PW. V 2525*): VITR. 2, 8, 7 Graeci ... e suis -is perpetuam et unam crassitudinem parietum consolidant. *ibid.* interponunt singulos crassitudine perpetua utraque parte -os, quos διατόνους appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatem.

frontesia. GLOSS. Plac. V 22, 22 -ia ostenta (= 70, 14, *ubi* fortensa *codd. libri gloss.*). [*a Tuscis tractum esse suspicatur Bücheler, Rhein. Mus. 39 (1884) 408 sqq., collata inscriptione bilingui Corp. I² 2127, ubi vocabula etrusca* netśvis trutnvt frontac *vertuntur* '*haruspex, fulguriator*'. *Th.*]

? [GLOSS. IV 182, 24 tempora vicina **frontiaria** loca (*Vat. 3321*, vicina fronti et auribus loca *ac, recte, ut videtur*).]

[πτερύσσεται **frontinet** GLOSS. II 425, 34 (fritinnit *vel sim. proposuit W. Heraeus, Sprache d. Petron. u. d. Gl. p. 14 adn. 4 conferens* NON. p. 7 fritinnire est sussilire cum sono).]

frontispicium, -ī *n. ab* 2. frons *et* specere. **1** *mensae speciosae quaedam pars, quae graece vocatur* κυμάτιον (*quod in fronte conspicitur?*): PS. RVFIN. Ios. antiq. 12, 2 p. 334, 10 ed. Bas. a. 1524 coronam *mensae* ... in palmam (palmum *scrib.*) conferunt, -ia vero versatilia sculpturam habentia *eqs.* (*cf. Ios. antiq. 12, 64* τὴν ... στεφάνην παλαιστιαίαν εἰργάσαντο, τὰ δὲ κυμάτια στρεπτά. *cf. Wendland ap. Kautsch, Die Apokryph. u. Pseudepigr. d. Alt. Test. II p. 10 adn. d*). *ibid.* p. 334, 12 triangulis ... existentibus -is. *ibid.* p. 334, 27 -orum vel coronae positio (*Ios. antiq. 12, 69* τὴν τῶν ἄλλων κυμάτων θέσιν καὶ τὴν τῆς στεφάνης). **2** *frons aedificii*: PS. PROSP. prom. 3, 38, 44 titulus aeneis grandioribusque litteris in -o templi conscriptus. **3** *locus circumspectus* (*cf. p. 1362, 61 sqq.*): MARCELL. chron. II p. 101, 518, 3 ingens huius -um civitatis in editiori loco constructa ... turris Herculea ... suspicitur Nisibin ... ad orientem, Amidam huius ad aquilonem respiciens.

fronto, -ōnis *m.* [*ab* 2. frons. *Th.*]. GLOSS. μετωπίας. *frontis formatione insolita notabilis*: CIC. nat. deor. 1, 80 ecquos deos ... -es? ARNOB. nat. 3, 14 esse ... quosdam *deos* ... -es. *cf. Onomast.*

frontōsus, -a, -um *ab* 2. frons. -uosus: GLOSS. V 296, 42. 323, 44. *comp.: l. 21. 23. 30. i. q. audax, superbus, impudens* (*cf.* GLOSS. ἄχρωμος. audax. IV 147, 26 procax: audax vel -us aut importunus. V 323, 44 procax: superbus audax frontuosus): AVG. c. Parm. 2, 15, 33 irruerent ... isti -i. in psalm. 68 serm. 1, 12 sit in te irreverentia (*ad* psalm. 68, 8 propter te sustinui exprobrationem, operuit irreverentia faciem meam), -us esto, quando audis opprobrium de Christo; prorsus esto -us. 103 serm. 3, 9 vis nos ita esse -os? 140, 8 illa impudica (*Magdalena*), quondam -a ad fornicationem, -ior ad salutem (*cf.* PS. AVG. serm. 258, 3 quae prius -a fuerat ad perditionem, postea -ior facta est ad salutem, *sc. meretrix*). c. Iul. op. imperf. 2, 208 calumniose, -e, verbose (*vocat.*). EVG. TOLET. carm. app. 16, 5 *homo boni zeli* arguat et reprobos -a voce superbos (*ad* reprobos ... superbos, *non ad* arguat *ref. vid.* -a voce). *nota iocum in significatione*: AVG. civ. 7, 4 p. 280, 2 D. *Ianum* nunc ... bifrontem, nunc etiam quadrifrontem ... facientes. an forte voluerunt, ut, quoniam plurimi dii ... erubescenda perpetrando amiserant frontem, quanto iste innocentior esset, tanto -ior appareret? *cf. Onomast.* (*nota* CASSIOD. var. 5, 34, 1 Frontosum sui nominis testem).

frontuōsus *v.* frontosus. *Robbert.*

frūcta, -ae *v. sub* fructus *p. 1374, 44.* **fructēsco** *v.* frut-

fructētum *v.* frutectum. **fructico** *v.* frutico.

frūcticulus, -ī *m. demin. a* fructus. *non legitur nisi* SERM. Caspari Anecd. p. 220, 9 decimas vestras ante omnia ex omnibus -is vestris ad ecclesiam clericis et pauperibus exhibete.

✖frūctifer, -a, -um. *a* fructus *et* ferre. *nom.* fructiferus *male datur tantum* GLOSS. II 341, 6. *de etymologia et flexu tritissima*: GRAMM. suppl. 100, 13. 101, 5. GLOSS. καρποφόρος, κατάκαρπος. -us, -a. *legitur primum apud* SEN. (epist. 98, 2), *deinde apud* PLIN. nat. (*bis*) PAVL. sent. (5, 20, 3) TERT. (adv. Val. 16 p. 196, 1) PS. APVL. (Ascl. 27) VVLG. (*8ies*), *unde saepe apud* ECCL. [*in codd. dett. pro* frugifer *legitur*: LIV. 28, 3, 3 COLVM. 4, 21, 3. 11, 2, 46 PALLAD. 3, 29, 3 (*ubi* fructif- *cod. antiquiss.*).]

id quod fructum fert: **I** *proprie* (*accedit* in *c. abl.* EXPOS. mundi 31 *v. p. 1367, 9*): **A** *de rebus:* **1** *de arboribus sim.* (*arbustis v. l. 83*): PLIN. nat. 12, 112 *balsami arbor* intra tertium annum -a. 13, 40 -arum *palmarum* aliis brevius lignum in pomo, aliis longius. PAVL. sent. 5, 20, 3 si ... seges vel vina vel olivae vel -ae arbores concrementur (*syn.* frugifer). EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 879C arborum -arum vel infructiferarum (*gr.* καρπίμων τε καὶ ἀκάρπων). ISID. diff. 1, 44 arbor ... sine fructu, arbos vero -a (*syn.* fructuosus, *opp.* infructuosus). PAPYR. Marini 89 vineis, olivetis, arboribus pomiferis, -is et infructiferis (93). *cf.* AVG. in Iob 1, 30 p. 574, 5 stirpes ... sunt non iam ipsi fructus, sed unde surgunt partes -ae vel arborum vel herbarum; si tamen -um genus est, quia et non -i generis stirpes dicuntur. *tropice*: PS. AMBR. serm. 32, 3 -ae arbores ecclesiae dei. HERM. Pal. sim. 2, 3 vitis haec -a est, ulmus autem sterile lignum est (AMBR. hex. 3, 12, 52 RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 90, 2 p. 67, 15). AMBR. hex. 3, 13, 55 plerique secundum domesticam et -am ficum agrestem ficulneam feruntur inserere (*syn.* fecundus, ferax. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 918A *syn.* fecundus. *gr.* καρποφόρῳ συκῇ). ITALA gen. 1, 11 (Ambr. hex. 1, 4, 13 Aug. gen. ad litt. 2, 12 p. 50, 17. 3, 18 p. 83, 13) lignum -um (κάρπιμον, VVLG. pomiferum). exod. 10, 5 (Monac.) comedent omne lignum -um (*an* -um, ⟨fructum⟩*?*) dans vobis super terram (ξύλον τὸ φυόμενον ὑμῖν ἐπὶ τῆς γῆς, VVLG. ligna, quae germinant in agris). deut. 20, 20 (Lugd.: καρπόβρωτον, VVLG. ligna ... pomifera). Ier. 17, 8 (Hier. in Ier. 3, 73, 1 Aug. c. Faust. 13, 8) lignum ... -um super aquas (*Aug.*: eritque lignum -um secus aquam; εὐθηνοῦν, VVLG. *nude* lignum). Ier. 31, 12 (Hier. in Ier. 6, 17, 1. 7) erit quasi lignum -um (*om.* VVLG.). LACT. epit. 22 (27), 2 -i ligni. VVLG. IV reg. 3, 19 universum lignum -um succidetis (3, 25 *plur., item* psalm. 148, 9 MAR. VICTORIN. verb. script. 4 PS. HIL. libell. 5 [*syn.* fecundus]. AMBR. hex. 1, 4, 12 parad. 1, 3 AVG. civ. 13, 21 p. 585, 16 D. p. 586, 11. DIFF. ed. Beck p. 39, 99 arbor dicitur omne lignum, arbusta tantum -a. *al.*). *et saepius apud* ECCL. VVLG psalm. 51, 10 oliva -a (Ier. 11, 16 uberem, pulchram, -am. *inde* HIER. in Ier. 2, 108, 3. 109, 2 AVG. in psalm. 51, 16. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916C [*gr.* κατάκαρπος, *syn.* fertilis, fructuosus]. *al.*). PAVL. NOL. carm. 21, 311 *puer* -um attollit pinus ut alta caput. epist. 26, 1 -um pii germinis ramum. AVG. grat. Christ. 18, 19 p. 140, 14 radicem -am atque fecundam. VICT. VIT. 1, 3 nec arbustis -is omnino parcebant. SCHOL. Hor. carm. 3, 1, 30 dum de -o (*an* -a*?*) loqueretur. CORP. III 8686 Soli deo

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sex. Cornel(ius) . . . stellam et -er. ex vis(o) lib(ens) pos(uit) (*'fortasse arbor -a intellegenda'. Hirschfeld*). **2** *de terra sim.*: VVLG. IV reg. 18, 32 donec veniam . . . in terram -am (psalm. 106, 34 RVFIN. Orig. in gen. 1, 2 AVG. serm. ed. Mai 158, 5 CHRON. Alex. chron. I p. 94, 22 OP. imperf. in Matth. 7 p. 675 [*trop.*]. *cf.* ISID. diff. 1, 552 tellus -a). AVG. quaest. hept. 5, 56 p. 418, 5 'ex monte Pharan' id est ex monte -o (ORIG. in I reg. 5 p. 1000[A] *bis*. *cf.* VEREC. in cant. 9, 19 Ephrem -r nuncupatur. apostolicus ergo . . . populus est, qui fidei germine -r factus). EXPOS. mundi 31 p. 111 civitates gloriosae et -ae in frumento, vino et oleo et omnibus bonis (*cf.* 48 p. 117 regio frugifera frumento). **3** *de variis rebus*: VVLG. act. 14, 16 dans pluvias et tempora -a. AVG. quaest. hept. 2, 89 p. 152, 9 naturae usquequaque -ae. *hic addam*: TERT. adv. Val. 16 p. 196, 1 contemplatur eum -umque suggestum (*gr.* IREN. 1, 4, 5 *σὺν ὅλῃ τῇ καρποφορίᾳ αὐτοῦ*. *cf. sub* fructificatio *l. 66 sq.*).

B *de animalibus*: PS. APVL. Ascl. 27 *Iuppiter Plutonius* nutritor est animantium mortalium et -arum. OP. imperf. in Matth. 54 p. 943 agni . . . non sunt omnino -i propter aetatem; fructum enim adhuc non habent lactis et lanae (*opp.* infructuosus). *ibid.* caprae . . . -ae sunt.

II *translate, de variis rebus incorporeis, spectat ad commodum, utilitatem rerum* (*i. q. commodus, utilis*): SEN. epist. 98, 2 omnia, quae fortuna intuetur, ita -a ac iucunda fiunt, si *eqs.* (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 118, 1 p. 355, 8 deus . . . beneficium suum gratum vult esse et -um). CASSIOD. inst. div. 32 p. 1147[C] linguae vestrae non caduco, sed -o nimis instruantur eloquio. MAXIM. eleg. 5, 122 o vere nostrum (faustum *Bährens*, pretium *vulgo*) -umque bonum!

syn.: fecundus (AMBR. hex. 3, 13, 55 AVG. grat. Christ. 18, 19 p. 140, 14 EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 918[A]), ferax (AMBR. hex. 3, 13, 55), fertilis (EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[C]), fructuosus (EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[C] ISID. diff. 1, 44), frugifer (PAVL. sent. 5, 20, 3).

opp.: caducus (*v. l. 25*), infructifer (PAPYR. Marini 89. 93 EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 879[C]), infructuosus (OP. imperf. in Matth. 54 p. 943 ISID. diff. 1, 44), sterilis (HERM. Pal. sim. 2, 3).

comp.: infructifer.

frūctiferātio *v.* fructificatio *l. 59*.

frūctifero, -āre. *cf. c.* fructifer. GLOSS. -at, germinat (IV 597, 8). [*dubia: pars codd. habet* -are CALP. ecl. 4, 91 TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 14; *quos locos v. sub* frutico.]

i. q. fructum ferre: ITALA Col. 1, 6 (cod. g, *cf. p. 1368, 68 sq.*) *verbum veritatis euangelii*, quod pervenit ad vos, . . . est fructificans vel -ans et crescens (*καρποφορούμενον*, VVLG. fructificat et crescit). CLEM. ad Cor. 20 terra -ans secundum voluntatem illius (*cf. Wölfflin, Arch. 9 [1896] 86; qui opinatur* -ans *mendose scriptum esse pro* fructifera).

fructiferus *v. sub* fructifer *p. 1366, 38 sq.*

frūctificātio, -ōnis *f. a* fructificare. *usurpatur maxime singulariter; pluraliter v. l. 51. 53.*

i. q. actio fructificandi, fructus ferendi (*modo gen. addito, modo omisso*): **1** *proprie, de arboribus sim., terra, semine sim.* (*de Aeonibus v. l. 54. 56*): TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 557, 20 -es (-em *M*) arbuscularum signum aestivo tempori praestant antecedendo illud. p. 557, 25 si conflictationes signa sunt regni, sicut -es aestatis. IREN. 1, 4, 4 volo . . . aliquid et ego conferre -i eorum (*sc. Aeonum*. 1, 11, 1 spiritum . . . sanctum a veritate dicit emissum, in examinationem et -em Aeonum [*cf. etiam sub* fructificare *p. 1369, 42*]). 4, 4, 1 *sarmenta* iam non sunt utilia ad -em (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[A] [*trop.*] singulos . . . nostrum . . . sarmenta nuncupavit provocans nos ad -em [*edd.*, fructiferationem *codd. apud Mignium*] copiosam [*εἰς πολυκαρπίαν*]). RVFIN. Orig. in Ios. 21, 2 Ephrem . . . interpretatur -o (AVG. in psalm. 59, 9 *ubi sequitur* cecidit . . . in terram Christus in passione et secuta est -o in resurrectione. ORIG. in I reg. 5 p. 1000[A]). IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 116 (*de coniugum commixtione*) seminum . . . -e defensa. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911[B] tellus arida sterilisque repente parturiens et ad fetum -is impulsa (*πρὸς καρπογονίαν*). *hic addi liceat* IREN. 1, 4, 5 *Achamoth* cum vidisset eum (*Soterem*) cum universa -e sua (*fere i. q. fertilitas*; *σὺν ὅλῃ τῇ καρποφορίᾳ*. *cf. etiam sub* fructifer *l. 13 sq.*). *nota fere i. q. fructus*: IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 5, 21 ut doceremus naturam quoque atque coniugia de -is suae qualitate censenda (*antec.* ex fructibus . . . suis arbor dignoscitur).

2 *translate et metonymice*: AVG. catech. rud. 14, 21 gaudeamus . . . nobis occasionem dari, ubi motus animi nostri sine -e (*i. q. fructus, utilitas*) non transeat. virg. 45, 46 (*de fructu centeno, sexageno, triceno* [*cf.* Luc. 8, 8], *in quibus sunt vita virginalis, vidualis, coniugalis*) nihilne putamus -is accedere virginibus dei, cum hoc faciunt (*i. omnia sua vendere et dare pauperibus*)? aut sine ullo fructu esse virgines dei, etiamsi hoc non faciunt? (46, 46 tres . . . -is . . . differentias. HESYCH. in lev. 27, 1—8 p. 1163[A] tres . . . -es de bona terra Christus proposuit, per centenarium virginitatis . . ., per sexagenarium continentiae, per tricenarium casti coniugii vitam designans. *cf.* MART. BRAC. sent. patr. 5 vadens in mercatum numquam volui de pretio operis mei plus iuvari et fratrem meum gravari, hanc habens spem, quia lucrum fratris mei opus -is est). OP. imperf. in Matth. 7 p. 675 ubi non est tempestas . . . nisi forte ad . . . patientiae -em. VEREC. in cant. 2, 40 culturam et -em virtutum. MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 1 p. 361 *Paulus* adhortatur ad caritatem et -em bonorum operum (GREG. M. moral. 10, 16 *deus* subvertit terram, quia -em boni operis . . . intercidit. *cf.* 17, 35 per terram . . . ecclesiae -o designari). GREG. M. moral. 6, 20 *deus* sterilitatem perditi hominis . . . ad -em format. 18, 50 *praedicatores dei* praedicationis suae semina ad solam -em gentium transtulerunt.

syn.: fecunditas, fertilitas (AVG. virg. 45, 46). *opp.*: sterilitas (GREG. M. moral. 6, 20).

frūctifico, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* fructus *et c.* facere. *Th.*]. *de notione*: GLOSS. *καρποφορῶ*. *de usu: exceptis locis infra (l. 16 sqq.) notatis vox legitur inde a* TERT. *apud* ECCL., *saepe transitive, saepius intransitive. deponentialiter, nisi illa forma librarii errore tradita est, semel invenitur (v. p. 1369, 20), passive v. p. 1369, 37. 40. 41. 67. pars codd. habet* -are: COLVM. 2, 10, 28. 2, 11, 2. 11, 2, 60 PLIN. nat. 12, 113. 13, 29. 19, 122. 166. 21, 60. CALP. ecl. 4, 91 (-at *vel* fructiferat *trad.*. iam fruticat *Schenkl*), TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 14 adv. Val. 7 p. 185, 20 PALLAD. 5, 1, 3. 9, 2 AMBR. Noe 19, 68 SVLP. SEV. epist. 3, 18 CASSIAN. conl. 5, 10, 3 inst. 4, 43. 7, 2. 23; *quos locos omnes v. sub* frutico. *ibidem invenies* TERT. resurr. 22 p. 56, 6 pudic. 16 p. 254, 4, *quibus locis* fructific- *ed. pr.*, frutic- *Pamelius praebet; sub hoc autem verbo enotavi* TERT. adv. Hermog. 22 p. 150, 11. 29 p. 157, 16 (frutic- *Pamelius*). resurr. 42 p. 88, 1 (frutic- *Iunius*).

I *intransitive, i. q. fructum facere, germinare*: **A** *proprie, de semine, arboribus, terra sim.* (*de foliis et de vinea i. q. germinare, fruticare v. l. 45 sq.; accedit* ex *v. l. 28. 35. p. 1369, 6. 39*): COLVM. 2, 9, 6 *triticum* ubi ex uno semine pluribus culmis -vit (*S^1R pars*, fructiuicauit A^1, fructicauit *R pars, inde* fruticavit *edd. ante Lundström*), etiam ex rara segete densam facit. ITALA Matth. 13, 23 (cod. *δ*) *semen* -at (*καρποφορεῖ*, VVLG. fructum affert. Marc. 4, 5 [cod. e] *semina* -erunt cito [*ἐξανέτειλεν*, VVLG. exortum est]. Luc. 8, 6 [cod. e] cum -asset, aruit [*φυέν*, VVLG. natum]. 8, 8 [cod. e] -vit et fecit fructum centuplum [*φυέν*, VVLG. ortum]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 2, 4 ex ea *gleba*. AVG. epist. 161, 1 seminum . . . primitus putrescentium, postea -antium. AMBROSIAST. in Rom. 9, 30. *tropice*: FVLG. RVSP. epist. 17, 31, 67 p. 493[B] semen divini sermonis. PASS. Paul. 3 semen aeternae vitae . . . centuplicata satione [segete *v. l.*] -et. *cf.* ITALA Marc. 4, 27 [cod. e] seminatio -at [*βλαστᾷ*, VVLG. germinet]). AMBR. hex. 3, 6, 26 (*de ligno fructifero*) quemadmodum vel generandi vel -andi in reliquum usus adolesceret (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909[C] *terra* creandi -andique sibi perhibens . . . facultatem [*γεννᾶν καὶ καρποφορεῖν*]. FVLG. RVSP. serm. 1, 4 p. 722[C] [*arbores sumus; deus agricola*] ipse -andi gratiam ministrat). VVLG. Ezech. 17, 6 facta est . . . vinea et -vit in palmites. Sirach 14, 18 folium -ans in arbore viridi (IREN. 4, 4, 2 folia, quae -are non possunt). HIER. tract. in psalm. 103 p. 163, 4 arbores . . . folia proferre, flores mittere, -are (VITAE patr. 5, 7, 36 arbor. *cf.* VITA Caes. Arel. 1, 4 arbusculae quaedam . . . -are nonnumquam solent antequam crescere). hom. Orig. in Ezech. 5 p. 931 V. *ligna* (p. 932). AVG. div. daem. 6, 10 -uram vitem. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 3 virere atque -are horti . . . holera. OP. imperf. in Matth. 49 p. 920 ficus . . . usque ad hiemem -are non cessat. ALC. AVIT. hom. 27 p. 149, 14 rura -ent. GREG. TVR. vita patr. 6, 3 germen . . . coeperat -are (*cf. p. 1369, 37*).

B *translate et metonymice*: **1** *de rebus, maxime incorporeis* (*de nube v. l. 78, de ferro p. 1369, 1*): TERT. resurr. 42 p. 88, 1 non tantum ossa durare verum et dentes perennare, quae ut semina retinentur -uri (*sic codd. Montep. et Patern.*, fructicaturi *cod. Flor. VI 10*, fruticaturi *cum Iunio Kroymann*) corporis in resurrectione. 52 p. 108, 9 (*comparatur caro cum grano frumenti*) eandem *carnem* -uram, quae sit seminata. IREN. 1, 8, 5 *vita* cum ipso (*deo*) est . . . et per ipsum -at. 4, 4, 1 de medio ablata est, quae . . . -erat bene (*gr. neutr. plur.*). VVLG. Sirach 11, 24 in bora veloci processus illius -at. IV Esdr. 3, 33 labor -vit (PAVL. NOL. epist. 50, 14. AVG. c. Cresc. 4, 59, 70 labores apostolorum per universum mundum -antes et crescentes. VEN. FORT. carm. 4, 11, 7. INSCR. christ. Rossi II p. 294, 4, 7 *cf. etiam p. 1369, 72*). Col. 1, 6 *verbum dei* et -at et crescit sicut in vobis (*item de verbo dei*: ITALA Col. 1, 6 [Hesych. Aug. epist. 198, 6 cod. g] in omni mundo est -ans [vel fructiferans *add.* cod. g] et crescens. AMBR. hex. 3, 10, 45 in terris. AVG. gen. c. Manich. 2, 20, 30 in homine. c. Cresc. 3, 64, 71 in ceteras *gentes* euangelium crescendo -are. 4, 58, 70 praedicatur, quod in toto mundo -et et crescat. epist. 149, 9 *praedicatio dei* -at toto orbe terrarum. serm. ed. Mai 101, 1 -at et crescit in universo mundo). AVG. civ. 18, 52 p. 339, 27 D. ecclesiam per totum mundum -antem et crescentem (*item dicitur de ecclesia et adiungitur* crescere: fid. invis. 3, 8 c. Cresc. 2, 38, 48. 3, 72, 84 epist. 36, 4. 108, 2 c. Gaud. 1, 20, 22. *cf.* c. Cresc. 4, 54, 64 in ceteras gentes se -ando diffudit *ecclesia*. un. eccl. 11, 29 *cf. etiam p. 1369, 40. 59*). AVG. epist. 199, 45 in nube magna -ante et crescente. AVELL. p. 333, 6 in vobis . . . gratia -et (*cf.* PASS. Thom. p. 138, 3 benedictio mea super vos -et). p. 525, 19 fidei vestrae firmitas vobis de aliorum salute -et (*cf.* VEN. FORT. carm. 6, 2, 6 -ante fide). ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 24 -at locus martyrum, quo floruit cultus idolorum (*cf.* VEN. FORT. carm. app. 34, 8 operum -ante loco). ENNOD. dict. 1, 8 p. 425, 11 (*de bracchiis vinearum putan-*

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dis) luxuriam infecundam ferro -ante compescens (*cf. infra l. 69*). CASSIOD. in psalm. 12 praef. voluntas germinat et operatio sancta -at. VEN. FORT. vita Albin. 9, 25 quibus ex studiis caelestes in eo -vere virtutes (vita Marcell. 5, 16 cuius occultae diutius velut vitis palmites coeperunt -are). ORIG. in Matth. 17, 31 *verbum novae legis* accipit illam (*animam*) sibi uxorem et ex ea -at. **2** *de hominibus* (*spectat maxime ad bona opera*): ITALA Ioh. 15, 16 (Lucif. Athan. 2, 27) posui vos, ut eatis et -etis ([*καρπὸν φέρητε*, VVLG. fructum afferatis]. VVLG. Sirach 39, 17 quasi rosa . . . -ate. IV Esdr. 11, 42 destruxisti habitationes eorum qui -bant. Marc. 4, 20 qui super terram bonam seminati sunt, . . . verbum . . . suscipiunt et -ant, unum triginta *eqs.* IREN. 4, 4, 1 apportatis ab ea [*Hierosolyma*] his, qui -are possunt. HIER. psalt. sec. Hebr. 92, 15 -bunt in senectute: pingues et frondentes erunt [VVLG. multiplicabuntur]. RVFIN. Orig. in Rom. 1, 13 in Christo . . . sunt quidam palmites fructuosi, velut in vite vera -antes. AVG. conf. 13, 25, 38 *fratres* tali fruge -erunt. VITAE patr. 5, 7, 36 monachus . . . potest -are. GREG. M. moral. 31, 7 -antibus aliis ipsi nequaquam semina verbi recipiunt. ORIG. in Matth. 16, 17 -antes fideles). VVLG. Rom. 7, 4 ut -emus d e o (ITALA Rom. 7, 4 (Hesych. in lev. 16, 3—4 p. 988^{C}] ut -emur deo [*καρποφορήσομεν cf. adn. p. 1368, 14 sq.*]. HIER. in Gal. 2, 19 p. 414 V. adv. Iovin. 1, 37. VEREC. in cant. 6, 29 [*ibid.* deferunt diabolo fructum]. 9, 19 EPIST. pontif. 375 [*a. 430*] Migne 50, 489^{B}. *cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 41 domino. AVG. op. imperf. 2, 40 diabolo). VVLG. Rom. 7, 5 ut -rent morti (HIER. adv. Iovin. 1, 37). Col. 1, 10 in omni bono opere -antes (VEREC. in cant. 2, 18 bonis operibus. GREG. M. moral. 10, 15 in bono opere fixae spei ubertate. *cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 1, 11 in fide dei). AVG. serm. ed. Mai 44, 1 floruit . . . dominus, cum resurrexisset, -at, cum ascendit in caelum (*cf.* ARATOR act. 1, 367 colligat ista manus te [*i. Christo*] -ante maniplos). MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 3 testamentum illud, secundum quod nemo in illo -at.

II *transitive, i. q. proferre, edere*: **A** *proprie*: **1** *eduntur herbae sim.*: ITALA gen. 1, 11 (Tert. adv. Hermog. 22 p. 150, 11. 29 p. 157, 16) -et . . . terra herbam foeni (fruticet *cum Pamelio Kroymann; βλαστησάτω*, VVLG. germinet [*syn.* producere]. *cf.* VVLG. Marc. 4, 28 ultro . . . terra -at primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica). FVLG. myth. 2, 5 p. 44, 23 H. in -andis . . . germinibus dupla aeri quam igni materia suppetit (*cf. l. 55. p. 1368, 53 sq.*). **2** *eduntur animantia sim.*: IREN. 1, 11, 1 ex hac . . . quaternatione -ari Logon et Zoen, Anthropon et Ecclesiam (*cf.* 4, 4, 1 ex ipsa *Hierosolyma* . . . secundum carnem Christus -atus est et apostoli). *huc spectat*: IREN. 1, 11, 1 per quem (*spiritum sanctum*) Aeones -rent folia (*gr. τὰ φυτά*!) veritatis (*cf. etiam p. 1367, 54*).

B *translate et metonymice*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 25 aspice . . ., qualia sermo (*sc. dei*) -verit. castit. 10 spiritalia -emus. IREN. 1, 1, 1 -bis ea, quae . . . a nobis dicta sunt (*cf.* AMBROSIAST. in Gal. 5, 22 lex . . . haec, quae supra memoravi, -at. SEDVL. carm. pasch. 3, 10 Christus, . . . ferax qui vitis erat . . . omnia -ans [*cf. l. 70*]. op. pasch. 2, 17 p. 222, 12 pietas . . . illa [*Iesu*] . . . sibi conferri pronuntiat, quicquid suis famulis ipsa -at. IVNIL. praef. curarum . . . spinae, ne quid agro dominico -emus, impediunt. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 7 pauca). 1, 1, 3 mysteria, quae ipsi -ant. 1, 18, 1 qui maxima mendacia . . . -erit. AMBR. hex. 3, 12, 49 laetitiam . . . -es (*syn.* generare). VVLG. Sirach 24, 23 ego quasi vitis -vi suavitatem odoris. RVFIN. Orig. in gen. 1, 4 ita debemus et -are fructum et semina habere in nobis . . ., . . . bonorum operum . . . semina (Greg. Naz. orat. 8, 20, 3 p. 260, 20 *fructum* perpetuum, quem -vit primo in Christo. *cf. l. 33 sqq*.). AMBROSIAST. in Rom. 10, 8 inserta sunt velut semina, quae . . . -ant testimonium creatoris. AVG. in psalm. 1, 3 tunc *Christus* . . . -vit ecclesias (ecclesia *pars codd.; syn.* constituere). HESYCH. in lev. 2, 50—55 p. 1136^{C} *annus iubilaeus* omnia habens, quae nobis -ent remissionem. ARNOB. in psalm. 20 *deus* eos -at in resurrectionis fructu, quos seminatos accepit in obitu. ANNIAN. Chrysost. hom. 5, 5 fenerare, unde possis non mortem -are, sed vitam. RVSTIC. c. aceph. p. 1214^{C} nullam namque de bonitate eius in vita futura -at utilitatem.

nota: fere i. q. fecundum, fructuosum reddere: FVLG. myth. 1, 21 p. 32, 10 *Medusa* fuerat locuples regnoque colendo -andoque ampliaverat (*cf.* ENNOD. dict. 8, 10 p. 488, 22 novellum caespitem fotu, quo cuncta -are soles, attolle. *huc fortasse etiam spectat* 1, 8 *v. supra l. 1 et* SEDVL. carm. pasch. 3, 10 *v. l. 48*). PAVL. NOL. epist. 10, 3 p. 60, 1 repetas ab eo culturae tuae fructum, cum illi, qui sata irrigantium nutrit et colentium labores -at (-are facit *v. l., fort. recte; cf. p. 1368, 65*), id . . . obtuleris. ORIENT. carm. app. 3, 128 (*explanatio nominum domini*) unde aratrum (*sc. nominatur deus*)? subigat quod pectora -etque.

syn.: constituere (AVG. in psalm. 1, 3), deferre fructum (VEREC. in cant. 6, 29), generare (AMBR. hex. 3, 12, 49; *aliter* 3, 6, 26), producere (ITALA gen. 1, 11 [Tert. adv. Hermog. 22 p. 150, 11. 29 p. 157, 16]). *iuxta posita*: crescere (*v. p. 1368, 65. 67 sqq.*). *opp.*: florere (*v. p. 1368, 83. 1369, 27*), flores mittere *et* folia proferre (HIL. in psalm. 103 p. 163, 4), seminare (TERT. resurr. 52 p. 108, 9 ARNOB. in psalm. 20).

frūctīvus, -a, -um. *i. q. fructifer*: AVELL. p. 128, 13 nec in dominicae vitis -am valet redire propaginem, quod igni deputatum constat aeterno.

[**frūctōria:** GLOSS. IV 519, 62 -a, transitoria *v. sub* functoria.]

✖**frūctuārius**, -a, -um [*a* fructus. *Th.*]. GLOSS. -a praecha (*an* porca? *cf. l. 12*), quae fructus attulit. *legitur primum apud* CAEL. Cic. epist. 8, 9, 4; *deinde apud* VARRONEM (*semel*) COLVM. (*11ies*) PLIN. nat. (*semel*) SOL. (*ter*) PALLAD. (*semel*) AMM. (*bis*), *persaepe apud* ICTOS, *ubi maxime pro substantivo usurpatur* (*nota: locis, qui de* -o servo [*v. infra l. 35 sqq.*] *agunt, exceptis omnes locos respexi*). [*dubium*: COLVM. 4, 24, 17 *materiam vitis* vel in bracchium vel in -um (fructum *SA*) remittamus, *ubi* in fructum submittamus *legendum opinatur Schneider.*]

1 *i. q. fructum ferens*: *de bestiis*: VARRO rust. 2, 4, 17 (*de scrofa*) parere dicunt oportere porcos, quot mammas habeat; si minus pariat, -am idoneam non esse; si plures pariat, esse portentum. *de plantis earumque partibus*: COLVM. 3, 18, 4 ea pars *vitis* . . . tres gemmas . . . optinet et reliqui duo vel tres -i oculi penitus in terram deprimuntur. 4, 24, 7 sarmenta . . . novella et -a submittito (arb. 8, 1. 10, 2. *cf.* PALLAD. 3, 12, 5 decisis . . . male natis omnibus et veteribus novellos et -os serva). 4, 24, 20 ne procerioribus -iis (*sc. palmitibus*) oneretur. 5, 5, 16 -iis flagellis. 5, 6, 29 palmitum duo genera sunt: alterum . . ., quod, quia primo anno . . . frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. alterum . . ., quod, quia protinus, -um appellant (*sim.* PLIN. nat. 17, 181). 5, 9, 15 ne -ii rami . . . amputentur.

2 *i. q. ad fructum pertinens: de aedificiis*: COLVM. 1, 6, 1 modus (*aedificii*) . . . membrorumque numerus . . . dividatur in tres partes, urbanam, rusticam, -am. 1, 6, 9 pars . . . -a dividitur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, foenilia palearia-que et apothecas et horrea. *de satione, proventu, fetu* (*spectat ad rem frumentariam*): SOL. 5, 14 Ceres . . . magistra sationis -ae (fructariae *v. l.*). 21, 1 *Galliae* praepinguibus glebis accommodatae proventibus -iis (32, 15 AMM. 22, 8, 32). AMM. 23, 6, 48 *Carmania* -iis arboreisque fetibus culta.

3 *i. q. ad usum fructum pertinens*: **a** *de iis rebus vel servis, in quibus aliquis usum fructum habet*: CAEL. Cic. epist. 8, 9, 4 agros, quos -os habent civitates, vult . . . immunes esse. NERAT. dig. 45, 3, 22 servum -um ex re domini inutiliter -o stipulari (IVLIAN. dig. 2, 14, 55 [29, 2, 45, 3. 41, 1, 37, 5 VLP. dig. 7, 1, 12, 5. 7, 1, 22. 7, 1, 25 pr. 1. 4 *al.*]. 41, 1, 37, 2 [*opp.* communis, *ut etiam* 45, 3, 1, 5 PAVL. dig. 45, 3, 27. MOD. dig. 41, 1, 54, 3^{a} *servos* nostros . . . et . . . communes aut -os (*seq.* communes aut usuarii)]. POMPON. dig. 15, 1, 5 -us vel usuarius [*cf. l. 39*]. PAPIN. dig. 45, 1, 118 pr. -o servo vel alieno). VLP. dig. 7, 6, 1 pr. fundo -o (7, 6, 5, 1. PAVL. sent. 3, 6, 22 accessio ab alluvione ad -um fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet [*ubi fortasse rectius* [fundum] *uncis secludendum est et* -us *pro subst. interpretandum*]). **b** *de iis hominibus, qui usum fructum in aliqua re habent* (*cf.* fructuarius *pro subst.*): SCAEV. dig. 33, 2, 32, 7 utrumne ad heredem filii -ii an vero ad heredem Seiae testatricis pertineant *reliqua colonorum*. HERMOG. dig. 40, 9, 27, 1 sicuti non prodest, si -us pupillus manumissioni similiter (*i. citra tutoris auctoritatem*) consentiat. **c** *de stipulatione, iudicio, quae ad ius utendi fruendi spectant*: GAIVS inst. 4, 166 si adversario suo -a stipulatione caverit (4, 169 PAVL. dig. 45, 1, 4, 2). 4, 169 iudicium . . ., quod appellatur -um, quo nomine actor iudicatum solvi satis accipit.

masc. pro subst. ✖**frūctuārius**, -ī. *maxime usurpatur singulariter; raro accedit genetivus* (*cf. l. 67. p. 1371, 5. 37*):

is qui usum fructum rei vel hominis habet: ALF. dig. 33, 2, 12 *heres villam* invito -o demolire non potest (*syn.* usufructuarius, *item*: NERAT. dig. 7, 1, 61 MARCELL. dig. 33, 2, 15, 1 TRYPH. dig. 7, 1, 62, 1 VLP. dig. 7, 1, 7 pr. 7, 1, 12 pr. 7, 1, 13 pr. *et* 8. 7, 1, 17, 1. 7, 1, 64. PAVL. dig. 7, 1, 59, 1 quidquid in fundo nascitur vel quidquid inde percipitur, ad -um pertinet. 7, 1, 60, 1 sent. 3, 6, 22. 27$^{a.b.c.}$ 32. 5, 6, 8^{b}). NERAT. dig. 45, 3, 22 servum fructuarium ex re domini inutiliter -o stipulari, domino ex re -ii utiliter stipulari (*item opp.* dominus: IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2 POMPON. dig. 7, 1, 69. 9, 4, 18 VENVL. dig. 43, 24, 12. GAIVS dig. 9, 4, 30 *v. l. 72.* 39, 2, 19, 2 pr. 43, 16, 10. 45, 3, 28 pr. SCAEV. dig. 8, 6, 20 [*v. p. 1371, 25*]. PAPIN. dig. 7, 1, 57 pr. 31, 76, 2. 45, 1, 118 pr. 45, 3, 18, 3 TRYPH. dig. 7, 1, 62, 1. VLP. dig. 7, 1, 12, 5 fundi. 7, 1, 25, 5. 6. 7, 1, 27, 1. 7, 6, 5, 1. 15, 1, 13. 15, 1, 19, 2. 19, 2, 9, 1. 39, 2, 9, 5. 42, 5, 8 pr. 43, 19, 3, 5. 47, 2, 43, 12. 47, 2, 46, 1. 47, 10, 15, 37. 48. 48, 5, 28 [27], 3 PAVL. dig. 8, 5, 9 pr. 9, 4, 26, 6. 39, 2, 10. 43, 24, 16, 1. 45, 3, 31. 46, 3, 98, 7. 46, 4, 11 pr.). IVLIAN. dig. 2, 14, 55 si debitor sit -us. *ibid.* ⟨si⟩ creditor esset -us (*cf.* GAIVS dig. 9, 4, 30 sive domini [*cf. l. 65*] sint sive aliquid in ea re ius habeant, qualis est creditor et -us. 39, 2, 19 pr. qualis est creditor et -us et superficiarius [VLP. dig. 39, 2, 13, 8 superficiarium et -um]). IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 3 non est iniquum, ut ex universo eius peculio, sive apud -um sive apud proprietarium erit, rem consequatur (*item opp.* proprietarius: 41, 1, 37, 2. 45, 3, 1, 5 GAIVS dig. 39, 2, 20. 40, 12, 9 pr. 41, 1, 43, 2. 43, 16, 10 VLP. dig. 7, 1, 12, 4. 5. 7, 1, 13, 8. 7, 1, 17, 1. 7, 1, 22. 7, 1, 25, 2. 7, 1, 70, 1. 2. 4. 7, 9, 1, 7. 7, 9, 12. 11, 7, 2, 7. 15, 1, 13. 36, 3, 1, 17. 47, 2, 46, 1. 6. 47, 10, 15, 37 frg. Vat. 70, 2 PAVL. dig. 39, 2, 10. 39, 2, 18, 2. 39, 2, 22 pr. 46, 3, 98, 7 sent. 5, 7, 3). *ibid.* dari itaque debebit actio ei adversus dominum proprietatis, deducto eo, quod servus peculii nomine apud -um habet (*item opp.* dominus proprietatis: 41, 1, 37, 5 POMPON. dig.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

23, 3, 66. 39, 3, 2. 45, 3, 39 GAIVS dig. 39, 2, 20 TRYPH. dig. 41, 1, 63, 3. VLP. dig. 7, 1, 13 pr. sicuti debet -us uti frui, ita et proprietatis dominus securus esse debet de proprietate. 7, 1, 15, 6. 7. 7, 1, 17, 1. 7, 1, 25, 1. 6. 7, 6, 5 pr. *et* 6. 11, 7, 2, 1. 40, 4, 6. PAVL. dig. 10, 1, 4, 9 vel -um et dominum proprietatis vicini fundi [*inde* GROM. p. 278, 2. 279, 8]. 39, 2, 5, 2 *al. cf.* VENVL. dig. 7, 9, 4 si -us proprietatem assecutus fuerit, desinit . . . usus fructus ad eum pertinere. VLP. dig. 40, 1, 4, 12 qui, cum -us esset, proprietatem redemit). IVLIAN. dig. 22, 1, 25, 1 cum ad -um pertineant fructus a quolibet sati, quanto magis hoc in bonae fidei possessoribus recipiendum est . . .? (*opp.* possessor: GAIVS dig. 22, 1, 28 pr. PAPIN. dig. 39, 5, 27 VLP. dig. 7, 1, 25, 6. 7, 6, 5 pr. 15, 1, 32 pr. si plures sint -ii vel bonae fidei possessores. PAVL. dig. 7, 1, 60, 1. 7, 4, 13. 8, 5, 6. 45, 3, 31 pr.). IVLIAN. dig 41, 3, 35 ut -us poterit (potuerit *Schulting*) uti frui (*sc. servo*). POMPON. dig. 7, 1, 47 quod si heres hoc non fecisset et ob id -us frui non potuisset, heres etiam -ii eo nomine habebit actionem, quanti -ii interfuisset *eqs.* 7, 1, 65 cum -us debeat quod suo . . . facto deterius factum sit reficere, non est absolvendus. AFRIC. dig. 7, 2, 9 si duo -ii et unus fundi legatarius sit (*item opp.* legatarius: GAIVS dig. 33, 1, 8 PAPIN. dig. 33, 2, 2 VLP. dig. 10, 4, 9, 4. 33, 2, 4. 36, 3, 1, 17. *cf.* 7, 1, 13, 3 duos -os. 7, 1, 25, 6 duos -os proponas [*plur. etiam* 7, 2, 1 pr. 7, 2, 6 pr. 15, 1, 15. 15, 1, 32 pr. 43, 17, 4 frg. Vat. 75, 1 PAVL. dig. 33, 2, 36, 1]. *adde* PAVL. dig. 39, 2, 18, 2 *aedes* quas vicinas -o [-iis *Cuiacius*] habeat). VENVL. dig. 43, 24, 12 quamquam . . . colonus et -us . . . in hoc interdictum admittantur (*cf.* SCAEV. dig. 8, 6, 20 ad visitandum dominum venit vel colonus vel -us. VLP. dig. 43, 26, 6, 2 et -us . . . et inquilinus sunt in praedio et tamen non possident). GAIVS dig. 22, 1, 19 pr. ex quo perdiderit -us usum fructum. 41, 3, 36, 1 fetus pecudum ad -um pertinet (TRYPH. dig. 41, 1, 63, 3 VLP. dig. 7, 1, 9, 4. 6. 7, 1, 23, 1 *al. v. etiam supra l. 9. p. 1370, 60*). FLORENT. dig. 7, 1, 42 pr. id percipiet -us, quod usuario supererit (*opp.* usuarius: VLP. dig. 7, 1, 13, 3. 9, 2, 11, 10. PAVL. sent. 3, 6, 25 si alteri usus, alteri fructus legatus sit, -us in usu concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest). VLP. dig. 7, 1, 12, 4 ex re -ii (7, 1, 21 *al. v. etiam p. 1370, 63*). *ibid.* nomine -ii. 15, 4, 1, 8 iussu -ii. 40, 2, 2 minor . . . annis viginti. PAVL. dig. 7, 1, 48 pr. absente -o. 46, 3, 63 si debitor sit servi -us. *nota*: CORP. VI 10275 (*collegia funeraticia*) ab ostio introitus partem dexteriorem porticum subsolarium aediclam et ollaria -orum, *ubi de collegio funeraticio negotiatorum frumentariorum dictum videtur.*

syn.: usufructuarius (*v. p. 1370, 57 sqq.*). *opp.*: dominus (*v. p. 1370, 63 sqq.*), dominus proprietatis (*v. p. 1370, 83 sqq.*), legatarius (*v. l. 19*), possessor (*v. l. 10 sqq.*), proprietarius (*v. p. 1370, 77 sqq.*), usuarius (*v. l. 31 sqq.*).

fem. pro subst. **frūctuāria,** -ae. *ea quae usum fructum habet*: SCAEV. dig. 7, 1, 58 pr. defuncta -a mense Decembri iam omnibus fructibus . . . mense Octobri per colonos sublatis quaesitum est, utrum pensio heredi -ae solvi deberet, quamvis -a ante kalendas Martias . . . decesserit, an dividi debeat inter heredem -ae et rem publicam. *ibid.* -ae . . . heredem . . . integram pensionem percepturam. TRYPH. dig. 23, 3, 78 pr. -ae morte finitus usus fructus.

frūctum, -i *v. sub* fructus *p. 1374, 45 sq.*

frūctuo(r), -āre [*a* fructus, *cf.* fructuosus. *Th.*]. *i. q. fructificare, edere, proferre, parĕre*: DIDASC. apost. 1, 4 qui aeternum regnum -antur et per fidem regni eius virtutem acceperunt. 32, 4 ex eo, quod a⟨v⟩are accipiunt et prout deberent, -are sibi aut dare episcopo ad susceptionem peregrinorum . . . ad . . . usuras commodant.

frūctuōse *v. sub* fructuosus.

frūctuōsitās, -ātis *f. a* fructuosus. *i. q. fertilitas, fecunditas*: FILASTR. 132, 2 ut iam desinente scelere bonorum operum -em sequerentur (132, 6 si . . . digna bonorum operum iam eum -s sequeretur). 132, 3 ut paenitentium bona iam -s hortamento dei monstraretur hominibus.

frūctuōsus, -a, -um [*a* fructus. *Th.*]. *de notione*: GLOSS. -us, πολύκαρπος, καρπώδης. -a εὔκαρπος, fecunda, fertilis, uberta. *distinguitur a* fertilis: ISID. diff. 1, 222 fertilis ager est, -um, quod cuique compendium est. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 57, 17 (*cf. etiam p. 1372, 8*). *de usu: vox primum legitur apud* CIC. (27^ies), *saepe praeterea apud* VARRONEM COLVM. TERT. AVG. *singulis locis invenitur apud* CAES. PRIAPEA VELL. VAL. MAX. MART. QVINT. TAC., *binis* SEN. phil. PLIN. mai., *ternis* APVL., *quaternis* PLIN. min. *et apud* ICTOS. *inde* (*excepto* AVG.) *rarescit* (NOT. Tir. 66, 57), *omnino deest* VVLG. *compar.* -ior, *superl.* -issimus *inde a* CIC. *et* VARR. *haud raro leguntur.* magis -us: VARRO rust. 3, 16, 33. [*dub.*: COLVM. 4, 3, 4 *ubi codd. optt.* fructui.]

I *proprie, i. q. fructum ferens, fertilis, sive spectat ad proventum sive ad quaestum, lucrum, quae capiuntur ex rebus vel animalibus*:

II ***speciatim,*** *de eis frugibus, ex quibus panis effectus est, maxime de tritico* (*plerumque singulariter; pluraliter, ubi dicitur de tritico et de adore, v. l. 27. 28; hic fortasse etiam nonnulli loci sub I notati, ubi* triticum *antecedit vel sequitur, numerari possunt*): PLIN. nat. 18, 58 folium quaedam a radice ⟨e⟩mittunt, quaedam a cacumine, ⟨ut⟩ -um et hordeum. 18, 60 in Aegypto ... hordeum sexto a satu mense, -a septumo metuntur, in Hellade VII hordeum, in Peloponneso octavo, et -a etiamnum tardius. 18, 61 tunicae -o plures. hordeum maxime nudum et arinca, set praecipue avena. calamus altior -o quam hordeo, arista mordacior hordeo. 18, 65 (*dicitur de tritici generibus*) Sophocles ... in fabula Triptolemo -um Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum tralata sententia: et fortunatam Italiam -o serere candido. quae laus peculiaris hodieque Italico est (*antec.* triticum Italicum). *ibid.* posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse -i. 18, 93 apud Graecos est et zea traduntque eam ⟨ac⟩ tiphen, cum sint degeneres, redire ad -um, si pistae serantur. 18, 151 venti ... nocent -o et hordeo: in flore aut protinus cum defloruere vel maturescere incipientibus. 18, 152 imber in herba utilis a partu, florentibus autem -o et hordeo nocet. 18, 192 non stercorato *solo* -um potius quam hordeum serito. MART. 12, 72, 5 -um, milium ... solebas vendere pragmaticus, nunc emis agricola. 32, 12 tit. -um (*cf.* 13, 11 tit. hordeum). TAC. Germ. 23 potui humor ex hordeo aut -o. APVL. met. 6, 10 accepto -o et hordeo et milio et papavere et cicere et lente et faba. TERT. resurr. 52 p. 107, 13 numquam ... -o seminato et in terra dissoluto ordeum erupit. ITALA iud. 15, 1 (Lugd.) in diebus messis -i (πυρῶν, VVLG. triticeae messis). I Cor. 15, 37 (Tert. resurr. 52 p. 107, 18) nudum granum, si forte -i vel alicuius eiusmodi (σῖτον, VVLG. tritici). EDICT. imp. Diocl. III 1, 1 pretia ... -i, hordei *eqs.* TREB. Claud. 14, 3 annuos -i modios tria milia, hordei sex milia, laridi duo milia *eqs.* CAPITOL. Gord. 28, 2 in aceto, -o et larido atque hordeo et paleis. AMM. 26, 8, 2 est sabaia ex ordeo vel -o in liquorem conversis paupertinus potus. VEG. mil. 1, 13 p. 17, 7 pro -o hordeum cogerentur accipere. HIER. epist. 49, 14, 7 subiecimus virginitatem -um, nuptias hordeum ... nuncupantes: utique et -um et hordeum creatura dei est. 49, 14, 9 tantam nos inter virginitatem et nuptias fecisse distantiam, quanta inter -um et hordeum est. 49, 14, 13 minorem distantiam inter -um esse et hordeum. adv. Iovin. 1, 7 num idcirco -um non habebit puritatem suam, si fimo hordeum praeferatur? VVLG. deut. 8, 8 *deus introducet te in* terram -i, hordei ac vinearum. II reg. 17, 28 obtulerunt ei ... -um et hordeum. Ier. 41, 8 habemus thesauros in agro, -i et hordei (ITALA [cod. Wirc.] -um et hordeum. *πυροὶ καὶ κριθαί*). Ezech. 45, 13 sextam partem ephi de coro -i et sextam partem de coro hordei. Ioel 1, 11 ululaverunt vinitores super -o et hordeo (*antec.* triticum). RVFIN. Orig. in gen. 12, 5 *Isaac* hordeum seminavit et non -um (*seq.* triticum). COD. Theod. 12, 6, 21, 1 (*a. 386*) -i quinquagensimas, hordei quadragensimas. *ibid.* -i et hordei quadragensimas.

nota de nucleis ficorum: PLIN. nat. 15, 82 ficis mollis omnibus tactus, maturis -a intus, sucus maturescentibus lactis, percoctis mellis. 17, 256 caprificorum laudantur maxime nigrae et in petrosis, quoniam -a plurima habeant.

adiectiva selecta (*sing. et plur.*): aeneum (*v. p. 1416, 77*), aestiva (PLIN. nat. 18, 96), arida (ISID. diff. 1, 247), bonum (VARRO rust. 1, 7, 2 PLIN. nat. 18, 67 *superl.*), calidum (PLIN. nat. 18, 303), campestre (CELS. 2, 18, 9), candidum (PLIN. nat. 18, 65), capax (PLIN. nat. 18, 69), carum (CIC. Verr. 4, 192 *superl.*), collinum (CELS. 2, 18, 9), copiosum (CIC. Att. 5, 18, 2), corda (PAVL. FEST. p. 65), decumanum (*v. p. 1411, 40 sqq.*), dominica (AVG. c. Petil. 5, 25, 73), duplex (CAES. civ. 3, 53, 6 LIV. 7, 37, 2 CORP. I² 709), excellens (PLIN. nat. 18, 176), expolitiora (COLVM. 2, 20, 6), firmum (CELS. 2, 18, 11 *comp.*), fiscalia (COD. Theod. 12, 6, 16 [*a. 375*] CASSIOD. var. 2, 20, 1), flava (PAVL. FEST. p. 289), grandia (VERG. Aen. 4, 406), gratuitum (CVRT. 8, 12, 6 SVET. Nero 10, 11), honorarium (CIC. Pis. 86), hornotinum (CIC. Verr. 4, 45), importaticium (BELL. Afr. 20, 4), incorruptum (SEN. dial. 10, 19, 1), intemeratum (COD.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theod. 14, 15, 1 [*a. 364*]), integrum (Liv. 31, 33, 4 Cod. Theod. 14, 15, 1 [*a. 364*]), laeta (Colvm. 2, 2, 16 Plin. nat. 18, 69 *sing.*), larga (Colvm. 3, 8, 4), luxuriosa (Cic. orat. 81), matura (*v. p. 1417, 78 sqq.*; maturum Varro rust. 1, 32, 1), menstruum (*v. p. 1416, 17*), minutum (Fest. p. 372), multum (Caes. civ. 1, 49, 1 Varro rust. 1, 7, 2 Greg. M. epist. 5, 36 p. 319, 15 *plur.*), munda (Pallad. 1, 36, 2), mutuum (Cic. leg. agr. 2, 83), necessarium (Bell. Alex. 61, 6), novum (Cic. dom. 11 Vvlg. IV reg. 4, 42 Greg. M. epist. 1, 70 p. 90, 3 *plur.*), parvum (Fest. p. 372), paucum (Novell. Iust. 33 [*a. 535*]), peregrinum (Liv. 2, 35, 1. 43, 6, 3), perexiguum (Caes. civ. 3, 42, 5), plenum (Vvlg. Marc. 4, 28), plurima (Plin. nat. 17, 256 Pallad. hist. mon. 1, 54), ponderosum (Varro rust. 1, 52, 2 Plin. nat. 18, 54), privatum (Cic. dom. 25), publicum (*v. p. 1413, 25 sqq.*, *plur. v. p. 1420, 17*), pulchrum (Vvlg. Zach. 9, 17), purum (Varro rust. 1, 52, 2 Colvm. 2, 20, 6 *plur.*), rava (Pavl. Fest. p. 289), reliquum (*v. p. 1412, 10*), robusta (Colvm. 2, 9, 8 Plin. nat. 18, 303 *sing.*), sicca (Macr. sat. 7, 16, 29 Isid. diff. 1, 247), utilissima (Colvm. 2, 6, 1), valentissimum (Cels. 2, 18, 2. 9), vegrande (Fest. p. 372), vetera (Cod. Theod. 11, 14, 1 [*a. 364*]), vile (Cic. Verr. 4, 195 Colvm. 8, 4, 1).

accedunt ***verba*****:** **a** -um *est obiectum*: abscondere (Vvlg. prov. 11, 26), absumere (Liv. 5, 43, 4. 26, 20, 9), acceptare (Papin. dig. 34, 1, 9, 1), accipere (*v. p. 1411, 3. 1415, 41. 1416, 15*), adedere (Sisenna hist. frg. 16), admetiri (Cic. Verr. 4, 73. 192 Liv. 35, 49, 10 *al.*), adruere (Colvm. 2, 11, 8), advehere (Cato agr. 138 Cic. Verr. 4, 172 *passim*), aestimare (*v. p. 1411, 53 sqq.*), afferre (Liv. 7, 37, 11), auferre (Cic. Verr. 4, 49. 79. 97. 100 Avg. civ. 4, 8 p. 156, 6 D.), amovere (Cic. Verr. 4, 20), aperire (Vvlg. Am. 8, 5), apportare (Cic. Verr. 4, 172), celare (Cic. Verr. 4, 54), claudere (Cic. Verr. 4, 179 dom. 11), coemere (Cic. Verr. 4, 175 Liv. 2, 34, 3. 4 *al.*), cogere (Liv. 4, 12, 10 Fest. p. 202), colligere (Plin. nat. 18, 303 Amm. 16, 11, 14 *al.*), comedere (Svet. Aug. 70, 2), comparare (Caes. civ. 2, 18, 6 Liv. 2, 9, 6 *al.*), comportare (Cic. Att. 5, 18, 2 Caes. Gall. 1, 16, 4 *al.*), comprimere (Cic. Verr. 4, 179 dom. 14 Att. 15, 21, 8), condere (*v. p. 1410, 50 sqq. 1418, 44 sqq.*), conducere (Liv. 34, 6, 13), conferre (Caes. Gall. 1, 16, 4. 1, 17, 2 *al.* Liv. 5, 39, 10 *al.*), conficere (Colvm. 7, 1, 3 Plin. nat. 7, 191. 18, 303 Apvl. met. 9, 30), confundere (Alf. dig. 19, 2, 31 Vlp. dig. 6, 1, 5 pr. Apvl. met. 9, 23), congerere (Vitr. 5, 9, 8 Colvm. 1, 6, 9), congregare (Vvlg. Iudith 4, 4 Rvfin. hist. mon. 18 *al.*), conquirere (Caes. civ. 3, 42, 4. 5), conservare (Bell. Afr. 36, 2), consumere (Caes. Gall. 7, 77, 1 civ. 1, 48, 5 *al.*), consternere (Cic. div. 1, 69), conterere (Apvl. met. 7, 15), contorrere (Amm. 18, 7, 4), convehere (Caes. Gall. 7, 72, 4 civ. 1, 34, 5 *al.*), coquere (Sen. epist. 124, 11), corrumpere (Cic. Verr. 4, 31 Caes. Gall. 7, 55, 8 *al.*), custodire (Pallad. 1, 19, 2), dare (*v. p. 1411, 65 sqq. 1416, 37. 1418, 52*), datare (Plin. nat. 18, 15), debere (Cic. Verr. 3, 5. 4, 56. 189. 6, 52 Caes. Gall. 1, 17, 2 *saepius*), decidere (Colvm. 2, 20, 2), deferre (Plavt. Pseud. 190 Capitol. Alb. 12, 7 Vvlg. IV reg. 4, 42), defodere (Colvm. 1, 6, 15), delinquere (Sisenna hist. frg. 58), demetere (Caes. Gall. 4, 32, 4 Liv. 31, 2, 8. 42, 64, 2 Colvm. 2, 9, 15. 9, 14, 5), deportare (Cic. Verr. 4, 192 epist. 13, 75, 2 *al.*), deterere (Colvm. 2, 20, 5), devehere (Caes. Gall. 5, 47, 2 Liv. 25, 13, 5), diripere (Cic. div. 1, 69), dispertire (Cato or. frg. 1, 21), distribuere (Cic. Verr. 4, 163), dividere (Liv. 4, 16, 2. 23, 19, 9 *al.*), donare (Capitol. Aur. 11, 3), effundere (Cic. div. 1, 69 Vlp. dig. 9, 2, 27, 20 Vvlg. gen. 42, 35), emere (*v. p. 1411, 20 sqq. 1419, 42*), emetere (Hor. epist. 1, 6, 21), enecare (Colvm. 2, 11, 1), eradicare (Itala Matth. 13, 29 [cod. k]), eripere (Cic. Verr. 4, 115. 179), erodere (Plin. nat. 18, 152), evertere (Lampr. Alex. 21, 9), excutere (Gaivs dig. 41, 1, 7, 7 Vvlg. iud. 6, 11), exedere (Varro rust. 1, 63 Colvm. 2, 20, 6), exigere (Cic. Verr. 4, 87. 6, 52 Pis. 90 *al.*), exportare (Cic. Verr. 4, 20 Flacc. 17), extinguere (Arnob. nat. 2, 74 p. 108, 16), facere (Varro rust. 1, 7, 2 Gaivs inst. 2, 79), ferre (Cic. Verr. 4, 172 Varro frg. Macr. sat. 3, 16, 12 Lampr. Heliog. 1, 2), flagitare (Cic. dom. 14 Caes. Gall. 1, 16, 1), frangere (Manil. 5, 281 Pallad. 1, 41), fructificare (Vvlg. Marc. 4, 28), fundere (Lvcr. 1, 174), gignere (Colvm. 2, 2, 16. 6 praef. 3), habere (*v. p. 1413, 20 sqq.*), imperare (*v. p. 1411, 11 sqq.*), imponere (Cic. Att. 15, 10, 1 Liv. 29, 25, 8), importare (Caes. civ. 3, 42, 5 Hirt. Gall. 8, 34, 1. 8, 35, 3 Varro rust. 1, 16, 2 Liv. 23, 19, 7 *al.*), improbare (*v. p. 1412, 26 sqq.*), inferre (Mon. Ancyr. 3, 41 Colvm. 1, 16, 4. 2, 20, 6 *al.*), laborare (Tac. Germ. 45), laedere (Plin. nat. 18, 152), luere (Tac. Agr. 19), maturare (Plin. nat. 18, 63), mercari (Liv. 4, 52, 5), metere (Plavt. Poen. 1020 Varro rust. 1, 37, 2. 1, 50, 1 Hor. sat. 2, 3, 87 Plin. nat. 18, 60), metiri (Cic. Verr. 4, 73 Caes. Gall. 1, 16, 5 *al.*), mittere (*v. p. 1410, 68. 1419, 54*), molere (Rvfin. hist. 3, 36, 12), necare (Plin. nat. 31, 52 Pallad. 10, 3, 2), parare (Liv. 34, 9, 12 Tac. hist. 4, 58 *al.*), petere (Cic. Tusc. 3, 48 *al.*), porricere (Varro rust. 1, 29, 3 Fest. p. 238), portare (Sisenna hist. frg. 16 Cic. Verr. 4, 189. 191 Att. 14, 3, 1 *al.*), poscere (Sall. or. Cottae 6), postulare (Cic. epist. 2, 17, 7), praebere (Sall. Iug. 54, 6 Liv. 5, 43, 5 *al.*), praeparare (Bell. Alex. 51 Liv. 10, 11, 9), praestare (Liv. 30, 37, 5 Plin. nat. 18, 16 *al.*), probare (Cic. Verr. 4, 73. 171. 172. 174. 175. 180 Macer dig. 49, 16, 12, 2), prodere (Plin. nat. 18, 166), providere (Caes. Gall. 4, 29, 4. 4, 44, 3 *al.*), purgare (*v. p. 1419, 13 sqq.*), quaerere (Cic. rep. 3, 15 Vlp. dig. 39, 3, 1, 3 *al.*), rapere (Liv. 2, 34, 10. 2, 35, 1. 40, 10, 1 *al.*), recipere (Plin. paneg. 31, 3 Pavl. dig. 18, 1, 40, 3), recondere (Colvm. 2, 20, 6 Rvfin. hist. mon. 18 *al.*), reddere (Alf. dig. 19, 2, 31), refrigerare (Cato agr. 92 Vitr. 6, 6, 4 Colvm. 2, 20, 6 Pallad. 1, 19, 2. 1, 36, 2), relinquere (Cic. Verr. 4, 31. 56 Caes. Gall. 5, 47, 2 *al.*), removere (Cic. Verr. 4, 56), repolire (Colvm. 2, 20, 6), reponere (Pavl. dig. 33, 7, 18, 9 sent. 3, 6, 35), reterere (Colvm. 2, 20, 6), rogare (Liv. 36, 3, 1), runcare (Colvm. 2, 11, 1 Avg. civ. 4, 8 p. 156, 5 D.), sarculare (Pallad. 2, 9, 1), sarire (Cato agr. 37, 5 Colvm. 2, 11, 1 Plin. nat. 18, 184 Pallad. 2, 9 tit. 4, 8 tit. 4, 8, 2), secare (Varro ling. 5, 38), seminare (Avg. c. Petil. 25, 73 p. 319, 29 serm. ed. Mai 25, 1), serere (Caes. Gall. 5, 14, 2 civ. 3, 58, 3 Varro rust. 1, 29, 2. 1, 42. 1, 48, 2 *passim*), servare (Cic. Verr. 4, 189 Vitr. 6, 6, 4 Colvm. 1, 6, 15 Plin. nat. 1, 18, 72. 18, 31 *al.*), spargere (Paneg. 11 [3], 8, 4), subministrare (Vitr. 10, 5, 2), submovere (Gran. Lic. 23 p. 12, 4), subvehere (Caes. Gall. 1, 16, 3 Liv. 2, 11, 2 *al.*), succidere (Caes. civ. 4, 19, 1. 4, 38, 3), sumere (*v. p. 1412, 79 sqq.*), suppeditare (Cic. Verr. 3, 5. 4, 43. 172 Balb. 40), supportare (Caes. Gall. 3, 23, 7 civ. 1, 48, 4 *al.*), terere (*v. p. 1410, 52 sqq. 1418, 26*), tollere (Lvcil. 555 Cic. Verr. 4, 36. 54 Varro rust. 3, 16, 33 *al.*), torrere (Plin. nat. 18, 303), tradere (Cic. dom. 25), transferre (Cato agr. 2, 3), transfundere (Sen. dial. 10, 19, 1 Pallad. 1, 19, 2. 1, 36, 2), tribuere (Cic. Verr. 4, 89), vannere (Lvcil. 278. 330), vehere (Liv. 9, 13, 9. 31, 33, 4 Cvrt. 10, 8, 11), vendere (*v. p. 1410, 44 sqq. 1419, 46*), ventilare (Varro ling. 5, 138 Pavl. Fest. p. 77 Plin. nat. 18, 322 Pallad. 1, 19, 3), vitiare (Sen. dial. 10, 19, 1 Cod. Theod. 15, 1, 12 [*a. 364*]).

b -um *est subiectum*: abundare (Sylp. Sev. chron. 1, 11, 8), arescere (Varro ling. 5, 38 Plin. nat. 11, 95), concalescere (Vitr. 6, 6, 4 Sen. dial. 10, 19, 1), concipere (spicam Plin. nat. 18, 56), crassescere (Plin. nat. 18, 60), crescere (Colvm. 12, 52, 18 Plin. nat. 18, 54), deficere (Caes. civ. 2, 37, 6 Avg. c. Petil. 5, 25, 73), deflorere (Colvm. 2, 11, 10 Plin. nat. 18, 60. 151), degenerare (Colvm. 2, 9, 11 Hier. epist. 1, 15, 2 64, 7, 2), edere (spicam Colvm. 2, 11, 10), emittere (spicam Colvm. 2, 11, 10), enasci (Colvm. 11, 2, 9), exarescere (Varro rust. 1, 32, 1), exire (a, de vagina Fest. p. 250 [253] Plin. nat. 18, 13), evenire (Cato agr. 141, 2), florere (Varro rust. 1, 1, 6. 1, 32, 1 Plin. nat. 18, 152. 24, 158 *al.*), germinare (Avg. civ. 3, 17 p. 123, 17 D. gen. ad litt. 10, 13 p. 312, 11 ad cathol. 25, 73 p. 319, 29), grandescere (Colvm. 2, 11, 10 2, 20, 2 Plin. nat. 18, 308 Pallad. 6, 1, 1), grandire (Cato agr. 141, 2), lactere (Verg. georg. 1, 315), lactescere (Avg. civ. 4, 8 p. 156, 3 D.), laetari (Colvm. 2, 9, 3 Pallad. 1, 16, 4), maturescere (Caes. Gall. 6, 29, 4 civ. 3, 49, 1 *al.*), nasci (Cic. Verr. 4, 147 Varro rust. 2 praef. 4 Plin. nat. 2, 211 *al.*), periclitari (Plin. nat. 18, 91), perire (Paneg. 11 [3], 8, 4. 11 [3], 14, 5 *al.*), pinguescere (Plin. nat. 17, 15), procumbere (Caes. Gall. 6, 43, 3), provenire (Caes. Gall. 5, 24, 1 Liv. 27, 8, 19), pullulare (Colvm. 2, 11, 8), putrescere (Colvm. 2, 11, 8), sufficere (Liv 4, 22, 3 Veg. mil. 4, 7 p. 133, 1), suppetere (Liv. 5, 26, 9).

deriv.: frumentaceus, frumentalis, frumentarius, frumenticius, frumentari. *compos.*: frumentifer. *Bacherler.*

[**frumo,** -ere [*vox ficticia. Th.*]. Isid. orig. 17, 3, 2 frumenta . . . vel fruges a frumendo (*sic cod. K, saec. VIII*, fruendo *cod. D*, frumento *cod. T, item saec. VIII*), hoc est a vescendo, dictae; nam frumen dicitur summa pars gulae.]

frundifer, frundōsus *v.* frond-.

? **frunga** frequens Gloss. II 581, 6 *obscura; corrupta videtur.*

frūnīsco *a* fruniscor *male deductum.* Thren. Seilae (James, Texts and Stud. II 3 p. 182) 13 nec fronivit animam meam oleum unctionis (*retortum ex* a. mea frunita est oleo; *'probably an assimilation to an original ηὔφρανεν' James*).

frūnīscor, frunītus sum, -ī [*cf. c.* frui. *Th.*]. Gell. 17, 2, 6 *v. l. 71.* Non. p. 113 -i pro frui (Gloss. V 641, 60): Lucilius (*v. l. 67*) Caelius ⟨Antipater hist.⟩ lib. I (*frg. excidit*) ⟨Q. Metellus *v. l. 77*⟩ Novius Parco (*v. l. 78*). Gloss. -or: vescor. IV 345, 14 -itur: fruitur, intercipit. 345, 15 fruor: nanciscor, -or. V 312, 50 nanciscitur: potitur, -itur. 634, 44 -itus: fructus; non est latinum (*v.* Gell. *l. 71*). *scriptum* fron-: Corp. V suppl. 369 *p. 1423, 12. v. l. 55* frunisco.

i. q. fruor (*seq. acc. vel abl. v. l. 77 sqq. vel dat. v. p. 1423, 8 vel casus nullus*): Plavt. Rud. 1012 hinc tu nisi malum -i nil potes. Lvcil. 554 aeque -or ego ac tu. Pavl. Fest. p. 92 '-or' et '-itum' dixit Cato; nosque cum adhuc dicimus 'infrunitum' certum est antiquos dixisse '-itum'. Gell. 17, 2, 5 *sqq.* Claudius Quadrigarius (hist. frg. 23) 'domus' inquit 'suas quemque ire iubet et sua omnia -i'. ⟨-i⟩ rarius quidem fuit in aetate M. Tulli ac deinceps infra rarissimum, dubitatumque est ab imperitis antiquitatis an Latinum foret. non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est '-or' quam 'fruor' et ut 'fatiscor' a 'fateor', ita '-or' factum est a 'fruor'. Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistula, quam exul ad Domitios misit, ita scripsit '. . . summa gloria -or'. Novius in Atellania, quae Parcus inscripta est, hoc verbo ita utitur (Atell. 77): 'quod magno opere quaesiverunt, id -i non queunt. qui non parsit apud se ⟨. . .⟩ -itus est. Petron. 43, 6 tamen verum quod -itus est quam diu vixit. 44, 16 ita meos -ar, ut ego puto omnia illa a diibus fieri. 75, 3 sic peculium tuum -aris. Corp. IV 2413ᵃ ⟨f⟩runis⟨ci⟩ *in sententia non plena.* [2953 fruniscarus *est* Phrynis. Carus.] Itala Tob. 3, 9 (cod. Reg.) unum ex illis *viris* non es -ita (*ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης, om.* Vvlg.)

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IV Esdr. 7, 96 (cod. Ambian.) -entes (frui nescientes *cod.*). COMM. instr. 2, 16, 24 dum vita -i putas, improvidus erras. apol. 303 haec speranda nobis spes est sempiterno -i. CORP. VI 11928 libertatem suam -ita est annos II. 15160 qui etate sua non sunt -iti. VIII 9519,8 quod nondum -itus XVI annos deperit. 19606 ut dulcis flos, filius breviter -itus anima. XII 2039 qui se non est -itus nec quod illi destinatum erat. III 10257 fratri pientissimo iuventutique eius parum sibi fru⟨nitae⟩. 13529 ut non licuit nobis iugiter supernam -i caritatem. V 8986[a] quae nec tantum divitias -ita conplevit lucem aeternam. CARM. epigr. 1839 ⟨d⟩um luce est ista -itus. INSCR. Rossi, Roma sott. III tab. 22, 8 ⟨v⟩ita -ita. CORP. V suppl. 369, 6 par⟨entes filio con⟩tribuerunt ⟨parvo tempore⟩ froniti. V 7453, 12 (= CARM. epigr. 1578) qui te talem carui ecce modo -itus sexdecim annis castitate et amore tui. VI 35769, 11 quia non licuit -i nostrum. 15652/3 quem (*i.* quam) non liquit nos -i. CORP. VI 31965 deum videre cupiens vidit nec -itus obiit. 30103 (= CARM. epigr. 190) dum essent, -iti sunt (*sc. vita*).

deriv.: infrunitus.

fruor, frūctus (*de prosodia v. l. 37*) *postea* fruitus sum, -ī [*cf. c. osc.* fruktatiuf '*fruitio, fructus*', *got.* brūkjan '*uti, frui*', brūks '*utilis*' *et c.* frunisci, frux. *Th.*]. *formae: nota imp. 3 sing.* fruimino: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 32. *de perf.*: PRISC. gramm. II 506,1 fruor...'fructum' facit sicut struo 'structum'; Cicero in Hortensio ...'perfructus', Vlpianus...ad Sabinum futurum 'fruiturum' dixit. *male* SCHOL. Hor. ars 60 ante dicebatur 'fruitus est', modo 'fructus est'. *non bene* PHOC. gramm. V 438, 16 *praesenti* -or *attribuit perf.* potitus sum. *legimus formas probas* fructus sum *sim.*: SCAVR. hist. 2 fructos (esse). SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 36 fructi sunt cruntque. 42. LEX Anton. Term. (Corp. I² 589) 1, 31 usei fructeive sunt (*cf.* 1, 18. 25). LEX Vrson. (Corp. I² 594) 82 fructus erit. LEX Hirtia (Corp. I² 604) fructus ⟨erit⟩. LVCR. 3, 940. CORP. I² 1732 (= CARM. epigr. 960) sum ... fructa. VELL. 2, 104, 3 (*sic cod.*, fruitus *ed. princ.*). SEN. epist. 93, 9 (*A*, fruiti *corr. in* fructi *B*). LEX Vrson. (Corp. II 5439) 2, 3, 38 § 82 fructus erit. ITALA Rom. 15, 24 (cod. d) fructus (fruitus VVLG.) fuero. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 19 fructus fueris. CORP. XI 987 fructi sunt. HEGES. 1, 1, 10 GLOSS. IV 239, 53 *cf.* 80, 6. V 203, 9 fructa sit pro fru⟨i⟩ta sit, adepta.

u *in* fructus *longam esse veri simile est nec tamen ostendi potest. ex analogia fictas formas* fruitus sum *sim.* (SEN. epist. 93, 9 *v. l. 32*): SVLP. SEV. epist. 2, 14. PAPIN. dig. 6, 1, 62 fruit[ur]us sit. VLP. dig. 7, 4, 29 pr. 19, 2, 9, 1. AFRIC. dig. 19, 2, 33 fruitus fuerim. HIER. in Is. 56, 10 p. 663 fruiti fuerant. in Ier. 22, 12 (4, 38, 7) in Ezech. 4, 14, 12 p. 138 adv. Rufin. 3, 22 hom. Orig. in Luc. 10 p. 273. 22 p. 315 *bis.* epist. 49, 21, 4. 127, 5. VVLG. Rom. 15, 24 -itus fuero. CAPER gramm. VII 94, 22 OP. imperf. in Matth. 7 p. 675. CORP. V suppl. Ital. 854, 6 fruvita est. VIII 5370 (= CARM. epigr. 112, 4) fruītus (*mala mensura*). 5798 fruvita. 7156, 2. 6. X 4728, 8. *part. fut.* (GLOSS. IV 79, 30 *et alibi*: fructurus: fruiturus): fruiturus (*vel inf. fut.*) *legitur*: CIC. Tusc. 3, 38 *ubi potest librariis deberi*; APVL. apol. 72 VLP. dig. 7, 9, 12. 10, 3, 7, 10. 19, 2, 9, 1 [PANEG. 7(6), 7, 2 futurus *trad.*] SERV. Aen. 9, 362 HIER. in Is. 17 *ad* 60, 1 p. 717 in eccles. 2 p. 404 COD. Iust. 2, 7, 27 (*a. 524*). *pro inf. fut. legitur* frui: COMM. apol. 790. *male*: PHOC. gramm. V 439, 2 sunt quae in participiis deficiunt ut '-or medeor', *nam part. praes.* -ens *legitur inde a* CIC. ac. 2, 131 fin. 4, 15, *de* -iturus *et* fructus *v. supra l. 25, de* -endus *p. 1424, 3. pro passivo est* fructui esse: CIC. Manil. 16 *p. 1425, 8. passive dictum videtur* -i VLP. dig. 43, 19, 3, 12 *v. p. 1425, 64; certius* GREG. TVR. vit. patr. 12 prol. res ipsa ... tenetur et -itur. *de iunctura: ablativum praecipiunt*: DIOM. gramm. I 316, 20 PRISC. gramm. III 333, 22. CAPER gramm. VII 94, 22 'fruitus sum illa re': veteres dixerunt 'fruitus vix illam rem'; *plenius cum exemplis* ARVS. gramm. VII 474, 1. *cf.* GRAMM. suppl. 60, 25 '-or agro' et 'agris', non 'agrum' et 'agros'. VIRG. gramm. epist. 5 p. 162, 13 reprobandi qui dicunt '-untur ab eo' sive 'eum' sive 'eius'. *nota abl. duplicem*: CARM. epigr. 960, 5 coniuge sum Cadmo fructa. HIER. epist. 3, 3, 2 nunc uno et toto mihi lumine Euagrio nostro -or. 3, 4, 2 quo velut fratre...-batur. AVG. civ. 15, 22 p. 106, 26. *quod nos videmus, acc. non in usu est nisi*: CATO agr. 149, 1 *p. 1424, 53* pabulum. or. frg. *p. 1424, 77* suom. TER. Haut. 401 ingenium. LVCR. 3, 940 quae (*p. 1425, 80*). 4, 1078 quid (*p. 1424, 26*). APVL. apol. 72 prospectum maris. met. 8, 12 nuptias (*saepius ap.* APVL. *abl.*). TERT. patient. 1 p. 1, 16 quod -i non datur. adv. Marc. 2, 7 p. 343, 25 cui quid ...-i praestat *quis.* virg. vel. 17 dimidiam -i lucem (*saepius ap.* TERT. *abl.*). ITALA Rom. 15, 24 (cod. d) vos. HERM. Pal. mand. 5, 1, 2 magnum gaudium. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 19 quod. PS. CYPR. laud. mart. 28 salutem ... aeternam. COMM. instr. 1, 26, 34 delicias. 2, 7, 10 quod. LVCIF. Athan. 1, 20 felicitatem perpetuam. non conv. 7 quae. PS. DAMAS. epigr. 102, 5 hunc ... ignem. SYMM. epist. 1, 7, 1 bona. or. 1, 18 *bis.* epist. 2, 22, 1. 7, 23 (*et saepius, item c. abl.*) AVG. serm. ed. Mai 15, 4. DRAC. Orest. 232 commune nefas. ANTH. 83, 49 tenebras. VEREC. in cant. 2, 7 quam. 9, 9 quod. GREG. TVR. Franc. 1, 47 p. 54, 28 quam. NOVELL. Iust. 80, 1, 1 competentia. VEN. FORT. carm. 4, 11, 18 vultum. 5, 6, 6 thesauros. GREG. M. epist. 9, 217 (*a. 599*) bona. ACT. Petr. 37 crucis mysterium. PASS. coron. 2 amicitiam. CORP. II 3475. 6109 patria et populum. V 3415, 8 dona. suppl. 854, 6 curriculum vite VI 26121 aetatem suam. 30103 tempus bonum. VIII 5798. 7156, 2. 6. 21461. XI 987. XII 944, 16. 3619. XIII 10018, 91. XV 7050. *cum acc. dupl.*: CORP. VIII 5798 ut reliqua tempora -atur bona. *part.* -endus *passivo sensu passim inde a* CIC. leg. agr. 2, 33 Mil. 63 *al.* *c. gen.* SCAVR. hist. 2 *infra l. 77* (*modo sententia sit plena*). *seq.* de: PS. QVINT. decl. 7, 10 de pereuntibus magis -itur saevitia *nisi* depereuntibus *unum est verbum.* CORP. VI 19055, 9 de luce. *de sensu*: SERV. Aen. 7, 90 fruitur: pascitur, quod de rebus tantum bonis dicimus. 9, 362 nequiquam: non -urus. AVG. civ. 11, 25 p. 496, 22 D. nec ignoro quod proprie fructus -entis, usus utentis sit atque hoc interesse videatur, quod ea re -i dicimur, quae nos non ad aliud referenda per se ipsa delectat, uti vero ea re, quam propter aliud quaerimus (unde temporalibus magis utendum est quam -endum, ut -i mereamur aeternis; non sicut perversi, qui -i volunt nummo, uti autem deo ...). verum tamen eo loquendi modo, quem plus obtinuit consuetudo, et fructibus utimur et usibus -imur (*similia* 15, 7 p. 69, 3 *cf. et* doctr. christ. 1, 4, 4. 1, 33, 37; *inde etiam non bene* ISID. diff. 1, 225): GLOSS. IV 239, 53 fructus: usus, consecutus. II 238, 22 fruo (*sic*): ἀπολανώ. III 128, 13 fruor: ἀπολανώ. II 73, 50 -itur ὀνίσκεται. IV 345, 15 *al.* nanciscor fruniscor; desiderato utitur; lucratur, possidet; adipiscitur. *exempla antiqua attuli omnia cum Ovidianis et Livianis, postea selecta.*

I ***proprie:*** **A** *de amore, libidine*: PLAVT. Asin. 918 ut sinat sese alternas cum illo noctes hac -i. TER. Haut. 345 quod boni...datur, -are dum licet. Phorm. 165 ut mihi liceat tam diu quod amo -i. CIC. Tusc. 4, 68 Veneriis voluptatibus. 4, 73 voluptate amatoria. Cato 47 satiatis ... iucundius est carere quam -i. 48 *bis.* LVCR. 4, 1078 quid primum oculis manibusque -antur *amantes.* 4, 1095 ex hominis ... facie pulcroque colore nil datur in corpus praeter simulacra -endum. 4, 1105 quom membris collatis flore -untur aetatis. HOR. carm. 1, 5, 9 qui nunc te -itur credulus. TIB. 1, 5, 17 -itur nunc alter amore. LYGD. 3, 32 cara coniuge. PROP. 1, 10, 28 effecto saepe -are bono *amore.* 2, 1, 47 si datur uno posse -i; -ar o solus amore meo. 2, 9, 24 isto ...viro. OV. am. 3, 7, 6 inguinis effeti parte iuvante -i. 2, 9, 46 saepe -ar domina, saepe repulsus eam. epist. 2, 79 illa ... -itur meliore marito. 19, 72 irata *puella.* 19, 118 servetur facies ista -enda mihi. ars 3, 800 locus ille ..., quo pariter debent femina virque -i. met. 9, 724 Iphis amat qua posse -i desperat. fast. 3, 554 thalamis ... Elissae ... -or. 5, 528 coniugio ... sola -ēre meo. PRIAP. 50, 5 quae *puella* si contigerit -enda nobis. LIV. 21, 3, 4 florem aetatis ... Hasdrubal ... ipse patri Hannibalis -endum praebuit. 26, 50, 5 si -i liceret ludo aetatis. PHAEDR. 4, 15, 14 ita nunc libido pravo -itur gaudio. SEN. Phaedr. 1187 toro. LVCAN. frg. catacth. *Alcmena* dum -retur Olympi rector. PETRON. 11, 1 votis ... felicibus. 131, 11 osculis. APVL. met. 8, 12 Chariten non tenebis, nuptias non -eris. LAMPR. Heliog. 5, 3 condicionibus *bene vasatorum.* AVSON. 13, 8 da: -ar. VVLG. gen. 38, 16 ut -aris concubitu meo (εἰσέλθῃς πρός με). prov. 7, 18 -amur cupitis amplexibus (ἀπολαύσωμεν φιλίας). CLAVD. 18, 366 *Eutropius* quod libet ingenio ... tradit ... -endum. AVG. civ. 2, 20 p. 78, 22 D. *scortis.* 12, 6 p. 520, 26 ad illicite -endum *corpore.* DRAC. Orest. 454 dum ... illiciti sese -rentur amores. CORP. XV 7050 (*in fundo paterae*) anima dulcis, -amur nos, sine bile zezes.

B *de cibo, nutrimentis* (*cf.* DON. Ter. Ad. 950 *s. v.* frumen), *necessariis ad vitam rebus*: CATO agr. 149 pabulum -i occipito ex Kal. Sept. CIC. leg. 2, 16 quae gignuntur nobis ad -endum. fin. 2, 34 -i primis a natura datis. 2, 35 principiis naturalibus. 3, 61 pluribus naturalibus. 4, 15 omnibus aut maximis rebus iis, quae secundum naturam sint, -entem vivere (5, 20 -endi rebus iis. ac. 2, 131 *bis.* Tusc. 5, 84. 101 quae ne vivos quidem diutius habebat quam -batur. 5, 118 voluptate potandi). nat. deor. 2, 157 bestiae furtim ... -untur *frumento*, domini palam et libere. epist. 7, 16, 3 Stoici dicunt, omnes esse divites, qui caelo (SEN. Oed. 854 *p. 1426, 6* epist. 47, 10 *al.*) et terra -i possint. VARRO ling. 5, 104 fructus ... res eae quas fundus et ea[e] quae in fundo ferunt, ut -amur. rust. 1, 2, 23 quod [n]ex satione terra sit natum ad -endum. OV. fast. 3, 761 melle pater -itur. VAL. MAX. 9, 1, 1 quo recentiore usu conchyliorum -retur. PHAEDR. app. 20, 6 esca. 1, 22, 6 reliquiis. SEN. Phoen. 221 ullo ... almae parentis munere. epist. 63, 6 amicos incolumes cogitare melle ac placenta -i est. 90, 38 *aureo saeculo* in commune rerum natura -bantur. SIL. 13, 497 aetherea -rer cum luce. IVV. 5, 153 tu scabie -eris māli (*i. malo scabioso*). PORPH. Hor. carm. 1, 11, 8 *pomis.* AVSON. 392, 18 vescente te -imur magis *ferculis mensae.* ZACCH. 3, 4 poculis ciboque non -itur. VEREC. in cant. 9, 9 hordeaceo *panis genere*, quod commune -imur cum iumentis.

C *possessione pecunia divitiis commodis externis*: TER. Ad. 950 *agellum* huic demus qui (*abl.*) -atur. TRAG. inc. 52 (*loq. Aiax*) me est aequom -i fraternis armis. CATO orat. ap. Gell. 13, 24, 1 suom quoique per me uti atque -i licet. SCAVR. hist. 2 vectigalium se minus fructos. SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 24 eum agrum castelanos Langenses Veiturios posidere -ique videtur oportere. 30. 32 is eum agrum nei habeto nive fruimino. 36 quod ante K. Ian. primas Langenses fructi sunt eruntque, vectigal invitei dare nei debento. 40 agrum ... nequis sicet nive pascat nive -atur. 42 dum ne ampliorem modum pratorum habeant quam proxuma aestate habuerunt fructique sunt. LEX agr. (Corp. I² 585) 11 *agro* oetantur -antur habeant po⟨ssi-

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deantque⟩. 25 quei quomque id publicum -endum redemptum conductumve habebit. 31 ager -endus datus. *ibid.* -entur. 32 ⟨agrum locum con⟩ductum habere -i possidere defendere. 40 frui⟨v⟩e. *ibid.* -etur. 52 -atur. 81 habereve -ive. 82. 83. 85 vectigalibusve publiceis -endeis locandeis vendundeis (86. 87 [*ter*]. 88). 92. CIC. S. Rosc. 44 certis fundis . . . -i. Caecin. 11 usum et fructum . . . bonorum suorum Caesenniae legat, ut -retur una cum filio. 12 -etur . . . bonis. Manil. 16 putatisne vos illis rebus -i posse, nisi eos qui vobis fructui sunt, conservaritis? leg. agr. 2, 33 vestris vectigalibus non -endis sed alienandis (2, 62 vectigalibus . . . se -i. har. resp. 60 VITR. 7, 7, 1. 9 praef. 1). 2, 50 agros Bithyniae regios, quibus nunc publicani -untur. 2, 78 *agrum* teneant et -antur. 2, 85 parva -i parte *campi divisi.* Rab. perd. 37 ut domo sua -atur. Balb. 49 -antur opibus suis. Mil. 63 vobis haec -enda relinqueret, quae ipse servasset. Lig. 31 qui tua liberalitate -antur. Phil. 11, 39 *praemiis.* 13, 16 suis amplissimis fortunis. Cato 57 ad quem (*agrum bene cultum*) -endum . . . invitat atque allectat senectus (60 hac fortuna). nat. deor. 2, 152 plurimis . . . maritimis rebus -imur atque utimur. off. 2, 83 tu me invito -are meo? Att. 9, 13, 6 cuperem ⟨e⟩me⟨re⟩ *fundum*, si ullam spem -endi viderem. epist. 9, 17, 2 -or *Tusculano.* frg. ap. Quint. inst. 6, 3, 68 interim usura -ar (*per iocum*). LEX Anton. de Term. (Corp. I² 589) 1, 31 quod . . . habuerunt possederunt usei fructeique sunt (*cf.* 1, 19. 25). 1, 24 ⟨utantur fr⟩uantur. 1, 35 ieis ea omnia habere possidere uutei frueique liceto. LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 73 ex lege locationis, quam censor . . . publiceis vectigalibus ultrove tributeis -endeis tuendeisve . . . dixerit. 74 qui ea -enda tuendave conducta habebunt, ut utei fruei liceat. 75 loceis utantur -antur. 76 utei fruei licebit. LEX Hirtia (Corp. I² 604) 6 ⟨f⟩ruatur ⟨. . . us⟩us fructusve ⟨erit . . .⟩. LEX Vrson. (Corp. I² 594) 82 quique iis rebus fructus erit. CORP. XI 4488 quod eis . . . agrum usibus -endum reliquerit. SALL. or. Macri 6 more pecorum vos *vos* . . . singulis habendos -endosque praebetis. NEP. Cim. 4, 1 eis rebus. VERG. georg. 1, 300 parto agricolae . . . -untur. Aen. 3, 352 Teucri socia . . . urbe -untur. HOR. carm. 1, 31, 17 paratis. epist. 1, 4, 6 di tibi divitias dederunt artemque -endi. 1, 12, 2 fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci, si recte -eris. 2, 2, 198 raptim *tuis.* OV. epist. 16, 221 Iliacis opibus cultuque beato. LIV. 2, 34, 10 -antur [utantur] annona. 2, 39, 11 praeda belli per otium. 27, 3, 2 tecta urbis -enda militibus. 27, 11, 8 censores ut agrum Campanum -endum locarent (32, 7, 3. 42, 19, 1). 29, 19, 12 molliter cohortem . . . Syracusarum amoenitate -i. 37, 15, 3 illos, tutissimo portu, opulentissima urbe -entes. 40, 56, 2 ne super impunitatem etiam praemio sceleris -retur. SEN. epist. 123, 10 patrimonio. LEX met. Vipasc. 19 balinei -endi *conductio.* 37 tonstrini *conductio.* conductor -i debeto ita, ne. TAB. cer. Dac. 7 (Corp. III p. 940) int. 10 uti -i habere possidere (p. 959, 8). MART. 9, 42, 2 Apollo . . . sic semper senibus -are cygnis. FRONTIN. aq. 88 securi . . . ex beneficiis -untur *aqua ducta.* PLIN. epist. 4, 10, 4 legato. PAPIN. dig. 1, 22, 6 publico salario. PAVL. dig. 6, 3, 1, 1 fundum -endum conduxerunt. VLP. dig. 7, 1, 9 pr. si fundi usus fructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est, sic tamen ut boni viri arbitratu -atur. 7, 1, 12, 2 usufructuarius vel ipse -i ea re vel alii -endam concedere vel locare vel vendere potest. *ibid.* utatur quis et -atur? IVLIAN. dig. 7, 1, 34 pr. ut alternis annis utantur -antur. GAIVS dig. 7, 1, 39 qui pretio -itur, non minus habere intellegitur quam qui principali re utitur -itur. VLP. dig. 7, 3, 1 pr. quamquam usufructus ex -endo consistat id est facto aliquo eius qui -itur et utitur. PROC. dig. 8, 6, 16 libertate . . . huius partis servitutis -itur. VLP. dig. 23, 4, 4 -etur iste usuris. IAVOL. dig. 19, 5, 10 pecunia quae -endi causa data est. SCAEV. dig. 33, 2, 34, 1 -retur reditu eius *fundi.* VLP. dig. 36, 4, 5, 23 utenti et -enti legatario. 37, 5, 16 plena . . . voluntate. 39, 4, 1, 1 publicani . . . sunt qui publico -untur. 43, 8, 2, 38 habere eum dicimus qui utitur et iure possessionis -itur. DIG. 43, 9 tit. de loco publico -endo. VLP. dig. 43, 16, 3, 13 si prohibeatur uti -i usu fructu fundi. 43, 19, 3, 12 corrupto . . . itinere minus commode -i (*v. p. 1423, 56*; iri *Mommsen*) aut agi potest. PAVL. dig. 47, 10, 14 de iure -endo. VLP. dig. 50, 1, 27, 1 municipii commodis . . . -itur. FRG. Vat. 90 non possidet legatum, sed potius -itur. CORP. XII 594 ut . . . permanerent . . . quibus -rémur. APVL. apol. 13 plurimis rebus possessu careo, usu -or. MIN. FEL. 12, 5 nonne Romani . . . -untur orbe toto? HIER. epist. 48, 3, 3 ecclesiarum bybliothecis. VVLG. eccles. 5, 18 -atur parte sua (λαβεῖν). sap. 2, 6 amur bonis (ἀπολαύσωμεν). I Tim. 6, 17 qui praestat nobis omnia abunde ad -endum (εἰς ἀπόλαυσιν). CLAVD. 22, 13 *Clementia* dea pro templis . . . te -itur posuitque suas hoc pectore sedes.

D *vita, aetate sim., somno, otio, occasione, opere:* CIC. S. Rosc. 131 commoda, quibus utimur, lucemque qua -imur. Cluent. 170 vita -i. Catil. 4, 7 -i vita et hoc communi spiritu. rep. 6, 13 beati aevo sempiterno -untur. nat. deor. 2, 62 aeternitate. off. 3, 3 otio (epist. 5, 21, 5 SALL. or. Macri 13 SEN. epist. 73, 1 *al.*). LVCR. 2, 647 divom natura necessest immortali aevo . . . -atur. 3, 559 corporis atque animi vivata potestas inter se coniuncta valent vitaque -untur. 3, 940 sin ea quae fructus cunque es periere. SALL. Catil. 1, 3 vita ipsa, qua -imur, brevis est. 2, 9 vivere atque -i anima. VERG. Aen. 4, 619 regno aut optata luce. OV. epist. 6, 96 somno (met. 2, 779 Pont. 2, 2, 64 SEN. dial. 1, 5, 3 Mart. 12, 18, 13). 15, 310 cogimur ipsius commoditate -i. met. 1, 487 perpetua virginitate (MIN. FEL. 31, 5). 1, 585 vita (trist. 5, 9, 14 accepto munere [*i. vita*]. SEN. epist. 61, 2 SIL. 9, 125 *passim*). trist. 3, 4, 34 fato candidiore. fast. 5, 207 vere -or semper. VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 animo tantummodo vita -batur, corpore vero *eqs.* 9, 13, 2 miserrimae lucis usu diutius. SEN. Oed. 854 non potuit ille luce, non caelo -i. Phaedr. 446 aetate -ere: mobili cursu fugit. OCTAVIA 105 luce non grata. 717 placida . . . quiete. STAT. Theb. 8, 377 Mors -itur caelo. 10, 241 pulcra . . . meorum seditione -or. 10, 444 effiant animas letoque -untur. MART. 3, 58, 32 opere -itur eunuchus. 5, 20, 2 securis . . . diebus. 7, 47, 10 -eris posteritate tua (*per iocum dictum*). TAC. ann. 14, 22 tuta et inturbida iuventa. PLIN. epist. 2, 2, 3 ad villam partim studiis partim desidia -or. 4, 15, 3 fecunditate uxoris large -i voluit. 7, 9, 1 secessu. AVR. Fronto p. 82, 7 N. mera salubritate et verna temperie. FRONTO p. 224, 5 N. ferias in secessu maritimo -endas (SYMM. epist. 1, 8, 1). PORPH. Hor. carm. 1, 11, 8 carpe diem: die -ere. NEMES. buc. 1, 40 si animae . . . mundo . . . -untur. HIER. epist. 39, 8, 1 dum vitae huius -imur commeatu. CORP. II 59 (= CARM. epigr. 1553) 7 qua mi non licuit, -are vita. V suppl. 854, 6 ⟨q⟩ue curiculum vite humane dignitatis fruvita est plus minus annos triginta quinque. VI 19055, 9 digna quidem -i perpetua de luce benigna. 19683 (= CARM. epigr. 1582) 11 -are tunc (= dunc) vita data est. 26121 quem non licuit plus aetatem suam -i. 30103 (= CARM. epigr. 190) -amur tempus bonum. VIII 7156, 2 lucem clara fruitus. 21461 aeterno saeculo -itur perpetuam securitatem. X 4728, 7 qui hospitio lucis fruitus est. XI 987 *ille et illa* dum licuit suaviter fructi sunt annos LV. 6080 quem -i non licuit annis per ultima fata. CARM. epigr. 373, 1 vivite felices quibus est data vita fruend⟨a⟩. 980, 4 nec iuvenem passa est ulteriora -i *fortuna.*

E *bonis animi: gaudio, voluptate, commodo, sapientia, rebus pulcris:* TER. Hec. 842 gaudio hoc falso -i. Haut. 149 ulla me voluptate hic -i. Eun. 372 tu illis -are commodis, quibus tu illum dicebas modo. CIC. Sull. 26 tranquillo animo et quieto -i. p. red. ad Quir. 2 laetitiae voluptate (*opp.* caruissem). 4 omnibus rebus (*syn.* delectari). prov. 16 -atur hoc solacio. Pis. 99 -ar . . . tua et indignitate et timiditate. rep. 3, 24 voluptatibus. Marcell. 19 gaude tuo isto . . . bono et -ere cum fortuna et gloria tum etiam natura et moribus tuis. Phil. 10, 1 maximo gaudio (LIV. 44, 44, 1) et gratulatione. 14, 1 laetitia (OV. Pont. 2, 1, 12). fin. 1, 3 non paranda nobis solum *sapientia*, sed -enda etiam est. 1, 40 aliquem magnis, multis, perpetuis -entem et animo et corpore voluptatibus. 1, 48 ita -i . . . voluptatibus, ut nulli propter eas consequantur dolores (2, 41. 88 summo bono -itur id est voluptate. 2, 106 Tusc. 3, 38 *bis.* nat. deor. 1, 84. 112. off. 1, 106 tenendum esse . . . voluptatis -endae modum. OV. epist. 12, 22 LIV. 2, 32, 9. SEN. epist. 39, 6 serviunt voluptatibus, non -untur). fin. 1, 60 praesentibus *bonis* non -untur (1, 67). 1, 62 praesentibus (*neutr.*). 2, 13 animi . . . opinantis se magno bono -i. 4, 15 ex eo genere vitae, quod virtute -itur. 5, 57 ingenii et mentis acie -untur. Tusc. 1, 45 *pulcritudine rerum caelestium* (*cf.* SEN. dial. 11, 20, 2. 12, 9, 3. 8 aperto et libero caelo. epist. 93, 9 omnium rerum cognitione. STAT. Theb. 3, 498 immensi . . . caligine mundi. *al.*). 1, 93 magna, quibus -i coeperat. 3, 34 considerandis rebus humanis proprio philosophiae -atur officio. 3, 40 continuo . . . summo bono. 4, 17 *commodis.* 5, 67 *mentis sagacis* bono -endum est. 5, 102 signis . . . tabulis . . . melius tenues homines -untur (*syn.* delectari). nat. deor. 1, 9 *levatione animi* melius -i. 1, 103 utatur . . . suis bonis . . . ⟨et⟩ -atur. fat. 3 utro *studio* -i malis, optio sit tua (de orat. 3, 43 *studiis.* epist. 5, 13, 5). Lael. 15 recordatione nostrae amicitiae sic -or, ut. 45 securitatem, qua -i non possit animus, si. 57 *commodis.* Att. 4, 18, 5 si . . . -i tuis commodis cogitas. epist. 6, 12, 1 usura falsi gaudii. LVCR. 2, 18 *natura* mente -atur iucundo sensu. CAES. Gall. 3, 22, 2 omnibus in vita commodis. HOR. epist. 1, 1, 71 cur non ut porticibus sic iudiciis -ar isdem. OV. am. 3, 14, 30 liceat stulta credulitate -i. trist. 3, 7, 47 ingenio . . . ipse meo comitorque -orque. LIV. 22, 14, 4 rem -endam oculis. PAVL. FEST. p. 304 oculos, per quos luce -imur. SEN. Oed. 1012 quis -i tenebris (*i. caecitate*) vetat? dial. 9, 2, 13 iuvat iam et humano sanguine -i *in spectaculis.* 12, 10, 3 nimis angustat gaudia sua qui iis tantummodo quae habet ac videt -i se putat et habuisse eadem pro nihilo ducit. epist. 4, 1 quo diutius -i emendato animo et composito possis. -eris quidem etiam dum emendas. 9, 7 iam fructu artis suae -itur: ipsa -batur arte cum pingeret. 76, 28 vir fortis . . . periculo suo -itur. VAL. FL. 6, 485 muros turba tenet -iturque virum caelestibus armis *spectando.* SIL. 12, 566 -itur . . . timore paventum *Hannibal ante Romam.* STAT. Theb. 7, 704 -itur dextra atque anima flagrante superbit. 12, 45 amant miseri lamenta malisque -untur. MART. 5, 1, 10 tumidus Galla crudelitate *mea* -ar. PS. QVINT. decl. 7, 10 vulneribus illis non -entur oculi (*syn.* satiari; *cf.* CALP. decl. 4 p. 4, 19). IVV. 11, 173 ille -atur vocibus obscaenis omnique libidinis arte. TAC. ann. 14, 16 ut contraria asseverantium discordia -retur. FLOR. epit. 2, 7, 15 nec aliter illa consulari sententia quam modulatissimo aliquo . . . fidium cantu -bantur. ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 30 gaudere fortuna mea maluit quam -i. AVSON. 17, 9 volens ludo -i (Mos. 233). 24, 4 tam pulcro funere. 157, 30 caruisse -endis. 201, 2 spem magis quam rem -endam praebuisti avunculo (322, 37). Mos. 343 vivis . . . aquis. HIER. epist 23, 3, 1 aeterna beatitudine. 24, 3, 1 unius cellulae clausa

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

angustiis latitudine paradisi -batur. CLAVD. 3,235 crudelibus... suppliciis -itur (28,112). 7,76 campi . . . cruenta tempestate. 17,224 qui -itur poena, ferus est. AVG. civ. 8,8 p. 333,9 D. non . . . beatum esse hominem -entem corpore vel -entem animo, sed -entem deo (*cf. quae seq.*; -i deo *passim ap.* AVG. *et* ECCL.). 14,11 p. 29,13 per exteriores sensus. POMER. 3,16,2 illecebras, quibus olim perdite -batur. CORP. VIII 5798 uno consilio semper fruvita mecum. 7156,6 risus luxuria semper fruitus cun caris amicis. VI 5767 (= Carm. epigr. 1101,2) hic tumulus Fructi sacer est, quem laedere noli, hospes: sic votis ipse -are tuis.

F *honore, libertate, pace, urbe, rure sim.*: CIC. Cluent. 146 huius dignitatis, qua -imur in re publica. Flacc. 71 -i libertate sua. dom. 79 Volaterrani . . . -untur nobiscum simul hac civitate. prov. 12 si qui -i publico non potuit per hostem (*ibid.*). 30 tam eximia fortuna. Mil. 93 bona re publica (*opp.* carebo). Marcell. 19 gloria (*v. l. 32. 36*). Phil. 7,19 pace (*bis*). 13,7 victrice re publica. off. 2,41 iustitiae -endae causa. Brut. 331 te tua -i virtute cupimus. Att. 4, 6,1 communi f⟨r⟩ueris nomi⟨n⟩e. 4,19,1 iustitio et omnium rerum licentia. epist. 1,9,25 tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem, qua te scio libentissime -i solere. 4,9,4 si re publica non possis -i, stultum est nolle privata. 6,2,2 dignitate tua -i tibi et fortunis licebit. 6,21,2 aliquo rei p. statu. ad Brut. 1,16,4 beneficiis atque honoribus ut participes -i. TREBON. Cic. epist. 12,16,3 otiosa libertate. SALL. epist. Mithr. 1 perpetua pace. NEP. Epam. 5,4 diutina *pace* (LIV. 4,9,2. 31,6,4 VAL. FL. 4,535. 5,380 *al.*). OV. trist. 3,12,26 non interdicta cui licet Vrbe -i. 4,8,28 hominum visu rursus et Vrbe -i (Pont. 1,1,22). 5,5,19 nataque sua patriaque. Pont. 1,8,40 rure (MART. 3,20,17). 2,5,18 quae minus Augusta pace -atur humus. 3,7,30 terra prosperiore (*opp.* carere). 3,9,3 terra . . . propiore. 4,9,70 iudiciis . . . talibus Augusti. LIV. 1,52,3 secunda . . . fortuna p. R. ut participes Latini -antur. 3,22,8 parte victoriae. 5,6,1 parta victoria. 5,30,2 monumento gloriae suae. 6,37, 11 magna ipsis (*plebeis*) -enda, maiora liberis relinquenda. 42,42,5 non posse Graeciam in libertate esse et vestro munere -i. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2,13 liberi -antur . . . primo sacerdotiorum gradu. PHAEDR. 3,7,26 -ere quae laudas, canis! 4,16,4 gloria vana. LVCAN. 5,115 vates templi . . . -untur iustitio. MART. 12,6,2 licet tuto nunc Helicone -i. 12,9,2 placido -itur pax peregrina (*i. peregrini pacati*) iugo. QVINT. inst. 2,18,4 tum pura voluptas litterarum, cum ab actu . . . recesserunt et contemplatione sui -untur. 11,3,11 illi persuasione sua -antur (TAC. dial. 26). IVV. 1,49 Marius bibit et -itur dis iratis (*i. exilio*). TAC. dial. 12 secedit animus in loca pura atque innocentia -iturque sedibus sacris. ann. 1,80 ne plures -rentur *magistratibus*. 11,23 vocabulo civitatis. FRG. Vat. 131 a muneribus civilibus, cum ipse quoque bonis publicis -atur, non vacat. 195 iisdem commodis. 224 vacatione. AVSON. 95,1 necis ambitione. 183,14 nati...loco. HIER. adv. Rufin. 3,22 communione pontificis. CORP. XII 944 (= CARM. epigr. 712) 16 sanctorum socius -itur cum laude coronam. 3619 hoc monimentum..., ut aeque *mihi* -i liceat. 2098 (= CARM. epigr. 767,3) palma⟨que f⟩ru⟨at⟩ur in astris.

G *variis bonis* (*cf. p. 1426,61*): CIC. Tusc. 5,38 volucres caelo -i libero. nat. deor. 2,152 nos campis, nos montibus -imur. CALP. buc. 4,38 per te . . . -imur silvis Amaryllidos. PLIN. epist. 5,18,1 -eris mari, fontibus, viridibus, agro, villa amoenissima. AVSON. 320,32 alternis rure vel urbe -or.

H *hominibus amicis honestis, colloquio convivio coetu*: TER. Haut. 401 hoccin me miserum non licere meo modo ingenium -i. CIC. Manil. 59 res publica ...-i debet summi viri vita atque virtute. p. red. ad Quir. 3 quom -bar *fratre* (*opp.* carebam). Planc. 13 me ... quam socios tua -i virtute malebam. Phil. 98 tua misericordia. Cato 12 quoius sermone . . . cupide -bar. Lael. 32 ut . . . usu eius, quem diligere coeperunt, -antur. Brut. 5 *Hortensio* iam -i nobis non licet. orat. 34 in *Gallia* -eris ipse te. Att. 2,1,4 nec nos te -imur et tu nobis cares. 12,26,2 eius humanitate. epist. 1,9,21 eius . . . gratia . . . et opibus . . . sic -or ut meis. 7,1,5 nec nos lepore tuo nec te ... meo -i. 7,30,2 id . . . quoiusque est proprium quo quisque -itur et utitur (*antecedit* usu et fructu). 14,3,3 tali genero. ad Q. fr. 2,8,2 hic etiam isto -i. 2,14,2 suavitatis . . . nostrae -endae causa. NEP. Att. 20,2 Attico. CARM. epigr. 960 (= CORP. I² 1732), 5 coniuge sum Cadmo fructa Scrateio. 54 (= CORP. I² 1837), 3 matrem non licitum ess⟨e uni⟩ca gnata -i. VERG. Aen. 7,90 deorum colloquio. 8,468 licito tandem sermone (CARM. de bell. Aeg. 54 inter se). OV. met. 8,486 an felix Oeneus nato victore -etur, Thestius orbus erit? 15,448 *Caesar*, quo cum tellus erit usa, -entur aetheriae sedes. trist. 3,6,13 salvo...sodali. 5,5,19 nata. Pont. 1,4,54 sperato nunquam colloquio. 2,2,94 ducis ore. 3,5,16 tam facundo . . . ore. 3,5,50 saepe loquor tecum, saepe loquente -or. 4,4,44 nec poterunt istis lumina nostra -i. SEN. Herc. f. 623 an vana -or deceptus umbra? Med. 848 ultimo amplexu ut -ar. Thy. 1024 -ere, osculare, divide amplexus tribus! dial. 6,10,4 rapite ex liberis voluptates, -endos vos invicem liberis date! 6,12,4 filio. 11,15,1 conplexu fili...careo, non conspectu eius, non sermone possum -i. 12,10,1 pietate eius uti -ique. epist. 63,8 amicis. 70,9 ut -endum amicis extremum Socratem daret. VAL. FL. 4,38 visu (7,121). STAT. Theb. 12,388 cara vicibus cervice -untur MART. 1,86,5 sodale. 5,5,2 ingenio -eris qui propiore dei *Caesaris*. 7,5,6 terretur vultu *Caesaris* barbarus et -itur. 7,87,2 si -itur tristi Canius Aethiope. TAC. hist. 2,47 -etur Vitellius fratre coniuge liberis. SVET. Tib. 50,1 commercio hominum. FRONTO p. 95,12 N. vestro conspectu et affatu vestrisque tam iucundis litteris. AVR. Fronto p. 230, 14 N. epistulam tuam, qua confestim -ar. APVL. flor. 9 p. 38 praedicabili testimonio tuo ad omnem nostram camenam -i. ITALA Rom 15,24 (Clarom.) si vos (vobis VVLG.) . . . fructus (fruitus VVLG.) fuero (ὑμῶν ἐμπλησθῶ). PANEG. 2 (10),14,5 praesentia tua -imur. 10 (4), 36,4 se . . . -endum omnibus praebet. AVSON. 404,18 indole optata. VVLG. deut. 28,41 filios generabis et filias et non -eris illis (*καὶ οὐκ ἔσονται*). Philem. 1,20 frater, ego te -ar in domino (*ἐγώ σου ὀναίμην*). DRAC. Romul. 8,115 cara Paridis cervice -untur (*i. amplexantur*). CORP. VIII 5370 (= CARM. epigr. 112) post tantos sumptus non fruitus nemine funeravit natos.

J *absolute*: ACC. trag. 296 sapimus animo, -imur anima. CIC. Tusc. 4,66 laetitia in -endo. VARRO ling. 5,37 a -endo fructus. PS. SEN. mon. 110 melius est non concupiscere quam -i. TAC. hist. 3,83. 4,70 PAPIN. dig. 6,1,62,1 VLP. dig. 7,3,1 pr. PAPIN. dig. 7,4, 2 pr. ius -endi (7,4,2,1 VLP. dig. 7,4,3,3 *al.* GAIVS inst. 2,14 utendi -endi. 4,3 utendi aut utendi -endi). VLP. dig. 7,7,5,6 -endi licentiam. 7,8,2 pr. *et passim in* DIGG. PANEG. 9 (12),14,6 -imini, ... dissipate, prodigite! CARM. epigr. 68 (= CORP. I² 1217),11 quoniam me fortuna iniqua non sivit -i. *nota inscriptiones poculorum*: CORP. XIII 10018,89 -i. 90 -i me. 219 uti -i. *aliter* 91 vitam -i. 10024,70 (*in gemma*) -ere me! 142 (*in gemma*) -or.

II ***translate***: **A** *-untur res non animatae*: CIC. orat. 37 constructio et numerus liberiore quadam -itur licentia. LVCR. 3,200 parvissima corpora...mobilitate -untur. 6,856 quom superum lumen tanto fervore -atur. OV. met. 15,301 vis fera ventorum ... luctata ... liberiore -i caelo. fast. 3,457 *Pegasus sidus* nunc -itur caelo. SEN. Herc. O. 1585 ante descendet glacialis ursae sidus et ponto vetito -etur. PLIN. nat. 13,25 ut odore prodigo -atur ex utraque parte corpus. 17,18 magis fruuntur aquis sata non statim auferente eas sole. 17,22 ut diutius *vites* eo (*rore*) -antur. STAT. Ach. 2,46 dum lene fretum zephyroque -untur carbasa. MART. 7,93,8 perpetuo liceat sic tibi ponte -i, *o Narnia*! 7,99,4 carmina . . . nostra . . . solent sacra Caesaris aure -i. 8 praef. 5 *libellus* occasione pietatis frequentius -itur. 8,30,3 aspicis, ut teneat flammas poenaque -atur fortis . . . manus. 10,7,3 Rhene, . . . sic semper liquidis -aris undis. 14,149 (*in amictorium*) ut possint niveo pectore lina -i. PLIN. epist. 2,17,15 hac . . . facie cenatio . . . -itur (PALLAD. 1,8,2 ut laeto -atur aspectu *praetorium*). APVL. mund. 33 *astris* ordine licet perpetuo -i. TERT. nat. 1,16 incesta vestra . . . luce omni . . . et tota caeli conscientia -untur. LACT. inst. 1,20,40 ut *Terminus* . . . libero caelo -retur: quo ne ipsi quidem -bantur, qui lapidem -i putaverunt. PALLAD. 14,72 puniceo posse decore -i *mespila creditur*. 14,80 mālus...partu gaudet nobiliore -i. AVSON. 292,8 moenia..., Gallia quis -itur. 332,19 genialis hiems parta sibi dote -atur. TYCON. 4 p. 52,1 *ecclesia* spiritali -itur vita. AMM. 27,3,3 urbs otio copiisque abundantius solito -batur. CLAVD. 8,2 annus . . . nota -itur . . . aula (*i. consule Caesare*). ANTH. 83,49 nox ... -itur ... tenebras. PALLAD. hist. mon. 1,54 p. 337ᴬ quorum . . . conversatio tantum spe bona -itur.

B *i. q. iuvari, augeri aliqua re*: OV. epist. 6,75 votis *meis* Medea -etur, *non ego*. SEN. Herc. f. 34 *Hercules* superat et crescit malis iraque nostra -itur (*loq. Iuno*). PLIN. nat. 18,31 aliena insania. SIL. 5,228 Martis . . . favore.

I ***absolute:*** *frustratur aliquis, i. q. morari, per fraudem moras nectere, tergiversari maxime in rebus iudiciariis* (GAIVS dig. 50, 16, 233 'si calvitur': et moretur et -etur): PLAVT. Curc. 331 noluit -ier. ACC. trag. 66 †tanta ut -ando lactans vanans protrahas. CIC. Att. 12, 18, 3 Cocceius vide ne -etur. BELL. Alex. 71, 1 Pharnaces . . . lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, pactiones interponere, in summa -ari coepit. GAIVS dig. 4, 6, 25 qui non -andi gratia id faceret, sed quod multitudine rerum distringeretur (PAPIN. dig. 40, 5, 22, 2). VLP. dig. 38, 17, 2, 27 nisi forte cum -retur (*cf.* 38, 17, 2, 24 cunctaretur). PAVL. dig. 4, 6, 24 qui conventi -antur et qualibet tergiversatione ... efficiunt, ne cum ipsis agi possit. PANEG. 12 (2), 38, 4 ne poenam -ando differret. CAPITOL. Max. Balb. 14, 4 primum -atus est. *accedit infinit.*: MACER dig. 49, 5, 4 causam agere -atur. COMM. apol. 505 quod ipsum si cupiunt facere -antes (*i. mentiti?*) in ore, ipsi se subsannent. VVLG. Sirach 23, 13 si -verit (*πλημμελήσῃ i. deliquerit?*) *vir multum iurans*, delictum illius super ipsum erit; si dissimulaverit *eqs.* *frustratur aliquid, i. q. fallere spem alicuius, non succedere, non prodesse*: SEN. dial. 5, 1, 5 *ira* sive successit, superba, sive -atur, insana. PLIN. nat. 31, 38 -ante diligentia. CYPR. eleem. 22 voluptatum -antium vanitate. PRVD. apoth. 640 -antia dona dederunt.

II ***aliquem:*** 1 *i. q. fallere, circumscribere, decipere aliquem*: **a** *subi. homines*: PLAVT. Amph. 830 nescio quis praestigiator hanc -atur mulierem. Asin. 727 hominīs Salus -atur et Fortuna. ENN. sat. 59 *v. p. 1429, 48*. LABER. mim. 143 -amur irridemur. CAES. or. frg. Diom. gramm. I 400 non -bo vos, milites. TIB. 2, 5, 15 Romanos numquam -ata Sibylla. OV. rem. 767 nisi dux operis vatem -atur Apollo. LIV. 1, 47, 5 quid -aris civitatem? 2, 31, 9 neque -bor ultra cives meos neque ipse frustra dictator ero. 6, 30, 4 qui eos hostis Latinus pro milite Romano -atus erat. 22, 16, 6 ludibrium ... ad -andum hostem commentus. 22, 41, 9. 38, 14, 11 ludificatio ... cum per legatos -reris nos. VELL. 2, 87, 1 -atis custodibus (*aliter p. 1439, 7*). SIL. 17, 545 -atum *Hannibalem* duxit in arva diversa *simulacrum Scipionis*. TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 575, 14 -andi erant falsi fratres. CYPR. GALL. gen. 957 Iacobus . . . -atus virgine pacta (*cf.* VVLG. gen. 29, 25 imposuisti mihi). ITALA Ier. 2, 5 (Lucif. non conv. 8 p. 16, 7) abierunt post supervacua et -ati sunt (*ἐματαιώθησαν*, VVLG. vani facti sunt). psalm. 131, 11 (Cypr. testim. 2, 11) iuravit dominus ipsi David veritatem et non -bitur eum (*cod. A*, reprobavit eam *codd. mell.*; VVLG. eam. LXX *ἀθετήσει αὐτήν*). CYPR. epist. 55, 28 o -andae fraternitatis irrisio! IREN. 3, 23, 4 *deum. al. pro obi. sunt partes corporis vel animus*: POMPON. Atell. 79 miseret me eorum, qui sine frustis ventrem -arunt suum. LVCR. 4, 972 cetera sic studia atque artes plerumque videntur in somnis animos hominum -ata tenere (*cf.* GERM. frg. 4, 162 si cura sagacem non -at⟨a⟩ animum certo me limite ducit). OV. hal. 22 *oculos* -ata *sepia* sequentis (*cf.* APVL. met. 2, 22. *sim.*: VELL. 2, 43, 2 -atum esse visum suum [HIL. trin. 3, 5]. APVL. Socr. 11 p. 145 *daemonia* tenuia usque adeo, ut radios omnis nostri tuoris ... subtilitate -entur). *accedit abl.*: LIV. 2, 15, 5 nec Tarquinios spe auxilii, quod nullum in me est, -bor (23, 13, 5. CVRT. 4, 11, 22 *obi. supplendo*. AVR. VICT. Caes. 40, 30 SCHOL. Cic. Bob. p. 90, 25 St.). 9, 23, 11 non -bor ego vos castra hic relinquendo. 27, 44, 9 quem *Neronem* ... conscribendis fallacibus condicionibus pacis -atus *Hasdrubal* elusisset (*cf.* SIL. 15, 791). MANIL. 2, 486 *Aries* -atur amando Taurum (*i. fraudulenter amat. cf.* 2, 487 Lanigero qui fraudem nectit; *alii* -atur *passive explicant i. decipitur*). CVRT. 3, 8, 11 etiam valitudinis simulatione -ari suos milites. VAL. FL. 7, 162 istum, quo me -atur, amorem. AMM. 24, 2, 4 sunt temptamento -ati. *additur acc. relationis*: VAL. FL. 5, 274 primaque ... -atus proelia. *fallere sese ipsum: reflexive*: PLAVT. Bacch. 548 [atque] ei se cum -antur, -ari alios stolidi existumant (*cf.* CIC. ac. 2, 65. RVT. LVP. 1, 4 cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete -aris). TER. Eun. 14 ne -etur ipse se (SCHOL. Ter. p. 95, 11 ne decipiat semet ipsum, ne fraudetur). NEP. Hann. 2, 6 cum quidem bellum parabis, te ipsum -beris, si non me in eo principem posueris. HOR. sat. 2, 3, 32 o bone, ne te -ēre! VAL. MAX. 1, 7 ext. 5 -atus est enim se ipse nepotis felicitatem ... impedire conando. PLIN. nat. 18, 253 quisquis aestivos fructus ante illas severit, ipse -bitur sese. TAC. ann. 15, 4 raris sagittis ... semet -atur (*sc. se quid effecturum ratus*). *passive* (*pro reflex.*): SALL. Iug. 58, 3 pauci in pluribus minus -ari (*i. tela frustra mittere*. HEGES. 4, 2. *cf.* COLVM. 4, 25, 3 si -atus est ... pluribus ictibus stirpem vulnerat. STAT. Theb. 6, 726 casu -ate [-ante *P*] sinistro [*nisi ad p. 1439, 18 referre malis*]). SIL. 8, 300 si ... credis ..., -aris, Paulle. Ausonium *eqs.* (*Luc. Müller*, -aris, P., Ausoniam *vulgo*). *aliter i. q. frustra conari, experiri*: AMM. 31, 4, 6 conquievisse -atos *numerando*. *additur abl.*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 217 veritate ... antiquarum causarum -ati sunt (1, 218 *al.*). *acced. praepositiones*: TERT. resurr. 24 p. 59, 25 -ati circa veritatem. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 8 credam ei de interiore substantia, qui sit de exteriore -atus? (*cf. l. 12*).

b *subi. res*: TER. Andr. 374 saepe iam me spes haec -atast (*cf.* GLOSS. V 534, 3 *p. 1430, 23*. LENT. Cic. epist. 12, 14, 1 SALL. Iug. 101, 3 LIV. 26, 39, 23. 33, 5, 2 *obi. supplendo*. APVL. met. 1, 5 VVLG. Iob 40, 28 CARM. epigr. 1170, 13. *incertum an reflexive*: VELL. 2, 21, 2 -atus spe continuandi consulatus. AVSON. 267, 1 AMM. 22, 6, 4. 28, 6, 7. PAVL. PELL. 489 PRISC. Anast. 92). TER. Ad. 621 satis diu dedisti verba [nobis]: sat[is] adhuc tua nos -atast fides (SCHOL. decepit). CATVLL. 64, 115 ne labyrintheis e flexibus egredientem tecti -retur inobservabilis error. LVCR. 4, 571 pars *vocum* ... -atur imagine verbi (*obi. supplendo*). VERG. Aen. 6, 493 inceptus clamor -atur hiantīs *umbras* (SERV. *ad l.* decipit clamare cupientes. GLOSS. IV 443, 24 destituet). LIV. 2, 31, 7 quae *praeparata* non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem -rentur. 2, 40, 4 nisi me -antur ... oculi. 36, 25, 6 nec eum opinio est -ata (*cf. p. 1439, 29*). 41, 2, 4 lux ... -ata Romanos. LVCAN. 5, 225 nec te vicinia leti territat, ambiguis -atum sortibus. SIL. 2, 460 -ataque (*sc. se*) litora ponunt. 3, 519 qua ... lubrica -atur canenti semita clivo (*sc. ingredientes*). 4, 576 haurit subsidens fugientum corpora tellus infidaque soli -ata voragine sorbet. ITALA Ier. 23, 16 (Cypr. unit. eccl. 11) visiones cordis eorum -antur eos (*ματαιοῦσιν*, VVLG. decipiunt vos).

2 *fallaciis, fraudibus detinere, demorari, differre, occupare aliquem: in re militari*: LIV. 27, 42, 11 Numidae ... -atique aliquamdiu hostis (*cf.* 31, 38, 10). FRONTIN. strat. 2, 3, 3 -ato robore exercitus. 2, 5, 34 pugnaque eum -retur. 3, 11, 5 ignibus factis Lacedaemonios, quasi maneret, -atus. VIR. ill. 42, 6. *bestias in certamine gladiatorio*: TERT. apol. 16 quidam -andis bestiis mercennarius noxius. *latiore sensu i. q. pulsare, fugare aliquem*: IORD. Get. 312. 313 unde pari tenore -atus fugatusque. Rom. 356 piratico Marte concertans -atus est. *nescio an inde explicandum*: SCHOL. Stat. Theb. 7, 256 Orionem ipsius Dianae sagittis fuisse -atum (*nisi mavis coni. Klotzii* prostratum). *in rebus iudiciariis* (*cf. p. 1437, 55*): AFRIC. dig. 3, 3, 78 qui actorem -ando efficiat, ne ad exitum controversia deducatur. APVL. flor. 18 p. 88 callide nectendis moris -ari magistrum. *varia*: PLAVT. Most. 589 multos me hoc pacto iam dies -amini. IVST. 8, 3, 9 variis dilationibus -ati. 23, 2, 2 *legatos*. AVR. VICT. Caes. 40, 2 ad -andos insequentes. AMM. 23, 5, 6 alimentorum augmen-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum exhibere pollicitus casu impediente -atus (*i. prohibitus*) est. *detinere, prohibere aliquem ab aliqua re*: HYD. chron. II p. 31, 200 Maiorianus ita a sua ordinatione -atus ad Italiam revertitur. GREG. TVR. glor. conf. 102 nec ullus -etur ab exequiis meis. Mart. 2, 60 me non -ari a voto. 3 praef. p. 632, 16. *c. nudo abl.*: CASSIOD. var. 10, 28, 4 -etur ausibus suis.

3 *i. q. fallendo evadere, effugere, latere*: LIV. 2, 13, 6 Cloelia virgo . . . -ata custodes. TAC. hist. 2, 51 Verginius per aversam domus partem furtim digressus irrumpentes -atus est. ann. 3, 42 incertis latebris victores -atus. 4, 45 per derupta et avia sequentis -atus est. neque diu fefellit (*cf.* APVL. met. 7, 2 quo velocius -atis insecutoribus procul ac procul abderet sese). *adde*: FRONTIN. strat. 1, 5, 14 angustias noctu eruptione facta cum -atus esset Decius. SOL. 1, 8 *Cacus* -atus vincula.

4 *i. q. spernere, respuere, reicere aliquem*: IREN. 4, 6, 1 quum et -entur verbum eius *dei*. 4, 8, 1 -antes et blasphemantes deum. IORD. Get. 63 legationem.

5 *i. q. fraudare, privare fraude (interdum vi) aliquem (cf. p. 1438, 41. 1440, 49)*: *qua quis re orbetur, exprimitur abl.*: PORPH. Hor. sat. 2, 3, 69 pecunia[m] a faeneratore accepta[m] . . . consignatores -bitur. AVR. VICT. Caes. 26, 6 *praemiis* -atos se milites angebantur (*cf.* 33, 26). COMMENT. Lucan. 6, 363 -atus est coniunctione eius. RVFIN. hist. mon. 7 p. 414^{C} omni auxilio -ati (*i. destituti, diffisi*). FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 3 inquisitio veritatis . . . desiderato non -atur effectu. *praep.* a b: GREG. TVR. Franc. 1, 48 deus . . . noluit urbem Toronicam a proprio -ari patrono.

III ***aliquid***: **1** *i. q. ad irritum deducere, in vanum redigere, cassare, maxime actiones vel affectus hominum (subi. res l. 31. 32 al.)*: SISENNA hist. 102 opinione (*i. spe*) -ata. CATVLL. 66, 16 parentum -antur falsis gaudia lacrimulis. VERG. Aen. 12, 95 o numquam -ata voeatūs, hasta, meos! LIV. 7, 38, 9 militarem impetum (VAL. MAX. 3, 8, 2 -ari et eludere [AMM. 24, 4, 15]). 8, 38, 4 *ignes* conspectum hostium -rentur (*cf.* APVL. met. 10, 4). 37, 7, 2 si dare vere pacem, non tantum ostendere, -antes spem miserorum, vellent (CELS. 2, 6, 17 siquidem etiam spes interdum -atur et moritur aliquis, de quo medicus securus primo fuit [*an ad II 1 b trahendum? antecedit*: cum . . . interdum fallat *medicina*. si quid . . . decipit]. COLVM. 11, 1, 30 turbatus operis ordo spem totius anni -atur. PLIN. nat. 10, 103 spemque -ans *perdix*. PLIN. epist. 8, 18, 3. SVET. Aug. 75 spem mercantium vel -ari vel explere. SYMM. or. 4, 6. *cf.* PLIN. epist. 2, 10, 2 longa expectatio est, quam -ari adhuc et differre non debes. APVL. apol. 25 ENNOD. epist. 2, 18, 2 p. 59, 16). VAL. MAX. 7, 6 ext. 3 obsidionem Cn. Pompei -antes. CVRT. 6, 5, 16 arborum rami . . . lento vimine -bantur ictus (SCHOL. Stat Theb. 2, 540 HIER. epist. 1, 8, 2 *cf. p. 1438, 40*). COLVM. 1 praef. 22 ne . . . laboremque -etur (1, 4, 5 quoniam nec laborem nec sumptum -atur effectus. *cf.* 12, 1, 5 ne diurna cessando -entur opera. FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 8). 1, 1, 2 cum imprudenter facta opera -antur impensas. 6, 36, 3 saepe iudicium probantis -atur experimentum. MELA 3, 43 rabiem appropinquantium astu -urus. TAC. hist. 1, 58 saevitiam militum . . . saepius approbat, raro simulatione vinculorum -atur. ann. 1, 26 nomine Augusti desideria legionum -ari. APVL. met. 7, 26 nequaquam promissum suum -atus (*i. promisso non destitit. cf.* FVLG. RVSP. epist. 1, 5, 11 ad -andae licentiam promissionis CASSIOD. in psalm. 131, 11 -are est . . . in irritum promissa deducere. *sim.*: GREG. TVR. Franc. 5, 3 non -vi iuramentum meum). PS. APVL. Ascl 24 omnis eorum sancta veneratio in irritum casura -bitur. TERT. nat. 2, 7 p. 108, 1 libidinis -atae dolore. scorp. 14 in occasione -andi martyrii. adv. Marc. 1, 26 p. 327, 8 quando offensa comes sit -atae voluntatis (p. 327, 11). apol. 5, 7 *leges* Troianus ex parte -atus est (SYMM. epist. 10, 31, 2 *syn* elusit. COD. Theod. 12, 6, 2, 1 [*a. 325*]. *cf.* 12, 1, 110 [*a. 385*] quae iussa sunt). IREN. 1, 28, 1 -antes (*gr.* ἀθετοῦντες) antiquam plasmationem. CYPR. epist. 6, 1, 2 morte -ata de camino ignis incolumes exierunt *tres pueri*. ARNOB. nat. 1, 46 actiones. AVR. VICT. Caes. 17, 8 *veneni* vis -ata per cibum. PS. AVR. VICT. epit. 34, 3 responsa. ORIGO Const. 5, 15 chron. I p. 8, 30 *al.* RVFIN. hist. 2, 23, 1 -atas insidias vident (ἐλπίδος . . . ἀποπεσόντες). AVG. anim. 2, 10, 13 ut eius (*sc. dei*) aut praedestinatio -retur aut praescientia falleretur. civ. 21, 3 p. 491, 5 D. -ata cupiditas. *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 9, 118 -antur (*i. hebetantur*) . . . illatae qualitates. ENNOD. epist. 4, 21, 2 p. 114, 1 ne petitionem meam negatus -etur effectus. *dub. interpretationis*: RVFIN. hist. 9, 8, 8 ut nonnumquam . . . aliquis . . . dum manum conatur extendere . . . in medio conatus invalidi ictu (ictus *P*) -ante concideret. *aliquid alicui*: AVG. civ. 10, 9 p. 416, 23 D. -atos sibi esse successus. *res corporeas*: MELA 2, 108 *Euripos* adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia -etur. ITALA Iudith 9, 11 (Lucif. non parc. 10 p. 231, 8) cogitaverunt -are (βεβηλῶσαι, VVLG. violare) sancta tua (*cf.* GREG. TVR. Iul. 19 ad adiutorium -ati sacramenti). HEGES. 2, 15, 6 in confertos missa telorum vis haut facile -ari (*sim.*: HIER. c. Lucif. 13 ante . . . quam *sagitta* obice clypei -etur. *cf. p. 1437, 49 et 1438, 40*). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 213 lucernae flamma marcescens olei multa infusione -atur (*i. extinguitur*). ENNOD. opusc. 1, 28 p. 269, 8 muris . . . nullo ariete -andis.

2 *i. q. per fraudem demorari, differre, procrastinare, tardare, protrahere aliquid*: TAC. ann. 16, 8 appellato principe instantem damnationem -ati. VLP. dig. 4, 6, 26, 6 si . . . tempus -atus est (CLAVD. 22, 141 non tempora somnus agendi -atur. *cf.* TERT. apol. 46, 8 Thales . . . commeatus deliberandi saepe -atus). 5, 1, 3 -andae actionis causa latitare. PANEG. 7 (6), 12, 2 natio perfugiis silvarum et paludium bellum solita -ari. *nescio an huc pertineat*: SALL. or. Macri 19 ignaviam (*Orelli,* ignam *cod.*) cuiusque tenuissima[s] spes -atur (*i. protrahit*).

3 *i. q. scriptis, argumentis refutare, refellere, debilitare, negare, infirmare aliquid* (GLOSS. -antes: adnullantes vel evacuantes. non -bitur: non reprobabitur): TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 28 *Marcio* Iohannis ordinem frustra -atus. IREN. 3, 11, 9 ut donum spiritus -entur. AVG. util. cred. 3, 9 dum -are legem conantur. civ. 12, 21 p. 546, 19 D. his autem circuitibus evacuatis atque -atis. c. Cresc. 3, 1, 1 ut etiam illa . . . soluta atque -ata sint (*cf. ibid.* refellenda). c. Iul. op. imperf. 6, 26 hanc iram dei ut tu exinanires et -res. *al.* SECVNDIN. epist p. 895, 3 quantum -atur vincentis potentia, cum adversarius nullius virtutis esse praedicatur! POSSID. vita Aug. 16 -ata vanitate et errore ipsius sectae (*cf.* PRIMAS. in apoc. p. 932^{D} ut . . . Asianorum . . . -retur insania). 17 illius asserta nulla veritate . . . suffulta docuit et -vit. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 29 quod supra damnantes -vimus.

4 *i. q. simulare*: TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 16 -ato potius eam *virtutem colluctationis* quam experto *Christo*. CYPR. epist. 73, 6 gratiam fidei adumbrata simulatione -atur. *nescio an addendum sit*: TERT. nat. 2, 17 p. 132, 10 nondum . . . aut simulacris aut templis res vestras divina -bant (*i. imitabantur?*).

5 *i. q. corrumpere, falsare*: IREN. 3, 11, 9 qui -antur (*gr.* ἀθετοῦντες) speciem euangelii. 4, 12, 1 per praevaricationem -ati sunt legem dei. HIL. in psalm. 14, 10 falsitas utilis est, cum . . . testimonium pro periclitante -amur (*i. falsum testimonium dicimus*). EPIST. syn. Sardic. or. (Hil. coll. antiar. A IV 1) 17, 1 ne cuncta confunderent atque traditionem ecclesiae ne quidem in modica parte -rent.

syn. et iuxta posita: differre, protrahere (*v. p. 1437, 57*), decipere, eludere (*v. p 1438, 22. 1439, 60*), fallere.

deriv.: frustrabilis, frustramen, frustratio, frustrator, frustratorius, frustratus (-ūs). *comp.*: confrustro.

part. perf. pass. **frustrātus,** -a, -um *pro adi.* GLOSS. IV 79, 56 -us labor infructuosus. **1** *de rebus: i. q. vanus, irritus, cassus, inutilis*: MANIL. 1, 879 arator ad iuga (*i. labores*) maerentis cogit -a iuvencos. COLVM. 9, 13, 5 si per se ista *medicamina* -a sunt. SIL. 2, 247 -o proditus ictu (FLOR. epit. 1, 10, 4. *sim.*: LVCAN. 3, 581 quodcumque cadit -o pondere ferrum [*v. ann. edd.*]. STAT. Theb. 8, 703 pars *telorum* -a cadunt. silv. 1, 2, 62 manuque levi numquam -a sagitta). 15, 624 exiguum involvunt -is gressibus orbem. STAT. Theb. 6, 878 coeptis non evaluere potiri -ae brevitate manus (*cf.* 8, 526 nec -a [*sc. est*] manus mortemque invenerat hasta). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 241 conamina. 3, 408 -a . . . molimina . . . perdens. *i. q. falsus, simulatus, imaginarius*: HIL. in psalm. 137, 9 -o falsoque corpore dominum in carne visum esse.

2 *de hominibus i. q. orbus, expers* (*cf. p. 1439, 18*): AVR. VICT. Caes. 15, 6 maribus -us. *nota structuram* (*cf. p. 1264, 32*): GRATT 320 o quantum et quotiens decoris -a *es, Graecia*, paterni! GELL. 5, 10, 16 captionis versute excogitatae -us fuit (PLAVT. Epid. 239 nec sermonis fallebar *ad l. memorat Gronov.*).

frustrum *v.* frustum.

frustulentus, -a, -um [*a* frustum. *Th.*]. PLAVT. Curc. 313 si *aqua* -a (*i. frustis esculentis mixta*) est, da, obsecro hercle, obsorbeam

frustulum, -ī *n. a* frustum *deminutive*. APVL. met. 1, 19 ut prae metu mihi . . . -um panis, quod primum sumpseram, quamvis admodum modicum mediis faucibus inhaereret. *cf.* frustillum [*it. mer.* frustolo. *M.-L.*]

frustum, -ī *n.* [*cf. esse videtur c. hibern.* brūïd '*contundit, conterit*', *anglosax.* brȳsan '*confringere*'; *v. Persson, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 33, 291 sq.; sed proponunt alii alia, v. Walde, Lat. Etymol. Wörterb* ^{2} *s. v. Th.*]. ISID. orig. 20, 2, 27 -um . . . a frumine. *cf. p. 1441, 56. vulgare et apud posteriores (saepe etiam in libris)* frustrum, *quod probavit* PROB. app. gramm. IV 199, 3 (*cf. Archiv 7 [1892] 500; 8 [1893] 480; 11 [1900] 326) praesertim plur.* frustra; *inde explicatur error* SCHOL. Iuv. 3, 210 -a rogantem: aut sine causa aut panem petentem. *interdum confunditur cum v.* crustum *q.v.* (*at cf. l. 82*). frustra, -ae *f.* GREG. TVR. Mart. 4, 21 -ae. Iul. 27 -as. NOT. Tir. 103, 100. *de significatione*: GLOSS. τέμαχος. τόμος, κόπαιον. particula modica vel frustella. in[s]cisura de qualibet re. CASSIOD. in psalm. 147, 6 -a . . . partes dicimus corporis alicuius. [*francog. vet.* frost. *M.-L.*]

i. q. pars, particula, fragmentum, portiuncula: rerum corporearum (corporum animalium p. 1441, 12 al.): additur genet part.: CATO or. frg. 40, 2 -o panis conduci potest, vel uti taceat vel uti loquatur (SEN. dial. 7, 25, 1 epist. 18, 10. 72, 8 aut carnis. IVV 14, 128 APVL. met. 6, 11 AMM. 25, 9, 3. 31, 6, 5. PSALT. Rom. 147, 17 [ψωμούς, VVLG. buccellas]. APIC. 4, 117 GREG. TVR. Mart. 4, 21). HOR. sat. 2, 6, 86 semesaque lardi -a dedit. OV. trist. 3, 10, 24 nec hausta meri, sed data -a bibunt. PAVL. FEST. p. 65 contignum -um carnis (GLOSS. V 501, 54 -um carnis: crustum carnis, pars carnis). NEPOTIAN 1, 19 cum -is tunicae (*cf.* VAL. MAX. 1, 1, 18 inter fragmenta eius *vestis*). SEN. benef. 4, 6, 2 cuius *materiae* tu parvula -a miraris. COLVM

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12, 43 casei aridi ovilli . . . -a ampla facito. PETRON. 35, 3 bubulae -um. 66, 5 ursinae. 66, 7 cordae. PLIN. nat. 18, 98 lateris crudi. MART. 11, 27, 3 duo -a rogat cybii. IVV. 5, 68 mucida -a farinae. 11, 142 -um capreae subducere (SCHOL. capreae carnis particulam). SVET. Aug. 77 cucumeris. Nero 49, 1 marmoris (COD. Theod. 15, 1, 19 [*a. 376*]). APVL. met. 9, 32 lutum nimis frigidum gelusque praeacuta -a. SER. SAMM. 652 molae. AVR. VICT. Caes. 16, 7 vulvae -um. AMM. 15, 12, 2 -is (*G*, frustra *V*, crusta *Petsch.*) squalere pannorum (*G*, pannosis *Her.*). HIER. in Is. 40, 12—17 p. 488 minutissima . . . -a pulveris. VVLG. Ezech. 24, 4 congere -a (*τὰ διχοτομήματα*) eius *holocaustae* in eam *ollam*! AVG. in psalm. 140, 10 -um . . . et portiuncula naturae. APIC. 3, 63 nucum. 4, 135 suminis. GILD. Brit. 24 chron. III p. 39, 21 cadaverum -a. SIDON. epist. 2, 2, 12 nebularum. *per iocum de homine*: PLAVT. Persa 848 loquere tu etiam, -um pueri. *genet. vice* de: CATO agr. 158, 1 addito de perna -um p(ondo) S quam minime pingue. MARCELL. med. 27, 37 de coagulo haedino -um. *genet. vice adi.*: CIC. Phil. 2, 63 is -is esculentis vinum redolentibus . . . tribunal implevit. MORET. 103 lactea -a repuguant *colori viridi*. *cuius sit pars e conexu verborum elucet*: CIC. div. 1, 27 offa obiecta cadere -um ex pulli ore, cum pascitur. SEN. epist. 47, 6 -a excutit *avibus*. COLVM. 12, 55, 2 *suem* exossato . . compositisque . . . tergoribus aut -is. PETRON. 59, 7 *vitulum* concidit ac . . . -a collegit. PLIN. nat. 20, 97 arida -a *scillarum*. 25, 158 digitalibus -is *acori*. MIN. FEL. 17, 3 mundi totius ornatum . . . -is quibusdam temere cohaerentibus conglobatum (*cf.* LACT. ira 10, 26 hominem de -is temere concurrentibus fieri). ARNOB. nat. 6, 15 -is hostias et fragminibus *simulacrorum* caedere. PALLAD. 4, 10, 21 -um de eius radice praecisum. CHIRON 659 contra venas interiores scalpello (*Oder*, scalpelli *cod.*) -um (*Oder*, frictum *cod.*) tolles quaternari magnitudine. 683 abscidito medium -um. 705 ubi . . . -um (*Oder*, furuscum *cod.*) vitiatum de loco eduxeris. *nota iuncturam* in (per) -a (-is) *secare, concidere sim.* (GLOSS. in partes minutas): VERG. Aen. 1, 212 pars in -a secant *tergora* (IVV. 15, 79 et particulas. CARM. de pond. 108. VVLG. exod. 29, 17 [*κατὰ μέλη*]. PAVL. NOL. carm. 20, 200). SEN. Thy. 1060 artus . . . in parva carpsi -a (*cf.* PANEG. 12 [2], 44, 1 illum . . . non discerpi in -a. VVLG. iud. 14, 6 *v. vol. V p. 1309, 36 sq.*). dial. 9, 11, 11 illum *Seianum* . . . populus in -a divisit (*cf. infra l. 67*). 10, 12, 5 quanta arte scindantur aves in -a non enormia (*cf.* HIER. in Nah. 3, 1 p. 563 *μελοκοπίας πλήρης* id est sectionibus carnium et -is per membra conscissis *plena*). COLVM. 12, 55, 4 caro in libraria -a conciditur (SCRIB. LARG. 207. 255 Ps. GARG. MART. p. 210. LACT. mort. pers. 7, 4 *provincias*. VVLG. lev. 1, 6 [*cf.* GREG. M. moral. 1, 54 *ad l.*]. 8, 20. 9, 13. iud. 19, 29 in duodecim partes ac -a. 20, 6 I reg. 11, 7. 15, 33 AVG. bapt. 5, 25, 36 VEREC. in cant. 4, 13 GREG. TVR. Franc. 5, 5. 8, 41. 10, 25. CORIPP. Ioh. 3, 166 -is conciditur altis omne pecus. *cf.* VVLG. III reg. 18, 23 in -a caedentes [COD. Theod. 8, 5, 47, 1 (*a. 385*)]. SIDON. carm. 5, 210 Ligerimque [*i. aquam gelu concretam cf. supra l. 6*] bipenni excisum per -a bibit. GREG. TVR. Franc. 7, 46 in -is decisus). SCRIB. LARG. 156 cerae Ponticae in -a redactae (= MARCELL. med. 25, 2). HIER. epist. 61, 4, 3 praecidendam linguam ac per partes et -a lacerandam. VVLG. deut. 9, 21 vitulum . . . in -a comminuens (*v. vol. III p. 1891, 57 sqq. cf.* GREG. TVR. Franc. 6, 2 minuitur. Mart. 2, 32 *ampulla* percussa atque in -is decidit comminuta). II par. 34, 7 cum . . . sculptilia contrivisset in -a. GREG. TVR. Franc. 8, 40 effractum in -a. *speciatim i. q. pars, particula escarum, praecipue carnium* (GLOSS. II 481, 43 *ψωμός*. IV 345, 16 frustella panis. ISID. orig. 20, 2, 27 -um vocatum quod capiatur): POMPON. Atell. 79 miseret me eorum, qui sine -is ventrem frustrarunt suum. VERG. Aen. 3, 632 saniem eructans et -a cruento per somnum commixta mero (*cf.* OV. met. 14, 212 dapes et -a mero glomerata vomentem). HOR. epist. 1, 1, 78 sunt qui -is (crustis *edd.*) et pomis viduas venentur avaras. PHAEDR. 3, 7, 22 affertur ultro panis; . . . dat ossa dominus; -a iactant familia et . . . pulmentarium. IVV. 3, 210 nudum et -a petentem (SCHOL. aut sine causa [*v. p. 1440, 68*] aut panem petentem) nemo cibo, nemo hospitio tectoque iuvabit. ITALA psalm. 147, 7 (Cas.) proiciens cristallum suum sicut -a (VVLG. 17 buccellas. *ψωμούς*). *rerum incorporearum*: SEN. epist. 89, 2 philosophiam in partes, non in -a dividam. QVINT. inst. 4, 5, 25 et auctoritati plurimum detrahunt minuta illa nec iam membra *orationis*, sed -a (*cf.* 8, 5, 27). SIDON. epist. 1, 11, 3 cumque -a diversa *carminis* . . . per iocum effunderent. CASSIOD. inst. div. 2 p. 1112^{D} quaedam -a disertissimorum virorum . . . contexui. *i. q. pars ecclesiae christianae, schisma, secta*: AVG. c. Parm. 1, 4, 9 sicut iam multa -a de isto grandi -o per totam Africam facta sunt. in psalm. 36 serm. 2, 20 praecidens de -o -um (epist. 93, 24).

deriv.: frustatim, frustillum, frusto, frustulentus, frustulum.

Rubenbauer.

frutectōsus, -a, -um *a* frutectum. *in codd. hic illic scriptum est* frutet-.

i. q. frutectis, virgultis abundans: **1** *de locis*: COLVM. 2, 2, 11 nemorosi -ique (*codd. opt.*, fructect- *vel* fructet- *vel* frutetoseque *vel* fructuosique *codd. recc.*) tractus. PLIN. nat. 18, 134 *lupinum* tellurem adeo amat, ut quamvis -o (frutecto *v. l.*) solo coiectum inter folia vepresque ad terram tamen radice perveniat. 19, 34 siccis haec (*tubera*) fere et sabulosis locis -isque nascuntur. **2** *de herbis*: PLIN. nat. 13, 128 -i (fruticosi *vulg. ante Silligium*) est generis et saripha (16, 179 -i generis sunt inter aquaticas et rubi atque sabuci). 16, 153 *smilax* spinosis -a ramis. 16, 247 altitudo eius (*visci*) non excedit cubitalem, semper -i ac viridis.

frutectum, -ī *n.* [*a* frutex, *cf.* fruticetum. *Th.*]. *de orthographia: omnes codd. habent* frutect-: PAVL. FEST., PLIN. nat., GELL., APVL., PALLAD. 4, 11, 7. 6, 7, 3, SOL., AMM., SERV., AMBR., HIER. in Ier. 11, 16, 1. 3 p. 146, 7. 16 nom. hebr. p. 40, 4, PRVD. perist. 5, 409, AVG., MARCELL. med., EVCHER., RVRIC., ISID., GLOSS., NOT. Tir. tab. 104, 84 *sing. omnes codd. habent* frutet-: COLVM. 6, 22, 2 (fructibus *S*), 9, 14, 11, AVSON., HIER. (*exceptis locis supra notatis*), VVLG., PRVD. psych. 443, PETR. CHRYS., VITAE patr. 3, 22, GREG. M. dial. 2, 1 p. 132^{A}. 2, 2 p. 132^{B} PALLAD. hist. mon. 2, 10 p. 361^{C}. *nutant codd. inter* frutect- *et* frutet-: COLVM. (frutect- *codd. opt.*) 2, 1, 6. 2, 2, 8. 3, 11, 3. 7, 6, 1. 6. 8, 15, 4 PALLAD. 6, 3, 1 PRVD. c. Symm. 2, 873 (-tet- *codd. plur.*), GREG. M. dial. 3, 16 p. 260^{B}. *praeterea inveniuntur variationes* fructet- (COLVM. 2, 1, 6. 2, 8, 8. 7, 6, 6 HIER. nom. hebr. p. 40, 4 SERV. ecl. 1, 39 APON. 10 p. 196) *et* fructect- (PALLAD. 6, 3, 1 AVG. gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 11). *de notione*: HIER. nom. hebr. p. 40, 4 subochai, condensum sive -um. ISID. orig. 17, 6, 4 frutex brevis est appellatus, quod terram fronde tegat; cuius plurale nomen -a. GLOSS. -um, arborum contextum, arbor vel (= arborum?) contectum, contextum. -a, ramorum densitas, *θάμνοι. v. etiam l. 74. 75.* *de usu: vox, quae maxime pluraliter usurpatur, legitur saepius apud* COLVM. (8^{ies}), PLIN. nat. (8^{ies}), AMM. (7^{ies}). *singulis locis invenitur apud* PAVL. FEST., GELL., APVL, *inde ab* APVL. *rarescit.* [*corr. vel dub.*: PLIN. nat. 18, 164.]

i. q. virgultum: **1** *pluraliter*: PAVL. FEST. p. 369 vespices -a densa dicta (*cf. infra l. 68*). COLVM. 2, 1, 6 -is et arboribus delapsa folia (3, 11, 3 -is aut arboribus. PALLAD. 6, 7, 3 tenerae arborum summitates et -a mollia et herbae viridis coma. AMM. 18, 6, 14 nec arbores nec -a nec quicquam praeter herbas humiles. *cf.* COLVM. 7, 6, 1 arbusculis -isque. GREG. M. moral. 3, 16 p. 260^{B} arbusta ingentia . . . quasi -a esse). COLVM. 2, 2, 8 *locus* felictis aliisve -is impeditus (PALLAD. 6, 3, 1 ager -is vestitus aut felice). 6, 22, 2 nemoribus herbidis et -is (fructibus *S*) et carectis. 7, 6, 6 gemmantibus. 9, 14, 11 ex floribus tamaricis et silvestribus -is. PLIN. nat. 18, 47 -a igni . . . tolluntur. 21, 23 *convulvulus* nascens per -a (21, 168 nascitur in -is). 23, 27 in -is et harundinetis . . . nascitur *quaedam herba* (AMM. 18, 7, 5 inter harundineta Mesopotamiae fluminum et -a). 30, 37 *cocleae*, quae -is adhaerent. 30, 101 e spinosis -is (HIER. in Soph. 3 p. 723). GELL. 19, 12, 9 -a atque virgulta . . . pomis frugibusque gignendis felicia. APVL. met. 4, 1 -is (protectus *codd.*, *em. Elmenhorst, delendum esse opinatur Helm*) absconditus (*cf.* AMM. 26, 9, 9 e -is, ubi latuit, extractus. SERV. Aen. 6, 445 ad silvas profecta est et in -is latuit. VITAE patr. 3, 22 *Isaac* abscondit se in . . . agro inter -a). PALLAD. 4, 11, 7 *armenta* melius -is . . . saturentur. SERV. ecl. 1, 39 arbusta: -a. AVSON. 361, 13 p. 410 P. pruinosis. AMM. 19, 9, 5 per saltuosos tramites et -a. 24, 1, 13 -a squalida vallesque. 30, 1, 13 *tramitem* squalentem -is et sentibus. 31, 11, 4 opertus aggeribus et -is. VVLG. Is. 7, 19 *requiescent* in cavernis petrarum et in omnibus -is (*cf.* AVG. gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 11 primordia seminum, sive unde omnis caro sive unde omnia -a gignuntur). PRVD. psych. 443 per acuta -a ire. c. Symm. 2, 873 tenebrosis tecta -is semita. perist. 5, 409 ex -is proximis. AVG. gen. ad litt. 6, 1 p. 170, 24 vel -a vel animalia (6, 10 p. 183, 6 sive -a sive animantia [civ. 1, 20 p. 35, 7 D.]). EVCHER. form. 7 p. 44, 1 de quorum (*montium*) -is myrtinis egrediuntur quadrigae. RVRIC. epist. 1, 11 p. 364, 16 graminum, germinum, -orum peregrinae . . . suavitates. GREG. M. dial. 2, 1 p. 132^{A} quem dum vestitum pellibus inter -a cerneret. *tropice*: AMBR. parad. 3, 14^{D} diversarum -a (frugum *vel* fructuum tecta *v. l.*) virtutum. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369^{C} incredulitatis -a in vobis radicitus amputate (*ibid.* credulitatis plantaria. APON. 10 p. 196 *Christus quasi granum tritici* resurgendo -a porrexit). *accedit gen., quo indicatur herba*: COLVM. 8, 15, 4 in silvulis tamaricum aut scirporum -is. VVLG. Ier. 11, 16 combusta sunt -a eius *olivae* (HIER. in Ier. 11, 16, 3 p. 146, 16 rami sive -a [fructa *v. l.*] eius *i. bracchia, e quibus fructus pendet*). GREG. M. dial. 2, 2 p. 132^{B} urticarum et veprium iuxta densa (*cf. l. 29*) succrescere -a conspiciens.

2 *singulariter* (*v. etiam l. 10. 20. 22*): PLIN. nat. 25, 17 radicem silvestris rosae . . . blanditam sibi (*i. matri*) aspectu pridie in -o. SOL. 30, 25 -o virens. 30, 30 Aethiopes legunt cinnamum: id -um situ brevi nascitur, ramo humili . . ., numquam ultra duos ulnas altitudinis. MARCELL. med. 25, 11 *cytisus* herba est vel -um (*cf.* GLOSS. cytisum, -um). *ibid.* -um ipsum semper virens aestate atque hieme colligitur. EVCHER. instr. 2 p. 147, 3 capparis in Salamone, -i genus in oriente simile lentisco. PALLAD. hist. mon. 2, 10 p. 361^{C} in proximo -i silvae (*gr. πλησίον βλαστῶν φρυγάνων Butler, The Lausiac history of Palladius p. 51, 5*). *cf. etiam* fruticetum.

frutēsco, -ere [*cf.* fruticescere. *Th.*]. *i. q. frutices emittere*: AMBR. virg. 9, 52 nostrae ligna silvae -ant (*cf. K. Sittl, Archiv 1 [1884], 489, qui volebat* fructescant). epist. 70, 6 ne residentia eius (*peccati*) -ant semina atque in novos iterum germinent partus.

frutētōsus, -a, -um *v. sub* frutectosus.

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frutētum, -ī *v. sub* frutectum.

***frutex,** -icis *m. et f.* [*cf. c. hibern.* broth '*arista*', bruth '*pili*', *theodisc.* broz '*germen*' briezen '*germinare*', *anglosax.* brēotan '*rumpere*'. *Th.*].

de etym.: ISID. orig. 17, 6, 4 -x brevis est appellatus, quod terram 'fronde tegat'. *de formis: pars codd. praebet* fruct-: VARRO rust. 2, 1, 16 (*omnes codd.*). 2, 3, 7 CVLEX 56 COLVM. 3, 1, 2. 7, 6, 1. 8, 14, 8. 8, 15, 5. 11, 3, 35. 36. 40. 63 arb. 1, 2. 3 PLIN. nat. 25, 144 dub. serm. Char. gramm. I 124, 30 IVVENC. 1, 646 PALLAD. 1, 37, 1. 2. 5, 7, 5 DIOSC. 3, 76. 99. *de genere*: PRISC. gramm. II 169, 12 hic et haec...-x. MART. CAP. 3, 246 *inter nomina gen. masc. enumerat. feminine usurpatur apud* HIER. in Os. 3, 13 p. 154 (*pars codd.*) DIOSC. 3, 25. 35. 40. 44. 87 *passim*. MART. CAP. 3, 225. *de flexu*: PLIN. dub. serm. Char. gramm. I 124, 30 *gen. plur. in* -um (VERG. georg. 2, 21 CVLEX 56 OV. met. 4, 339 *al.*). MART. CAP. 3, 308 'x' littera genetivo in 'c' convertitur. *de notione*: GLOSS. -x θάμνος, φρύγανον -x -es θάμνος. -es ramos. -e ramus. *cf. etiam l. 62. 63. 65 sqq. de usu: singulis locis invenitur apud* PLAVT. (Most. 13), LVCR. (5, 956), VERG. (georg. 2, 21), CVLICEM, PRIAPEA, NVCEM, PHAEDR., SEN. trag. et phil., PETRON., CALP., HOMER., MART., SVET., *ternis apud* VARRONEM, PAVL. FEST. (*semel e coni.*). *bis legitur apud* SCRIB. LARG., *saepius apud* OV. (*10ies*), COLVM. (*26ies*), APVL. (*quater*), TERT. (*9ies*), HIER., AVG., *passim apud* PLIN. nat., DIOSC.; *inde a* TERT. *rarescit* (NOT. Tir. 104, 83).
[*dubia*: PLIN. nat. 25, 68 frutican *vel* -um *codd.*, fruticosum *Mayhoff*; 27, 123 frutice *codd.*, radice *Mayhoff*.]

I *proprie*:

A *de genere plantarum, quae altitudinem arborum non adaequant, herbarum excedunt* (*plur. hic illic fere i. q. frutecta velut l. 31. 34. 54. 74 sq. sing. eodem sensu interpretari possis infra l. 70 sqq.*): **1** *generatim*: LVCR. 5, 956 nemora atque cavos montis silvasque colebant et -es inter condebant ... membra (VERG. georg. 2, 21 genus omne silvarum -umque viret nemorumque sacrorum. COLVM. 9, 8, 10 *apis* vel in -e vel in editiore silvae fronde considet [*cf.* PALLAD. 5, 7, 5]. MACR. sat. 5, 2, 1 inter silvas et -es. *cf.* OV. met. 4, 439 -um ... silva. trist. 5, 1, 31 quot -es ... silvae *habent. tropice*: HIER. adv. Rufin. 3, 39 de ... librorum silva unum -em ac surculum proferre). VARRO rust. 2, 1, 16 pascas... capras in montuosis potius locis [quam] -bus quam in herbidis campis (*cf.* COLVM. 8, 14, 8 -bus aut solidioribus herbis obluctatur *anser*. PLIN. nat. 8, 78 necat -es non contactos modo, verum etiam afflatos, exurit herbas. 14, 112 e -um genere ... cupressus laurus *eqs.* [*antec.* ex herbis. 16, 178 nec in -um nec in veprium cauliumve neque in herbarum ... genere. 35, 159 in frugum, vini, pomorum, herbarum et -um ... generibus]. 18, 293 *plur.* [28, 1 remedia. ARNOB. nat. 2, 59 p. 95, 17 quid herbarum aut -um. PALLAD. 1, 37, 3 *conserere*. IORD. Get. 70 naturas]. 22, 95 tot herbas, tot arbores -esque [PALLAD. 1, 37, 1 vel in herbis vel in -bus vel in arboribus. 1, 37, 2 herbas nutriat origanum, thymum ..., in -bus ... sint rosae, lilia, violae flavae, rosmarinus hederae, in arboribus zizyfus *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 72, 2 epil. p. 193, 6]. 24, 5 herba vel -x. *cf. etiam p. 1444, 71 sqq.*). VARRO rust. 2, 3, 7 *caprae* de agrestibus -bus pascuntur atque in locis cultis virgulta carpunt (*cf. l. 62. p. 1444, 32*). Men. 322 lucus opacus teneris -bus aptus. OV. epist. 10, 25 apparent -es in vertice rari. ars 1, 47 aucupibus noti -es. 3, 67 hos ego, qui canent, -es violaria vidi. 3, 250 turpis ... sine fronde -x. met. 1, 122 densi -es (HOMER. 709. *v. etiam p. 1444, 76*). 9, 381 nec carpat ab arbore flores et -es omnes corpus putet esse dearum (SEN. nat. 2, 28, 2 in arbores [arboris *v. l.*], ramos, -es. COLVM. arb. 1, 2 arborum et...-um cultum. PLIN. nat. 1, 13, 48. 8, 124 colorem omnium arborum -um florum locorumque. 18, 1 ut fruges gignantur, arbores -esque vivant. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915[A] densabantur arbores ... nec non -es foliis vestiebantur et frondibus virgulta [δένδρα ... θάμνοι]. 6, 8 p. 930[A] -es arboresque frondescunt [πᾶσι μὲν φυτοῖς ..., δένδρων δὲ ...]. *cf. etiam l. 46 sqq. p. 1444, 71. singul.*: COLVM. 3, 1, 2 ex surculo vel arbor procedit, ut oleae [olea *v. l.*], vel -x, ut palmae [palma *v. l.*] campestris, vel tertium quiddam, quod nec arborem nec -em proprie dixerimus, ut est vitis [arb. 1, 2]. 3, 13, 16 omnis -x atque arbor erui et summoveri debet. PLIN. nat. 12, 39. 15, 14. 16, 1. 121. 37, 24. *cf.* PLIN. nat. 13, 36 arbor *palmae* strata in solo umido tota radicatur, sed in -es, non in arborem. TERT. anim. 19 p. 331, 5 *arbor contenta* parvitate, quam ex primordio providentissimi -is [e]edidicit. *adde*: AVG. gen. ad litt. 5, 4 p. 145, 2 -um atque lignorum. civ. 11, 27 p. 499, 22 D. arbusta omnesque -es [MACR. sat. 7, 5, 9]). fast. 6, 117 -es haec (*nympha*) nacta resistit. PRIAP. 15, 5 inter -es (CALP. ecl. 6, 84 SIDON. epist. 2, 2, 14). PAVL. FEST. p. 38 ager, in quo -es existunt. p. 45 caespes est terra in modum lateris caesa cum herba, sive -x recisus et truncus. PHAEDR. 1, 11, 4 venari asello comite cum vellet leo, contexit illum -e (*cf.* PLIN. nat. 10, 2 colla -e occultaverint *struthocameli*. ITALA gen. 49, 9 [Cypr. testim. 1, 21 p. 55, 1] de -e, fili mi, ascendisti [ἐκ βλαστοῦ, VVLG. ad praedam]. AVG. civ. 16, 32 p. 177, 9 D. *aries* cornibus in -e tenebatur). COLVM. 9, 4, 2 regio fecunda ... -is exigui, maxime thymi (*cf.* CLAVD. carm. min. 22, 39 -es parvi [*opp.* ingentes quercus]). PETRON. 134, 12 Idaeos -es in gurgite sistam (*cf. tropice* OPT. PORF. carm. 17, 20 Aonii -es, pietas iuvat ubere glaeba). PLIN. nat. 1, 9, 68 quae tertiam naturam habent animalium et -um (9, 146. 10, 76 genera frugum -umve ... et animalium. *cf.* AVG. civ. 22, 24 p. 616, 3 D. in -bus et pecoribus. EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 947[A] pisces -esque [θάμνους] CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 16 -is vitam [*ibid.* hominis animam]). 1, 19, 21 praeter fruges et -es (18, 148 de cytiso ... diximus inter -es. et nunc frugum ... natura peragenda est. *v. etiam supra l. 3. p. 1443, 43. 60*). 1, 21, 27 qui -es flore coronent. 1, 22, 30 -x sine radice (*cf.* 9, 7 radices -um). 8, 38 inopia -um. 8, 127 ramorum -umque congerie aedificant *specus*. 10, 100 perdices spina et -e ... muniunt receptaculum (*cf.* 21, 14 rosa nascitur spina verius quam -e). 12, 33 -x pestilens. 12, 48 ⟨ex⟩ Indica vite labrusca, ...-e tortuoso (*Mayhoff*, metuoso *vel* mutuoso *codd. mell.*, myrtuoso *vel* montuoso *codd. dett.*). 12, 73 *animal* odoratorum ...-um appetentius (*cf. infra l. 79*). 12, 110 in quocumque -e (*cf.* 13, 123 nulli -um levitas maior *quam ferulae*. 13, 138 alius. 16, 4 omni ... abacto -e [*v. etiam p. 1443, 57. 59. 67. 73*]). 13, 28 prima *palmarum genera* -em (-e *codd.*) non excedentia sterilem hunc, aliubi et ipsum fertilem brevisque rami orbe foliosum. 13, 47 *Aethiopia palma* gignitur ... in -e. *ibid.* semper ...-i pomum est. 13, 68 nondum palustria attingimus nec -es amnium (*cf.* 16, 156 inter ea, quae frigidis gaudent, et aquaticos -es). 13, 137 aliud genus -um bryon vocatur (13, 138. 16, 80 AVG. gen. ad litt. 5, 3 p. 141, 9. *v. etiam l. 2. p. 1443, 32. 41 sq.*). 14, 115 *non*, ut biberentur, genuisse eam (*naturam*) -es. 16, 167 *harundo* iuxta terram -is modo se spargens. 16, 221 -em ... varium tigrium maculis, ponderosum et ... vitri modo fragilem. 19, 163 inter peregrinos -es (19, 175. 20, 165). 19, 173 inter externos -es. 20, 114 ne inter nefastos -x damnetur (*v. l. 65*). 21, 52 de quibus (*milacibus, hederis corymbisque*) in -um loco ... diximus. 32, 22 forma ... -is. 32, 122 inter harundines -esque. APVL. met. 8, 20 *fovea* -bus imis suppatet. 8, 21 -es horridos. IVVENC. 1, 646 pratorum -umque virentia laeta. PALLAD. 1, 37, 3 -es atque virgulta (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272[B]. *v. etiam p. 1443, 52. 63. trop.* AVG. nupt. et conc. 2, 10 p. 262, 20 haeresim Pelagianam tamquam venenosa virgulta -bus catholicis inserere). ITIN. [Silv.] 3, 6 *mons ita petrinus*, ut nec -em habeat. AMM. 30, 8, 5 visum prope ⟨fru⟩ticem (*ed. Gelenii*, radicem *cod. Vat. 2969 ed. Accursii*, tricem *cod. Fuld.*) iussit abscidi. VEG. mil. 2, 23 p. 58, 4 scopas, hoc est -um vel straminum fasces. AVG. civ. 22, 22 p. 605, 32 D. a tot venenis -um, aquarum, aurarum. SIDON. epist. 2, 2, 18 plebeius et tumultuarius -x frequenterque lemborum ... ponderibus inflexus.

2 *de nominatis quibusdam eius generis plantis* (*cf. etiam l. 12. p. 1443, 48. 65. accedit gen. appos. v. l. 48 sqq.*): COLVM. 2, 11, 4 totus -x (*i. lupinus*) emoritur. 7, 6, 1 ilignei querneique -es qui in altitudinem non prosiluerunt (*cf.* 8, 15, 5 buxeis vel myrteis. PLIN. nat. 3, 76 -e pineo. 16, 74 sanguinei -es [176]. *adde*: MART. CAP. 3, 225 Niloticae -is). 9, 5, 6 *conseri debent* casiae atque pini et rosmarinus: quin etiam cunilae et thymi -es, item violarum (*cf.* 9, 13, 2 tithymali floret -x. PLIN. nat. 2, 146 lauri -em. 13, 114 nascuntur -es epicactis, quem ... embolinen vocant, ...; et in quo nascitur granum Cnidium. 13, 127 cappari, firmioris ligni -x. 13, 133 angustioris trifoli -x. 16, 135 cinnami. 19, 68 -em rubi quam vastissimum. SIDON. epist. 7, 6, 8 aditus hispidorum veprium -bus obstructos). PLIN. nat. 12, 41 radix costi, gustu fervens, odore eximia, -e alias inutili. 12, 42 *nardus* -x est ... crassa radice. 12, 56 allato -e (*i. turifera arbore*). 12, 89 ipse -x (*i. cinnamum*) duum cubitorum altitudine amplissimus palmique minimus, ... surculosus, arido similis, cum viret, non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, caeduae naturae (*cf.* 12, 97 amplitudo -i [*i. casiae*] trium cubitorum, colos triplex: ... candidus, dein rufescit ..., ultra nigricans. 12, 113 dimicatum pro -e [*i. balsamo*] est. 13, 132 tenero -e [*i. cytiso*]. 15, 132 hic -x [*i. laurus daphnides*] est ramosus, crassiore ... folio [13, 134. 16, 154. 24, 73. 93. 94. *cf.* 16, 179 ille (*i. sabucus*). 19, 166 iisdem -bus (*i. lepidiis*). 24, 95 -e eo (*i. alysso*)]. 19, 15 -e madefacto [*i. genista*]. 20, 114 ne inter nefastos -x [*i. apium*] damnetur [*v. l. 27*]. 22, 63 -i topiario. 22, 86 -x [*i. scolymum*] est numquam cubitali altior tristisque foliorum aculeis, radice nigra. 24, 31 -x [*i. pityusa*] est similis piceae, flore parvo. 24, 98 -x [*i. apocynon*] est folio hederae. 33, 76 -x [*i. ulex*] est ... asper). PLIN. nat. 12, 95 -x et casia est (*cf.* 13, 130 et cytisus. 13, 135 alga herbarum maris vocabulum intellegitur, hic [*phycos*] autem -x est [14, 101 ex loto arbore (*cf. p. 1443, 56*), -e, herba. 21, 177 *trychnos* -x est surculosus verius quam herba. 24, 91 *rhus* herba est silvestris ... et -x coriarius appellatur. *cf. p. 1443, 39 sqq.*]. 15, 131 est ... chamaedaphne silvestris -x et Alexandrina *laurus*. 21, 59 *helenium* est -x humi se spargens. 22, 73 *asphodelum* -em esse densum, candidum [*opp.* olus]. DIOSC. 3, 25 *masculum genus* -x est sarmentosa [3, 54. 105. 106 *saepius*]. 3, 35 *lelisfacu* -x est oblonga. 3, 87 longa. 3, 120 alba et tenera. *ibid.* odorata. 3, 167 alta ..., viscida et eustomaca et odorata). 13, 114 -em ... thymelaean *vocant* (13, 142 -em ... vocari Isidis crinem. 16, 73 -x, qui vocatur cotinus, ... colore insignis. 19, 14 gignit -em, quem ... gossypion vocant. 24, 64 ericen ... vocant -em non multum a vitice differentem. 24, 112 -x humilior, ... spinosus ..., quem diaxylon vocant. optimus, qui minime ferulaceus, rubens. *cf.* 24, 81 cisthon appellant

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em maiorem thymo. *v. l. 19. p. 1444, 48*). 13, 115 tragion -em ... Creta gignit (*cf.* 15, 24 ex chamelaea, -e saxoso. 16, 32 *coccus est* scabies -is [-es *codd., em. Gelenius*], parvae aquifoliae ilicis. 17, 95 pseudocypirus -x. HIER. in Agg. 2, 19 p. 770 rhamnum, spinosum -em).

B *de parte plantae aut de caulibus herbarum, de culmo frumenti aut de ramulis arborum minorumque plantarum* (*accedit gen. v. l. 13 sqq.; de stirpe arboris v. l. 70*): CVLEX 56 haec *capella* teneras -um sentis rimatur. OV. met. 8, 719 'vale ... o coniunx' dixere simul (*Philemon et Baucis*), simul abdita texit ora -x (*sc. quercus et tiliae*). NVX 47 habent -es aliquando proxima nostri fragmina. FEST. p. 263 ruscum ... amplius paullo herba, et exilius virgultis -busque (fructibusque *trad., em. Ursinus; cf. infra l. 38*). SEN. Med. 729 haec *coma* passa ferrum est, dum parat Phoebus diem, illius alta nocte succisus -x (*cf.* COLVM. 2, 11, 8 ut latius se -x culmi [humi *codd. recc.*] diffundat. 2, 14, 5 -x ... lupini succisus optimi stercoris vim praebet. 9, 4, 4 -es amelli, caules acanthini, scapus asphodeli, gladiolus narcissi. 9, 13, 8 amelli radix, cuius est -x luteus, purpureus flos. 11, 3, 38 eiusdem [*i. rutae*] -x ... permanet innoxius, nisi si mulier ... contigerit eum, et ob hoc exaruerit. 11, 3, 40 thymi -em contundi. 11, 3, 54 praedicti seminis -es, qui fere per totum agrum vagantur, nisi ... prohibiti sint [*trop.*: TERT. scorp. 9 p. 163, 2 apostolici seminis -es]. 11, 3, 63 -es holerum. SCRIB. LARG. 163 huius [*i. trifoli acuti*] -x duorum pedum ... aut etiam amplior conspicitur. 192 rutae -bus quinque. PLIN. nat. 22, 54 cuius [*anthemidis*] et foliorum et -is amplitudo maiuscula est. 27, 116 *polygoni* quartum genus silvestre appellatur paene arboris -e [-x *v. l.*], radice lignosa. DIOSC. 3, 99 et ⟨in⟩ radices [radice *v. l.*] arborum et in -es [fructice *v. l.*] arborum). COLVM. 6, 23, 2 (*de herba*) ea res et teneriora pabula recreat, et sentibus ustis -em (frutione *v. l.*) surrecturum in altitudinem compescit. 11, 3, 35 *inula* vastos facit -es et radicibus ... serpit (*cf.* PLIN. nat. 12, 41 fructus iis *plantarum generibus* constat radice, -e, cortice, suco, lacrima, ligno, surculo, flore, folio, pomo. 22, 51 *onochilon est herba* parvo -e, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice ... sanguinea. 24, 99 sucus et -is et radicis [*sc. rosmarini*]. 26, 96 *satyrion* internodiis et ramosiore -e [*antea* caulis], radice fascini. HIER. in Os. 2, 10 p. 108 *gramen* est ... genus herbae ..., quae ...-em sursum et radicem mittit deorsum, rursusque ipsi -es et virgulta alterius herbae seminaria sunt. *v. etiam supra l. 11. cf.* PLIN. nat. 23, 125 [*de fico*] spodi vicem exhibet -um a radice exeuntium cinis. TERT. adv. Prax. 8 p. 238, 19 protulit ... deus sermonem ..., sicut radix -em et fons fluvium et sol radium. p 238, 22 filium dicere et radicis -em et fontis fluvium *eqs.* p. 238, 25. 239, 1. 8 tertius a radice fructus ex -e). 11, 3, 36 *atrum holus* si non totum radicitus tollas, sed alternos -es in semen submittas, aevo manet. 11, 3, 40 *aqua* cum sucum eius *thymi* perceperit, depositis -bus infunditur, donec eos recte confirmet. PLIN. nat. 12, 50 simile his (*amomo et amomidi*) et nomine et -e cardamomum, semine oblongo (20, 117 oreoselinum, ⟨palmum⟩ al⟨t⟩o -e recto, semine cumino simili. 26, 85 *hypericon* oleraceo -e, tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore acri, semine ... nigro. 27, 113 a multitudine seminis aut densitate -is *appellari polygonum*. DIOSC. 3, 76 [*de ippomaratu*] feniculu agreste, sed maior est ipsa et semine et -e. *cf.* PLIN. nat. 18, 199 [*de tritico et siligine*] pinguia arva ex uno semine -em numerosum fundunt densamque segetem ex raro semine emittunt [*antec.* culmus]. TERT. adv. Prax. 22 p. 269, 3 exivit ... a patre ut radius ex sole, ut rivus ex fonte, ut -x ex semine [*cf. l. 40 sqq.*]). 15, 98 *unedo*, quod solum pomum simul ⟨e⟩ -e terraeque gignitur. 23, 71 sucus -is recentis accensi (*sc. olearum*) destillans (*antec.* cauliculus). 25, 132 polythrix distat a callitriche, quod iuncos albos habet et folia plura maioraque, -e quoque maior est (*cf.* 25, 144 *anagallis mas et femina* non altiores palmo, -e tenero, foliis pusillis. TERT. anim. 19 p. 330, 18 mox illis *arboribus* et -es inoculantur et folia formantur et germina inflantur et flosculi inornantur et suci condiuntur. DIOSC. 3, 131 *coniza* maior folia habens graui⟨s⟩ odoris et in -e maior. *cf. etiam l. 24. 31 sqq. 49*). MART. 3, 47, 7 illic videres -e nobili caules. ANNIAN. carm. frg. 3, 3 nisi sint *vitis et ulmus* paribus -bus, umbra necat teneras Amineas (*antec.* flagella). SALV. gub. 3, 13 (*trop.*) persequitur dominus quasi fibras praecepti istius et omnes penitus -es ac ramusculos secat. *nota de stirpe arboris*: SVET. Vesp. 5, 2 quercus antiqua ... singulos repente ramos a -e (an -es *Lipsius*, a radice *Bentley*) dedit. *de virga, qua equites quidam ad equos verberandos utuntur*: APVL. flor. 21 p. 101 -em, quem verberando equo gestant, eam virgam in laevam manum transferunt.

II *translate et metonymice* (*cf. etiam l. 69. p. 1443, 36. 1444, 33*): HIL. in psalm. 67, 28 qui de Iuda -e expectatio gentium futurus erat. HIER. in Is. 11, 1—2 p. 155 virgam de radice Iesse sanctam Mariam Virginem intelligamus, quae nullum habuit sibi -em cohaerentem (*cf.* in Os. 3, 13 p. 154 desertum ... Mariae uterum ..., quod absque semine humano nullo [nulla *v. l.*] -e pullulaverit). VVLG. Sirach 3, 30 -x ... peccati radicabitur in illis. VITA Desid. 15 vasa irae fomesque vitiorum ac -x damnationis. *in convicio*: PLAVT. Most. 13 nec verisimile loquere nec verum, -x. APVL. apol. 66 nec huic -i credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse.

syn.: *ad I B*: cauliculus (PLIN. nat. 23, 71), culmus (PLIN. nat. 18, 199), flagellum (ANNIAN. carm. frg. 3, 3), virga (APVL. flor. 101).

opp.: *ad I A*: animal (*v. p. 1444, 2*), arbor (*sim. v. p. 1443, 56 sqq.*), fruges (*v. p. 1444, 7*), herba (*v. p. 1443, 39. 1444, 71*), olus (PLIN. nat. 22, 73), silva (*v. p. 1443, 31 sqq.*), spina (*v. p. 1444, 10*). *ad I B*: folium (*v. p. 1445, 60 sqq.*), radix (lignum, sucus *al. v. p. 1440, 30 sqq.*), semen (*v. p. 1445, 47 sqq.*).

iuxta posita (*ad I et II*): harundines (*v. p. 1444, 29*), ramus (PLIN. nat. 8, 127), ramusculus (*v. p. 1445, 69*), surculus (HIER. adv. Rufin. 3, 39), virgulta (*v. p. 1443, 52. 62. 1444, 32 sqq. 1445, 11. 38*).

3 *de rebus*: **a** *loco suo motis*: TER. Haut. 678 retraham ... ad me ego illud hodie -om (*i. quod fraude abiit*) argentum tamen. PLIN. nat. 36, 99 lapis -us appellatus (*cf. ibid.* saepe profugum vinxere plumbo). APVL. Socr. 22 p. 172 *dominus* Tantali vice ... non quidem fluentem (*fort.* fontem *Thomas*; fluentem *def. Helm, Berl. phil. Wochschr. 1909 p. 842*, -um *pro subst. accipiens*) illum -um captat. TERT. anim. 44 animae (*sc. somniantis*) sine morte -ae. MARCELL. med. 36, 5 *v. p. 1494, 73.* *de occasu siderum*: ARATOR act. 1, 7 -a relinquunt astra polum. *cf.* SEDVL. op. pasch. 5, 19 p. 290, 17 -um lumen abscessit. *de igni*: SIDON. epist. 7, 1, 4 -is flexibus sinuaretur. *de aquis furto interceptis*: GLOSS. V 22, 33 -ae aquae quae fluunt ex rivo publico neque deprehenduntur. unde -a (futiva *P*) dicta sunt, quae furtim quis ac non suo iure uteretur. *laxiore sensu i. q. vagus, errans, mobilis*: AVG. serm. ed. Mai 1, 1 luxuriatur unda *paradisi* ... erroneis lapsibus -a (*cf.* 72, 1). *sim. de rebus incorporeis*: BACHIAR. repar. laps. 18 oculorum velox ac -us aspectus. *cf.* PS. AMBR. serm. 59[b], 2 spectaculum ... pavidis pectoribus et -is (*sc. praemetu*) obtutibus explorabant. **b** *metaphorice de rebus post exiguum spatium temporis deficientibus, desinentibus*: VARRO ling. 5, 5 illa *verba* ... -a (*i. non iam usitata*) secuta sedulitas *doctorum* ... retrahere nequit. SEDVL. carm. pasch. 3, 271 (= op. pasch. 3, 23 p. 249, 16) -a (*i. sedata, intermissa*) fames. *inde i. q. celeriter desinens, caducus, brevis, inanis, fragilis:* *de rebus corporeis*: CASSIOD. in psalm. 102, 15 *fenum* quamvis pulcherrimum videatur esse, cum pubet, multum -um cernitur esse, dum corruit. *incorporeis*: MART. 1, 15, 8 gaudia non remanent, sed -a volant (7, 47, 11. POMER. 1, 25, 2 mundi. 2, 13, 3). 12, 96, 4 ministris, in quibus et brevis est et -a Venus. PANEG. 12 (2), 19, 3 -a successuum repentinorum voluptas. AVG. serm. ed. Mai 139, 2 praetereuntibus et -is rebus *velut voluptatibus.* VAL. CEM. hom. 19, 3 desideria carnis -a. RVRIC. epist. 2, 13 p. 391, 20 dulcedo -a pertransit (*cf.* FAVST. REI. serm. 27 p. 332, 25 voluptatum -a dulcedo). ENNOD. opusc. 3, 62 p. 346, 19 -ae potestatis insignia. epist. 6, 19, 1 p. 160, 7 quotiens variis necessitatibus obsequentem -a libertas ad nova instituta transducit. CASSIOD. in psalm. 29, 1 -a inanisque laetitia. GREG. M. moral. 20, 65 -ae felicitatis. *de ipsis temporibus*: AVSON. 361, 35 -a aetate (DRAC. satisf. 256 velut acris avis sic -a volat *aetas.* CASSIOD. in psalm. 89, 6 -is herbarum aetatibus). GREG. TVR. vit. patr. 13 pr. vitae istius -ae (VEN. FORT. vita Marcell. 10, 41. PASS. Thom. p. 148, 10 vita ... ita -a, ut cum putatur teneri, labefacta diffugiat). VEN. FORT. carm. 7, 4, 27 vita nimis -o tempore transit. 7, 12, 1 -is fallimur horis. CARM. epigr. 1385 (*a. 565*) lux -a suae complevit tempor⟨a vitae⟩.

B ***translate:*** *c. gen.* (*cf. p. 1491, 58*): ENNOD. dict. 1, 5 p. 424, 13 -a gloriae ... mens. **a** *d*: VEN. FORT. vita Pat. 9, 26 ad requirendos monachos tam bene ad Christum -os.

II ***subst.*** (*vel praedicative*): **A** fugitīvus, -ī *masc. et* fugitīva, -ae *fem.*: **1** *proprie*: **a** *de servis* (*additur genet. possessoris: l. 24. 51. 77 al., pron. poss.: l. 47.* ab: *l. 13*): *definitiones*: VLP. dig. 21, 1, 17 PAVL. dig. 21, 1, 43. *discernitur ab* emansore: SATVRN. dig. 48, 19, 16, 5. *ab* errone: TRYPH. dig. 50, 16, 225. PLAVT. Capt. prol. 17 -os ille ... domo ... profugiens. 210 -os imitari. Cas. 397 tute es -os. Poen. 832 ibi ... videas ... libertinum furem an -om velis (*cf.* IVV. 8, 174). Trin. 1027 non -ost hic homo, commeminit domi. TIT. Plaut. com. -i (VARRO ling. 7, 63). INSCR. mill. Popil. (Corp. I[2] 638) 10 praetor in Sicilia -os Italicorum conquaeisivei. CORP. I[2] 861 -i peristis (*cf. adn.*). CIC. Verr. 3, 27 si centum cohortes -orum fuissent. 3, 99 inter -orum ac praedonum ... tela. 4, 63. 66 -orum insolentia. 4, 125 magnae -orum copiae. 5, 94 manum -orum. 5, 112 servi, -i, barbari. *ibid.* neque tam -i illi ab dominis *erant*, quam tu ab iure et ab legibus. 6, 5 bello -orum (6, 7. 14. 18 *al.* leg. agr. 2, 83 *cf.* or. frg. A IX 11 ex quibus *pastoribus* ait se ... -orum bellum excitaturum. VAL. MAX. 4, 3, 10. 6, 9, 8 GELL. 5, 6, 23 CONSVL. Constant. chron. I p. 217, 719 *al.*). 6, 161 a ducibus -orum. *al.* Catil. 2, 19 -o alicui aut gladiatori (*cf.* Sull. 15). Mur. 61 nos ... qui sapientes non sumus, -os *esse* (*opp.* sapientes ... reges). Flacc. 98 cum -is fortiter bellum gesserat (VAL. MAX. 2, 7, 3. 9 AMPEL. 41 SCHOL. Cic. Bob. p. 108, 3 St. *al.*). Phil. 11, 16 habet *Dolabella* -os. parad. 27 -orum ac latronum ... multitudo. Tusc. 5, 63 vivebat *Dionysius* cum -is, cum facinerosis. ad Q. fr. 1, 2, 14. epist. 15, 4, 10 cum ... -os reciperent. *al.* CAES. Gall. 1, 23, 2 ea res per -os L. Aemilii ... hostibus nuntiatur. civ. 3, 19, 2 *legatos mittere* -is ab saltu Pyrenaeo praedonibusque licuisset. 3, 110, 4 -is omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus. BELL. Alex. 24, 2 contra convenarum ac -orum manum. BELL. Hisp. 7, 4 reliqui ex -is auxiliares consistebant. SALL. hist. frg. 3, 96 D. ad castra -orum. 3, 98. HOR. sat. 2, 5, 16 quamvis periurus erit, ... -us. epist. 1, 10, 10 utque sacerdotis -us liba recuso. LIV. 30, 16, 10 captivos et perfugas et -os restituant. 30, 16, 15. 30, 37, 3. 30, 43, 11. 13 de perfugis gravius ... quam de -is consultum. 31, 19, 2. 38, 11, 4. frg. 22 transfugas liberos vivos ad se adduci iussit: -os ... interficerent. FEST. p. 343 a ... celeritate -os vocent cervos. SEN. contr. 2, 1, 7 post evestigata illa -orum arma. 7, 6 (24), 23 -um, erronem non esse (*cf. ibid.* erronem ... -um non esse, adicio noxa furtisque solutum. TAB. cer. Dac. 6 [Corp. III p. 937] int. 7. 7 [p. 940] int. *et* ext. 7. POMPON. dig. 21, 1, 64, 2 errare et fugere iumentum posse, nec tamen erronem aut -um esse agi posse. 30, 56 pr. -um eum non esse praestari. VLP. dig. 19, 1, 11, 7. 21, 2, 32 pr. *al.* PAVL. dig. 19, 4, 2 pr. GELL. 4, 2, 1). VELL. 2, 30, 5 -i ... profugientes duce Spartaco. 2, 73, 3 servitia -osque in numerum exercitus sui recipiens. VAL. MAX. 2, 7, 9. 9, 12 ext. 1. SEN. epist. 114, 6 in mimo -i divitis (*Lipsius*, -es *cod.*). CVRT. 6, 3, 17 pauci nobis -i et domini sui interfectores supersunt. ASCON. Mil. p. 34, 25 St. *servum* pro -o prehensum. PETRON. 39, 9 -i et compediti. 95, 1 ebrii estis an -i, an utrumque? (96, 5). 97, 10 se ... -um suum dixit quaerere. 103, 4 notum -orum epigramma (*cf.* QVINT. inst. 7, 4, 14 si quis -o stigmata scripserit. VLP. dig. 11, 4, 1, 8[a] *et p. 1465, 60*). 107, 4 paenitentia -os reduxit. frg. 12 manubiae penes -um repertae. PLIN. nat. 15, 125 de -is ... laureā coronatus. 28, 49. MART. 3, 91, 3 domini -us Achillas. 11, 54, 6 non miror furem, qui -us eras. TAC. hist. 2, 72 a domino noscebatur condicione -us. SVET. Aug. 3, 1 -os, residuam Spartaci et Catilinae manum ... delevit. 7, 1. DIG. 11, 4 tit. de -is (PAVL. sent. 1, 6[A]). ALF. dig. 40, 7, 14, 1. POMPON. dig. 18, 1, 13 si ... vendas ... -um. GAIVS dig. 6, 1, 36, 1 -um ... non custodit. 41, 2, 15 quare videamur -um possidere. PAPIN. dig. 21, 1, 55. CALL. dig. 11, 4, 2 simplices -i domino reddendi sunt. 48, 15, 6, 1 MEN. dig. 49, 16, 4, 14. VLP. dig. 1, 15, 4 -os conquirere. 9, 2, 13, 1. 11, 4, 1. 46, 3, 34, 5 -us qui pro libero se gerebat. *al.* PAVL. dig. 11, 4, 4 -os deprehensos. 15, 1, 48 pr. neque in -o neque in subrepto. *al.* MARCIAN. dig. 47, 2, 63 pr. ARGVM. Plaut. Capt. 8. EPIST. praef. praet. ad Saepin. (Corp. IX 2438) 17 pastores ... -os esse. GELL. 11, 18, 14. PANEG. 12 (2), 23, 2 tenentibus arma -is. LIV. perioch. 51 transfugas ac -os bestiis obiecit. OBSEQ. 43 a -is et desertoribus. 45 EXVP. 4 AMM. 14, 11, 33 CLAVD. DON. Aen. 11, 825. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 4 irascerer discessione -i *liberti.* SALV. gub. 4, 13 ex servis fures ac -i sunt. EVGIPP. epist. 9 si -um *me* putas, para tibi pretium, quod pro me possis, cum fuero requisitus, offerre. PALLAD. hist. mon. II 16 p. 373[B] -e forsitan domini tui (*cf.* I 9 p. 281[B] *Butl. p. 65 φυγοχόρι*) CORP. XV 7175 Minervinus -us. *al.* TAB. Peut. 5, 3 Fano -i. *fem. de ancillis*: IVLIAN. dig. 30, 84, 10. VLP. dig. 11, 4, 1, 5 ex -a natum. TAB. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937) ext. 7 -am erronem non esse (*cf. l. 36*). *in comparationibus de eis qui patronos, dominos subterfugiunt, deserunt*: LVCIL. 854 cum manicis catulo collarique, ut -um, deportem *amatorem.* HOR. sat. 2, 7, 8 teque ipsum vitas -us et erro. VAL. MAX. 2, 7, 12 hos (*sc. transfugas*) ... tamquam patriae -os crucibus affixit. PETRON. 105, 10 ad unicum -i (*i. amatoris profugi*) argumentum (105, 11). PLIN. epist. 9, 28, 4 futurum te -um rei familiaris statimque ad nos advolaturum, qui iam tibi compedes nectimus. PANEG. 12 (2), 43, 3 nudantur crura -o. VVLG. sap. 19, 3 *Iudaeos* tamquam -os (*φυγάδας*) persequebantur *Aegyptii.* AVG. civ. 3, 11 p. 109, 16 D. *deis* tamquam -is custodes adhiberet. in Iob p. 530, 1 tamquam -os dicit homines a iustitia discedentes. serm. ed. Mai 36, 2 solvite, -i, vincula tarditatis, redite ad

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dominum (*de discipulis Christi*). SALV. gub. 4, 18 ille -us est sui domini et tu tui. *metaphorice de animo*: LVTAT. epigr. 1, 3 ne illunc -um mitteret. *instar convicii de hominibus nequissimis, improbis, pessimis: de ipsis servis*: TER. Eun. 669. *de lenonibus*: PLAVT. Pseud. 365 TER. Phorm. 931. *cf.* CIC. Deiot. 3. 17. 21. 28 *de accusatore iniquo.*

b *de eis qui (sponte aut vi coacti) domo, patria, sedibus suis cedunt i. q. profugus, exul, extorris*: SEN. contr. 9, 5 (28), 1 -e, reductus es, *fili*? MELA 1, 83 a -is ... condita ... Phygela (PLIN. nat. 5, 114). PLIN. nat. 5, 103 oppida Daedala, Crya -orum. FLOR. epit. 3, 1, 12 urbibus exutum regem et iam finium suorum regnique -um. TERT. nat. 2, 13 p. 124, 1 de -o palam factum *Iovem*. PANEG. 12 (2), 25, 1 implebas -is nobilibus solitudines. 12 (2), 31, 1 se orbis extorrem patriaeque -um. ARNOB. nat. 1, 64 qui -os, qui exules ... praedicant. 4, 14 *Mercurius* -us atque exul. 4, 28 *deum* tamquam -um et exulem in summotis delituisse secretis. LIV. perioch. 123 collectis proscriptis ac -is. FIRM. err. 12, 8 p. 31, 2 Saturnus ... -us absconditur. math. 1, 7, 12 per Locros ... -us erravit. 1, 7, 37. 3, 7, 14 facit thisicos, -os, exules, damnatos. 3, 11, 3 *al.* OPTAT. 3, 11 p. 97, 17 Sodomorum -os Loth et uxorem. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 14 reus sanguinis -us est patriae. VVLG. num. 35, 6 sex oppida erunt in -orum (*φυγαδευτηρίων*) auxilia separata (*cf.* 35, 11. 13 Ios. 20, 2). iud. 12, 4 -us est Galaad de Ephraim. I Macc. 1, 56 in absconditis -orum locis (*ἐν παντὶ φυγαδευτηρίῳ*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 14, 3 patria ac domo -os (*φυγόπατριν*). SVLP. SEV. dial. 1, 22, 4 *de monacho e monasterio elapso*. SIDON. epist. 7, 17, 2 vs. 10 spiritibusque malis fers, -e, fugam (*cf.* vs. 7 elapsus regi). PASS. Theclae C 19 p. 47, 25 quasi -a.

2 *translate* (*cf. p. 1496, 14. 83 sqq.*): LACT. inst. 4, 4, 5 adversus -os suae maiestatis ac nominis. VVLG. sap. 17, 2 -i perpetuae providentiae (*φυγάδες τῆς ... προνοίας*).

B *neutr. plur.* **fugitīva**, -ōrum. *i. q. deficientia, desinentia*: MAR. VICTOR aleth. 1, 42 munusque creatum succiduis vicibus semper -a reformans. CASSIOD. in psalm. 89, 5 illa -a et transitoria vitae hominum comparantur. GREG. M. moral. 1, 43 ima et -a quaerentium (*syn.* temporalia ac defectiva).

structurae: unde quis discesserit, indicatur: genetivo: PLIN. nat. 18, 142 *v. p. 1495, 32.* FLOR. epit. 3, 1, 12 *v. l. 11.* PANEG. 12 (2), 31, 1 *v. l. 13.* OPTAT. 3, 11 *v. l. 19.* AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 14 *v. supra l. 20. cf.* PLIN. epist. 9, 28, 4 *p. 1496, 78.* VVLG. sap. 17, 2 *supra l. 30.* ENNOD. dict. 1, 5 *p. 1495, 81. abl. separ.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 14, 3 *supra l. 24. nota dat.*: ARATOR act. 1, 477 *p. 1495, 22.* **a b** (*cf.* ARVS. gramm. VII 475, 8): CIC. Verr. 5, 112 *p. 1496, 13.* **d e**: VVLG. iud. 12, 4 *supra l. 23. quo*: **p e r**: TERT. pudic. 9 *v. p. 1495, 34.* **a d**: VEN. FORT. vita Pat. 9, 26 *v. p. 1495, 82.*

deriv.: fugitivarius. fugitivosus.

fugito, -āvī, -āre [*a* fugere. *Th.*]. GRAMM. suppl. 7, 21 fugio, fugis, -o. GLOSS. φ[ρ]*υγαδεύω*. frequenter fugit. fugire. vitant. NOT. Tir. 26, 30. [*dub.*: LVCR. 3, 1068 *v. l. 69.*]

I ***intransitive:*** **A** *de animantibus*: TER. Eun. 847 miserrimus fui -ando, ne quis me cognosceret. CYPR. GALL. exod. 422 populum -are magis, quem miserat (*i. abire iusserat*) ipse. AMM. 15, 9, 5 paucos post excidium Troiae -antes Graecos. HEGES. 2, 9, 1 l. 83 una navi -ans *Xerxes*. RVFIN. hist. 3, 23, 16 insequitur -antem. 9, 10, 4 turbis se calonum -antium permiscens. CHRON. Gall. chron. I p. 646, 9 eundem -antem Luguduni interfecit. *additur quo*: HEGES. 2, 5, 3 -ans in Hispaniam. *de avibus*: PLIN. nat. 18, 363 -antes in nidos suos (*cod. Dalec.*, nidis suis *cett.*). *additur unde et quo*: RVFIN. hist. mon. 16 p. 436[B] de loco ad locum -ans.

B *de rebus* (*metaphorice*): RVFIN. Orig. in Rom. 10, 2 etiam -ans *pax* consectanda est et modis omnibus revocanda.

II ***transitive:*** **A** *proprie de separatione locali* (*sive discedendo sive non adeundo*): **1** *aliquem* (*interdum ad usum translatum vergit*): PLAVT. Asin. 485 erum nos[met] -are censes? Poen. 508 amicos -vi senes. Trin. 260 fugit forum, -at (*Spengel*, fugat *P*, fugit *A*?) suos cognatos. TER. Phorm. 835 ut -et patrem. Ad. 872 illum amant, me -ant. NOVIVS Atell. 2 quia ... repuerascis, -as (*Flor. pr. m.*, fugit has *cett. codd.*) personas. LVCR. 3, 1068 (*metaph.*) se quisque ... -at (*Madvig*, fugit at *codd.*), quem ... effugere haut potis est. 4, 1176 quom famulae longe -ant furtimque cachinnant. MART. 7, 15, 2 quis puer ... absistit ... undis et -at (*Gronov.*, fugit *codd.*) dominam Naida? AMM. 29, 1, 39 *p. 1498, 8. de daemonibus*: MIN. FEL. 27, 7 Christianos de proximo -ant. LACT. inst. 5, 21, 4 -ant iustos et pavent. **2** *aliquid*: **a** *oculos, conspectum alicuius*: PLAVT. Capt. 541 meos te dicam -are oculos (545). TER. Haut. 434 tuom conspectum -at. **b** *locum*: PLAVT. Capt. 156 (*tropice*) -ant omnes hanc provinciam (158). AVSON. 394, 4 -as nostram ... domum. *nota de sidere*: GERM. 380 borean -at (fugiat *codd.*) *Piscis*, totus directus in austros.

B *translate i. q. cavere, vitare, reformidare, cavendo aut prohibere (de damnis) aut abstinere* (*de vitiis, actionibus*): **1** *aliquid*: **a** *subi. sunt homines*: CIC. S. Rosc. 78 quaestionem -ant. LVCR. 4, 1063 -are decet simulacra et pabula amoris absterrere sibi. CIRIS 351 *diem* alternis -ant (*πεφρίκασιν Call. Hec. frg. 52*) op[s]tantque puellae (Hesperium vitant, optant ardescere ⟨Eoum⟩). GERM. 309 navita portu infestam noctem -at (*cf. Arat. 302 πεποιθὼς οὐκέτι νυκτί*). VAL. MAX. 6, 8, 1 *cruciatus*. TAC. dial. 22 *orator* -et foedam et insulsam scurrilitatem. FRONTO p. 150, 2 N. eloquentiam desperantes -ant. p. 151, 13 Crassus lucem -vit (-bat *man. sec. in marg. et Schaefer*). APVL. Plat. 2, 10 mala quaedam sui causa -anda sunt. AMM. 18, 7, 8 -antes inopiam pabuli. 29, 1, 39 vitam ut dominam -ans rabidam. **b** *subi. sunt bestiae*: LVCR. 6, 753 *cornices* -ant non iras Palladis acris. 6, 973 ⟨a⟩maracinum -at sus et timet omne unguentum. PHAEDR. 1, 2, 26 frustra necem -ant *ranae*. **2** *pro obi. est infin.*: TER. Hec. 776 fecisse id quod aliae meretrices facere -ant. LVCR. 1, 658 -ant in rebus inane relinquere purum. 4, 299 splendida ... oculi -ant vitantque tueri. 6, 1238 quicumque suos -bant visere ad aegros.

part. praes. pro adi. **fugitāns**, -antis (*cf.* CHAR. gramm. I 99, 29 DIOM. gramm. I 311, 28 PRISC. gramm. III 160, 2. 279, 19): *i. q. abstinens, abhorrens, expers: accedit genet. obi.*: **a** *rerum* (ARVS. gramm. VII 475, 6): TER. Phorm. 623 erus liberalis est et -s litium (*v.* SCHOL. *ad l. cf.* SYMM. epist. 4, 68 [69], 1 AMBR. exc. Sat. 2, 99 off. 2, 21, 106). AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 15, 2 curarum -s. 10, 8, 2 laboris (HEGES. 2, 5, 3. 3, 6, 2 [*Ios. 3, 41 τὸν ἥκιστα ... φιλόπονον*]). fug. saec. 2, 6 Levitae -es sunt mundi huius. 2, 7 -s corporis, -s passionum. *de rebus*: AMBR. Noe 17, 62 -s omnis culpa est aequitatis. 19, 67 non -em virtutem arbitreris profectus futuri. off. 1, 43, 210 *verecundia* proteruiae -s. 3, 22, 133 sicut ... adulationis -s amicitia debet esse, ita etiam aliena insolentiae. **b** *personarum*: AMBR. fug. saec. 2, 7 -s ... suorum.

fugitor, -ōris *m. a* fugere. PLAVT. Trin. 723 credo ad summos bellatores acrem -em fore.

fugium, -ī *n.* [*a compositis* re-fugium, regi-fugium *sim. tractum. Th.*]. SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 384 haec lana, hoc lanitium ut fuga -ium.

✖**fugo**, -āvī, -ātum, āre [*a* fuga. *Th.*]. *de notione*: GLOSS. IV 345, 21 -amur persequimur (*pass.?*). *passivo interdum sensus medialis inest sc. fugiendi, discedendi cf. p. 1499, 1. 15. 1500, 22. 1501, 5. singulari usu etiam act.* -are *legitur vice* fugere: ITALA Tob. 6, 8 (Regin. Suec.) si fuerit in eum incursio daemonis ..., -bit ab eo. Matth. 8, 33 (cod. k) qui pascebant -arunt (ἔφυγον, VVLG. fugerunt) et abierunt. FAST. Vind. I chron. I p. 308, 616 -vit Nepos imp. ad Dalmatias. CORP. X 520, 8 -antes ... cives ... relevare. *invicem ponitur* fugere *pro* -are *p. 1476, 8. legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC. *praecipue apud rerum scriptores, haud ita crebro apud poetas.* [*it. vet.* fugare. *M.-L.*] [*dub. vel corrupt.*: CIC. Att. 1, 16, 3 *v. infra l. 61.* CAES. Gall. 1, 13, 5 adortus esset (*codd.*, adortus vicisset *vel* -isset *coni. Ciacc.*). NEP. Arist. 2, 2 *loco suspecto.* LYDIA 40 *coni. Ribbeck.* OV. Ib. 173 in loca ... vocabere (*G*, -bere *codd. cett.*). LVCAN. 9, 857 Cereris cultore negato (-ato *V*). PLIN. nat. 30, 148 sorices fugere (*Mayh.*, -ari *edd. cett.*, -are *codd.*). STAT. Theb. 12, 558 quos vetat (-at *P in marg.*) igne Creon. HIER. epist. 18[B], 3 (19), 2 iniquitas ... effugata (-ata *v. l.*).]

I ***proprie i. q. loco movere, propellere, auferre, abigere, avertere:*** **A** ***homines i. q. facere, ut aliquis loco cedat*** (*subi. nonnumquam et res [causative] ex. gr. l. 65. 68. 77. saepe additur abl. instr.*): **1** *generatim* (*nonnulla etiam ad usum translatum vergunt notione avertendi, prohibendi*): **a** *aliquem* (*non addito unde aut quo*): PLAVT. Cist. 216 me Amor ... ludificat, -at, agit. CIC. Caecin. 31 is qui armis proterritus, -atus, pulsus est, non videtur esse deiectus? (*cf.* 50. 64. 75. 83 VLP. dig. 43, 16, 1, 29). 33 homines inermos ... armis ... reppulerit, -arit, averterit (76). har. resp. 6 qui lapidibus ... alios -ret. Phil. 6, 3 -ata contione. Att. 1, 16, 3 pauci *iudices* ..., quos reiectione -are (*sc. ex consessu iudicum*; ef*codd. plerr., fort. recte*) ille *Clodius* non potuerat. HOR. sat. 1, 2, 21 *patrem Menedemum* miserum gnato vixisse -ato. epist. 2, 1, 182 etiam audacem -at hoc terretque poetam, quod *eqs.* ars 474 indoctum doctumque -at recitator acerbus. OV. ars 2, 153 lite -ent nuptaeque viros nuptasque mariti. 3, 132 per quas nos petitis, saepe -atis, opes. 3, 300 allicit ignotos ille (*sc. incessus*) -atque viros. met. 10, 569 turbam violenta procorum condicione -at *Atalante* (*cf.* STAT. silv. 3, 5, 8 tu mille procos intacta -res). fast. 4, 751 si ... nostrisve -atae sunt oculis nymphae. LIV. 37, 6, 7 quo *responso* -ati ab senatu erant *legati*. VITR. 2, 1, 1 flamma ... sunt -ati. SEN. Herc. f. 1241 populos ut omnes impio aspectu -em (*cf.* clem. 1, 26, 3 aspectu suo terrere ac -are). COLVM. 7, 12, 3 *canis villaticus* fremitu suo -et insidiantem. LVCAN. 7, 824 tabentes populi ... campos ... tenent victore -ato (*sc. faetore*). PLIN. nat. 8, 104 incolas a muribus -atos (8, 222. 10, 186). VAL. FL. 2, 81 nec te, *Vulcane*, furiis et crimine matrum terra -at. STAT. Theb. 8, 361 penitus cessere -atae Nereides. MART. 3, 44, 15 ad cenam venio: -as sedentem. PS. QVINT. decl. 3, 7 -andi corruptoris. SVET. Vesp. 5, 4 -atis ministris ... *bos* procidit. APVL. met. 9, 25 contubernalis epularum taedio -atus. TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 13 paracletum -vit *Praxeas*. LACT. inst. 4, 27, 2 daemones verbo -bat (4, 27, 11. 14 adiurato -atoque. LACT. mort. pers. 10, 2 HIL. in Matth. 17, 8. HYMN. Ambros. I 10, 6 *syn.* aufer, expelle. VVLG. Tob. 6, 19

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-bitur [φεύξεται] daemonium. RVFIN. hist. 2, 13, 3 [ἐδιώχθησαν] hist. mon. 31 p. 459[B] AVG. civ. 22. 8 p. 573, 26 D. SVLP. SEV. chron. 2, 28, 5 orationibus. epist. 3, 8 PALLAD. hist. mon. I 10 p. 287[A] PASS. Thom. p. 143, 23. 148, 23. *cf. infra l. 14. 26*). VEG. mulom. 3, 12, 4 suffimentum ... daemones abigit, umbras -at. HIER. epist. 6, 2, 1 meis sceleribus -atus abscessit. CLAVD. 28, 327 dira -antibus herbis numina. *nota metonymiam*: PROP. 4, 8, 1 disce, quid Esquilias hac nocte -arit aquosas. OV. Pont. 2, 3, 24 quae (*sc. fortuna*) simul intonuit, proxima quaeque -at. **b** *additur unde*: ex: PLAVT. Poen. 323 Venerem ipsam e fano -ent. PROP. 2, 33, 19 e nostra te, saeva *Io*, -bimus urbe. LIV. 32, 27, 4 -atique ex insula faeneratores. SEN. dial. 11, 7, 8 ex qua *insula* quid eos -verit. ASCON. Mil. p. 37, 30 St. flamma ... -ati sunt e contione. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 182 -atur ex scaena *poeta*. SVLP. SEV. dial. 1, 20, 6 ex ... corporibus daemones. CAEL. AVR. acut. 3, 11, 105 hydrophobum ex domo -atum (*i. fugientem?*). PAILLAD. hist. mon. I 5 p 266[B] ex ... cella (*syn.* pellam. *Butl. p. 41 ἐλάσας*). de: HIER. epist. 42, 1, 3 se ipsum (*sc. diabolum*) de obsessis -are corporibus (*cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 20, 2 GREG. M. in euang. 34, 11). AVG. civ. 18, 52 p. 339, 1 D. -ati atque dispersi de Hierosolymis. ab *loco*: CIC. har. resp. 9 ab altaribus religiosissimis SEN. contr. 7 praef. 6 haec illum sollicitudo -vit a foro. SEN. epist. 81, 2 faeneratorem non -at a foro ⟨de⟩coctor. PORPH. Hor. epod. 5, 97 *sq. insanos* a domibus. ab *hominibus*: SEN. epist. 5, 3 alioquin quos emendari volumus, -amus a nobis et avertimus. STAT. Theb. 9, 578 extorrem nemorum Dryadumque a plebe -atam. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 20 *sq.* filium a se ... -verit. OPTAT. 3, 2 p. 69, 6 daemon a Sara puella -atus est (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 8, 3. 3, 15, 5 PASS. Petr. Paul. long. 20). PASS. Theclae B 30 p. 82, 17. *nota reflex.* (*cf. supra l. 17*): PLAVT. Trin. 261 -at ipsus se ab suo contutu. *accedit abl. separ.*: OV. met. 14, 517 *nymphas* illa ... regione -atas. STAT. Theb. 2, 675 campis longe custode -ato. Ach. 1, 154 semet campis fluviisque -ari. *adv.*: TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 510, 10 pulsabo ..., unde sum -atus (*R*[3], functus *MR*[1]). **c** *additur quo*: SEN. Thy. 69 ad stagna ... -as (*sc. me*). OPTAT. 4, 6 p. 110, 13 spiritus immundus depellitur et in loca deserta -atur. SVLP. SEV. dial. 1, 7, 2 dispersi fratres ac per diversas oras monachi sunt -ati.

2 *speciatim*: **a** *in re militari* (*additur abl. instr.* [*imprimis* proelio *sim.*] *praepp.* ex, ab, de, in, ad [*tam de directione quam de statu*], apud, *abl. separ., acc. direction. subi. sunt res l. 69. 78, bestiae p. 1500, 15*): PLAVT. Amph. 136 legiones hostium ut -verit (TAB. triumph. Acil. Glabr. frg. 1 *syn.* fundit, prosternit. GALBA Cic. epist. 10, 30, 3 LIV. 4, 19, 6 AVR. Fronto p. 10, 21 N.). Pseud. 1270 hostibus -atis (TITIN. com. 154 VARRO rust. 2, 4, 2 BELL. Afr. 86, 1. LIV. 3, 8, 5 primo proelio. 3, 30, 8 ex Algido ..., a Corbione. 7, 17, 9 ex agro Romano. 10, 2, 2 proelio uno. 41, 18, 1 ad ⟨S⟩cultennam flumen victos -atosque. *al.* CVRT. 5, 5, 1. 8, 1, 25 QVINT. decl. 306 p. 201, 4. 352 p. 382, 18 FLOR. epit. 3, 20, 12 PANEG. 9 [12], 10, 3. CAPITOL. Gord. 26, 4 delevit, -vit, expulit. ARNOB. nat. 7, 50 *al.*). VARRO Men. 213 exercitum (ling. 6, 32 frg. NON. p. 498, 23 CIC. Caecin. 41 [effugatos *Ee*]. NEP. Hann. 4, 4 uno proelio. LIV. 1, 10, 4. 7, 37, 4 *al.*). frg. Non. p. 398, 1 multis occisis -atur. CIC. Verr. 5, 96 eicitur -aturque Tlepolemus. Phil. 8, 6 -ati equites (BELL. Afr. 6, 3 in oppidum. SALL. Iug. 101, 10 LIV. 3, 70, 6. 37, 42, 8). off. 3, 112 Latini ad Veserim fusi et -ati. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6, 3 a ... Deiotaro Dolabellam caesum -atumque esse (*cf.* LIV. 9, 36, 13. 26, 1, 9. 30, 20, 3 *al.* CORP. VIII 2615 *a. 260 p. Chr.*). CAEL. Cic. Att. 10, 9[a] (= epist. 8, 16), 2 ad eos -atos accedere, quos resistentis sequi nolueris. GALBA Cic. epist. 10, 30, 4 copias ... delevit -vit (BELL. Afr. 31, 5 NEP. Cim. 2, 2 Iph. 2, 3. Timol. 2, 4 apud Crinissum flumen). CAES. Gall. 7, 68, 1 -ato omni equitatu. HIRT. Gall. 8, 36, 2 -ato duce altero. BELL. Afr. 28, 2 *syn.* pulsus. 93, 3 suosque interfectos aut -atos. BELL. Hisp. 31, 8 fusi -atique (SALL. Iug. 21. 2. 52, 4 *al. cf. infra l. 68. 76 sqq. al.*). SALL. Iug. 74, 3 milites ... pulsi -atique. NEP. Paus. 1, 2. Con. 4, 4 hos ... magno proelio -at. Hann. 4, 1 *Scipionem* -atum dimittit. 5, 3 Minucium ... in proelio -vit. *al.* CORP. I 1[2] p. 195 (*in elogio C. Marii*) Cimbros -vit. PROP. 3, 3, 11 Hannibalemque Lares Romana sede -antes. OV. fast. 6, 721. LIV. 3, 8, 9 pauciores multitudinem (*cf.* VVLG. II Macc. 2, 22). 9, 22, 6 inde se fundi -arique (9, 25, 6 *al.*). 7, 36, 13 perfertur ... clamor -atque ex suis quemque praesidiis. 9, 37, 10 -atosque persequitur. 10, 37, 13 in Apulia[m] fusum -atumque. 22, 45, 3 turbam ... clamore. 23, 37, 5 stationes hostium fudit -vitque in castra. 23, 45, 1 -atis ... a Cumis. 25, 37, 12 victis ac -atis. 29, 31, 7 primo certamine Maesulios fundit -atque. 33, 6, 6 in quo *proelio* ... -ati ... sunt. 36, 31, 3 post -atum ex Graecia Antiochum. *saepe*. VITR. 2, 8, 12 ad montes -ati. SEN. suas. 5, 1. VELL. 1, 9, 4 Persam ingenti proelio apud urbem ... fusum -atumque. 2, 70, 1 *cornu*. 2, 112, 5 -a⟨ta⟩ (fusa *Voss.*) regiorum equestris acies, -atae alae. *al.* SEN. Ag. 547 non me -vit bellici terror dei. Tro. 1073 versos ... Danaos -ret Hector. dial. 1, 3, 5 *al.* CVRT. 3, 4, 15. 8, 2, 22 dispersos -vit. LVCAN. 7, 696 teque inde -ato. 7, 731 castra -atos ne revocent. 8, 206 acieque -ato. SIL. 1, 625 Gallisque ex arce -atis. TAC. ann. 15, 5. PLIN. paneg. 11, 4 *syn.* pulsi. SVET. Vesp. 4, 5 *al.* FLOR. epit. 1, 1, 10. 1, 18, 25 in Graeciam suam trans mare ... -ato. 2, 11, 5 duobus ... proeliis fusi -atique. 4, 2, 22 pulso -atoque Pompeio. *al.* APVL. met. 3, 5 gladiolo ... armatus -are atque proterrere eos (*sc. latrones*) aggressus sum. MIN. FEL. 23, 3 Martem vinxit, vulneravit, -vit *Homerus* (*i. fugari finxit*). ITALA psalm. 88, 24 (Aug. civ. 17, 9 p. 227, 2 D.) eos, qui oderunt eum, -bo (τροπώσομαι, VVLG. in fugam convertam). PANEG. 7 (6), 14, 6 ab urbe pulsum, ab Italia -atum. LAMPR. Alex. 56, 7 regem ... fusum -vimus. CAPITOL. Alb. 9, 3. Opil. 15, 1 *saepe*. IVST. 12, 9, 8 tot milia ceciderit ac -verit. *al.* VIR. ill. 78, 7 Pharnacem ... famā nominis -vit. EVTR. 2, 13, 4 Pyrrhus Tarentum -atus. 3, 15, 5 victum -at. AMM. 16, 12, 70 barbaros -visse praecipites. 23, 5, 17 apud Resainan superato -atoque rege Persarum (*cf.* 26, 8, 15). 29, 6, 16 cuneos sterneret aut -ret. *al.* PHILOCAL. fast. Iul. 3 (Corp. I[2] p. 268). VEG. mil. 3, 14 p. 98, 5 adversarios ... repellere vel -are. *al.* ITALA (Monac.) *et* VVLG. exod. 17, 13 -vitque (ἐτρέψατο) Iosue Amalec ... in ore gladii (in caede gladio *Monac.*). 23, 28 crabrones ... qui -bunt (ἐκβαλεῖς) Hevaeum. VVLG. deut. 32, 30 quomodo ... duo -ent (μεταχινήσουσι, ITALA Lugd. transmovebunt) decem milia? II reg. 2, 17 -atusque est (ἔπταισε). I par. 8, 13 (ἐξεδίωξαν). II Esdr. 13, 28 quem -vi (ἐξέβρασα) a me. I Macc. 5, 60 -ati sunt (ἐτροπώθη) ... usque in fines Iudaeae. 6, 6 -atus est (ἀνετράπη) a facie Iudaeorum. II Macc. 9, 4 qui se -verant (τῶν πεφυγαδευκότων αὐτόν). 13, 19 -batur (ἐτροποῦτο), impingebat, minorabatur. *al.* IORD. Get. 263 Germani eius eo occiso -antur (*i. fugiunt?*) iuxta litus maris. *tropice*: FILASTR. 45, 7 devictus atque -atus (*i. refutatus*) a beato Iohanne *Marcion*. *de classe, navibus sim.*: TAB. triumph. Aemil. 5 classis ... victa fusa contusa -ataque est (SALL. Iug. 79, 4 classes saepe fusae [LIV. 28, 4, 6] -ataeque. NEP. Timoth. 2, 1. VELL. 2, 42, 2 partem ... -vit, partem mersit [*cf.* FLOR. epit. 2, 2, 9]). LIV. 27, 29, 8 *tot* navibus captis, -atis aliis (SVET. Aug. 16, 2). STAT. Theb. 8, 128 currus ... formidatus ... nullique -atus. VVLG. I Macc. 6, 5 -ata sunt (τετρόπωνται) castra. *addi potest*: PROP. 3, 17, 22 Indica Nysaeis arma -ata choris (*cf.* LVCAN. 6, 316 arma secuturum soceri, quacumque -asset). OV. met. 13, 8 *flammas* hac a classe -vi (*cf.* MANIL. 5, 300 Hectoris ille faces arcu teloque -vit). **b** *i. q. aliquem patria pellere, relegare, in exilium mittere* (*additur* ex, ab, in *c. acc., abl. separ. subi. res infra l. 41 sq. 49*): LVCR. 3, 48 extorres ... patria longeque -ati conspectu ex hominum. HYG. Gell. 10, 16, 4 qui ab Harpalo ... ex terra Phocide -ati sunt. OV. met. 5, 238 fratre per arma -ato. Pont. 1, 3, 79 Tydeus Calydone -atus. 3, 5, 21 nisi me mea Musa -asset. 4, 14, 59. trist. 1, 2, 93 quid quem -at ille (*sc. Caesar*), tenetis, *venti*? (2, 193. 5, 8, 37). fast. 1, 477. 481 nec te tua culpa -vit, sed deus. SEN. Oed. 796 ipsa me pietas -at. LVCAN. 5, 33 curia solos illa videt patres, plena quos urbe -vit. VAL. FL. 5, 233 patria tellure -atum. SIL. 7, 433 patria num sede -atae Atlantem ... habitabimus. STAT. Theb. 2, 190 exulibus ... patriaque -atis. 9, 52 exul ego aeternumque -atus. 12, 262 extorrem regnis belloque -atum. 12, 507 patriaque a (e *BM*) sede -ati. TERT. scorp. 8 p. 161, 2 David exagitatur, Helias -atur. CANDID. epist. 1 ut -et nos de civitate (*cf.* HIL. in Matth. 24, 9 c. Aux. 4). AVSON. 213, 3 crimine adulterii quem saucia fama -vit. AMM. 25, 9, 5 matrona exul -anda laribus. HIER. chron. a. Abr. 2083 filosofum in exilium -at. *adde*: COD. Theod. 16, 5, 13 (*a. 384*) qui se -ati nominis (*sc. haereticorum*) asserunt sacerdotes. **c** *aliquem possessione, dominatione privare*: TIB. 2, 5, 9 Saturno rege -ato (CARM. c. pag. 16). SORT. Sangall. 47, 10. 48, 11 -ari non potes de domo, in qua moraris. VVLG. prov. 19, 26 qui ... -at (ἀποδυόμενος) matrem. AVG. civ. 5, 26 p. 239, 10 D. puerum imperii sui partibus, unde -atus fuerat, ... restituit. **d** (*in imag.*) *e vita, mundo aliquem tollere occidendo*: SEN. Phaedr. 867 quin ... te quidquid e vita -at, expromis? CASSIOD. var. 3, 47, 4 mundo, de quo alterum crudeliter -vit exitio. *nota de Nerone terris remoto, sed postea redituro* (*cf. Brewer, Kommodian v. Gaza p. 272*): COMM. apol. 869 Nero -atus.

B *animalia* (*accedit abl. instr., separ., praepp.* trans [*l. 66*], super [*l. 79*], ante [*p. 1501, 5*], ex, ab; *subi. est res l. 66. 71. 75 al.*): VARRO rust. 3, 16, 18 quod *alter rex apium* -et (*i. fugam faciat, sc. partis alvi alteri regi obtemperantis*) aut cum multitudine -etur. VERG. Aen. 6, 312 aves ubi frigidus annus trans pontum -at et terris immittit apricis. OV. met. 7, 4 virgineas volucres miseri senis ore -arant (*cf.* VAL. FL. 4, 462). LIV. 3, 29, 9 lupos ... a canibus -atos. PHAEDR. 1, 3, 9 -antque rostris *pavones graculum*. SEN. dial. 4, 25, 3 musca parum curiose -ata. COLVM. 9, 15, 1 fucos ab apibus expelli ac -ari. LVCAN. 9, 914 verbisque -antibus angues. PLIN. nat. 3, 78 Ebusi terra serpentes -at. 8, 78 *basiliscus* sibilo omnes -at serpentes. 8, 93 crocodili ... olfactu ... hominum ... -antur. 9, 26 *delphinus* iniuria -atus. 10, 6 *aquilae* fetus suos ... -ant (10, 31 longius). 11, 279 *odor* -at alios. 12, 126 *galbanum* -at nidore serpentes (24, 22). 24, 148 *potio* aspidas -at aut inebriat. 25, 101 plistolochia ... -at e domibus serpentes. 27, 80 *obi. supplendo*. 32, 10 ut asilos ab iis (*sc. camelis*) -ent odore. *saepe, praesertim de serpentibus*. STAT. Theb. 12, 48 igne feras planctuque -ant. 12, 515 super alta grues Aquilone -atae. GAIVS inst. 3, 202 oves aut boves tuas -vit, ut alius eas exciperet ... panno rubro -vit armentum (*cf.* VLP. dig. 47, 2, 50, 4). VLP. dig. 9, 2, 49 pr. si quis fumo facto apes alienas -verit (*cf.* NICET. psalm. 9 p. 66, 12). TERT. anim. 30 p. 350, 5 feras pecora -erunt (*locum ferarum obtinentes*). PALLAD. 1, 35, 8. 11.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12. 1, 37, 4. PLAC. med. 1, 3 serpentes a te -veris (*cf. ibid.* ef- 1, 22). SIDON. epist. 9, 13, 5 vs. 32 simulacra (*sc. in tapete ficta*) bestiarum fugiens -ansque Parthus (*in venatione*). *pass. pro medio*: VVLG. Sirach 23, 30 quasi pullus equinus -bitur. VEN. FORT. vita Hil. 10, 39 ante quem (*sc. Hilarium*) . . . venena (*i. serpentes*) -ata sunt.

C *res* (*cf. p. 1500, 30 sqq. additur abl. instr., separ.* [*l. 23. 38*]): *nubes, auras sim. i. q. dissipare* (*pass. i. q. dilabi*): Q. CIC. carm. frg. 1, 7 Virgo -at orta vaporem. VERG. Aen. 1, 143 collectasque -at nubes (SERV. *ad l.* id est resolvit. *cf.* OV. met. 1, 263 quaecumque -ant inductas flamina nubes. PANEG. 11 [3], 28, 5 *dei* nutu . . . turbines abigi, nubes -ari. PS. AVR. VICT. orig. 14, 3 apertis -atisque nubibus. VVLG. Iob 37, 21). AETNA 291 premit una *aura* -atque torrentes auras. VITR. 2, 7, 2 vi vaporis ex is *lapidibus* aëre -ato. VVLG. sap. 2, 3 nebula . . . quae -ata est a radiis solis. *sidera i. q. κατάγειν* (*pass. fere i. q. occidere*): VERG. Aen. 3, 521 iamque rubescebat stellis Aurora -atis (5, 42 stellas . . . dies. OV. fast. 4, 390 HOMER. 635). CIRIS 535 scorpios alternis clarum -at Oriona (GERM. 645). HOR. carm. 3, 21, 24 dum rediens -at astra Phoebus (STAT. Theb. 8, 274 DRAC. laud. dei 2, 9). PREC. terr. 10 -asque solem, *Tellus* (CALP. ecl. 5, 120). PROP. 3, 22, 30 nec tremis Ausonias, Phoebe -ate, dapes (*cf.* SEN. Ag. 4 fugio Thyestes inferos, superos -o). OCTAVIA 2 caelo sidera fulgens Aurora -at (LACT. Phoen. 36). PLIN. nat. 2, 101 *geminarum* adventu -ari . . . Helenam (*cf.* STAT. silv. 3, 2, 12). *sim. diem, noctem*: VERG. Aen. 10, 257 ruebat . . . dies noctemque -arat (PREC. terr. 6 OV. epist. 17, 111. *cf.* met. 8, 1 noctisque -ante tempora Lucifero. SEN. Herc. f. 1059 MELA 1, 95 LVCAN. 5, 455 HOMER. 118. APVL. met. 11, 7 cum noctis atrae -ato nubilo sol exurgit. *metaphorice*: NICET. appell. p. 2, 17). CVLEX 44 tenebras Aurora -arat (OV. met. 2, 144 SEN. nat. 1, 15, 2 SIL. 3, 199 FIRM. err. 17, 1 p. 40, 11 DAMAS. epigr. 19, 1. *metaphorice*: HOR. carm. 4, 4, 39 pulcher -atis ille dies Latio tenebris. *cf.* ZACCH. 1, 26 p. 1095[A] divinitas obscuritatem -bit). OV. epist. 15, 205 clara -antem lumina *Atrea*. met. 15, 665 sidereos aurora -verat ignes. MANIL. 2, 73 *non* nox alterna diem fugeret rursumque -ret (SEN. Herc. f. 941 quis diem retro -at agitque in ortus?). 4, 308 quae tibi non oculis, alta sed mente -anda est caligo. LVCAN. 6, 713 modo luce -ata (VAL. FL. 2, 50. DRAC. laud. dei 2, 540 lux . . . orbe -ata. GREG. M. moral. 2, 36 -atur, *syn.* discedit). *aquas, maria sim.*: OV. ars 3, 126 mole -antur aquae (*cf.* SEN. Thy. 460 mare iacta -amus mole). MANIL. 3, 274 per . . . *Nili* ora -antia pontum. SEN. Herc. O. 82 illinc -bo maria. DRAC. laud. dei 1, 704 visa dei facies et marmora glauca -ret gurgitis aequorei. ARATOR act. 2, 96 virga *Moysis* -vit terga maris. *sim.*: SEN. dial. 5, 4, 1 subducto retrorsus sanguine -atoque (epist. 106, 5). *partes corporum animantium*: OV. ars 3, 637 cum -et (-at *pars codd.*, fugit *vulgo*) a templis oculos Bona Diva virorum. SEN. Herc. f. 247 nec . . . manus *Herculis* stabuli -vit turpis Augei labor. *nota*: SEN. Herc. f. 640 flebilem ex oculis -a (*i. averte*) . . . vultum. *huc pertinet*: STAT. Theb. 12, 152 procul usque -ati accessus hominum. CORP. VIII 12285 ⟨Ven⟩eris vertex intuentium -ret aspectum. *singularia*: LVCAN. 8, 602 Thessaliaque procul tam noxia tela -asses, *Fortuna* (*i. prohibuisses, ne pugnae Thessalicae interessent. aliter* SIL. 2, 91 tela sonante -at [*i. dimittit*] nervo . . . *et* dirigit). PLIN. nat. 24, 1 olus, quo vitis -atur (*i. deflectitur*). SIL. 13, 512 nec ante Iuppiter absistet cura, quam cuncta -arit (*i. transtulerit*) in Libyam bella. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 50 pulsus densus et quadam persecutione -atus (*i. citatus*). CASS. FEL. 77 p. 188 sic . . . matrix poterit . . . a superioribus ad inferiora -ari (*i. demitti*) et . . . revocari.

admodum raro adverbia adduntur: procul (LVCAN. 8, 602 STAT. Theb. 12, 152), longe (PLIN. nat. 10, 14. 31 VVLG. Is. 49, 19). *nota* retro (SEN. Herc. f. 941 Thy. 460).

II *translate*: A *aliquem i. q. deterrere, prohibere, avertere* (*accedit abl. instr., ab [l. 71. 73]; subi. persona [l. 70] cf. p. 1500, 22*): VATIN. Cic. epist. 5, 10[a], 2 defenditur a Q. Volusio, . . . si forte ea res poterit adversarios -are (*sc. a causa dicenda*). SEN. benef. 1, 1, 13 ista res -are nos et pigriores ad rem pulcherrimam (*sc. beneficia praestare*) facere non debet. epist. 123, 13 duo esse genera rerum, quae nos aut invitent aut -ent . . . -at labor, mors, dolor. COLVM. 12, 20, 6 ea res emptorem -at. LVCAN. 8, 93 cunctosque -vi a causa meliore deos. QVINT. inst. 2, 2, 7 id quidem multos a proposito studendi -at, quod *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 519, 8 hoc dicto -atum Moysen. LACT. inst. 5, 22, 19 -antur a deorum cultibus plurimi odio crudelitatis: qui enim talia sacrificia non horreant?

B *aliquid i. q. tollere, delere, reprimere, discutere* (*pass. saepe i. q. desinere, evanescere. subi. est saepe res*): 1 *absolute* (*saepe accedit abl. instr.*): PROP. 3, 21, 5 quacumque -ari possit *amor* (OV. rem. 358 ex omnist parte -andus amor. met. 1, 469 -at hoc *telum*, facit illud amorem. 1, 471. PS. QVINT. decl. 14, 10 amor . . . -atus, eiectus est). OV. met. 7, 605 mortisque timorem morte -ant. fast. 1, 249 nondum iustitiam (*cf. p. 1502, 28*) facinus mortale -arat. VAL. MAX. 1, 7, 7 -ato somno (PLIN. nat. 14, 117 *opp.* conciliari. 32, 116). SEN. Med. 859 pallor -at ruborem. 943 ira pietatem -at iramque pietas. Tro. 505 spiritus magnos -a (*Rutgers*; fuge *libri*) animosque veteres. benef. 1, 10, 3 *vitia* pellunt invicem -anturque. 2, 14, 1 *impetus animi* consilium -at. 7, 9, 3 *voluptas periculo* -ari debet. dial. 4, 2, 2 ira praeceptis -atur. epist. 7, 1 aliquid ex iis, quae -vi, redit. LVCAN. 3, 370 contagia belli dira -ant. PLIN. nat. 22, 149 -ari vitium. STAT. Theb. 12, 8 aegra quietem pax -at. QVINT. decl. 321 p. 265, 3 *medicamentum*, quo venena -rentur, quo transmitterentur. PS. QVINT. decl. 14, 9 -atis morbis causisque languoris. TERT. resurr. 58 p. 118, 18 corruptela . . . per incorruptelam -ata quemadmodum mors per immortalitatem. ANTH. 415, 3 *spem* nulla potest fortuna -are. OPTAT. 2, 5 p. 40, 5 revocarent, quam -verant pacem (2, 5 p. 41, 20). 5, 8 p. 138, 4 -ata morte reviviscere (CLAVD. carm. min. 32, 17 mortem . . . morte *Christi*). 7, 4 p. 175, 13 asperitate -ata. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 250 dolores -et *Apollo* (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 6, 6). HIER. epist. 18[B], 3 (19), 2 -etur iniquitas. VVLG. prov. 22, 15 virga disciplinae -bit eam (*sc. stultitiam*). RVFIN. hist. 7, 1 prosperitatem suam . . . et pacem (*ἐδίωξεν*). 7, 10, 4 vitam. MEROB. poet. 90 ⟨maioru⟩m mores et pectora prisca -bo. SVLP. SEV. Mart. 19, 1 statim -ata febris est (MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 6 febrem -are [*ἀπελάσαι*] vel morbos pellere [*cf.* 3, 5 effugandi]). THEOD. PRISC. eup. faen. 29 unctionibus . . . choeradas. MART. CAP. 1, 19 versum . . . ex quo pestem -ari posse. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 50 corporis -bitur torpor. SEDVL. carm. pasch. 2, 155 (*cf.* op. pasch. 2, 12 p. 212, 14) delicta -ans salvator nostra gerendo tersit. DRAC. laud. dei 1, 67 viola est mentita rosam pallore -ato (*cf.* Orest. 127). Romul. 1, 13 -atas Africanae reddis urbi litteras. APON. 12 p. 247 -ato faetore. GREG. M. dial. 2, 27 cutis illius varietatem -vit (*ἐφυγάδευσεν*). *al.* *nota accedente inf.*: VEN. FORT. carm. 10, 7, 54 graves casus hinc -et ire retro. 2 *additur unde*: de: CATVLL. 64, 398 iustitiamque omnes cupida de mente -arunt. 68, 25 tota de mente -vi haec studia. OV. met. 9, 502 nostro vetitus de corde -bitur ardor. ex: LIV. 3, 19, 5 cum Caesone . . . virtutem, constantiam, omnia . . . decora pulsa ex urbe Romana et -ata esse. SER. SAMM. 151 omne malum propere maculoso ex ore -bis. ab: SIL. 11, 596 fama -etur ab urbe perfidiae. APVL. met. 7, 28 -ata est a me pernicies. SVLP. SEV. Mart. 18, 5 *fimbriae* ab aegrotantibus morbos -verunt. *abl. separ.*: OV. medic. 78 medicamina . . . ore -ant maculas. LVCAN. 2, 242 omnibus expulsae terris olimque -atae virtutis. DRAC. laud. dei 1, 484 cognita simplicitas, sed mox est corde -ata. *nota dat.*: TIB. 1, 1, 4 cui somnos classica . . . -ent.

syn. ad I: abigere, avertere, dirigere (*v. p. 1501, 53*), dispergere, de-, ex-, re-, pellere, proterrere, retrorsus subducere (*v. p. 1501, 44*). *ad I A 1 a saepe iunguntur*: caedere, delere, fundere (*q. v.*), interficere, prosternere, superare, vincere. *opp. ad I*: allicere. petere. *ad II*: invitare, conciliare.

deriv.: fugator.

comp.: au-, de-, dif-, ef-, refugo.

[**fulcescit** NOT. Tir. 72, 10[a] (*ante* fulget; fulgescit *dubitans Heraeus*).]

fulcīmen, -inis *n.* [*cf. c.* fulcimentum. *Th.*] *i. q. adminiculum*: OV. fast. 6, 269 terra pilae similis, nullo -e nixa, aëre subiecto tam grave pendet onus (*cf. l. 64*). EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876[C] quo -e resistente (*τίνι . . . ἀντερείδοντι*) fundus . . . continetur. 3, 7 p. 897[B] *firmamentum* non duram . . . naturam, quae -e aliquo sustentatur et pondere.

fulcīmento, (-āvī, -ātum) -āre *a* fulcimentum. *i. adminiculo*: GILD. Brit. 71 chron. III p. 66, 9 columnis, quae intelleguntur in voluptatibus . . ., quibus domus . . . nequitiae quodammodo pangitur ac -atur (fulmentatur *A*).

fulcīmentum, -ī *n.* [*a* fulcire, *cf.* fulmentum. *Th.*]. GLOSS. -um *ἔμβολον. ὑπέρεισμα. ὑπόρθωμα. ὑπόστρωμα.* -a subpositoria. NOT. Tir. 72, 10. [*dub. vel coni : v. p. 1531, 14.* MANIL. 5, 133 Tonanti fundamenta (*codd.*, -a *Postgate*) dedit.] *i. q. adminiculum, fulcrum*: 1 *proprie*: SVET. frg. 127 p. 203, 6 (= ISID. nat. 12, 4) *sphaera* ita stabilis, ut . . . nullo -o subvecta sustentetur (*cf. l. 50*). APVL. met. 1, 16 pede altero -um, quo sustinebar, repello. VLP. dig. 33, 7, 12, 19 -a . . . huic rei necessaria. 2 *in imagine*: TERT. resurr. 61 p. 122, 27 sublata . . . morte *non* victus -a ad praesidia vitae *erunt*. AVG. serm. 37, 25 ista -a sunt infirmitatis, non ornamenta potestatis. serm. ed. Mai 30, 2 Christus post . . . passionis suae pondera unum resurrectionis suae supposuit -um. MACR. sat. 7, 9, 6 corpus . . . desertum iam -is suis labitur in ruinam. LEO M. epist 106, 5 p. 1167 Vall. *conscriptioni* caducae dudumque collapsae . . . subicere -a (*στηρίγματα*, fomenta *pars codd.*) voluisti. EVSTATH. Bas. hex. 1, 5 p. 875[B] tamquam munimentum et -um (*κρηπὶς καὶ βάθρον*) quoddam ad fidei firmitatem. BOETH. syll. hyp. 1 p. 844[C] quasi -um dubiae propositionis . . . probatio esse videtur.

fulcina *v.* fulica.

✖**fulcio**, -sī, -tum, (-īvī, -ītum *v. l. 84. p. 1503, 6*) -īre. [*orig. inc., cf. c.* fulcrum, fulmenta. *Th.*] *de formis*: CHAR. gramm. I 247, 8. 25 -o, -is, -si. PRISC. gramm. II 502, 12. 539, 1 -o, -si quod et Probo placet, quamvis alii (*cf.* PHOC. gramm. V 435, 9 *ubi* -o, -xi *F*, faltio, falxi *P*) differentiae causa '-xi' posuerunt. *perf. act. in* -xi (*cf. p. 1503, 16*): CARM. epigr. 323 (= CORP. X 4540 *fort. saec. recentioris; cf. p. 1505, 45*). *in* -civi: CORP. VI 1703 (*saec. V in.*) GREG. TVR. Franc.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 45. *cf. l. 20. etiam formae in* -si *exeuntes raro inveniuntur, ante* Ictos *his locis*: Cic. p. red. in sen. 18 (-sistis PE^1, -cistis $GE^2\varepsilon$) Rab. Post. 43 Ov. epist. 9, 18 Sen. dial. 6, 15, 2 Plin. nat. 36, 89 (*nisi corrigendum*) Don. vita Verg. p. 6 l. 87 Br. *paulo saepius apud* Ictos. *perf. pass.*: Prisc. gramm. II 542, 22 -ltum. *legitur inde a* Plavto *passim.* fulcitum: Fvlg. aet. mund. p. 164, 28 Cael. Avr. chron. 2, 1, 46 Cassiod. var. 11 pr. 8 hist. 6, 28 p. 1048^B Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 6 Gloss. IV 240, 9 (*v. l. 11*). Gloss. -o, -si στηρίζω. ὑπορθῶ. ὀχυρῶ. -cit ὑπορθοῖ. substituit, firmat. subportat. munit, firmat. -at adiuvet auxiliet. *cf.* falcire -ire. sublevare. -serit ὀχυρώσῃ. -itur sublevatur. -iri ἀνορθωθῆναι. -enda munienda. -citus sublevatus. -ltus ὀχυρωμένος. auxiliatus. sustentatus. frutus adiutus. -lta sustentata. [IV 80, 27 -ltum rubeum vel mundissimum, *quod ad* fulvum *pertinere videtur; Nettleship coni.* -ltum munitissimum.] *legitur inde a* Plavto Lvcil. Cic., *deest* Ter. Catvllo Caes. Tib. Not. Tir. 72, 1 -cit. 72, 5 -sit (fulxit L^1). [*dubia*: Cic. Att. 13, 40, 1 ut -ltum (futilum *coni. O. E. Schmidt*) est. Lvcan. 10, 122 fulget gemma toris (-it g. toros *V*). Pavl. Nol. epist. 49, 12 faciuntur *O*, -untur *v*, farciuntur *Hartel.* Ennod. epist. 2, 6, 4 p. 45, 13. Hist. Apoll. rec. A 27 inter . . . feminas †seclusit (*Ziehen*, se -ivit *P*, -sit rec. B. *fortasse pertinet ad l. 84*).] [*it.* folcire. *M.-L.*]

I ***proprie*: A** ***res*:** **1** *i. q. adminiculo supposito aliquid nixum reddere, impedire, ne quid cadat*: Cic. Cato 52 vitis . . . nisi -lta est, fertur ad terram. Verg. Aen. 4, 247 Atlantis . . ., caelum qui vertice -cit (*cf.* Ov. epist. 9, 18 sidera. Sil. 1, 203 Clavd. carm. min. 53, 23 Carm. epigr. 254, 9 [= Corp. VIII 4635]. *sim.*: Avien. Arat. 1266 persistit pectore celso Cornipedis species et caelum vertice -cit. orb. terr. 110. 251. 431). Vitr. 10, 3, 3 lingula -lta in areae solo. Sen. Oed. 537 *cupressus* -lta pendet aliena trabe (*cf.* Clavd. rapt. Pros. 3, 352). nat. 6, 1, 11 (*tropice*) *loca* ruina sua -lta sunt. 7, 14, 3 quod imminens corpus excipiat ac -at. Plin. nat. 11, 23 ruentes ceras (*cf.* Ambr. hex. 5, 21, 69 p. 191, 18 Evstath. Bas. hex. 8, 4 p. 950^A [ἔρεισμα γενέσθαι]). Stat. silv. 1, 2, 9 *Elegea* alternum fu⟨l⟩tura pedem. Mart. 2, 43, 10 -itur testā fagina mensa mihi. Ivv. 3, 193 urbem . . . tenui tibicine -ltam. Plin. epist. 6, 20, 8 vehicula . . . lapidibus. Optat. 6, 8 p. 156, 20 arborem nullis radicibus -ltam (Avian. fab. apol. 16). Clavd. 17, 77 pondera terrae . . . caeli -ire rotatu (*cf.* Macr. somn. 1, 22, 7). *praecipue aedificia sim.* (*saepe apud* Ictos): Prop. 3, 2, 9 non Taenareis domus est mihi -lta columnis (Labeo dig. 19, 2, 60 pr. Sen. benef. 5, 19, 1 quo minus ruat. Lvcan. 5, 516 Pavl. sent. 2, 9, 1 *al.* Tert. anim. 38 Vvlg. Iob 8, 15 [ἐπιλαβομένου]). Sen. epist. 90, 10 furcae utrimque suspensae -bant casam (*cf.* Mart. 12, 72, 2). Plin. nat. 36, 89 (*fort. corrigendum*). Ivv. 7, 182 -lta columnis . . . cenatio. Pompon. dig. 13, 7, 8 pr. insulam (Vlp. dig. 3, 5, 5, 13 *saepe*). Vlp. dig. 32, 55 pr. materia . . . ad aedificandum -endum . . . necessaria. *al.* Lex met. Vipasc. frg. 2, 30 putei omnes diligenter -lti destinatique sunto. Vvlg. II par. 24, 12 ut quod cadere coeperat, -retur (ἐπισκευάσαι). Esth. 1, 6. Clavd. 26, 223 auro laquearia (*nisi pertinet ad p. 1505, 38*). Pavl. Nol. carm. 27, 393 quae . . . prius pilis stetit, haec modo -lta columnis. 28, 201. Corp. VI 1703 cellam tepidariam. Greg. Tvr. Franc. 5, 45. *significanter*: Macr. sat. 1, 16, 11 trabem tecti fractam. Maxim. eleg. 1, 171 instantem . . . ruinam (*cf. p. 1504, 24. 48*). **2** *i. q. rebus super res positis aliquid altius erigere, extruere*: Plavt. Stich. 94 mihi satis sic -ltumst (*sc. subsellium non addito pulvino. cf.* Sil. 13, 814 e stramine -ltum . . . torum). Lvcan. 5, 316 aggere -lti (-lto *G*, -ltus *Gryph.*) caespitis (*cf.* Amm. 21, 12, 13 vallumque . . . caespitibus -ltum). *nota fere i. q. conculcare*: Prop. 1, 8, 7 pedibus teneris positas -ire ⟨p⟩ruinas (*cf. Rothstein ad l.*). **3** *aliquid re apposita corroborare, stabilire, affigere*: Verg. Aen. 8, 227 -ltosque emunit obice postis. Ov. am. 1, 6, 28 roboribus duris ianua -lta riget (ars 2, 244 oppositā ianua -lta serā. *cf. p. 1504, 84*). Moret. 100 laevā vestem setosa sub inguina -cit. Cels. 7, 19, 5 lin[i]amenta super non -enda, sed leviter tantum ponenda sunt (*cf. supra l. 55 sq.*). Stat. Theb. 3, 326 stant -lti pulvere crines. Clavd. 28, 167 -ltaque sub gremio . . . urna. Ven. Fort. carm. 10, 6, 125 idola. *stellas sim. caelo affixas*: Cic. Arat. 1 *Arietem* subter possis cognoscere -ltum (*cf. Arat. 229* ἐστήρικται). 239 orbes stelligeri . . . caeli sub tegmine -lti (*cf.* Manil. 1, 455). 307 orbes . . . culmine transverso retinentes sidera -lta. 340 spatium . . . signifero ex orbi sex signorum ordine -ltum. Manil. 3, 357 sub vertice caeli, quem gelidus . . . -cit . . . axis. Vitr 9, 4, 4. **4** *singularia*: Qverol. p. 38, 6 ampullam truncam . . . de⟨p⟩s⟨t⟩is -ltam (*i. sustentatam*) cerulis. Macr. sat. 7, 4, 14 quid crassam materiam per faucium angusta -ret (*cf. l. 84*).

syn. et iuxta posita: candere, coruscare (VVLG. Luc. 17,24), col- (COLVM. 10,292), e- (ZACCH. 2,7), re- (SEN. Herc. O. 238), lucere (SEN. epist. 115,3 *al.*), e- (CLAVD. 26,459), micare (SEN. Herc. O. 238 COLVM. 10,292 AMM. 16,10,6 *al.*), nitere (CIC. Catil. 2,5 CVRT. 3,2,12 SIL. 15,255 *saepe*), radiare (PLIN. nat. 11,151 HIER. epist. 51,7,4), renidere (LVCR. 2,27 PORPH. Hor. carm. 2,18,2), rutilare (CARM. poet. min. V 58,6,1), splendere (TAC. hist. 2,89 *al.*).

opp.: refulgere *v. p. 1508,2*, sordere (PS. AMBR. serm. 2,6), sordescere (MIN. FEL. 37,10).

comp.: af-, circum-, con-, ef-, in-, of-, prae-, re-, suf-, superfulgeo.

deriv.: fulgesco, fulgidus, fulgor, fulgur.

part. praes. pro adi. **fulgēns,** -tis. *compar. legitur* SEN. epist. 115,4 PLIN. nat. 10,43. 22,4 SIL. 11,154 SOL. 52,64 CLAVD. 1,240 AVG. civ. 7,15 p. 293,8 D. MART. CAP. 1,16 INSCR. christ. Rossi II p. 63,6,2. *superl.* VELL. 2,39,1. 2,64,3. 2,71,1 VAL. MAX. 1,1,10. 3,5,1 COLVM. 6 praef. 7 AVG. doctr. christ. 1,7,7 civ. 7,15 p. 293,1 D. spir. et litt. 36,65 mor. Manich. 2,16,41. *abl.* -i *metro probatur*: CATVLL. 64,44 VERG. Aen. 9,611. 10,413 CIRIS 160 TIB. 1,2,36 MANIL. 1,349 GERM. 433 SIL. 2,666. 5,452; *traditur praeterea* VELL. 2,106,1 APVL. met. 8,13. 10,30 LACT. inst. 2,9,3 RVFIN. hist. 2,10,4 AMM. 16,10,6. -e *metro probatur*: CATVLL. 64,387 HOR. sat. 1,6,23 carm. saec. 61 SIL. 12,347, *legitur praeterea* APVL. met. 11,11 AMM. 14,2,2, *in lapide extat* INSCR. Jahreshefte des österr. arch. Inst. IX (1906) Beiblatt p. 55 INSCR. christ. Rossi II p. 148,6,3. *gen. plur. in* -ium *metro constat* ACC. trag. 319, *legitur praeterea* APVL. met. 4,2 AMM. 20,7,2. 25,1,14. 30,3,5, *in* -um *nusquam.* GLOSS. *λάμπων.* [*dub.*: VERG. Aen. 11,202 -bus (*R*, ardentibus *al.*). 11,654 -ia (*R*, fugientia *al.*)].

A ***proprie*** *i. q. lucidus, splendidus, rutilus*: **1** *de rebus caelestibus*: **a** *de sideribus*: ENN. ann. 29 stellis -bus (159 Q. CIC. carm. frg. 1,18 LVCR. 6,357. *cf.* MANIL. 1,349 sidere [1,652 COLVM. 6 praef. 7 AVG. civ. 7,15 p. 293,1 D.] 3,351 astris *al.* LACT. inst. 2,5,1). CIC. Arat 84 Sagitta. 183 Nepae. 219 Cretera. *al.* MANIL. 1,275 Arctos (1,566). 1,399 solis . . . orbem (*cf.* 1,583 GERM. 43). 3,200 horoscopus. *al.* GERM. 433 *al.* OCTAVIA 1 Aurora. SVET. Cal. 22,4 lunam (*cf.* LACT. inst. 2,9,3). APVL. mund. 29. SCHOL. Germ. p. 228 colorem (*Luciferi*). AVG. doctr. christ. 1,7,7 quod in caelo -issimum vident. civ. 7,15 p. 293,8 D. *al.* *per comparationem*: CLAVD. 1,240 nova Ledaeis suboles -ior astris. **b** *de caelo, diei lumine sim.*: LVCR. 5,491 caeli . . . -ia templa (MANIL. 1,448. 5,726). 6,387 -ia . . . caelestia templa. HOR. carm. 2,12,8 domus Saturni veteris. OV. met. 2,17 caeli -is imago (MANIL. 3,101). STAT. silv. 5,3,20 plagas. PLIN. nat. 37,181 radios *solis* (AVG mor. Manich. 2,16,41 cum solis istius radius . . . praestantia -issimi coloris emineat). SOL. 52,64 ut *gemmae* . . . -iorem trahant lucem. AVG. spir. et litt. 36,65 in -issima luce. **c** *de deorum (dei Christiani) splendore caelesti*: CYPR. GALL. iud. 502 dei -is honorem. PAVL. NOL. carm. 14,126 domini -is. *inde de rebus deis attributis*: CIRIS 160 pharetra. HOR. carm. saec. 61 arcu *Phoebi.* sat. 1,6,23 curru *Gloriae.* MART. CAP. 8,811 cubitalem -emque mensuram *Astronomiae.* *apud Christianos maxime sensu spirituali* (*ut propius accedat ad significantiam tralati-*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ciam): CARM. adv. Marc. 2,33 -is gratia verbi (*cf.* AVG. nupt. et concup. 2,2,3 verba tam recta et tanta luce -ia). IVVENC. 3,735 -is regni sedes (*cf.* VVLG. Matth. 21,43 regnum dei). FILASTR. 139,3 merita (POMER. 1,2.1. *cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 63.6,2). 156,1 munera.

2 *de rebus terrestribus*: **a** *de igni*: TIB 1,2,36 face. **b** *de metallis, lapidibus, ebore sim.*: RHET. Her. 4,47,60 gemmis (PLIN. nat. 37,6 VAL. FL. 5,513 ANTH. 444,3 LACT. inst. 2,6,6. *cf.* VVLG. prov. 25,12 margaritum -s [πολυτελές]). CATVLL. 64,44 -i splendent auro atque argento. APVL. met. 11,11 auro. AVSON. Mos. 235 metallo (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 1,281. INSCR. christ. Rossi II p. 148, 6,3 Jahreshefte des österr. arch. Inst. IX 1906 Beiblatt p. 55 ⟨pu⟩ro -e m⟨etallo⟩). VVLG. I Esdr. 8.27 aeris -is (στίλβοντος). MART. CAP. 1,16 una *urna* ex ferro ... alia ex argenti -iore materie. *de rebus ex metallo lapideve factis*: LABER. mim. 77 -is splendorem pecuniae (*hinc* IVVENC. 3,499 rerum possessio -s). LVCR. 5,32 aureaque Hesperidum servans -ia mala (LVCAN. 9,367 poma). LYGD. 4,37 -s testudine et auro ... lyra. OV. met. 14,114 auro -em ramum. VAL. MAX. 1,1,10 agreste illud et sordidius plaustrum ... cuiuslibet -issimi triumphalis currus ... gloriam vel antecesserit (*subauditur notio metaphorica*). VAL. FL. 8,101 dona. CYPR. GALL. gen. 1407 pocula (*cf.* VVLG. gen. 44,2 scyphum ... argenteum). CARM. epigr. 610,12 tumulum titu⟨li q⟩uem littera -s declarat niveo lapidis distincta metallo. HOR. carm. 3,3,43 stet Capitolium -s. 3,28,14 Cycladas et Paphum (*sc. marmore nitentes*). TIB. 2,1,15 aras (*nisi trahas ad a. igne illuminatas*). SEN. dial. 9,1,8 tecta. SIL. 3,667 lucos ... Iovis et -ia templa (12,85 MART. 8,65,1). INSCR. Dessau 1275 (= CORP. VI 1727) statuam sub auro -em (1284 [= CORP VI 1725] 837 [= CORP. VI 1200]). ANTH. 831,1 (*in imag.*) limina. INSCR. christ. Rossi II p. 78,2,5 Simonis aspectus -s praecluditur una *porta*. *praesertim de armis* (*cf. p. 1512,81*): ACC. trag. 319 -ium arm[or]um ardorem (VERG. Aen. 2,749. 6,217. 490 *al.* OV. Pont. 4,7,31 trist. 3,1,33 LIV. 44,33,9 VAL. MAX. 6,8,6 CVRT 4,4,11. 9,8,5 SIL. 15,551 HOMER. 252. 297. QVINT. inst 8,3,2 [*in imag.*] nec fortibus modo, sed etiam -bus armis proeliatur). CIC. Tusc. 5,62 gladium (APVL. met. 8,13). VERG. Aen. 8,92 scuta. 10,413 ensi (10,474 HOMER. 604). 10,588 clipei (OV. met. 8,27 STAT. Theb. 10,152). 12,358 mucronem (SIL. 2,666). CVLEX 83 spoliis. SIL. 1,460 cristae. 1,476 galeae (APVL. met. 10,30). 5,287 bipennem. 5,452 cuspide. *al.* **c** *de coloribus*: LVCR. 2,500 purpura (OV. Pont. 3,8,7. *in comparatione*: PLIN. nat. 37,80 amethysti -s purpura). VERG. Aen. 9,611 murice. APVL met. 4,2 rosarum. VVLG. Luc. 24,4 in veste -i (ἀστραπτούσῃ. *cf.* RVFIN. hist. 2,10,4). VITR. 7,3,9 *speculum* -es in aspectu certasque considerantibus imagines reddit. **d** *transfertur ad homines armis vel vestimentis splendidis indutos*: VELL. 2,106,1 -i armatoque militum nostrorum agmine. SIL. 11,154 consul -ior ostro. CARM. poet. min. V 64,19 -es (*fere i. q. candidi*) bini, fuscato tegmine terni (*cf. ibid.* 3 nitentes. 17. 21 splendentes. 16 candiduli). CLAVD. 24,198 trabeis. *huc addas*: SIL. 13,67 castraque Tydides posuit -ia ripā. **e** *de partibus corporum animantium*: CATVLL. 68,71 plantam. HOR. carm. 2,12,15 Licymniae .. lucidum -is oculos (ITALA gen. 49,12 [Lugd., Aug. c. Faust. 12,42] -es [fulvi *Aug. in mg. et* civ. 16,41 *al.*, χαροποιοί, VVLG. pulchriores] oculi eius a vino. *cf.* VITR. 7,5,8 *colores* -es oculorum reddunt visus). SEN. epist. 115,4 faciem altiorem -ioremque. STAT. silv. 3,4.30 ex umeris ... -bus. *de ipsis animantibus* (*cf. p. 1512,71*): SIL. 8,91 sideream ⟨-is *Itali*⟩ Iuli effigiem. 16,465 -es pueri. AMM. 25,1,14 elephantorum (*sive ebore sive ornatu sive cute glabra*).

B ***translate*:** **1** *de animantibus i. q. egregius, nobilis*: VELL. 2,71,1 -issimus iuvenis. ANTH. 837,5 -is robora Pyrrhi. **2** *de rebus* (*v. l. 23. p. 1512,82*): VELL. 2,39,1 -issimum C. Caesaris opus. 2,64,3 -issimo et caelesti ore. VAL. MAX. 3,5,1 cognomina. SIL. 12,347 cuius fretus -e inventa. PS. QVINT. decl. 3,18 virtutes.

neutr. plur. subst. n. **fulgentia** (-ium). MART. CAP. 1,17 alia *urna* ... quae fuerat ex argenti materia, praeferebat serena -ia. PS. PROSP. prom. 1,1,3 in principio fecit deus ...: in caelo -ia, gradientia in terris *eqs.*

adv. comp. **fulgentius:** PLIN. nat. 10,43 sic -s radiant *gemmae*. 22,4 -s instrui poterat luxuria, certe innocentius. *cf. Onomasticon.*

fulgerātor, -ōris *m. et* **fulgero** *v.* fulgur-.

fulgēsco, -ere [*a* fulgere. *Th.*]. AVG. gramm. V 513,3 *affert inter verba neutralia carentia passivo*. NOT. Tir. 72,14 -it (*l. 77. cf. p. 1502,47*).

1 *proprie i. q. splendere, radiare, nitere: de sideribus*: FIRM. math. 1,10,14 tuque, Luna, quae ... augusta radiatione -is (*cf. l. 84*). *de fulgure*: NOT. Tir. 72,14. *de gemmis*: MAR. VICTOR aleth. 1,283 viridi radiat -ens luce smaragdus (*cf. l. 82*).. **2** *in imag. et translate*: ORAT. imp. Marcian. act. conc. Calch. a. 451 (Mansi 7, 130[A]) religio nostra ... suae virtutis luce -at. ARNOB. in psalm. 107 p. 491[B] ut mihi auxilium tuum -ens tenebras a me meorum excluserit peccatorum. ENNOD. carm. 56,1 mundior excocti -at luce metalli *minister dei*. GREG. M. in euang. 1,3 maeroris nostri nubila transeunt et vitae dies aeterni solis claritate -unt. moral. 29,2 ecclesia ... dum peccatorum tenebras deserit, iustitiae luce -it. 29,42 quando mens nostra ... -et. 30,45 ut ... etiam cordis munditia -ant.

fulgetrum, -ī *n. et* **fulgetra,** -ae *f.* [*a* fulgur *ductum esse videtur. Th.*]. NON. p. 430 fulgur ... unde et -ae dicuntur. *de formis: neutrum traditur* SEN. nat. 2,56,1 PLIN. nat. 2,142. 35,96 GLOSS., *fem.* PLIN. nat. 2,112. 18,354. 28,26 NON. p. 430 SERV. Aen. 8,392 (auct.). 425. 431. 524. 525 ISID. orig. 13,8,2. e *brevem esse ex analogia docet Bücheler, Archiv 1 (1884) p. 111 sq. cf. Thulin, ibid. 14 (1906) p. 379. de significatu* (*v. Thulin l. c. p. 380*): SEN. nat. 2, 56,1 haec (*sc. fulgurationi similia*) antiqui -a dicebant *eqs.* ISID. orig. 13,8,2 lux ... quae apparet ante tonitruum -a appellatur. GLOSS. -⟨r⟩um fulgur. *cf.* SERV. Aen. 8,425 dictus est Steropes a -a, ἀπὸ τῆς στεροπῆς. 8,524 fulgor id est -a. *distinguitur a fulgure, fulmine*: VARRO Men. 412 cognitio enim trium, -i (*sive* -ae *Salm.*, fulget et *codd.*) tonitrui fulguris, a fulmine orta. PLIN. nat. 2,112 si erumpat ardens *vapor, edi* fulmina; si longiore tractu nitatur, -as. 35,96 pinxit *Apelles* ... tonitrua, -a fulguraque; Bronten, Astrapen et Ceraunobolian appellant. *distinctio non fit, vel ad ipsius fulguris splendorem pertinet*: PLIN. nat. 1,2,43. 2,113 scintillantibus -is. 2,142 -um prius cerni quam tonitrum audiri, cum simul fiant (*cf.* SERV. Aen. 8,431 ISID orig. 13,8,2). 18,354 cum sereno caelo -ae (fulget, pluviae *cum E edd. vett.*) erunt et tonitrua, hiemabit. 28,25 -as poppysmis adorare. SERV. Aen. 8,525 ut -as dicat priores, cum sint ante tonitrua. auct. 8,392.

fulgidulus, -a, -um [*a* fulgidus *deminutive. Th.*]. TER. MAVR. 225 instar tituli -a notabo milto. ANTH. 355,1 aeris -i (*Burmann*, fulgidi *cod.*) nitens metallo.

fulgidus, -a, -um [*cf. c.* fulgere, fulgor. *Th.*]. *compar. extat*: AVG. serm. dub. 384,1 [VEN. FORT. carm. app. 1,352]. NOT. Tir. 72,13 -um. [*in libris confunditur c. voc.* lucidus: CLAVD. 5,351 rapt. Pros. 1,116.]

1 *proprie i. q. splendidus* (GLOSS. IV 240,16), *rutilus, lucidus*: **a** *de rebus caelestibus*: Q CIC carm. frg. 15 ciet rota -a Solis ... curriculum (*cf.* LAMPR. Alex. 13,5 sol ... -o ambitu coronatus. FIRM. math. 1,4,10 VEG. mil. 4,41 PRVD. cath. 1,9. *in imag.*: FAVST. REI. serm. 2 p. 230,2 sol [*i. Christus*] ... totius mundi caliginem -a coruscatione respersit). HIL. gen. 68 -us ore vesper. SOL. 37,20 sideris (*cf.* PLIN. nat. 37,181 fulgentis). IVL. VAL. 3,56 stellae cuiusdam -um globum. ARNOB. nat. 2,58 p. 94,18 obtunsi haec *sidera* luminis, acutioris illa et -ae (*Sab.*, effulgidae *P*) claritatis. FIRM. math. 1,4,9 -i splendoris *Lunae*. AVG. civ. 7,17 p. 296,5 D. caelum sideribus -um. SCHOL. Germ. Strozz. p. 109,5 Canis -a stella resplendet. MART. CAP. 6,583 signa. 8,808 Canopos. CYPR. GALL. exod. 1062 nubs -a. MART. CAP. 2,120 aethram -am. *sensu spirituali i. q. divinus, caelestis*: ALC. AVIT. carm. 5,216 orbis. EVG. TOLET. carm. 25,4 sic pateat summi -a porta poli. INSCR. christ. Leblant II 512 (= CARM. epigr. 712),1 -a regna petens. *cf.* ALC. AVIT. epist. 25 p. 56,30 obscuritatem solis occidui participato nobiscum -i ortus lumine contigistis. *de deis (deo Christiano) cum splendore apparentibus*: MART. CAP. 6,575 quae *diva* optatis -a dignaris annuere (*vix acc. plur.*). DRAC. Romul. 4,6 -us ortu ⟨desilis⟩ ad terras, *Iuppiter*. CYPR. GALL. exod. 1067 mirificas inter flammas dum -us infit *deus* (*cf.* VVLG. exod. 24,17 quasi ignis ardens). HYMN. Ambros. 60,38 in Christi carne -a. PAVL. NOL. epist. 49,3 p. 392,28 dominus ... comā -us. PASS. Thom. p. 153,12 puer -o aspectu. *cf.* CASSIAN. c. Nest. 2,4,3 verbo eam (*sc. gratiam caelestem*) -ae apparitionis expressit. *sim.*: VEN. FORT. vita Mart. 2,352 neque -a forma *diaboli* fefellit (*nota allitterationem*). **b** *de rebus terrestribus: de igni*: AVG. civ. 21,7 de igni -o. *cf.* 21,4 p. 492,21 D. ex pruna -a. *de lapidibus, metallis sim. rebusque inde productis*: HIER. epist. 18[B],2 (18),4 genus lapidis -i atque lucentis. AVG. serm. ed. Mai 75,2 velut gemmas -as (EVCHERIA 60,6). PRVD. perist. 2,55 -ae montes monetae. ANTH. 335,3 venabula. SIDON. carm. 9,299 statuam. *cf* CLAVD. 7,11 strictis ... -a telis ... castra. MART. CAP. 1,14 *amnis* auratus ac -us et flammis coruscantibus rutilans. *de vestimentis*: IVVENC. 4,722 -a lino texta. CLAVD. 14,26 vestes Tyrio sanguine -as. MART. CAP. 2,114 vestem peplumque lactis instar -um. *de oculis*: CHALC. comm. 238 per -am lucidamque pupulae stolam. *de candore corporis humani*: DRAC. Romul. 2,87 frons nudata decet diviso -a crine.

2 *translate i. q. insignis, nobilis* (*cf.* GLOSS. V 264,41 almum: sanctum, -um, insignem): **a** *de rebus*: FIRM. math 4,19,22 *poetarum* -o gratiae splendore nobilitantur. CARM. epigr. 223,3 (= INSCR. christ. Hisp. 132) cuius origo -a ⟨br⟩ebe refulsit inclita. **b** *de personis*: ALC. AVIT. carm. 4,646 mediator ... munere ... -us omni. GREG. TVR. vit. patr. 4 prol. mentis nobilis generositate -um. 4,1 virtutum dote -us.

n. plur. subst. **fulgida** (-ōrum) (*cf. supra l. 50*). *proprie*: LVCR. 3,363 -a praesertim cum cernere saepe nequimus. *speciatim i. fulgura*: HIST. Apoll. rec. A 11 morantur nubila, grando, nives, zephyri, freta, -a, nimbi.

syn.: lucens (HIER. epist. 18[B],2[18],4), lucidus (CHALC. comm. 238 *cf. supra l. 68*). *opp.*: igneus, pallidus (VEG. mil. 4,41), roseus (HIL. gen. 67), taeterrimus (AVG. civ. 21,4 p. 492,21 D.). *comp.*: perfulgidus.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?fulgitrat (fulc-) fulmine perimit (preemit *vel* premit *codd.*) GLOSS. IV 240, 15 (fulgurat *Warren*).

fulgitrua (-uum) *n.* [*cf. c.* fulgur, fulgetrum *et c.* tonitrua. *Th.*]. HYG. fab. 183 Bronte, quae nos tonitrua appellamus, Sterope, quae -a. *cf. Thulin, Archiv 14 (1906) p. 379.*

fulgo *v.* fulgeo.

✱**fulgor,** -ōris *m.* [*a* fulgere *Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 5, 70 ab eo quod ignis propter splendorem fulget, -r. NON. p. 430 fulgur . . . unde . . . -r. *de formis: plur. legitur inde a* CIC. (*non nisi pro*: fulgura) VERG HOR. SEN. nat. LVCAN. 7, 157 AVIEN. Arat. 871 (*cf.* 1430), *quibus locis mediam syllabam correptam existimare possis, ego s. v.* fulgur *II p. 1520, 24 sqq. inserui.* GLOSS. σέλας. ἀστραπή. αἴγλη, λαμπρότης. λαμπηδών. ἔκλαμψις. coruscatio. -es λαμπηδόνες. NOT. Tir. 72, 12 -r. [*dub.*: SEN. nat. 2, 1, 2 ⟨terrae motus, -es *suppl. Haas. alii* fulgura.⟩ HIER. epist 52, 3, 3 quasi ignis . . . suffocetur et suum non possit explicare -em (fervorem *H*)]

A ***proprie*** *i. q. splendor, nitor*: SEN. nat. 1, 6, 3 quare color ille subito desinat, cum omnes -es [et] paulatim discutiantur. MART. CAP. 2, 169 instar speculi praenitentis adiaculati -is radios revibrare. OROS. comm. 3 p 157, 5 *sidera* non elementarios esse -es, sed rationales potestates. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 113, 11 si immensae lucis splendor aliquo nobis -e subrutilat. EVSTATH Bas. hex. 1, 7 ex luce -em (λαμπηδόνος). 6, 2 p. 922^{D} sol iste visibilis illo principali -e (φωτί) flammatus elucet. *speciatim*: **1** *rerum* ***caelestium:*** **a** *siderum*: RHET. Her. 4, 33, 44 tantus erat in armis splendor, ut solis -r [obscurius *vel* obscurior *codd., del. Marx*] videretur (*cf.* LVCR 5, 284. 291. FEST. p. 149 quod *luna* . . . solis, non suo -e luceat. SEN. Herc. f. 670 nat. 1, 1, 11 *cf.* 5, 16, 4 CVRT. 4, 14, 24 MELA 3, 57 PLIN. nat 2, [45] 58. 11, 142. 37, 165 TAC. Agr. 12 Germ. 45 SVET. Aug 79, 2 LACT. inst. 2, 9, 12 IVST. 18, 3, 12 AVIEN. Arat. 1582 *al* HYG. astr. 4, 13 *bis* MART. CAP. 2, 185 *Solis*. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 14 solaris -r et calor. *in comparatione*: CVRT. 7, 8, 12 ubi tanti numinis -r conderetur. PANEG. 10 [4], 5, 4 nec intuentem iniquus -r *Caesaris* retundit). CIC. Arat. frg. 9, 2 tempora *Draconis* sunt duplici -e notata. 12^{b} hic illa eximio posita est -e Corona. 32^{b} *Equi*. rep. 6, 17 ille -r, qui dicitur Iovis (*cf.* MART. CAP. 2, 169). MANIL. 1, 757 -e . . . collato. PAVL. FEST. p. 72 *lunae* (PLIN. nat. 9, 96. 37, 132 TAC. ann. 1, 28 APVL. Socr. 1 p. 117 ITALA Marc. 13, 24 [Afr. ed. Soden. φέγγος, VVLG. splendorem] ARNOB. nat. 2, 61 PELAG. in II Cor. 3 p. 779^{D} MART CAP. 1, 77 EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 *al.*). GERM. 281 multa . . . medii -is erunt *in Cygno*. SEN. nat 7, 26, 2 *cometarum* (7, 27, 6. IVST. 37, 2, 3 -e sui solis nitorem vicerat). epist. 93, 5 sideris (102, 28 CVRT. 4, 10, 3 PLIN. nat. 2. 29. 37, 134 STAT. Theb. 12, 310 AMM. 25, 1, 1 MART. CAP. 2, 208 APRING. in apoc. 21, 10—11. *in comparatione*: VAL MAX. 1 praef *cf.* 3. 8, 7 *luminum*). PLIN. nat. 18, 352 stellarum. APVL. Socr. 2 p. 121 miris -bus variata caelamina (*i. sidera*). FIRM. math 1, 4, 7 ignitis -um ardoribus *Martis* AVIEN. Arat. 153. 154 HYG. astr. 3, 7 p. 84, 8 EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 888^{A} (αὐγήν) *saepe.* **b** *variarum rerum caelo sive naturali sive mirabili modo splendentium*: CIC. div. 2, 44 et -es (*i. fulgetra; distinguitur a fulmine*) et tonitrua existere. SEN. nat. 1, 1, 11. 1, 2, 1 -r, qui sidera circumvenit. 1, 3, 3. 1, 15, 1 -es, . . . quos Graeci σέλα appellant (*cf. q. s.*). epist. 94, 56 sine ullo ictu sonituque -es caeli patescentis (CVRT. 4, 12, 14 SIL. 12, 653. ALC. AVIT. carm. 3, 43 *die novissimo. cf.* HIER. epist. 14, 10, 2 aetheris). CVRT. 3, 3, 3 castra Alexandri magno ignis -e collucere. PLIN. nat. 2, 101 nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo -em. APVL. mund. 16 fallunt imaginem irides . . ., vere videntur cometae, -es et similia. LACT. inst. 2, 7, 19 oculos omnium repente obiectus -r extinxit. RVFIN. hist. 3, 8, 2 MART. CAP. 8, 810. 814. 9, 922. EVSTATH Bas. hex. 2, 7 p. 887^{A} acutamque penetrationem proprii -is *aëris* (τῆς αὐγῆς). ALC. AVIT. carm 2, 263 repentinus -r circumstetit ora. **c** *luminis diei*: SEN. contr. 9 praef. 5 ex umbroso et obscuro prodeuntes loco clarae lucis -r obcaecat (CVRT. 7, 11, 21 PLIN nat. 37, 83 AMBR. hex. 1, 9, 33 *al.*). CELS. 7, 7, 14^{A} p. 280, 11 si . . . suffusio . . . a latere sensum aliquem -is relinquit. LACT. inst. 6, 2, 4. AMM. 14, 1, 9 dierum (HIER. in Ezech. lib. 7 praef. ad solis dieique -em. OBSEQ. 62 CASSIOD. in psalm. 101, 7). HYG. astr. 2, 5 luminis. VVLG. Iob 11, 17 meridianus -r. AVG. gen. ad litt. imperf. 6 p. 477, 23 sine discrimine -is (*i. lucis*) atque umbrae. MART. CAP. 6, 592 primi luminis -r ut emerserit. **d** *praecipue fulguris, fulminis (cf. p. 1518, 11 sqq.)*: ACC. trag. 652 praefervido -e ardor iniectus. LVCR. 6, 170 -em quoque cernimus ante quam tonitrum accipimus (*cf.* SEN. nat. 2, 12, 6). 6, 217 semina quae faciunt -em. VERG. Aen. 8, 431 -es nunc terrificos . . . miscebant operi. SEN. nat 2, 20, 2 ignis . . . perdetque -em. ITALA Hab. 3, 11 (Tert adv. Marc. 4, 3) *v. vol. IV p. 1073, 29 sqq.* PS. AVR. VICT. orig. 14, 2 tonitrubus etiam consecutis flammarumque -bus. MART. CAP. 9, 896 manubias ac trisulcae lucis . . . -em. *nota*: QVINT. inst. 8, 3, 5 si vis eorum (*sc. fulminum*) tantum, non etiam ipse -r timeretur. ALC. AVIT. carm. 5, 183 ferit omnia -r fulmen agens. *inde i. q. fulgur (in libris passim confunduntur casus obliqui huius vocis et vocabuli* fulgur; *v. q. notavi p. 1517, 76 sqq.*): IDIOM. gen. gramm. IV 574, 38 -r ἀστραπή. GLOSS. ἀστραπή. II 415, 31 ful⟨gor *suppl. ed. Steph.*⟩: πρηστήρ. *cf.* SERV. auct. Verg. Aen. 8, 524 -i id est fulgetra. et tria genera -is esse dicuntur *eqs.* (*cf.* SEN. nat. 2, 39, 1). *in ominibus* (*apud poetas*): CIC. carm. frg. 25 prospera Iuppiter his dextris -bus edit. VERG. Aen. 8, 524 improviso vibratus ab aethere -r. OV. met. 7, 619 notam -e dedit tonitruque secundo. HYG. astr. 2, 5 p. 40, 18 tonitrum et -em (tonitru et fulgure *R*) caeli. MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 3 p. 400 -em emittebat (*Chrysost.* κεραυνοὺς ἠφίει). **e** *deorum (dei christiani) cum maiestate apparentium*: VVLG. II reg 22, 13 prae -e (φέγγους) in conspectu eius (psalm. 17, 13 [τηλαυγήσεως]. PS. PHOEBAD. fid. 8 p 47^{C} maiestatis eius praeeunte -e). HIER. epist. 22, 30, 3 tantum erat ex circumstantium claritate -is. SVLP. SEV. Mart. 24, 4 quo facilius claritate assumpti -is illuderet *diabolus*. APRING. in apoc. 1, 14 propter sincerum sancti -em spiritus. COD. Iust. 1, 17, 2, 1 (*a. 533*) *opus* caelesti -e et summae trinitatis favore confectum. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 14 *divinitatis*. 1, 2, 17 iudicis. *cf.* PASS. Theclae A 34 p. 94, 6 videntes ignem -is coruscantem. MART. CAP. 8, 809 -es praevides et vultus deorum? DRAC. Romul. 2, 105 nocturnae -e deae. *inde explicandum*: AVG. conf. 4, 2, 3 nisi -es corporeos cogitare non noveram. *cf. p. 1515, 33 sqq.*

2 *rerum* ***terrestrium:*** **a** *ignis*: CIC. Verr. 5, 71 *candelabri* -e collucere atque illustrari Iovis . . . templum. LVCR. 5, 612 ignem . . ., nullo qui sit -e notatus (*cf* PLIN. nat. 18, 252 -r igni similis. AVG. civ. 21, 7 p. 502, 18. 19 D.). MORET. 13 concepto . . . -e. HOR. ars 143 (*in imag.*) non fumum ex -e, sed ex fumo dare lucem. PLIN. epist. 6, 16, 13 *incendiorum Vesuvii*. APVL. apol. 25 *stipulae*. VVLG. Luc. 11, 36 sicut lucerna -is (ἀστραπῇ). PALLAD hist. mon. I 13 p. 290^{D} lampadum. *tropice*: LACT. ira 2, 1 caligantibus . . . veritatis -e luminibus (*cf.* ORIG. in Matth. 18, 47). GAVDENT. serm. 3 p. 862^{A} -r claritatis dominicae. RVFIN. hist. 2, 14, 4 veri luminis -e perculsus (ὑπὸ θείας . . . μαρμαρυγῆς. *cf.* Orig. in gen. 15, 2). PS. RVFIN. in Am. 8, 11 coruscantis euangelii. AVG. bapt. 5, 17, 23 christianae caritatis. PETR. CHRYS. serm. 120 p. 529^{A} saeculi noctem pleno meritorum -e depellit. COMPVT. Carth. 1, 1 divinae miserationis -r. **b** ***metallorum, lapidum sim.***: CATVLL. 64, 100 saepe magis -e (fulvore *Ritschl et Bährens fort. recte*) expalluit auri (*cf.* LVCR. 2, 51 SEN. epist. 48, 11 *cf.* 94, 58 CVRT. 9, 1, 12 PLIN. nat. 10, 3. 21, 50 VAL. FL. 5, 243. TAC. Agr. 32 atque argenti. MIN. FEL. 23, 9 HIL. in psalm. 140, 14 CLAVD. 24, 66 SACR Leon. p. 422. GREG. TVR. Franc. 9, 9 gemmarum pretiositatibus vel auri -e obtecta. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 14). LVCR. 6, 316 calidi -is *ferri icti*. CVLEX 65 lapidum (SEN. dial. 6, 18, 6 gemmarumque. AMM. 21, 1, 4). PLIN. nat. 33, 22 gemmas addendo exquisiti -is (37, 76. 81 *saepe*. ARNOB. nat. 6, 3 AVG. serm. ed. Mai 75, 2. *huc respicit*: CLAVD. 8, 587 -r Hiberus). 33, 131 *argenti*. 37, 47 *sucini*. RVFIN. hist. 2, 10, 4 metalli. APRING. in apoc. 4, 3 iaspis viridi et acutissimo -e radiatur. *per compar.*: LACT. epit. 61 (66), 10 non auri nec eboris nitor, sed fidei et castitatis -r. *rerum ex metallis sim. factarum*: HOR. sat. 2, 2, 5 stupet insanis acies -bus *mensarum* (PORPH. *ad l.* argenti). CALP. ecl. 7, 36 *amphitheatri* (*cf.* STAT. Theb. 7, 46 *domus Martis*. silv. 3, 1, 10 haec aula recens -rque *templi* inopinus agresti Alcidae). PLIN. nat. 7, 64 speculorum (*cf.* QVINT. inst. 11, 3, 68). SIL. 6, 358 rostri. STAT. Theb. 8, 674 capitisque superbi insignem -e (*sc. diadematis*). ARNOB. nat. 6, 16 *deorum statuarum* (6, 24. RVFIN. Adamant. 3, 13 artis ac metalli). SCHOL. Germ. Bas. p 62, 7 tali -e fuit *corona ex auro gemmisque facta*. **c** *armorum* (*cf.* SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 1 *arma* ⟨in⟩ parte orationis ponuntur pro -e. *affert* VERG. Aen. 3, 517): LVCR. 2, 325 -r ibi ad caelum se tollit (2, 332). HOR. carm. 2. 1, 19 armorum (LIV. 22, 28, 8 CVRT. 4, 13, 2. QVINT. inst. 10, 1, 30 qui terreat. TAC. Agr. 33 ann. 1, 68). SEN. epist. 48, 11 gladii (LACT. inst. 5, 6, 7). SIL. 2, 395 clipeum saevo -e micantem. 10, 102 galeae (FRONTIN. strat. 2, 3, 14). AMM. 28, 5, 3 signorum aquilarumque (29, 5, 15). **c** *colorum*: VERG. Aen. 11, 70 *florum*. OV. met. 4, 398 purpura -em pictis accommodat uvis (SEN. nat. 1, 5, 12). PLIN. nat. 35, 45 minii. PS. AVG. serm. 120, 6 rosae. MART. CAP. 6, 696 Indi . . . *comas* alii caeruleis, alii crocinis -bus tincti. *in compar.*: RVFIN Orig. in cant. 3 p. 150^{C} in convallibus vel pro claritate pudicitiae vel pro -e sapientiae efficitur lilium. *vestimentorum*: OV. met. 11, 617 vestis -e reluxit sacra domus (PS. HIL. epist. ad fil. 3). SVET. Cal. 35, 1 purpureae abollae. VOPISC. Aurel 29, 1. AMM. 15, 8, 15 imperatorii muricis -e flagrantem (*cf.* 27, 6, 11 iamque -e conspicuum). 16, 5, 5 stragulis sericis ambiguo -e nitentibus. HIER epist. 64, 15, 3. **d** *partium corporum animantium*: VERG. georg. 4, 98 aliae *apes* -e coruscant ardentes auro. Aen. 5, 88 *angui* maculosus . . . auro squamam incendebat -r (*cf.* CVLEX 170 CVRT. 9, 1, 12 LVCAN. 9, 728). OV. ars 2, 721 oculos tremulo -e micantes (PANEG 7 [6], 17, 1. 9 [12], 19, 6). SEN. apocol. 4 flagrat nitidus -e remisso vultus *Caesaris*. Phaedr. 770 -r teneris qui radiat genis (CLAVD. rapt. Pros. 3, 436 *syn.* decor). SIL. 16, 471 corporis. APVL. flor. 12 p. 43 cervicula *psittaci* . . . velut aurea torqui pari (aureae torquis rari *E. Rohde*) -is circumactu cingitur. AMM. 30, 9, 6 capilli -r. DRAC. laud. dei 1, 249 hyacinthus adest . . . -r *pennarum*. GREG. M. moral. 5. 28 in lepra . . . pars cutis in -em (*i. inflammationem*) ducitur.

B ***translate*** *i. q.* ***celebritas, nobilitas, gloria, honor, laus:***

1 ***animantium:*** HOR. epist. 2, 1, 13 urit enim -e suo, qui *eqs.*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(PORPH. *ad l.* splendore, quo fulget). VELL. 2, 4, 6 quae *vita* nullius ... praeterquam avito -e vinceretur. 2, 99, 2. SEN. benef. 4, 22, 2 admiratione luminis ac -is sui. dial. 12, 12, 3 *Caesaris*. CVRT. 3, 3, 5 -em Alexandro portendere. VIRG. gramm. epist. 3 p. 133, 17 cuius in latino sermone -r ingenii tantus erat (EPIST. pontif. 387 [Coelestin.] Migne 50, 547^{B} mentis -e ... perspicuam). VOPISC. Aurelian. 3, 2 ut dent posteritati de locorum splendore -em. COD. Iust. 5, 4, 28, 2 (*a. 531*) uxor sentiat eius (*sc. mariti*) -em. CARM. epigr. 1189, 9.

2 ***rerum:*** **a** *generatim*: OV. trist. 5, 12, 39 nominis et famae quondam -e trahebar (LIV. 21, 43, 12 dempto hoc uno -e nominis Romani. *cf.* SEN. Tro. 272). VELL. 1, 5, 1 magnitudine operis et -e carminum. 2, 50, 4 ipsius adventus vigore ac -e occupatus. VAL. MAX. 5, 3, 5 *fortunae* (7, 1, 2. 8, 1 damn. 2 SEN. nat. 3 praef. 13 PS. QVINT. decl. 9, 7). 5, 5, 2 honoris (TAC. ann. 4, 39). 6, 2, 3 gloriae (AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 489, 30). 6, 9 ext. 5 vitae (SEN. epist. 21, 1. *cf.* 21, 2 extrinsecus veniente). SEN. Herc. O. 617 aulae (OCTAVIA 34. *cf.* SEN. Thy. 415 clarus hic regni nitor -e non est quod oculos falso auferat). SEN. epist. 94, 74 odio est -r. 120, 5 species conspicui alicuius facti -rque (*cf.* PLIN. nat. 7, 95 rerum). QVINT. inst. 10, 1, 72 *Menander* omnibus eiusdem operis auctoribus ... -e quodam suae claritatis tenebras obduxit. 10, 1, 92 ceterarum -e virtutum (AMBR. hex. 3, 11, 48) laus ista praestringitur. decl. 343 p. 356, 20 divitiarum. PS. QVINT. decl. 2, 10 circumdes licet hanc debilitatem -e, divitiis. TAC. ann. 14, 54 traditis, quorum -e praestringor. FLOR. Verg. p. 184, 9 lux et -r felicis imperi. PANEG. 2 (10), 3, 2 haec obsequiorum stipatio et -r. AMM. 14, 6, 3 in mundanum -em surgeret ... Roma. AMBR. hex. 3, 13, 56. AVG. serm. ed. Mai 56, 1 variati decoris -e. EPIST. pontif. 369 (Coelestin.) Migne 50, 431^{A} boni -r operis. SIDON. epist. 1, 11, 6 obscuritati dedit ... -em. COD. Iust. 7, 24, 1 pr. (*a. 531/4*) cognationis. GREG. M. moral. 29, 42 miraculorum. *metonymice i. q. lumen, decus*: CASSIOD. compl. in apoc. 1, 19 dicens eas (*sc. stellas*) septem ecclesiarum esse -es (*cf.* VVLG. apoc. 1, 20 angeli [ἄγγελοι]). **b** *speciatim in oratione, eloquentia*: LAVS Pis. 94 solido -e micantia verba. QVINT. inst. 10, 5, 16 deteratur -r *eloquentiae* (HIER. in Ion. 3, 6 sq. p. 420 deposito -e eloquentiae et ornamentis ac decore verborum. *cf. ibid.* disertitudinis suae -e). CASSIOD. inst. div. 15 p. 1128^{B} ut -e suo niteat *locutio*. ISID. orig. 2, 17, 2 in causis ... maioribus ... plus magnificentiae et -is est exhibendum (*opp.* leni ac pedestri more loquendum).

epitheta selecta: acutus: APRING. in apoc. 4, 3. ambiguus: AMM. 16, 5, 5. ardens: SEN. nat. 8, 27, 6. calidus: LVCR. 6, 316. candidus: PLIN. nat. 37, 94. clarus: LACT. inst. 2, 9, 12. conspicuus: VAL. MAX. 6 ext. 9, 5. dubius: SEN. Herc. f. 670. durus: STAT. Theb. 7, 46. excaecatus: PLIN. nat. 33, 131. eximius: CIC. Arat. frg. 12^{b} VAL. MAX. 1 praef. *al.* exquisitus: PLIN. nat. 33, 22. falsus: SEN. epist. 94, 58 *cf.* PLIN. nat. 37, 114. immensus: MAR. VICTORIN. ad Iust. 2. argus: APVL. apol. 25. magnus (tantus *sim.*): RHET. Her. 4, 33, 44 VAL. MAX. 8, 1 damn. 2 *al.* micans: CIC. Arat. frg. 32^{b}. mirus: APVL. Socr. 2 p. 121. mollis: PLIN. nat. 37, 47. nitidus: CVLEX 170. plenus: PLIN. nat. 37, 132. praefervidus: ACC. trag. 652. purus: AMM. 20, 11, 28 HIER. epist. 14, 10, 2. remissus: SEN. apocol. 4. retorridus: PLIN. nat. 37, 94. saevus: SIL. 2, 395. solidus: LAVS Pis. 94. splendidus: RVFIN. Adamant. 3, 13. tepidus: PLIN. nat. 9, 97. tremulus: OV. ars 2, 721. vanus: SEN. Tro. 272.

syn. et iuxta posita: ad A: ardor (SEN. nat. 1, 15, 1), candor (MIN. FEL. 23, 9), claritas (PLIN. epist. 6, 16, 13 ***al.***), claritudo (TAC. ann. 1, 28), lumen (CIC. Arat. frg. 9 ***al.***), nitor (CVLEX 65 SEN. Herc. f. 670 ***al.***), splendor (RHET. Her. 4, 33, 44 LVCR. 2, 52 ***al.***). *ad B*: claritas (RVFIN. hist. mon. 1), decus (*v. vol. V p. 247, 41 sq., adde*: HIER. in Ion. 3, 6 CLAVD. rapt. Pros. 3, 436), lumen (SEN. benef. 4, 22, 2 ***al.***), lux (FLOR. Verg. p. 184, 9), magnificentia (ISID. orig. 2, 17, 2), magnitudo (VELL. 1, 5, 1), nitor (SEN. Thy. 415), species (SEN. epist. 120, 5), splendor (AMBR. hex. 3, 11, 48), vigor (VELL. 2, 50, 4).

opp.: dedecus (COD. Iust. 7, 24, 1 pr.), obscuritas (SIDON. epist. 1, 11, 6), situs ac rubigo (QVINT. inst. 10, 1, 30), tenebrae (MAR. VICTORIN. ad Iust. 2), umbra (AVG. gen. ad litt. imperf. 6 p. 477, 23).

fulgoreus, fulgorio, fulgoro *v.* fulgur-.

[*?* **fulgoriāculum** *v. p. 1521, 20.*]

fulgoriātor *v.* fulgurator.

✖**fulgur** *et* **fulgus,** -uris *n.* [*cf. c. theodisc.* blic '*fulgur*' *et c.* fulgere, fulmen. *Th.*]. *de originatione*: PAVL. FEST. p. 84 furvum ... hinc dicta furnus ... -us. p. 92 fulgere ... unde -us dictum est. NON. p. 28 -a dicuntur coruscationes: a fulgore. *de formis: nom. sing. in* -us: PAVL. FEST. p. 84. 92 GLOSS. IV 80, 26. CORP. X 1603 (*Puteol.*). *notatur*: fulg(ur): FAST. ann. Iul. Paul. Oct. 7 (Corp. I^{2} p. 242), ful(gur): CORP. IX 1047. *in libris cum brevis* -u- *syllabae mediae saepe littera* o *permutetur (cf. Schuchardt, Vokalismus II 158), difficile est apud scriptores casus obliquos vocum* fulgor, -ōris *et* fulgur, -uris (-ŏris) *dinoscere. ego sub voce* fulgor *locos huius notionis non citavi, nisi qui ratione metrica (vel grammatica) certo agnosci possunt (p. 1515, 81 sqq.). exempla quibus sive in omnibus libris sive in parte codicum lectio* fulgoris *sim. servatur, contulit Neue-Wagener I*^{3} *p. 271 (de* CIC. div. 2, 44 *v. p. 1515, 51), quae multis aliis (velut* HOR. carm. 2, 10, 12 *B* PAVL. FEST. p. 12 COLVM. 10, 346 *A* LVCAN. 1, 530. 5, 630. 7, 157 *v. p. 1515, 10.* PLIN. nat. 15, 77 SVET. frg. p. 223 *sq.) augere possis. formas per* -o- *confirmat* AVG. gramm. V 499, 24 -r -ora (-r -uris *poscere videtur* GRAMM. suppl. 42, 28). *etiam in casibus rectis sing. scribitur nonnumquam* fulgor (ITALA deut. 32, 41 [Lugd.] Luc. 10, 18 [cod. e *et pars codd. Vulg.*] HIER. epist. 51, 7, 4 [*DB*] PASS. Andr. long. 14 GLOSS. *v. p. 1515, 84*). *inde in errorem est ductus* GRAMM. suppl. 114, 33 fulgor autem et in masculino et in neutro invenitur *eqs. affert* VVLG. Iob 38, 35 (*v. p. 1520, 8*). *in nonn. codd. extant formae* fulgeris *sim. (praeter locos apud Neue-Wagener allatos cf.* GERM. frg. 4, 77 COLVM. 4, 24, 9 PLIN. nat. 9, 58. 35, 96 *al.*). *de differentia inter* -r *et* fulmen (*et* fulgor): SEN. nat. 2, 57, 3 -r, quod tantum splendet, et fulmen, quod mittitur ... fulmen est -r intentum *eqs.* NON. p. 430 fulmen telum ipsum, quod iacitur; ... -r ignis qui coruscat fulmine. ISID. diff. 1, 245 -r est splendor micantis nubis, fulmen autem mucro est fervidus ventorum violentia e nubibus ad terras emissus. tria sunt ...: fulgor, qui tangit; -r, quod incendit et urit; fulmen, quod findit. et ideo cum trinis radiis finguntur (orig. 13, 9, 2). 1, 252 fulmen, quod ferit; fulgor est, quod apparet; -r quod conditur, si cadat de caelo. DIFF. ed. Beck p. 59, 38 fulmen est tonitrus ... et iam iaculum; fulgor splendor; -r vero reliquiae fulminis, quae visum oculorum praestringunt; ita fulmen proprie ferit, fulgor apparet, -r concutit. *v. Thulin, Archiv 14 (1906) p. 369 sqq. et cf. quae de discrimine vocum* ἀστραπή, κεραυνός, πρηστήρ *disserit Plut. plac. phil. 3, 3. de significatu*: NON. p. 28 *v. p. 1517, 73.* VEREC. in cant. 9, 16 Barac dicitur coruscatio, quae alio nomine -r appellatur. GLOSS. ἀστραπή. -a pluraliter: ἀστραπή. [IV 345, 26 fulgus (fulvus*?* fulgidus*?*): rufus rubeus.] *legitur inde ab* ANNAL. max.; *neque* fulgur (fulgor) *neque* fulmen *habent*: PLAVT. (*at v. p. 1521, 30*). CATO (*cf. p. 1520, 80*) TER. PACVV. LVCIL. (*cf. p. 1521, 31*) AFRAN. NOVIVS CATVLL. (*cf. p. 1521, 83*) CAES. NEP. VELL. SCRIB. LARG. MELA PERS. FRONTIN. *quotiens a reliquis scriptoribus sint usurpata* (fulgor *hoc sensu non adhibetur nisi singulis locis apud* CIC. poet. VERG. OV. *v. p. 1516, 2 sqq.*, coruscatio *inde ab* ITALA), *colligas ex hac tabula:*

	fulgur	fulmen		fulgur	fulmen
ENN.	—	1	PHAEDR.	—	1
NAEV.	(*cf. p. 1521, 27*)	1	SEN. trag.	1	46
ACC.	—	1	phil.	11	120
VARRO	—	9	CVRT.	1	2
CIC. poet.	—	4	COLVM.	2	2
pedestr.	14	—	LVCAN.	4 (3 *v. p. 1517, 84*)	19
PVBLIL.	—	2	PETRON.	2	3
LVCR.	8	41	LAVS Pis.	—	2
SALL.	—	1	CALP.	—	1
VERG.	1	23	PLIN. nat.	17	53
HOR.	1	5	VAL. FL.	2	13
TIB.	—	2	SIL.	—	41
PRIAP.	—	2	HOMER.	1	—
PROP.	—	5	STAT.	8	57
OV.	—	66	MART.	—	4
EPICED. Drusi	—	3	QVINT.	—	21
LIV.	1	23	IVV.	3	5
[OBSEQ.	1	37]	TAC.	4	4
MANIL.	1	16	PLIN. epist.	2	2
VITR.	1	1	SVET.	14	9
FEST.	21	10	APVL.	1	7
SEN. contr.	—	3	AVIEN.	2	2
GERM.	1	4	AVSON.	3	6
VAL. MAX.	1	7	VVLG. (coruscatio *gr.* ἀστραπή)	26 (*in versione graeci* ἀστραπή)	3 (*gr.* κεραυνός)
CELS.	—	1			

[*ad* -ur, -uris: *it.* folgore; *ad* -ur, -eris: *val.* fulgere. *francog.* foudre. *M.-L.*]

I ***strictiore sensu i. q. flamma, ignis caelo coruscans:***

A ***proprie:*** **1** *technice in re sacra de fulguribus praecipue in ominibus Iovis sim. editis*: LEX Cic. leg. 2, 21 *augures* caelique -a regionibus ratis temperanto ... idemque -a atque obstita pianto (*cf.* ANNAL. MAX. frg. Gell. 4, 5, 2 statua ... de caelo tacta est. ob id -r piaculis luendum aruspices ex Etruria acciti. PLIN. nat. 1, 15, 17 de ...-um piatione). VARRO Men. 412 cognitio enim trium, fulgetri tonitrui -is, a fulmine orta. CIC. div. 1, 12 monstra aut -a interpretantium (*cf.* PLIN. nat. 2, 141 TAC. ann. 14, 22). 1, 16 de -um vi dubitare (*paulo aliter* TAC. ann. 15, 47). 1, 35 gentem *Etruriae* in -bus errare. 1, 109 quae enim extis, quae -bus, quae portentis, quae astris praesentiuntur (*cf.* 1, 118 praecurrerent). 1, 127 divinatio ... -um. 2, 26 qui ex -bus ostentisque praedicerent. 2, 42 (*ter*). 2, 43. 49. SEN. nat. 2, 39, 1 genera -um (fulminum *Bε*) tria esse ait Caecina (*cf.* FEST. p. 129 SERV. Aen. 8, 524). 2, 49, 1 nomina -um, quae a Caecina ponuntur *eqs.* VERG. georg. 1, 488 caelo ceciderunt ... sereno -a (SERV. *ad l.* missa sunt fulmina. SVET. frg. p. 223 *sim.* LVCAN. 1, 530 CAPITOL. Pius 3, 5). OV. met. 14, 817 omnipotens ... tonitruque et -e terruit orbem. PAVL. FEST. p. 12 attestata dicebantur -a ... significationem priorum at-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

testantia. p. 129 quamquam nullum sine igne -r sit. p. 210 pestiferum. p. 214 (4ies). p. 229 provorsum -r. *ibid.* diurna Iovis, nocturna Summani -a habentur. p. 245 (*bis*). 289 (*ter*). 352, 6 (*loco lacunoso cf.* p. 253, 18. 278, 28). VAL. MAX. 1, 1, 1 ostentorum ac -um denuntiationes. SEN. nat. 2, 32, 2 -um persequendorum scientia. 2, 33 deos, quos bono -e (fulmine *E*) rogare oportet, malo deprecari. 2, 48, 1. 2 quae inspicienda sint in -e. LVCAN. 6, 428 quis -a caeli servet. PETRON. 122, 122 -e rupta corusco intremuit nubes. PLIN. nat. 2, 24 -um monitus. 2, 144 -a enuntiare. 17, 124 religio -um. STAT. Theb. 7, 406 mala -a lucent. 8, 178 mentemque sinistri -is. TAC. ann. 13, 41 -busque discretum est. SVET. Galba 4, 2 -r procuranti. Dom. 15, 2 -a facta nuntiataque sunt. 16, 1 consultus de -e. TERT. anim. 44 hominem seu moneri seu terreri a deo velut -e rapido. COD. Theod. 16, 10, 1 pr. (*a. 320/1*) siquid de palatio nostro . . . degustatum -e esse constiterit *eqs.* AMM. 21, 1, 11 multa significant . . . tonitrua . . . et -a et fulmina. 23, 5, 12 SCHOL. Cic. Bob. p. 138, 27 St. MACR. sat. 1, 16, 8 natalium -umque susceptiones. *huc pertinet*: CORP. V 5670, 2 I. O. M. Co. ex premissa -is potestate. *inscriptiones in fulguribus conditis* (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult* ² *p. 122; Cesane apud Ruggiero, Diz. epigr. p. 334*): fulgur dium *sive* divom *v. vol. IV p. 1642, 30 sqq.* fulgur conditum (*cf. p. 1518, 19 et 1526, 70*) *v. vol. III p. 152, 39 sqq. adde*: CORP. VI 36774. XII 4219 ⟨-a co⟩ndita (*nota plur.*). [XIV 245 *suppl. Mommsen.*] VI 30879 -r Summani. Fulgur *cognomen Iovis* (*cf Usener, Rhein. Mus. 60 [1905], 1 sqq.*): VITR. 1, 2, 5 *Iovi* -i et Caelo et Soli et Lunae. FEST. p. 229 SERV. auct Aen. 10, 423. FAST. ann. Iul. Arv. Oct. 7 (Corp. I² p. 214) Iovi Fulguri (Paul. Oct. 7 [Corp. I² p. 242] *notatur* fulg) lunoni Curriti in campo. CORP. XI 4172 (*Interamnae, periit*) Iovi Fulmini, -i, Tonanti. XII 1807. *nescio an huc trahendum*: CORP. XI 1024 (*Brixelli*) sacrum publicum -is (*cf.* III 8653 [= CARM. epigr. 616, 2] temp⟨l⟩u⟨m⟩ ⟨Fulg⟩ *sive* ⟨Sulp⟩uris *Bücheler* ⟨Tell⟩uris *metro neglecto Bormann*). *cf. p. 1521, 4.*

2 *generatim*: **a** *utrum magis ad splendorem an ad percussionem pertineat, nihil refert*: LVCR. 6, 270 passim fremitus et -a fiunt. GERM. frg. 4, 77 imbres et -a. SEN. nat. 2, 1, 3 de tonitribus -busque (PLIN. nat. 2, 131. 35, 96 tonitrua fulgetra -aque. VAL. FL. 1, 692 TAC. hist. 1, 18 SVET. Aug. 90. Cal. 51, 1 ad . . . -a conivere. frg. p. 223 tonitruum sonitus tardius penetrat aures quam oculos splendor -is . . . -a et tonitrua simul exprimuntur. *ibid.* fulmina. *v. totum locum* [SERV. auct. Aen. 8, 392 ISID. orig. 13, 8, 2]. ITALA apoc. 4, 5 [Apring. in l.] *et* VVLG. de throno procedunt -a (ἀστραπαί) et voces et tonitrua. *sim.* 8, 5. 11, 19. 16, 18 [Primas.] VOPISC. Car. 8, 5 coruscationum . . . ac tonitruum in modum -um igniti sideris continuata vibratio. LACT. inst. 7, 6, 4. AMM. 20, 11, 25 perterrebant. VVLG. exod. 9, 23 discurrentia -a [πῦρ] 19, 16 [ἀστραπαί]. GREG. TVR Mart. 1, 10). LVCAN. 3, 410 excussaque nubibus atris -a. PLIN. nat. 1, 2, 52 genera -um (2, 137 fulminum). 1, 2, 55 catholica -um. 9, 58 -e sopitur. 15, 57 tot -a uno ictu fieri. 28, 77 contra -a. STAT. Theb. 8, 417 imitantur -a glandes. IVV. 13, 223 ad omnia -a pallent. 14, 292 occurrunt nubes et -a. SVET. Nero 48, 2 tremore terrae et -e adverso pavefactus. ITALA Luc. 10, 18 (cod. e *al.*) *et* VVLG. videbam satanam quasi -r (ἀστραπήν) descendentem de caelo (*nota*: ACT. Archel. 36 p. 51, 9 tamquam -r ignis). NEMES. cyn. 307 ceu -a caeli terrificant. EPIT. Alex. 24 vis ventorum . . . cum caeli strepitu creberrimisque cum -bus exorta est. HIL. in psalm. 134, 12 non pluviae -a afferunt, neque rursum -a pluvias deferunt. AMM. 23, 6, 86 metu -um. VVLG. psalm. 134, 7 -a (ἀστραπάς) in pluviam fecit (Ier. 10, 13. 51, 16. *de sensu spiritali cf.* HIL. in psalm. 134, 6 *v. p. 1520, 14.* HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 629ᴮ *al.*). Dan. 3, 73 benedicite, -a et nubes, domino. MART. CAP. 1, 7 *al.*

b *magis spectatur splendor fulgurum*: LVCR. 6, 182 semina, quae faciunt nictantia -a flammae. OV. met. 1, 56 cum fulminibus facientes -a (*frg. Bern.*, frigora *cett. codd. interp.*) ventos (*cf.* 3, 300 MANIL 1, 863 CVRT. 8, 4, 3 PLIN. nat. 2, 216. 35, 177 APVL. flor. 2 p. 8 MIN. FEL. 5, 9. 23, 6. 32, 6 ISID. nat. 37, 4 *et l. 64*). LIV. 40, 58, 4 cum . . . tonitribusque et -bus praestringentibus aciem oculorum, sed fulmina etiam . . . micabant. SEN. nat. 1, 15, 3 haec -a (*Schultess*, fulgores *codd.*) dicuntur. LVCAN. 4, 78 (*in versu spur.*). 5, 630. STAT. Theb. 1, 354 tremescunt -a. 10, 374 -e claro astra patent. 10, 924. PLIN. epist. 2, 17, 22 -um lumen. 6, 20, 9. ITALA Hab. 3, 11 (Tert. adv. Marc. 4, 3) *v. vol. IV p. 1073, 29 sqq.* AVIEN. Arat. 1430 illisio -is ignes excludit rutili (*cf. p. 1526, 83 sqq.* HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 629ᴮ. tract. in psalm. 96 p. 143, 4 *sqq.* -a ex nubium collisione generentur. DRAC. laud. dei 3, 15 ISID. nat. 30, 1). AVSON. 364, 19. HIER. epist. 51, 7, 4 *Moysis* fulsit facies valde et radiabat veluti -r (fulgor *v. l.*) aut sol (VVLG. Dan. 10, 6 species -is [ἀστραπῆς] *al*). VVLG. psalm. 96, 4 illuxerunt -a (ἀστραπαί) eius orbi terrae. Bar. 6, 60 -r cum apparuerit (*opp.* 6, 62 ignis . . . missus desuper). Matth. 24, 27 -r exit ab oriente et paret usque in occidentem (*de sensu spiritali cf.* OP. imperf. in Matth. 49 p. 917 ORIG. in Matth. 18, 46). INSCR. christ. Rossi II p. 129, 12, 3 (*a. 685*) -is in speciem mentis splendore coruscas. **c** *magis ad ictum attinet* (GREG. M. moral. 15, 32 -is . . . nomine splendor exprimitur cum percussione *eqs. cf.* in Ezech. 1, 5, 14. GLOSS. tactus fulgore percussus: tria enim sunt: tactus, afflatus, attonitus): LVCR. 6, 391 icti flammas ut -is halent. HOR. carm. 2, 10, 12 feriuntque summos -a montis. COLVM. 4, 24, 9 velut icta -e (PLIN. nat. 28, 45). 10, 346 utque Iovis magni prohiberet -a. PLIN. nat. 1, 7, 48 -r mirabile (7, 152 tactam fulmine). STAT. Theb. 4, 675 ipse (*sc. Bacchus*) micantia sensi -a. SVET. Aug. 29, 3 cum . . . lecticam eius -r praestrinxisset. 90 transcursu -is. SOL. 23, 9 adversum vim -um. IVST. 44, 3, 6 -e terra proscissa est. PALLAD. 3, 12, 6 vitis, tamquam si -e tangatur, arescit. OBSEQ. 14 -e vervecum de grege pars exanimata. VVLG. deut. 32, 41 si acuero ut -r (ἀστραπήν) gladium meum (*cf.* Zach. 9, 14). II reg. 22, 15 misit . . . -r et consumpsit eos (*cf.* Iob 38, 35 [κεραυνούς]. sap. 5, 22 MIRAC. Steph. 2, 4, 1 *al*). psalm. 17, 15 -a multiplicavit. CLAVD. 28, 345 liquefactaque -e cuspis. MART. CAP. 6, 600 in *terram* . . . cadunt . . . -a. SIDON. carm. 5, 50 scopulos iaculabile -r fucat. PASS. Thom. p. 144, 21 se putarent ictu -is interisse.

B ***in imag.*** *(comparatur splendor et vis fulgurum) et* ***translate*** (HIL. in psalm. 134, 16 -r est virtutis caelestis agnitio. EVCHER. form. 2 p. 9, 18 -a: virtutes vel verba Iesu Christi. *cf.* VEREC. in cant. 9, 16 APRING. in apoc. 4, 5): HIL. in psalm. 134, 16 -e . . . scientiae coruscantes. HIER. in Is. 66, 2 sq. p. 801 post -r euangelii vetus religio cesset in nube. RVFIN. Basil. reg. 2 si -a, si coruscum adhibeat vel comparet sermo. AVG. c. Parm. 1, 2, 3 si contra caelestia -a mendacii terreni fumus aliquid praevalet. PROSP. in psalm 143, 5—7 (= PS. AVG. serm. 119, 2) innotescit mundo coruscatio euangelii et -a miraculorum illustrant corda credentium. ENNOD. carm. 2, 150, 10 vincentes -a *doctrinae* visu (*antec.* flammarum . . . bella).

II ***latiore sensu de rebus variis in modum fulgurum splendescentibus***: LVCR. 1, 725 flammai *Aetnae* -a (*cf.* OV. fast. 1, 574). 2, 164 solis pervolgant -a caelum (*cf.* 4, 190. SEN. Med. 826 *Phaethontea*. PETRON. 122, 182 *Phoebi*. AVSON. 151, 12 coruscantis . . . lucis. 369, 29). 5, 296 claraeque coruscis -bus pingues . . . taedae. LVCAN. 7, 157 oculos ingesto -e clausit *aether* (*cf.* AVIEN. Arat. 871). VAL. FL. 8, 61 *draco* suis haec vibrat -a cristis. HOMER. 599 concretaque -a (fulmina *M N*) et ignes iactantur. STAT. Theb. 5, 10 armorum transmittunt -a silvae (*cf.* CLAVD. 7, 32 galeae nec triste timentem -r. rapt. Pros. 2, 147 cristae pacato -e vernant). CYPR. GALL. exod. 1051 rutilantem -e gemmam. deut. 271 *gladii*. VVLG. Ezech. 1, 13 de igne -r (ἀστραπή) egrediens.

iuncturae selectae: *epitheta* (*cf. Thulin l. l. p. 385 sqq.*): attestatum: PAVL FEST. p. 12. bonum: SEN. nat. 2, 33. clarum: LVCAN. 5, 631 STAT. Theb. 10, 374. consiliarium: SEN. nat. 2, 39, 1 SERV. auct. Aen. 8, 524. coruscum: LVCR. 5, 296 PETRON. 122, 122. dium: *v. vol. V p. 1642, 30 sqq.* fallax: SEN. nat. 2, 49, 1. ignitum: MIRAC. Steph. 2, 4, 1. malum: SEN. nat. 2, 33 STAT. Theb. 7, 406. micans: STAT. Theb. 4, 675. monitorium: SEN. nat. 2, 39, 2. 2, 49, 1. nictans: LVCR. 6, 182. nocturnum: FEST. p. 229. *cf.* GLOSS. II 348, 11 -r submanum: κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωΐ ἢ νυκτερινόν. peremptale: FEST. p. 214. 245. pestiferum: FEST. p. 210. 245 SEN. nat. 2, 49, 1. postularium: FEST. p. 245. rapidum: OV. fast. 1, 574 TERT. anim. 44. renovativum: FEST. p. 289. rutilum: AVIEN. Arat. 871. 1430. sinistrum: STAT. Theb. 8, 178. trisulcum: FEST. p. 352, 6. ***verbales***: cadit: VERG. georg. 1, 488 VVLG. Luc. 10, 18 MART. CAP. 6, 600. coruscat: *v. vol. IV p. 1074, 65.* fit: LVCR. 6, 270 FEST. p. 289 PLIN. nat. 15, 57 *al.* fulget: VVLG. Luc. 17, 24. (il)lucet: STAT. Theb. 7, 406 VVLG. psalm. 96, 4. (e)micat: CVRT. 8, 4, 3 LVCAN. 1, 530 LACT. inst. 7, 6, 4 VVLG. exod. 9, 23 *al.* rutilat: MIN. FEL. 5, 9. splendet: SEN. nat. 2, 57, 2. tremescit: STAT. Theb. 1, 354.

syn.: coruscatio (*q. v.*), coruscum (RVFIN. Basil. reg. 2), fulmen (*cf. p. 1518, 11 et p. 1527, 36*), manubiae (FEST. p. 129. 214).

deriv: fulguralis, 1. fulgurator, fulgur(i)o *cf.* fulguratura.

fulgurālis, -e *a* fulgur. *i. q. ad fulgura tractanda pertinens*: CIC. div. 1, 72 Etruscorum . . . et haruspicini et -es et rituales libri (AMM. 23, 5, 13). *epitheton Iovis*: CORP. III 1086 (*a. 224 p. Chr.*) I. O. M. divo ful⟨gu⟩rali ⟨s⟩acrum.

fulgurātio, -ōnis *f. a* fulgurare. *i. q. actus fulgurandi, fulgur* (GLOSS. ἀστραπή): SEN. nat. 2, 12, 6 vis expressi spiritus ignis est, qui -is nomen habet (*cf. Aristot. meteor. II 9 p. 369ᵇ, 6* ἀστραπήν). 1, 1, 6 nubes collisae mediocriter -es efficiunt, maiore impetu impulsae fulmina (*sim.* 2, 19). 2, 11, 3. 2, 12, 1 -o ostendit ignem, fulminatio emittit *eqs.* (*sim.* 2, 16. 18. 2, 21, 3. 4. 7, 4, 3). 2, 12, 2 et -es et fulminationes aut igneas esse aut ignea specie (2, 21, 1). 2, 55, 4 Clidemos ait -em [et] speciem inanem esse, non ignem. 2, 56, 1 Heraclitus existimat -em esse . . . ignium conatum . . . haec antiqui fulgetra dicebant.

fulgurat *v.* fulguro.

1. fulgurātor, -ōris *m.* *et* **fulguriātor**, -ōris *m.* [*a* fulgur. *Th.*]. *de formis: in libris identidem extat* fulgorator. fulguriator: CORP. I² 2127. NON. p. 63 -es. ut extispices et aruspices, ita hi fulgurum inspectores. SERV. Aen. 3, 359 ars *divinandi* in aruspicibus, fulguritis sive -bus, auguribus. GLOSS. -es: rustici (Etrusci *Arevalus*) aruspices. *i. q. fulgurum interpres*: CORP. I² 2127 ⟨L. Ca⟩fatius L. f. Ste(llatina) haruspe⟨x⟩ fulguriator (*cf. etrusc. Thulin., Die etruskische Disciplin 1 [1906], 55*). CATO or. frg. 20, 2 haruspicem, -em siquis adducat. CIC. div. 2, 109 haruspices et -es et interpretes ostentorum *eqs.* APVL. Socr. 7 p. 135 hariolorum praesagia, Tuscorum piacula, -um bidentalia.

2. fulgurātor, -ōris *m.* [*a* fulgurare. *Th.*]. *scribitur* fulger-:

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. l. 7 sq. [*dub.*: CORP. III 1596 (*a. 237 p. Chr.*) I. O. M. V. VL. COR. (fulgor(atori)? *Mommsen*). *inscriptiones, quibus notatur littera* f *sim., ex. gr.*: CORP. III 1677 I. o. f. m. 6342. 3953 I. o. m. fulm. fu. 3954. 821 Iovi fulg. 1680 I. o. m. ful. VIII 2626, *utrum huc an ad* fulgur (*p. 1519, 23*) *sim. trahendae sint, non diiudicem.*] GLOSS. ἀστραπεύς. APVL. mund. 37 *Saturnus* -r et tonitrualis et fulminator... dicitur. CORP. VI 377 (= Dessau 3051) aram Iovi fulgeratoris (*sic*). INSCR. numm. Cohen VI² p. 141 n. 122 (Claudius II.) Iovi fulgerat(ori) *sic passim in moneta aevi Diocletiani.*

fulgurātūra, -ae *f.* [*cf. c.* 1. fulgurator. *Th.*]. *i. ars ad fulgura pertinens*: SERV. auct. Aen. 1, 42 ut testantur Etrusci libri de -a (*cf. l. 39*).

fulgurātus, -a, -um *v.* fulguro *l. 77 sqq.*

fulgureus, -a, -um *a* fulgur, *semper scriptum* fulgoreus. *i. q. ad fulgur pertinens*: VIRG. gramm. epit. 15 p. 91, 11 *ventus* non tam spiramen, quam -am flammam habet. MART. CAP. 5, 427 velut -ae nubis fragore colliso. *i. q. fulgidus, lucidus*: CASSIOD. in psalm. 117 concl. p. 834ᴰ hunc psalmum non incassum velut quibusdam -is coloribus esse contextum.

[**fulguriāculum,** -ī *n.* GLOSS. fulmen: fulgoriaculum (*v. Loewe, gloss. nom. p. 165*).]

fulguriātor *v.* fulgurator.

-n *est obi.*: fabricari: *v. p. 19, 14 sq. 21, 32.* facere: SEN. nat. 2, 12, 4. 2, 19. *cf.* OV. met. 1, 56 VAL. FL. 2, 337. ef-: SEN. nat. 1, 1, 6. fingere: MANIL. 1, 184. 5, 94. *habere sim.*: ferre: OV. met. 10, 158. 12, 560 SIL. 12, 58. re-: MANIL. 5, 489 *cf.* 5, 501. gerere: SEN. Herc. O. 324 LAVS Pis. 154 VAL. FL. 4, 521 MIN. FEL. 22, 6. gestare: MANIL. 1, 344 SIL. 10, 109. 15, 405 MART. 5, 55, 2. habere: CIC. div. 2, 44 PRIAP. 9, 3 OV. am. 1, 6, 16. 2, 1, 20 met. 1, 197. 10, 550 (*trop.*) *al.* SIL. 12, 667 STAT. Theb. 7, 162 DRAC. laud. dei 2, 498. tenere: PRIAP. 9, 3 OV. fast. 3, 438 LVCAN. 7, 448 PLIN. nat. 35, 92. 36, 28 SVET. Cal. 52. sus-: MART. CAP. 1, 67. *iacere sim.*: agere: *v. vol. I p. 1373, 61 sqq. adde*: ALC. AVIT. carm. 5, 183 *cf.* VERG. Aen. 9, 703. ad-: STAT. Theb. 10, 927. con- (in-) ciere: SIL. 1, 356. 12, 611. elidere: SEN. dial. 1, 1, 3. exprimere: LVCAN. 1, 151. extundere: SEN. nat. 7, 4, 3. iacere: CIC. div. 2, 44. 45 LVCR. 6, 400 AETNA 64 OV. Pont. 1, 2, 128 LIV. 28, 27, 16 VAL. MAX. 1, 6, 12 PLIN. paneg. 90, 5 epist. 3, 11, 3 PANEG. 3 (11), 3, 5 SERV. Aen. 8, 427 VVLG. II Macc. 10, 30 MACR. sat. 5, 3, 16 *cf.* CIC. carm. frg. 33, 31. de-: VERG. Aen. 8, 427 [SEN. nat. 2, 24, 1 *suppl. Gercke*]. in-: CIC. top. 61 VAL. MAX. 1, 7 ext. 6. 8, 5, 3. iactare: OV. met. 2, 308 COMM. apol. 1007 CLAVD. 26, 510. iaculari: OV. met. 2, 61 fast. 5, 41 GERM. frg. 3, 4 LAVS Pis. 58 PLIN. nat. 2, 82. 138 SIL. 14, 479 APVL. Socr. 6 p. 134. intentare: LIV. 6, 39, 7 *cf.* PANEG. 5 (8), 13, 1. librare: OV. met. 2, 311 SEN. Ag. 536 SIL. 12, 624. mittere: VARRO Men. 54 LVCR. 2, 1101. 5, 1244. 6, 248. 407 VERG. Aen. 9, 730 (*trop.*) HOR. carm. 1, 12, 60 TIB. 1, 2, 8 PROP. 2, 34[b], 54 OV. am. 2, 1, 16 rem. 370 epist. 3, 64. 7, 72 met. 1, 155. 596. 2, 311 trist. 2, 33 fast. 3, 369 (fulgura *codd dett.*). 4, 50. 834. 5, 302 NVX 162 MANIL. 5, 489 SEN. Herc. O. 455. 1996 nat. 2, 41, 1 *sqq* PETRON. 122, 137 MART 6, 83, 3 SERV. auct. Aen. 1, 42 VVLG. Iob 41, 14 CLAVD. 3, 135. e-: CIC. div. 2, 44 SEN. Herc. O. 801 Phaedr. 673 nat. 1, 1, 6. 2, 32, 2 (*bis*) PLIN. nat. 2, 138 NEMES. cyn. 36 SERV. Aen. 8, 392 SCHOL. Lucan. 1, 533 ISID. orig. 13, 9, 2. moliri: VERG. georg. 1, 329. com-: LVCR. 6, 255. movere: STAT. Theb. 5, 587. praecipitare: VOPISC. Tac. 15, 3. quatere: SEN. Herc. O. 542. quassare: PHAEDR. 4, 20, 23. excutere: SEN. Ag. 536 Herc. f. 2 Herc. O. 326 nat. 2, 24, 1. 2, 30, 1. 2, 42, 1 STAT. Theb. 10, 69 AMM. 30, 5, 16 [31, 12, 17] SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 649. *cf.* VERG. Aen. 11, 616. in-: SIL. 12, 624. rumpere: AETNA 362. spargere: OV. met. 1, 253. 10, 151 *cf.* SIL. 4, 431. torquere: VERG. Aen. 4, 208 OV. epist. 4, 158 Pont. 3, 6, 27 SEN. Ag. 802 VAL. FL. 1, 372. 2, 23 SIL. 5, 72. 7, 372. 10, 361 STAT. Theb. 1, 258. 7, 202 CYPR. GALL. gen. 661 RVFIN. hist. 3, 6, 16 CLAVD. 8, 202. 17, 111. con-: SIL. 6, 606. vibrare: OV. met. 2, 308 SEN. Phaedr. 156 LVCAN. 9, 513 LAVS Pis. 58 STAT. silv. 5, 2, 102 QVINT. decl. 274 p. 122, 24 CLAVD. 24, 167 DRAC. laud. dei 2, 497 Romul. 4, 43. *deponere sim.*: abicere: SEN. Herc. O. 551. auferre: SEN. Herc. O. 88. ponere: HOR. carm. 1, 3, 40 OV. met. 2, 391 COLVM. 10, 204 CALP. ecl. 4, 94. de-: SEN. Herc. O. 796. re-: STAT. Theb. 7, 202. recondere: OV. trist. 2, 179. revocare: MART. 6, 83, 3. *metuere sim.*: horrere: SEN. nat. 5, 18, 10 *cf.* STAT. silv. 3, 3, 158. metuere: VARRO Men. 558 *cf.* OV. met. 15, 811. timere: SEN. nat. 2, 59, 1. 13. *cf.* CIC. div. 2, 42. contemnere: CIC. Tusc. 2, 66 IVV. 3, 145. spernere: OV. met. 13, 857. *sentire sim.*: ex-, re-, suscipere: SEN. Herc. O. 1384 STAT. Theb. 11, 1 *cf.* 10, 620 PANEG. 5 (8), 15, 6. 12 (2), 22, 1 LACT. epit. 2, 7. ferre: PS. AVR. VICT. epit. 1, 20 PRVD. apoth. 403. per-: SIL. 11, 340. pati: STAT. Theb. 12, 200 *cf.* SEN. Phaedr. 1132. perpeti: OV. met. 14, 471. sentire: MANIL. 5, 94 SEN. Herc. O. 2 PS. QVINT. decl. 6, 2 *cf.* SVET. frg. p. 225, 5 CLAVD. 3, 61. efflare: CLAVD. 28, 188. expirare: STAT. Theb. 11, 2. cogere, impetrare: PLIN. nat. 2, 140. elicere: SCHOL. Verg. Veron. georg. 6, 42. optare: SALL. or. Phil. 12. petere: SEN. Herc. O. 1301. extorquere: CAPITOL. Aur. 24, 4.

abl. instr.: absumere: *v. vol. I p. 219, 42.* ac-, incendere: LVCR. 6, 317 PLIN. nat. 2, 145. 35, 51. 60. afflare: *v. vol. I p. 1240, 47 sqq.* arcere: ENN. ann. 542. co-: PS. QVINT. decl. 9, 10. conflagrare: OBSEQ. 24 VIR. ill. 4, 4 HIER. chron. a. Abr. 1339. *cf. vol. IV p. 234, 7. 15. 17. 20. 30.* conterere: VINCENT. LER. 21, 26. cremare: SEN. Herc. O. 851. con-: PLIN. nat. 2, 139 AVG. civ. 2, 15 *cf.* LIV. 41, 9, 5. delere: IVST. 2, 12, 10. exanimare: LIV. 33, 26, 7. 37, 3, 2 *cf.* 42, 20, 6 PLIN. nat. 10, 15 TAC. ann. 14, 12 OBSEQ. 12. 28 (*bis*). 31. 56. extinguere (*cf. p. 1528, 8*): TERT. nat. 1, 10 LACT. inst. 1, 19, 3 VEG. mil. 4, 21 p. 142, 13. haurire: TERT. nat. 2, 14. icere: NAEV. trag. 10 VARRO ling. 5, 70 frg. Non. p. 334, 29 *al. v.* icere. de-: VARRO AT. frg. 9 VERG. Aen. 6, 581 VOPISC. Tac. 15, 1 OBSEQ. 25. 29. dis-: VERG. georg. 1, 283. interire: AVSON. 456, 3 *cf.* PS. AVR. VICT. epit. 38, 3. per-: OV. Ib. 341 SEN. nat. 2, 59, 11 *cf.* EVTR. 9, 18, 1 AVSON. 2, 9. interimere: VOPISC. Car. 8, 2 *cf.* LACT. epit. 8, 2. moliri: SIL. 5, 386. mori: SEN. Med. 661. occidere: SEN. benef. 2, 20, 2. percellere: CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 23 AMM. 22, 11, 7 *cf.* 17, 13, 3. perdere: SEN. Herc. O. 847. petere (*q. v.*): NVX 162 *al.* quatere: OCTAVIA 229 PLIN. nat. 2, 142 VAL. FL. 6, 169. decutere: *v. vol. V p. 249, 49. 51 sq.* dis-: *v. vol. V p. 1372, 62 sqq.* ex-: OV. met. 1, 155. per-: CIC. nat. deor. 3, 57. 84 OV. trist. 4, 5, 6. 5, 3, 31 PLIN. nat. 2, 113. 142. 28, 47 SIL. 10, 166. 16, 625 QVINT. decl. 274 p. 121, 14. 124, 3 APVL. met. 8, 8 PORPH. Hor. ars 471 SCHOL. Pers. 2, 26 PS. AMBR. laps. virg. 3, 10 LIB. pontif. p. 128, 9. 137, 10 MAR. VICTOR aleth. 3, 313 FERRAND. epist. 3, 1. ruere: IVV. 8, 93. cor-: APVL. met. 8, 8. saevire: STAT. Theb. 1, 216 ARNOB. nat. 5, 23 p. 194, 18. tangere (*q. v.*): OV. trist. 2, 144 *al.* [at-: FEST. p. 333 *suppl. Müller*]. terrere: CIC. nat. deor. 2, 14 VERG. Aen. 1, 230 SEN. dial. 3, 20, 8 *al.* tollere: HOR. carm. 3, 4, 44. vincere: SEN. Ag. 340 Herc. O. 1159. uti: CIC. orat. 21 SEN. nat. 2, 44, 2 MART. 6, 83, 6 *cf.* OV. Pont. 1, 7, 46.

deriv.: fulminalis, fulminaris, fulmineus, fulmino.

fulmentum, -ī *n. et* **fulmenta**, -ae *f. a* fulcire. NOT. Tir. 72, 9 -um (*inter* fulcrum *et* fulcimentum). NON. p. 206, 26 -um neutro, ut est in proverbio veteri, quo VARRO utitur saepius (*Men. 586*). feminino LUCILIUS (*160. 777*), PLAUTUS (*Trin. 720*). *feminino genere non legitur nisi acc. plur., praeter Nonii exempla apud* CATONEM (*p. 1531, 6*); *utro referas parum constat de abl. plur. p. 1531, 9 sqq. 13. 22. 24.* *i. q. adminiculum, fultura, substructio,*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qua aliquid innitatur (GLOSS. -um adminiculum, fulcimentum. fullomenta subpositoria. *cf.* II 308, 53 *ἐπικόπανον* fulmen[men]tum): **1** *de corporeis*: PLAVT. Trin. 720 -as iubeam suppingi (supponi NON. p. 206) soccis? non sisti potest. LVCIL. 160 subicit huic (*spondae*) fulcrum, fulmentas quattuor addit *faber*. 777 -as (*versu corrupto*). CATO agr. 14, 1 *in villa aedificanda faber faciat* pilas ex lapide angulari, tigna ... asseres, -as. VARRO Men 586 (*proverb.*) -a lectum scandunt ('*i. quod subesse debet, praeesse vult*'. *Turneb.*). CORP. VI 10237, 5 (*a. 16 p. Chr.*) abacum cum basi, labrum cum -is marmor(eis) ... posuerunt. *cf.* 5532 ⟨labrum cum ful⟩menteis. VITR. 5, 1, 8 ex -is dispositae pilae. CELS. 2, 15, 4 uni pedi *lecti* subiciendum -um est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. SOL. 20, 7 fera (*sc. quae dormitura se arbori applicare solet*) dum assuetis -is (*S*, fulcimentis *HA*) innititur. AMM. 23, 4, 5 (*in descriptione onagri*) ligneus stilus ... cui ligno -um ('*Widerlager*' *Schramm, Nachr. d. Gött. Ges. d. W. 1918, 269*) prosternitur ingens, cilicium paleis confertum minutis. APIC. 2, 38 *lolliginem* sublatis crinibus in -o ('*vel est quaedam tabula seu tabella, Hackbrett, ... vel mensa quaedam culinaria pedibus fulta vel caudex pedibus fultus*' *Schuch. cf. supra l. 2*) tundes, sicuti assolet. CASSIAN. conl. 1, 23, 4 *embrimia* subiecta cervicibus dormientium praebent capiti non nimie durum, sed tractabile aptumque -um. SIDON. epist. 2, 10, 4 vs. 17 porticus ... -is Aquitanicis superba. ALC. AVIT. hom. 24 p. 142, 30 (*in descriptione basilicae*) intercurrentibus ... -is. PHOC. carm. de Verg. 51 terra ... herbida supposuit puero -a virescens. **2** *metonymice de re incorporea*: VARRO ling. 8, 10 illo 'et' ... colligare possumus ... omnia nomina atque adeo etiam omnia verba, cum -um (*L. Speng., C. O. Müller*; fulmen tunc *F*) ex una syllaba illud 'et' maneat unum (*sc. verba aut nomina qualiacumque coaptata continendi eorumque conglutinationem efficiendi munus est particulae* et *utique immutabili*).

fulminālis, -e *a* fulmen. ANON. de mach. bell. 18 -is ballista. *ibid.* -is (*sc. ballista*) ... nuncupata appellatione sua virium testatur effectum. GLOSS. III 82, 62 *Ζεὺς κεραύνιος*: Iovis -is.

fulmināris, -e *a* fulmen. CORP. V 2474 IovI sacr(um) -I.

fulminātio, -ōnis *f. a* fulmino. *i. q. actus fulminandi*: SEN. nat. 2, 12, 1 fulguratio ostendit ignem, -o emittit; illa, ut ita dicam, comminatio est et conatio sine ictu, ista iaculatio cum ictu. 2, 12, 2 et fulgurationes et -es aut igneas esse aut ignea specie.

fulminātor, -ōris *m. a* fulmino. *cognomen Iovis*: GLOSS. *κεραύνιος* -r. APVL. mund. 37 *v. p. 1521, 6*. ARNOB. nat. 6, 23 ubinam -r tempore illo fuit? *parum certum est vocabulum in inscriptionibus* (*non nisi in lapidibus mutilis, ut quomodo supplenda sint fragmenta, certo diiudicari nequeat, cf. l. 34 et p. 1526, 33*): CORP. III 12763 I. O. M. fulmina⟨tori?⟩. 12778 add. p. 2256. 14966 (*trad* fulmi).

1. fulminātus, -a, -um *a* fulmen. *i. q. fulminis similis, fulminis instar, insignis, illustris*: STAT. silv. 2, 7, 94 post ortus obitusque -os *Alexandri (cf. Vollm. ad l.). e fulminis vi et impetu explicandum videtur cognomen legionis duodecimae* -ae (*cf. p. 1532, 31*), *de qua cf. Cagnat apud Daremb.-Saglio, Dict. des ant. s. v.* legio *p. 1086 sq.; Vaglieri apud Ruggiero, Diz. epigr. III 334 sqq.: incert.*: NOT. dign. or. 38, 14 praefectus legionis duodecimae -ae (*edd.*, fulmine *CV*, fulminae *PM*), Melitena. *in titulis perscriptum*: CORP. VIII 26580 (*Thuggae; ineunte saeculo primo p. Chr.*) tribuno mil(itum) legionis XII -ae. *item* IX 2456. II 1180. VIII 7079 in Kappadocia. XI 376. XII 1861 INSCR. Dessau 9501. CORP. III 30 (*a. 65*) primipilaris leg(ionis) XII -ae. XI 3364 leg(ato) leg(ionis) XII -ae. *item* VIII 14291. VI 3644 veterano. II 4158. III 2029. *c. apice*: CORP. X 7351 ⟨trib uno) mil(itum) le⟩g. XII ⟨ful⟩minátae. *notatur* ful.: CORP. III 507 (*Patris*) vete(rano) leg(ionis) XII ful(minatae). X 3895. *cf.* III 353 militi 266. 6191. VIII 3001. INSCR. Dessau 2748 trib(uno). *item* CORP. III 6758 leg(ionis) XII ful(minatae) c(ertae) c(onstantis). II 2075 (*in lapide mutilo*). III 14387[h] primipilo. 6745 vexillatio. *item* INSCR. Dessau 9117. fulm.: CORP. III 504 vet(erano). *item*: III 7261 (*Patris*). CORP. III 6809 (*Antiochiae, saec. I in.*) p(rimi)p(ilo). V 20. III 2917 INSCR. Dessau 9200 CORP. V 534 *sq.* III 10305. CORP. II 1726 trib(unus). 2213 (*Baetic., saec. I ex.*). VIII 1175. CORP. IX 7 specul(ator). XII 685 sign(ifer). III 3926. 6186 TAB. legion. (Corp. VI 3492) 2, 8. fulmi : CORP. III 509 vete(ranus). 414 signifer. f.: CORP. III 6800 veteranus.

2. fulminātus, -a, -um *v.* fulmino.

fulmineus, -a, -um *a* fulmen. [*dub.*: PETRON. 89, 39 -um iubar (*sc. oculorum anguium*) incendit aequor (*vitium metricum*; anguineum *Bücheler*).]

A ***proprie:*** *i. q. ad fulmen pertinens* (*persaepe pro genet. attr.* fulminis *ponitur*): HOR. carm. 3, 16, 11 perrumpere amat *aurum* saxa potentius ictu -o (OV. met. 14, 618 -o periit, imitator fulminis, ictu). LVCR. 2, 382 -us multo penetralior ignis quam noster (OV. Pont. 2, 2, 118 CLAVD. 26, 231. *plur.*: OV. met. 11, 523 STAT. silv. 5, 1, 68 CLAVD. 18, 12 DRAC laud. dei 1, 710). VAL. FL. 4, 671 -am iaculata facem *Pallas*. STAT Theb. 3, 184 regia Cadmi -um in cinerem ... consedit (7, 326). PAVL. NOL. carm. 26, 129 -os ... tonitrus. DAMIG. lapid. 7 portans ... eum (*sc. lapidem corallium*) numquam capietur ... a -a umbra (vibra *Ring., sed fort. conferenda, quae infra sunt*: ab ... umbris daemoniorum ... et fulminum ictibus) immissa. EVG. TOLET. carm. 38, 7 -um murmur cum grandine vibrat. AVSON. 417, 19 p. 277 P. -um Phaethonta (*sc. fulmine tactum*). *de Iove fulminatore*: DRAC. Romul. 8, 560 -us vector. Orest. 31 -o ... Tonanti. *de Baccho fulmine nato*: STAT. Theb. 10, 424 -i ... cunabula Bacchi (*cf.* AVSON. 325, 16 -os ... partus).

B *per* ***comparationem:*** **1** *comparationi subest vis et emicans impetus fulminum*: **a** *de rebus: de ense, telis*: VERG. Aen. 4, 580 ensem (9, 440 LVCAN. 6, 239 VAL. FL. 6, 230 STAT. Theb. 10, 272 CORIPP. Ioh. 8, 593). CORIPP. Ioh. 2, 155 mucro (6, 657). 4, 926 pilo. 4, 1086 telis. *in locut. metaph.*: PS. AVG. serm. 205, 2 dum ... portat Saulus funereum contra milites Christi gladium, -um de caelo accipit telum (*i. fulgorem caelestem*). VICTORIN. Christ. 113 cuspide (*de radio solis*). *de aliis corporeis*: OV. ars 2, 374 aper ... -o ... cum rotat ore canes (fast. 2, 232. *sim.*: PHAEDR. 1, 21, 5 dentibus [STAT. Theb. 6, 868 MART. 11, 69, 9]. OV. met. 11, 368 *lupus* sparsus sanguine rictus -os [ς, -us *optt., prob. Magnus, Ehwald*]. *eodem pertinere videtur*: VAL. FL. 2, 501 ordine ... trisulco -us quatit ora *draconis* fragor). VAL. FL. 4, 167 dextra (SIL. 3, 319). SIL. 6, 248 lacerto. STAT. Theb. 6, 750 manus. *propter fulminis vim nocivam oppositam salubritati imbris*: VICT. VIT. 3, 48 alios ... imbre igneo atque -o (*i. rebaptizatione*) respergentes. *de rebus incorporeis*: SIL. 11, 99 ira. 12, 461 -o ... cursu *tigridis* (14, 447 proxima cursu -o populatus ... ardor. CLAVD. 28, 469. *sim.* 21, 200 -um [flumineum *pars codd.*] ... iter). CLAVD. DON. Aen. 10, 590 -o ictu *hastae* fuerat petitus. CLAVD. 1, 73 viribus. SIDON. carm. 1, 6 Mars ... laudavitque sono fulmina -o. **b** *de animantibus: in proelio*: VERG. Aen. 9, 809 -us Mnestheus. SIL. 9, 393 iuvenis. 17, 548 -us (flamineus *codd.*) ductor. STAT. Theb. 2, 571 Dorylas. 4, 94 Tydeus. PANEG. 10 (4), 7, 4 miles. CLAVD. 26, 138 Poenum. CORIPP. Iust. 3, 226. *de legione q. d. fulminata* (*cf. p. 1531, 49*): RVFIN. hist. 5, 5, 4 legionem ... vocitatam ... -am (*κεραυνοβόλον. incert.*: NOT. dign. or. 38, 14 *v. p. 1531, 52*). *in disputando sim.*: HIER. c. Ioh. 39 Isidoro illi -o ausus est respondere. adv. Rufin. 3, 31 tu flammeus, immo -us, qui in loquendo fulminas. ENNOD. opusc. 1, 92 p. 286, 9 in ira ... -us. *de bestiis*: SEN. Ag. 830 leo. SIL. 1, 421 aper (APVL. met. 8, 4 impetu saevo frementis oris totus -us. DRAC. Romul. 2, 96 CARM. poet. min. V 77, 78. *cf.* STAT. Theb. 11, 530 sues [Ach. 2, 124 AVSON. 345, 3]. AVSON. 393, 32 hosti). CLAVD. 17, 303 pardi. **2** *comparationi subest splendor fulgurum*: TIBERIAN. carm. 4, 18 -is ... membris *dei sub specie sideris*. CLAVD. 7, 194 -a ... in casside. MART. CAP. 5, 426 arma ... -a quadam coruscatione renidebant. MAR. VICTOR aleth. 1, 282 -o rutilans carbunculus igne coruscat. SEDVL. carm. pasch. 1, 184 caeli. *in imag.*: AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 137 non est -a ratio vestra, sed fumea. **3** *comparationi subest ardor*: VAL. FL. 7, 583 -is se flatibus infert *taurus ignivomus* (CLAVD. 3, 289 iuvenco). PAVL. NOL. carm. 27, 235 -a ... forcipe sumptum carbonem. MAR. VICTOR aleth. 3, 769 nimbus. SVET. frg. 151 p. 230 (= ISID. nat. 37, 3) *ventus* calidus atque -us (*nisi trahas ad A*).

fulmino, -āvī, -ātum, -are [*a* fulmen. *Th.*]. *formae perf. act. leguntur*: OBSEQ. 14 HEGES. 1, 44, 8. NOT. Tir. 72, 21 -at (*cf. p. 1508, 6* fulgurat *deest*). *Thulin, Archiv 14 (1906) 383 sq.*

A ***intransitive:*** **1** *impersonaliter* (*v. p. 1521, 55*): VERG. georg. 1, 370 Boreae de parte trucis cum -at et cum ... tonat. OBSEQ. 14 crebro -vit. PAVL. FEST. p. 64 caelestia auguria vocant, cum -at aut tonat. **2** *personaliter*: PRISC. gramm. II 450, 9 'tonat' et '-at' ... proprie quidem ad tertiam dicuntur personam, possunt tamen etiam in prima inveniri persona et secunda per poetarum *προσωποποιΐας* ... vel per responsa dei et per apostrophas ... et sunt quasi propria verborum, quae ad solum Iovem pertinent. *cf.* SERV. Aen. 1, 255 (GLOSS. -o *κεραυνῶ*). **a** *proprie*: HOR carm. 3, 3, 6 -antis magna manus Iovis (SEN. Herc. f. 725 *cf.* 458 O. 558. 1804 PLIN. nat. 2, 21. GLOSS. III 8, 31 *sq.* Iovis -ans *Ζεὺς κεραύνιος*. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 53 tonitruare atque -are. COMM. instr. 1, 6, 1 *opp.* tonat. ARNOB. nat. 4, 21. CORP. XI 3773 sacr(um) Iovi tonanti -anti). SEN. nat. 6, 32, 4 -antis caeli (APVL. mund. 22). **b** *in imag.* (*comparatur vis, ardor, celeritas fulminum*): PROP. 4, 8, 54 -at illa oculis (*cf.* OV. am. 1, 8, 16). OV. am. 2, 2, 64 non stricto -at ense manus. *praesertim in proeliis*: VERG. georg. 4, 561 Caesar dum magnus ad altum -at Euphraten bello. Aen. 12, 654 -at Aeneas armis. EPICED. Drusi 374 Fortuna ... totumque per orbem -at. PLIN. nat 30, 6 genti *Thessalae* ... solo Marte -anti (*Mayh.*, -ati *vel* -ante *codd.*). *sim. de ipsis bellis*: IVST. 29, 3, 1 tonantem ac -antem ab occasu procellam. OROS. hist. 5, 24, 11 Iugurthinum bellum nondum ... perdetonuerat, iam Cimbricum a circio -bat. *de vi eloquentiae i. q. increpare*: TERT. pudic. 14 illam (*sc. virgam*) adhuc coruscantem, hanc (*sc. sententiam*) statim -antem *eqs.* HIER. adv. Rufin. 3, 31 in loquendo -as. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 1 *Paulus* in quattuordecim epistularum suarum -ans tubis. *acced.* adversus, contra, in *alqm.*: SEN. nat. 2, 44, 2 quibus adversus peccata hominum -andum est. HIER. adv. Rufin. 1, 16 Demosthenes et Aeschines contra se invicem -ant. RVSTIC. c. aceph. p. 1169[A] divinam ... sententiam ... in multos ... -antem.

B ***transitive:*** *i. q. fulmine tangere, percutere*: **1** *persona*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(res) -at: **a** *proprie*: SEN. Herc. O. 7 quidquid fuit tibi (*sc. Iovi*) -andum. HEGES. 1, 44, 8 l. 193 me ... caelum quod non -vit. CLAVD. carm. min. 22, 40 caelestis flamma ... -at ornos. AVG. civ. 5, 26 p. 239, 31 D. se ab eis (*sc. fulminibus*) -ari velle. ALC. AVIT. carm. 5, 579 contra naturam genitor dum -at undas. **b** *tropice*: PANEG. 4 (9), 21, 2 te ... perculsa Maurorum agmina -antem. CLAVD. 10, 311 quanta vi -et hostem LAVRENT. paen. p. 98[A] peccatum ... eleemosyna -at (*i. delet*) et extinguit. *latiore sensu*: AETNA 344 torrens ... spiritus ... -at (*i. fulminum instar emittit*) ignes.

2 *quis (quid) -et, expresse non dicitur*: **a** *proprie*: SEN. dial. 5, 6, 1 inferiora -antur (*cf.* MART. BRAC. ira 3). QVINT. decl. 274 p. 120, 26 tyrannus in foro -atus est. MIN. FEL. 22, 7 Aesculapius -atur (CYPR. idol. 2 LACT. inst. 1, 10, 1 *cf.* 1, 19, 4 FIRM. err. 12, 8 ACT. Achat. 2 p. 117, 2). SERV. Aen. 2, 16 -ata abies. 2, 649 Anchises. ecl. 1, 17 haec *quercus* ... tacta, id est afflata et leviter -ata. georg. 1, 332. SERV. auct. Aen. 1, 394 nec aquila nec laurus dicitur -ari. SCHOL. Pers. 2, 24. 26 non iaces -atus in lucis bidentalium. PAVLA Hier. epist. 46, 11, 2 quae (*rupes Tarpeia*) de caelo saepius -ata. AVG. serm. 175, 7 *Paulus* ad salutem -atus. civ. 18, 6 homini ... -ato cuidam. POL. SILV. chron. I p. 522, 54. CASSIOD. hist. 6, 35 -andus ille *Iulianus*. 7, 33 p. 1093[D]. LAVRENT. eleem. p. 115[C] turris ferrea -ata dispergitur. *part. perf. pass. vice subst.* fulminātus, -ī (GLOSS. κεραννωθείς): PLIN. nat. 2, 145 vulnera -orum. **b** *tropice*: PETRON. 80, 7 -atus hac pronuntiatione. AVG. in psalm. 90 serm. 1, 11 qui modo tonare volunt, postea -antur. c. Iulian. op. imperf. 4, 118 frustra fingis impetus -antis, cum spires fumum potius -ati.

deriv.: fulminatio. fulminator.

comp.: diffulmino.

fultio, -ōnis *f.* *a* fulcire. DIFF. gramm. VII 529, 3 -o, dum fit; fultura, cum facta est.

[*?* **fultāre** pulchrare vel adorare (fucare *et* adornare *Hild.*) GLOSS. V 296, 44.]

fultor, -ōris *m.* [*a* fulcire. *Th.*]. VEN. FORT. carm. 2, 11, 19 ecclesiae -r (*i. adiutor*), laus regum. *f.* **fultrīx,** -īcis: EVTYCH. gramm. V 455, 30. GRAMM. suppl. 75, 12 fultor, -x.

fultūra, -ae *f.* [*a* fulcire. *Th.*]. DIFF. gramm. VII 529, 3 *v. l. 30.* *i. q. adminiculum, fundamentum, pila* (*cf.* HIER. nom. hebr. p. 46, 19 Mechonoth -ae quas bases vel hypothemata, i. e. suppositiones, possumus dicere. EVCHER. instr. 2 p. 148, 10): VITR. 6, 8, 3 sine molitione -arum. 10, 1, 2 *scansoria ratio* plexis colligationibus et erismatorum -is continentur. 10, 16, 11 aquae vis immissa supplantavit -as *specūs*. COLVM. 1, 5, 9 cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, ... pro -a et substructione fungentur (*cf.* PLIN. epist. 10, 39, 2). PLIN. nat. 36, 100 ut eximantur trabes sine -is ac reponantur. LEX met. Vipasc. frg. 2, 31 pilas aut -as firmamenti causa relictas attingere aut ... quid facere quominus eae pilae -aeve firmae ... sint, ne liceto. AMBR. hex. 3, 8, 34 quaedam ... -a culmorum. HEGES. 5, 20, 1 -is tabularum materia aeque subiecta (*cf. Ioseph. 5, 469* σταυροῖς). AVG. c. epist. fund. 23 p. 221, 14 necesse est, ut *Manichaei* ... in scissuras ... aut -as turpissimas incidant. *i. q. actus fulciendi*: SEN. benef. 6, 15, 7 levi pretio -a *domūs* conducitur. nat. 3, 27, 6 frustra titubantium -a temptatur. VLP. dig. 8, 5, 8 pr. sicut autem refectio parietis ad vicinum pertinet, ita -a aedificiorum ... non debet pertinere. *in imag. et translate: i. q. auxilium, adiutorium* (*cf.* HIER. nom. hebr. p. 49, 1 Samech firmamentum. quidam erectionem vel adiutorium sive -am putant): HOR. sat. 2, 3, 154 ni cibus atque ingens accedit stomacho -a ruenti. PLIN. epist. 1, 9, 4 corpori vaco, cuius -is animus sustinetur. *Rubenbauer.*

fulvaster, -stra, -strum [*a* fulvus. *Th.*]. PS. APVL. herb. 109 *carduus silvaticus* habet ... thyrsum ... -um, ... radice ... aliquando ... -a.

herba **Fulviāna** PLIN. nat. 26, 88 *v. Onomasticon.*

fulvidus, -a, -um [*a* fulvus. *Th.*]. GLOSS. -a: rubea. ITALA Is. 63, 1 (Hier. sit. et nom. p. 102, 20 *et* in Abd. 1, 1 p. 366 Vall.) qui venit ... -a veste (*vel* vestimenta) de Bosor (ἐρύθημα ἱματίων, tinctis vestibus VVLG.). CASSIOD. var. 9, 3, 1 metallum -um *i. aurum.*

? **fulvor,** -ōris *m.* [*a* fulvus. *Th.*] *nomen fidei admodum dubiae.* TIBERIAN. anth. 719[b], 27 *ad aurum*: inter liventes pereat tibi -r (*sic Harl. saec. XV*, fulgor *cod. Paris saec. IX*) arenas. PS. AMBR. de XLII mans. (Migne 17, 25[B]) 15 *affert verba* Isaiae 63, 1 (*v. s.* fulvidus *l. 64 sq.*) *sic*: unde -r vestium de Bosra. *praeterea e coniectura restituebant* CATVLL. 64, 100 -e (fulgore *trad.*) expalluit auri (*sed v. Vahlen, Sitz.-Ber. Berl. Ak. 1905, 769 = Ges. phil. Schr. II 731*) *et* PAVL. FEST. p. 93 fulmen dictum a -e (fluore *trad.*) flammae. *V.*

fulvus, -a, -um [*dubiae originis. sunt qui conferant c.* fulgere *(v. Curtius, Grundzüge d. griech. Etymol.[5] 188), alii c. lituan.* dulsvas *'ravus', 'fuliginosus' (v. Niedermann, Indogerm. Forsch. 15, 121) aut cum* fel. *Th.*]. *compar.*: -ior CAEL. AVR. acut. 2, 27, 144 (*v. p. 1535, 13*). *de notione* PLIN. nat. 37, 169 xuthos. ita appellant Graeci e -o candicantes *lapides*. GELL. 2, 26, 8 *v. p. 887, 64.* 2, 26, 11 -us ... videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. PORPH. Hor. carm. 4, 2, 59 -um id est rufum. SERV. Aen. 4, 261 'iaspide -a' pro 'viridi'. AGROEC. gramm. VII 125, 10 -um *dicimus* ⟨cum *add. Keil*⟩ nigro rubeum. GLOSS. II 74, 16 -us ξανθός. *de usu: inde ab* ENN. *apud poetas praecipue (non habent* PLAVT. TER CATVLL. PHAEDR. PERS. IVV.), *sermoni pedestri inserunt* SEN. nat. PLIN. nat. *et pauci posteriorum.* [*loci dubii et corrupti*: LVCR. 6, 461 *montis cacumina* fument ... -ae (furvae *edd.*) nubis caligine crassa. SEN. Herc. O. 1964 puppis umbras -a (furva *edd.*) transvexit. CALP. ecl. 2, 48 -is (vulsis *Burmann*) radicibus. SIL. 7, 683 nigra viro membra et -i (furvi *edd.*) ... cornipedes. CLAVD. 3, 91 Euripi -is incertius undis Rufinus (*sic* ε*B*, flavis *Aφ*, refluis *Isengr. mg.*).] [*port.* fulo. *M.-L.*]

I ***de rebus*:** **A** *pulvis, harena, cinis sim.*: ENN. ann. 315 pulvis -a volat (PACVV. trag. 244 [GELL. 2, 26, 13] lymphis flavis -um [favum, flavum *al.*] ut pulverem abluam). CALV. carm. frg. 15 cum iam -a cinis fuero. VERG. georg. 3, 110 -ae nimbus harenae tollitur (Aen. 5, 374. 6, 643. 12, 276. 741 OV. met. 2, 865. 9, 36. 10, 716. 11, 355. 499. Pont. 4, 4, 11 cum -a ... spatiarer harena. trist. 4, 6, 31 MANIL. 5, 526 SIL. 4, 241. *cf.* 16, 325 -us harenosa surgens tellure ... globus).

B *sidera, ignis sim. et res ab his illustratae*: **1** *res igne, sideribus illustratae*: **a** *aër, nubes*: ENN. ann. 454 aëre -a. VERG. Aen. 12, 792 Iunonem ... -a pugnas de nube tuentem (OV. met. 3, 273 -a ... recondita nube *Iuno*). DIRAE 38 mixtam -a caligine nubem (STAT. Theb. 9, 727 caligine -a saepta *Diana*). CYPR. GALL. exod. 469 -a dehinc posterga columna sistitur (*cf.* VVLG. exod. 14, 19 columna nubis. 14, 20 nubes ... illuminans noctem). **b** *alia*: MANIL. 2, 912 *pars mundi* -um ... nitet. VAL. FL. 7, 158 -o ... Olympo. NON. p. 164, 10 ravum: -um *mare*. CLAVD. rapt. Pros. 3, 443 fretis (*facibus Cereris ictis*). ORIENT. carm. app. 4, 31 infernae sedis flamma, -a Tartara. **2** *ignis, lux sim.*: VERG. Aen. 7, 76 *Lavinia* fumida lumine -o. MANIL. 2, 942 Phoebus ... -o paulatim accenditur igne (*opp.* viridis). SEN. nat. 1, 14, 2 colores *ignium*. GELL. 17, 10, 13 (= MACR. sat. 5, 17, 12) flammarum a et tortuosa volumina. PRVD. cath. 9, 76 deus ... luce -a montis antra illuminat (CYPR. GALL. gen. 11 tertia lux [*i. dies*]). **3** *sidera*: TIB. 2, 1, 88 sidera -a. OV. fast. 5, 732 grata Iovi -ae rostra videbis avis (*i. Aquilae*; AVIEN. Arat. 1009 Aquila; *cf. p. 1535, 15*). GERM. 149 Leonem (*cf. p. 1535, 22*). PACON. carm. frg. 4 Cynthia (*i. luna*). AVIEN. Arat. 744 *stellae* -o rutilant (*i. fulvo colore; cf. p. 1535, 43 sq.*). CLAVD. 1, 25 -a Leonis ira. **4** *iris sim.*: SEN. Oed. 319 *ut in iri* caerulea -is mixta oberravit notis. nat. 1, 10 *coronae, arcui, virgae* color multiplex, ex caeruleo -oque varius. AMM. 20, 11, 27 *iris species* secunda flaviscens vel -a. 20, 11, 28 sequens *pars iris* -a, id est paulo excitatior quam lutea. *hinc* STAT. Theb. 10, 125 nimborum -a creatrix *Iris.*

C *metalla sim.*: **1** *aurum*: **a** *proprie*: **α** *aurum ipsum*: VERG. Aen. 7, 279 *equi* -um mandunt sub dentibus aurum. 10, 134. 11, 776 TIB. 1, 1, 1 OV. met. 10, 648. 11, 103. 14, 345. 395 Pont. 3, 8, 3 trist. 1, 5, 25. 1, 7, 7 SEN. Med. 820 OCTAVIA 772 PETRON. 119 vs. 5. PLIN. nat. 34, 8 auri -a natura. HOMER. 858 STAT. Theb. 4, 171 silv. 3, 3, 202 Ach. 1, 162 (*v. p. 1535, 47 sq.*) SIL. 14, 656. 15, 25 VVLG. III reg. 10, 18 ANTH. 21, 40. 110. 470, 3 CARM. de pond. 125. 135 VAL. CEM. hom. 17, 4 p. 745[B] DRAC. Romul. 10, 259 MAXIM. eleg. 1, 19 CORIPP. Anast. 30 Iust. 1, 282. 2, 394. 4, 370. *accedunt loci, ubi* metallum *pro auro positum*: SEN. Ag. 857 LACT. Phoen. 131. 141 CLAVD. 5, 134. 10, 57 SIDON. epist. 2, 10, 4 v. 10 carm. 11, 98. 22, 147 CORIPP. Iust. 3, 100. 4, 147. *cf.* ANTH. 21, 196 -a metallorum rabies. **β** *res aureae vel auratae, ut saepe* -us *i. q. aureus vel auratus*: OV. am. 2, 11, 4 *Argo* conspicuam -o vellere vexit ovem (epist. 6, 14). ars 3, 335 -is insignia villis vellera. met. 10, 648 *in Veneris luco Cyprio* arbor ... -a comam (*cf.* LVCAN. 9, 361 *in Hesperidum silva* -o germine rami [*syn.* rutilo ... metallo]. SIL. 4, 637 -os ... ramos. CLAVD. rapt. Pros. 2, 293 pomis [*in Elysio*]). met. 11, 124 lammina -a dapes *Midae* admoto dente premebat. STAT. Theb. 1, 144 laquearia -a metallo (PRVD. c. Symm. 2, 838). 6, 723 *pellis tigridis* -o ... nitebat margine. 11, 398 -a metallo parma micet. silv. 1, 2, 127 -o ... Tagum decurrere limo (*cf.* RVT. NAM. 1, 356 glarea ... Tagi). SIL. 4, 154 torque (*cf.* 8, 467 monili). 4, 269 frenis. 5, 78 casside (7, 637 [*syn.* auratus]. CLAVD. rapt. Pros. 2, 21. *sed cf.* OV. met. 12, 89 *v. p. 1535, 39*). SIL. 7, 80 subtegmine (*cf.* SIDON. carm. 22, 198 stamine. 15, 201 fila). 9, 450 crista (SIDON. carm. 7, 265 conus). TIBERIAN. carm. 2, 8 veneno (*de auro Danaën comprimente. cf.* CARM. de aegr. Perd. 45 *Iuppiter* Danaën -o compressit amore). CLAVD. 3, 167 *Midas* -am ... revinctos in glaciem vidit latices. 22, 229 veste. carm. min. 31, 8 Hyperborei pondera -a soli. PRVD. ham. 633 munere. SEDVL. carm. pasch. 1, 284 (= op. pasch. 1, 27 p. 192, 13) tholis. SIDON. epist. 4, 20, 3 *clipeorum* lux in orbibus nivea, -a in umbonibus. carm. 5, 460 carinas *Cleopatrae*. 5, 589 Capitolia. 24, 73 -o ex palmite vineam metalli. ENNOD. carm. 2, 47, 2 flamina. ISID. Goth. 1[b] chron. II p. 267, 17 *Spania* aurifluis -a torrentibus. ANTH. 783, 3 diademate. **b** *translate*: SIDON. carm. 7, 602 -a ... saecula *Augusti* (22, 178 *v. p. 1535, 10*). **2** *gemmae sim.*: VERG. Aen. 4, 261 stellatus iaspide -a ensis erat (STAT. Theb. 7, 659. *cf.* LVCAN. 10, 122 iaspide -a supellex). PLIN. nat. 37, 33 sucinum (37, 34. 47). 37, 176 oica (*gemma quaedam*) ... e (*an* ⟨color⟩e? *Mayhoff in schedis*) nigro et -o viridique et candido placet. SIDON. carm. 11, 20 chrysolithi ... ardor. **3** *aes*: OV. epist. 3, 31 -os operoso ex aere lebetas. met. 1, 115 -o ... aere. LVCAN. 9, 669 clipeum

[Klee †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...-o ... aere nitentem. **4** *argentum*: CYPR. GALL. num. 132 vasa ... argento insignia -o.

D *varia et singularia*: OV. met. 7, 678 fraxinus ...-a colore foret (*cf.* PLIN. nat. 16, 186 -a cornus). 10, 191 lilia ...-is horrentia linguis. 15, 399 murra (*cf.* PLIN. nat. 14, 123 Colophonia *resina*). PLIN. nat. 13, 62 pomo *cuci* ... colos -us. 14, 80 colores vinis quattuor: albus, -us, sanguineus, niger. 15, 31 color oleo (*pissino*) -us. 20, 36 *sili* grano ...-o est. 21, 83 *cera Pontica* quam maxime -a (21, 84). 24, 11 *viscum* extra -um, intus porraceum. EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 p. 914A triticum (*opp.* atrum. SIDON. carm. 22, 178 -a fruge data iam saecula -a perirent). CAEL. AVR. chron. 3, 8, 133 *liquor hydropicis detractus*. acut. 2, 27, 144 sputa *peripneumonicorum* ... in comparatione pleuriticorum -iora.

II *de animalibus*: **A** *aves*: CIC. carm. frg. 18, 2 nuntia -a Iovis (*i. aquila*. *cf.* VERG. Aen. 11, 751 aquila. 12, 247 Iovis ales. OV. met. 8, 146 -is haliae⟨ë⟩tus [in] alis. STAT. Theb. 1, 548 Phrygius -is venator [*i. Ganymedes*] tollitur alis *aquilae*. 3, 531 septem ordine -o armigeras summi Iovis ... intueor. SIL. 12, 56 ales -a Iovis. CLAVD. 15, 467 Tonantis armiger). OV. met. 5, 546 -is ... alis *bubo*. 12, 525 -is ... avem pennis. *adde*: OV. met. 6, 707 *Boreas* Orithyian ...-is amplectitur alis.

B *quadrupedes*: **1** *leo*: LVCR. 5, 901 corpora -a leonum. VERG. georg. 4, 408 -ā cervice leaena (DRAC. Orest. 796. *cf.* SIL. 16, 237 -a ... colla iubasque). Aen. 2, 722 -i ... leonis (4, 159 OV. epist. 10, 85 met. 1, 304. 10, 551 fast. 2, 339 STAT. Theb. 1, 397 SIL. 2, 193. 7, 288 CLAVD. carm. min. 42, 1 DRAC. laud. dei 2, 265). Aen. 8, 552 -a leonis pellis (*cf.* SEN. Herc. O. 411 -a [*sic Heinsius*, viva *codd.*] ... spolia ... ferae. CLAVD. 21, 259 his -a leones velamenta dabant). LYGD. 6, 15 leaenas (CLAVD. rapt. Pros. 3, 98. *cf.* 7, 77 -ae matris). OV. met. 10, 698 iubae (SEN. Herc. O. 1933 Oed. 920). VAL. FL. 3, 567 monstri. DRAC. laud. dei 2, 488 terga leonis colla caputque ... sanguine -a rubescant. *adde*: DRAC. Romul. 5, 311 rabies *leonum*.
2 *alia*: VERG. georg. 3, 383 pecudum -is ... saetis (*cf.* HOR. carm. 4, 2, 60 *vitulus* -us. PLIN. nat. 8, 74 tauros silvestres ... colore -os. 22, 9 *boves*). Aen. 1, 275 lupae -o ... tegmine (*cf.* 7, 688 -os ... lupi de pelle galeros. OV. met. 11, 771 -um ... lupum). HOR. epod. 6, 5 Lacon *canis* (*cf.* GRATT. 203 pictam macula vertraham delige -a [*sic vel* flava *Johnson*, falsa *trad.*]). carm. 4, 4, 14 caprea pascuis intenta -ae matris ab ubere. OV. ars 2, 373 aper. met. 12, 89 equinis -a iubis cassis. hal. 64 -o tergore dammae. GRATT. 339 tergore -o (*obscurum cuius bestiae*). PLIN. nat. 8, 73 *eale* colore nigra vel -a. 8, 191 Canusium -i *velleris habet oves* (29, 127 -ae *ovis*). CLAVD. carm. min. 18, 17 -is pellibus hirtae *mulae*. *neutr. sing. pro subst. i. q. fulvus color* (*cf. p. 1534, 57*): SOL. 17, 5 *tigres* -o nitent; hoc -um *eqs.*

C *de hominum capillis*: VERG. Aen. 10, 561 Camertem (SERV. auct. *ad l.*: *ξανθόν*). 11, 642 caesaries *Herminii*. PROP. 2, 2, 5 coma *Cynthiae* (OV. Pont. 3, 2, 74 *Orestis et Pyladis*. *cf.* STAT. Ach. 1, 162 -o ... nitet coma *Achillis* gratior auro). OV. met. 12, 273 Charaxi tempora ... -o protecta capillo. CORIPP. Ioh. 4, 534 crines *Marcentii*. *oculis*: ITALA gen. 49, 12 (Aug. civ. 16, 41 p. 191, 21. 192, 15 D.) -i oculi eius (*Iudae*) a vino (*χαροποιοί*, Lugd: fulgentes). *cute*: ANTH. 220, 5 -us poples erat *iuvenis*, nitidus pes.

D *reptilia, pisces*: OV. hal. 107 synodontes. PLIN. nat. 8, 141 *lacerti* colore -i aut punicei aut caerulei. STAT. Theb. 12, 16 draconem. CLAVD. rapt. Pros. 1, 201 serpentibus. *huc addiderim*: CLAVD. 8, 163 aegida.

oppos.: albus: PLIN. nat. 14, 80. ater: EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 p. 914A. caeruleus: SEN. Oed. 319 nat. 1, 10 PLIN. nat. 8, 141 NON. p. 164, 10. candidus: PLIN. nat. 37, 33. niger: PLIN. nat. 8, 73. 191. 14, 80. 16, 186. 20, 36. niveus: SIDON. epist. 4, 20, 3. porraceus: PLIN. nat. 24, 11. pullus: PLIN. nat. 8, 191. puniceus: PLIN. nat. 8, 141. rutilus: PLIN. nat. 8, 191. sanguineus: PLIN. nat. 14, 80. viridis: MANIL. 2, 942.

deriv.: fulvidus, fulvor. *Klee f.*

? **fuma** terra GLOSS. (*'ad* humus *vocem spectare videtur' Loewe, Prodr. 426*, rura *Schlutter, Arch. 10 [1898] 192*, funda retia *Warren, alii alia*).

fūmābundus, -a, -um [*a* fumare. *Th.*]. ITALA gen. 15, 17 (Aug. civ. 16, 24 p. 161, 15 D.) ecce fornax -a (*κλίβανος καπνιζόμενος*, fumigabunda ITALA *v. p. 1537, 12*, VVLG. clibanus fumans).

fūmāria, -ae *f. herba a* fumare. DIOSC. Vind. C 157r. N 46 *φουμαρια· καπνὸς ἢ κορυδάλλιον* (*Diosc. 4, 108 καπνός*). *cf.* capnos.

fūmāriolum, -ī *n. a* fumārium *deminutive*. *i. locus, per quem fumus exit*: TERT. paenit. 12 cum -a quaedam eius (*sc. gehennae*) tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes ... iam nullae extent. PACIAN. paraen. 11 p. 125, 3 cuius *gehennae* -a quaedam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. [*it.* fumaiuolo. *M.-L.*]

fūmārium, -ī *n. a* fumare. GLOSS. *καπνοδοχεῖον. καπνοδόχη. καπνοδόχος. κάπνη. καπνία*. *i. q. locus, per quem fumus e focis exit* (*cf. Daremberg-Saglio s. v.*): COLVM. 1, 6, 19 -um quoque, quo materia, si non sit iam pridem caesa, festinato siccetur, in parte rusticae villae fieri possit iunctum rusticis balneis. VVLG. Os. 13, 3 erunt ... sicut fumus de -o (*cf.* HIER. *ad l.* p. 145 Vall. quaerimus ... quare LXX pro -o, quod Theodotio transtulit *καπνοδόχην*, locustas interpretati sint. apud Hebraeos locusta et -um iisdem scribitur litteris ... quod [ארבה] si legatur arbe, locusta dicitur; si orobba, -um; pro quo Aquila *καταῤῥάκτην*, Symmachus foramen interpretati sunt). MARCELL. med. 23, 78 *corticem caprifici* -o (PS. THEOD. PRISC. add. p. 323, 27 fumo) suspendet. *in usu*: MART. 10, 36, 1 improbą Massiliae quidquid -a cogunt, accipit aetatem quisquis ab igne cadus. PORPH. Hor. carm. 3, 8, 10 quam *amphoram* ... in -o posuerit. *nescio an huc spectet* CORP: IV 3575 fumar⟨...⟩. *in comparatione*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 33 per arteriam atque stomachum, quae sunt corporis veluti maiora -a. [*val.* fumar, *prov.* fumier, *port.* fumeiro. *M.-L.*]

deminut. fumariolum.

fūmātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* fumator. *Th.*]. *i. q. actus fumandi*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 136 odoribus taetris adhibitis et -bus. 5, 10, 119 aliqui ... in iis *aegris* ...-es adhibuerunt.

fūmātor, -ōris *m.* [*a* fumus. *Th.*]. GLOSS. II 581, 7 incensi peritus.

fūmātus, -a, -um *v.* fumo. **fument-** *v.* foment-.

fūmēsco, -ere [*a* fumus. *Th.*]. ISID. orig. 17, 8, 2 tus igni impositum ardescit, resina -it.

fūmeus, -a, -um *a* fumus. GLOSS. -a fumosa. *i. q. fumosus, plenus fumi rerum calentium vel combustarum*: VERG. Aen. 6, 593 non ... faces nec -a taedis lumina. VAL. FL. 4, 596 vastoque exundat hiatu -us (*i. nebulosus?*) *Acheron*. HIER. epist. 14, 10, 2 -us harum urbium carcer. PRVD. c. Symm. 1 praef. 25 *vipera* intepuit fomite -o. AVG. civ. 21, 7 p. 502, 31 D. de pomis terrae Sodomorum forinsecus quasi maturis, intrinsecus -is. 22, 11 p. 587, 23 ille ... ignis est tranquillus, purus ... iste autem turbidus, -us (*cf.* CASSIOD. anim. 3 p. 1288A cuncta caelestia flammeo referunt vigore constare, non isto -o ... sed ex tranquillo). MACR. sat. 7, 10, 3 quicquid superflui aut -i flatus circa cerebrum fuerit. *de vinis fumatis*: MART. 13, 123, 2 -a Massiliae ponere vina potes. *translate i. q. vanus, ventosus*: AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 137 non est fulminea ratio vestra, sed -a. serm. 301, 4, 3 istas cogitationes terrenas, pulvereas, -as, vaporeas. POMER. 3, 10, 1 *vanitas* repugnantibus -a. EVG. TOLET. carm. 9, 5 -a caenosi liquerunt gaudia mundi.

fūmico *v.* fumigo *p. 1537, 35*.

GLOSS. Verg. ed. Hagen A 676 p. 473 atram nubem, globos **fumidicos.**

fūmidus, -a, -um [*cf. c.* fumare, fumus. *Th.*]. GLOSS. igneus. -a fumosa. [*val.* fumur, *foroiul.* fumul. *M.-L.*] [*dub.*: ACC. trag. 495 terras ferro ⟨dif⟩fidas (*Bücheler*, -as *Ribbeck*). LAVS PIS. 17 humida (-a *i. tosta Scal. cf. l. 48. an* vilia?) ... hordea.]

1 *i. q. fumosus, plenus fumi, maxime de rebus calentibus, ardentibus (de animantibus cf. l. 47); accedit ablat. l. 47. 55*: LVCR. 6, 644 caeli ... templa (*cf.* SEN. nat. 1, 15, 5 caeli ardor ... crassi -ique ignis). VERG. Aen. 7, 76 *Lavinia visa* -a lumine fulvo involvi. 7, 465 aquai ... amnis (MACR. sat. 5, 11, 25. *cf.* PROP. 3, 18, 2 -a [*Scal.*, humida *codd.*] Baiarum stagna tepentis aquae). Aen. 9, 74 taeda. OV. met. 4, 405 tecta. 12, 259 altaria (*cf.* trist. 3, 13, 15 ara. ZENO 2, 18, 1 inter -os ignes *arae*). SEN. nat. 2, 54, 1 e terra ... pars humida efflatur, pars sicca et -a (*cf.* PLIN. nat. 2, 111 -am exhalari caliginem). 7, 13, 3 aliis *cometis* flamma *est* et haec non sincera nec tenuis sed multum circa se volvens -i ardoris (*cf.* PLIN. nat. 2, 90 -ae lucis *Pithei stellae*). PLIN. nat. 2, 112 -um verticem volvi (*cf.* AVSON. 302, 38 -os aestu globos). 5, 55 *Nilum* vapore anhelantem, -is cautibus, ubi conditur. STAT. Theb. 4, 523 -us ... Phlegethon. LACT. inst. 6, 2, 6 aliud ... *deus* a nobis exigit lumen et quidem non -um, sed ... liquidum atque clarum, mentis scilicet (*cf.* AVSON. 325, 22 -a testae lumina). CLAVD. rapt. Pros. 2, 162 -a ... orbita *currus Plutonis*. MART. CAP. 1, 11 velut -ae caligationis ... aura. 2, 124 -a quid turicremis aura paret favillis. SIDON. carm. 13, 9 collaque flammigenae ...-a furis *Caci*. CAEL. AVR. salut. praec. 26 ex ... ructationibus -is vel acidis. *metaphorice*: LVCR. 3, 304 irai fax ... -a. **2** *i. q. fumum redolens*: PLIN. nat. 14, 127 vitia *resinae* ... acor aut -um virus. **3** *i. q. fumi colore praeditus*: PLIN. nat. 37, 101 -aeque chrysolitho similes *gemmas*. 37, 114 -ae topazi. 14, 151 iaspidis -ae. *neutr. pro subst.*: fumidum, -ī. SEN. nat. 2, 57, 3 calidi -ique natura. SOL. 39, 1 mons *Chimaera* ...-um exhalat.

fūmifer, -a, -um *a* fumus *et* ferre. *i. q. fumum excitans*: VERG. Aen. 9, 520 ignis (*cf.* STAT. Theb. 8, 466 lampada. AVG. serm. ed. Mai 56, 2 inter -as flammas. CLAVD. DON. Aen. 9, 520 p. 257, 29 arborem pini -um). LVCAN. 7, 193 Aponus terris ubi -r exit (ADNOT. *ad l.* aquas enim calidas habet. *cf.* CLAVD. carm. min. 26, 36 -ae ... aquae. ENNOD. epist. 5, 8, 6 vs. 5 [fumiger *V*]). SIL. 13, 570 -um volvit Styx inter sulphura limum. *i. q. plenus fumi*: VERG. Aen. 8, 255 glomeratque ... *Cacus* -am noctem (SERV. auct. *ad l.* non est noctis epitheton, sed quam Cacus fumum evomens faciebat. *cf.* MACR. sat. 5, 14, 8. CLAVD. DON. Aen. 8, 260 p. 152, 12 -as fauces). HOMER. 599 spumantque per ora *suum* vicissim -ae nubes. CASSIOD. var. 9, 6, 5 globi -i. *in comparatione*: CASSIOD. in psalm. 67, 3 *fumo* peccatores merito comparantur, quoniam ex flamma nequitiae suae producunt -as actiones *eqs.* *cf.* 101, 4.

fūmifico, -āre [*cf. c.* fumificus. *Th.*]. *i. q. fumum facio,*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suffio: PLAVT. Mil. 412 eique (*sc. Dianae*) ut Arabico -em odore amoene.

fūmificus, -a, -um [*a* fumus *et* facere, *cf. καπνοποιός. Th.*]. *i. q. fumum emittens: de igne sim.*: PRVD. perist. 3, 118 facibus ... -is. c. Symm. 2, 1010 lucernas. RVT. NAM. 1, 252 sulphure. BOETH. cons. 1 carm. 4, 8 ignes. *de animantibus fumum excitantibus*: PLAVT. frg. inc. 1 (Varro ling. 7, 38) Epeum *cocum* -um. OV. met. 7, 114 -isque locum mugitibus impleverunt *boves*. *i. q. fumosus*: SIDON. epist. 8, 11, 3 vs. 44 propter -as gemam culinas. *cf.* fumifico.

fūmigābundus, -a, -um. *cf.* fumigare, fumabundus. *i. q. fumeus, fumosus*: ITALA gen. 15, 17 (Ambr. Abr. 2, 9, 67) ecce fornax -a (*κλίβανος καπνιζόμενος*, fumabunda ITALA Aug. *v. p. 1535, 70*, VVLG. clibanus fumans). VVLG. sap. 10, 7 *impiis* in testimonium nequitiae -a (*καπνιζομένη*) constat deserta terra.

fūmigātio, -ōnis *f. a* fumigare. *apud medicos i. q. actus fumigandi, suffitus vel suffimen*: [MARCELL. med. 33, 43 *v. p. 1093, 4.*] CHIRON 193 fumigare omnes *boves* hac -e. PLIN. VAL. 3, 7 -e facta. DIOSC. 3, 112 sicca -o adhibita (*cf. Diosc. gr. 3, 122 ὑποθυμιώμενα ... ξηρὰ εἰς ὑποκαπνισμόν*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 122 inutiles ... sunt incensiones sive -es. 2, 4, 179 adhibent ... -em dentibus *eqs.* *metaphorice*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 3, 34 quando concavitates cerebri ex -e tristitiae completae fuerint, *lacrimas fundit homo.*

fūmigātus, -a, -um *v.* fumigo. **fūmiger** *v. p. 1536, 75.*

✕**fūmigium**, -ī *n.* [*a* fumigare. *Th.*]. *apud medicos i. q. fumigatio, suffitus, suffimentum*: THEOD. PRISC. eup. faen. 34 ex sulphure vivo -um ... prodest. log. 44 -a eodem modo iuvare. 104 picis brittiae ... -a. gyn. 8 -is bene olentibus ... naturam provocabo. 15 -a vaporatis partibus supponi. phys. 5 *al.* DIOSC. 3, 131 frutex ... -o adhibitus (*cf. Diosc. gr. 3, 121 θυμιώμενος*). 4, 54 virtus est ei (*sc. agerato*) in -o adhibita.

fūmigo, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* fumus *et c.* agere. *Th.*]. *perf. act.*: AVG. conf. 8, 2, 4. -ari *deponens? v. l. 60.* *de formatione v. Thurneysen, Ind. Forsch. 31 (1912/3) p. 278.* *scribitur* fumic- *l. 67 sq.* [*val.* fumegà, *hisp.* humear, *it.* fumicare, *francog. sept.* fõkyé. *M.-L.*]

1 *intransitive i. q. fumare, fumum emittere*: ITIN. [Silv.] 3, 2 die, qua mons -bat (*cf. p. 1538, 80.* VVLG. psalm. 103, 32 tangit montes et -ant [*καπνίζονται*; *cf. explicationem spiritalem* PROSP. *ad l. sim.* FVLG. RVSP. epist. 6, 3, 3 ut confessione -ent peccatorum]. 143, 5 [*cf. l. 60*]. HIER. tract. in psalm. I 143 p. 281, 8 non dixit 'inflammabuntur', sed '-bunt' *eqs.* PROSP. *ad l.* -bunt et accensi cordis vaporem ... emittent). FAVST. REI. serm. 25 p. 326, 14 (= PS. AVG. serm. 142, 6) lucerna, quae sine oleo accenditur, -are potest, lumen habere non potest. *part. praes. adi.* fūmigāns, -tis: *i. q. fumosus, fumidus*: GELL. 19, 1, 3 caelum atrum et -es globi (*sim. in imag.* AMBR. Abr. 2, 9, 67 globo quodam -is nubiculae). ITALA gen. 15, 17 (Verec. in cant. 2, 22) clibanus -s (*cf.* HESYCH. in lev. 2, 4 p. 807[B] *et v. p. 1540, 7*). VVLG. Is. 7, 4 cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum -ium (*καπνιζομένων*) istorum. *strictiore sensu i. q. paene extinctus*: ITALA Matth. 12, 20 (Tert. patient. 3 p. 3, 18 Hier. in Matth. 12, 20 p. 78 *al.*) *et* VVLG. linum -s (*τυφόμενον. cf. in imag.*: PAVL. NOL. epist. 5, 7 p. 29, 26 ut non -e lino ... sed puro ... lumine luceamus). AMBR. Hel. 6, 16 Sina (*cf. l. 38*).

2 *transitive: i. q. fumo exponere, fumo replere, suffire aliquid* (SERV. georg. 4, 241 'suffire thymo' -are. GLOSS. *καπνίζω.* nebula turbo): *res, praecipue loca*: VARRO rust. 3, 16, 17 *alvos* (COLVM. 9, 14, 7 *cf.* 9, 13, 8). COLVM. 8, 5, 20 gallinaria. APVL. flor. 1 p. 6 caespes libamine -atus. ITALA psalm. 143, 5 (Hil. in psalm. 143, 9) tange montes et -buntur (*an depon.? paulo post* fumabunt; *cf. l. 38 sqq.*). DAMIG. lapid. 9 melle non -ato. APIC. 1, 6 (7) vas ... -a lauro et cupresso. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 218 lanas ... sulfure. *per enallagen*: IAVOL. dig. 47, 10, 44 si inferiorum dominus aedium superioris vicini -andi causa fumum faceret. *maxime in medicina*: COLVM. 8, 5, 16 pulegii surculis -entur *pulli.* PELAGON. 151 testes ipsius equi. 205 foliisque laureis nares. CHIRON 190. 193. 686 totum ventrem -cato (*sic*). THEOD. PRISC. eup. faen. 34 alphitis *oculi.* 46 dentes. ORIBAS. syn. 5, 1 p. 49 ex ipsa aqua calida pedis fumicentur (-tentur *cod.*, fumentur *v. l., gr. καταιονίζειν*). *in cultu*: TERT. apol. 42 deis -andis. *i. q. adolendo efficere, ut aliquid fumum emittat*: ITALA Tob. 6, 8 (Monac. *al.*) cor et iecur *piscis* -atur (*καπνίσαι*, VVLG. *aliter*) coram viro vel muliere. GARG. MART. med. 42 folia ... siccata et -ata carbonibus serpentes fugant (*cf. p. 1539, 10*). CASS. FEL. 70 fel -atum. VVLG. II par. 2, 4 ad adolendum incensum ... et -anda aromata (*θυμιᾶν*). *obi. omisso*: PS. AVG. serm. 279, 4 ille bene novit -are. *i. q. fumo denigrare*: APVL. apol. 58 noctu potissimum parietes -atos (*cf. supra*: atros redderet). *part. perf. pass. pro adi.* fūmigātus, -a, -um (GLOSS. III 254, 66 *καπνιστά*): *i. q. niger*: ARNOB. nat. 7, 20 quae illorum *deorum* inferre sacrificiis moris est, sint nigra et -a.

deriv.: fumigabundus, fumigatio, fumigium. *comp.*: ef-, suffumigo.

fūmo, -āvī, -ātum, -āre [*a* fumus. *Th.*]. -ât *contractum pro* -avit *affert* PRISC. gramm. II 34, 24. 130, 2. *eodem modo explicant grammatici* VERG. Aen. 3, 3 (*v. p. 1538, 13*), *sed cf.* SERV. *ad l. et v. Neue-Wagener III[3] 493. legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, ceteris saepius apud* SIL. STAT. [*val.* fumà, *it.* fumare, *francog.* fumer. *M.-L.*] [*dub. vel corr.*: MACER carm. frg. 8 terra -at (*codd., metro cogente alii aliud coniecerunt*), qua taeter labitur anguis (*cf. p. 1539, 68*). LVCAN. 6, 536 nigroque volantia (-antia *V U*) fumo. CLAVD. 22, 350 *v. p. 1459, 40.*]

A ***intransitive:*** *i. q. fumum emittere, vaporare* (GLOSS. *καπνίζω. τύφομαι*). *saepe accedit abl. instr., ex. gr. l. 16. 19. 23. 42. 63. 67 sqq.*, de: *v. l. 40. 64*, in: *l. 61.*

1 *de rebus (de animantibus infra l. 27. 28) quae accenduntur, comburuntur, calefiunt*: PLAVT. Persa 104 edes: nam iam intus ventris -ant focula. CAES. Gall. 7, 24, 2 -are aggerem, quem cuniculo hostes succenderant. VERG. Aen. 3, 3 humo -at Neptunia Troia. OV. met. 2, 209 ambustaque nubila -ant. 2, 242 mediis Tanais -vit in undis. 2, 295 polus. 5, 57 stipite, qui media positus -bat in ara. 10, 273 turaque -bant. 14, 534 -bant igne (*codd. optt.*, transtra *multi*, ligna *Heinsius*) carinae. 14, 796 flammifera ... aspergine postes. Ib. 160 -bunt semper ad ora faces (*cf.* CLAVD. 28, 325). LIV. 3, 68, 2 -are incensa passim tecta. 10, 11, 6 vici incendiis (22, 14, 1 villae. *cf. infra l. 74*). SEN. Phaedr. 561 urbes. Phoen. 548 igne flagrantes trabes -are. Tro. 17 domus. Thy. 465 nec -ant manu succensa multa stagna (*cf.* STAT. silv. 1, 3, 43 *et* 2, 2, 17 balnea. AVSON. Mos. 337). LVCAN. 7, 160 aetherio ... sulphure (*i. fulmine*) ferrum. PLIN. nat. 35, 46 *Indicum.* SIL. 1, 355 cetera ... circumlita sulphure -ant. 4, 62 Saguntum. 5, 74 lacus. 10, 166 quercus cum -at percussa Iovi. 10, 586 arces. 12, 431 Petilia. STAT. Theb. 12, 60 plebeio -are Menoecea busto. MART. 14, 221, 2 in longa cuspide -et aper. IVV. 1, 156 qua *taeda* stantes ardent, qui fixo pectore -ant. 3, 199 tabulata. 14, 171 pultibus ollae. APVL. met. 3, 18 capilli. GELL. 17, 10, 18 non ... -are ... solent ..., quae sunt candentia. CLAVD. 1, 109 moenia. 5, 190 non mare -asset geminum flagrante Corintho. 18, 243 incendia -ant. AVG. civ. 1, 8 p. 13, 28 D. palea. *metaphorice* (*strictiore sensu i. fumum, non iam flammas evaporare*): SIL. 1, 654 si ... non obruta iam nunc semina -rent belli (*praeit*: nascentem extinguite flammam).

2 *de rebus aliis modis fervidis: praesertim de terra, aqua, aëre, regionibus calentibus*: CIC. nat. deor. 2, 25 recenti fossione terram -are calentem. LVCR. 5, 464 tellus. 6, 748 acri sulpure montis oppleti calidis ubi -ant fontibus aucti. AETNA 437 *lapis* raro -at. OV. ars 1, 256 quae de calido sulpure -at, aquam *Baiarum.* SIL. 14, 590 -bat crassus nebulis caliginis aër. STAT. Theb. 4, 707 -ant desertae gurgite *Nili* valles. MART. 1, 12, 2 sulphureis Albula -at aquis. GELL. 17, 10, 11 interdius -are Aetnam, noctu flammigare. MACR. sat. 7, 8, 10 aquas quae vel de altis puteis vel de fontibus hauriuntur -are hieme, aestate frigescere. *alia*: SIL. 8, 282 -at male concitus axis. MACR. sat. 7, 4, 28 *alimenta accepta* imminente igne naturae (*i. calore iecoris*) -ant. 7, 5, 22 acescere vel nonnumquam -are in stomacho cibum *digerendo.* *metonymice i. q. ardere, flagrare*: SEN. Med. 838 ossaque -ent *veneno perfusa.* *translate*: VVLG. deut. 29, 20 tunc quam maxime furor eius (*sc. dei*) -et (*ἐκκαυθήσεται*, exardescet ITALA Lugd.).

2 *actio solvendi nummos, impensas, inde i. q. collatio, liberalitas, impensae*: CAPITOL. Pius 8, 4 ut et magistratus adiuvaret et senatores ad -es suas. SYMM. epist. 7, 4 ludorum ... et muneris splendidissimae imminent -es, quibus ... impletis .... 7, 8 post magnificam ludorum consularium -em. HIER. vita Hilar. 20 *editionem ludorum* -em esse publicam. *i. q. publica collatio, pensio, tributum vectigal* (GLOSS. *συντέλεια, λειτουργία, τέλεσμα, εἰσφορά*): CORP. VIII 18909 (*saec. III*) proc(urator) Augg. nn. ad fu⟨nctionem fru⟩menti et res populi per tr⟨actum⟩ utriusque Numidiae (*v. Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsbeamte[2] p. 142*). FRG. Vat. 288 (*a. 280*) ⟨functionum pen⟩siones. COD. Iust. 4, 49, 9 (*a. 293*) gravamen -is (*syn.* capitatio). 4, 49, 13 (*a. 294*) -um gravamen. COD. Theod. 10, 3, 7 in aliis ... -bus ... in pensione. 11, 1, 36 -es ... agnoscere. 11, 12, 3 vectigalium non parva -o est, quae debet ab omnibus ... aequa ratione dependi. 11, 28, 4 iugatione, quam munere annonariae -is absolvimus (*syn.* pensio). 11, 28, 12 praeter censuales -es Campania ... nonam partem praeteriti assis publicarum toleret -um. 11, 28, 14 modum debitae -is. *passim in capite* 13, 1 de lustrali collatione (*synonyma*: praestatio, pensitatio, collatio, oblatio, depensio, pensio, solutio) *ut* 13, 1, 11 ad -em aurariam devocari. 13, 1, 13 -e auraria non teneantur. 13, 1, 18 succumbant aurariae -i. 13, 1, 19. 17 alienae -is distributione. 13, 1, 20 -es, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem revocandae sunt. 13, 1, 21 se -e ... subtrahendum. COD. Iust. 1, 45, 2 pro publicis -bus, quae flagitantur. 3, 1, 13, 1. 3, 12, 6, 6 compulsio ... annonariae -is. 3, 23, 2 -super ... publicis -bus et debitis. 3, 25, 1. 4, 30, 14, 1. 4, 66, 2 pr. publicarum -um apochas. 7, 39, 6 pr. 10, 22, 3 ad illationem -is tributariae. 10, 22, 5. 10, 36, 1, 2. 11, 3, 2, 1 ad -em navicullariam (*syn.* onus). 11, 48, 20 pr. publicarum -um praestatione. 11, 48, 20, 3 tributarias -es. 11, 48, 20, 3. 3[a]. 4. 5. 11, 48, 23, 5 -es sive terrenas sive animales. 11, 59, 15 praedia, quae navalem sustinent -em (*syn.* dispendia). 12, 2, 2 glebam vel follem sive septem solidorum -em sive quamlibet eiusmodi collationem ... aboleri. NOVELL. Valent. 13 (18) pr. argentariae -is. NOVELL. Iust. 75 publicas ... insulae -es (*seq.* tam exactio quam illatio earum). app. 1 pr. 7. 9. 10. 18 (*syn.* tributa) *et passim apud* ICTOS. AVR. VICT. Caes. 39, 31 cum omnis *Italia* eadem -e moderateque ageret (*syn.* pensionibus). SYMM. epist. 10, 28, 5 quis annuas -es aut indicta persolverit. ANON. de mach. bell. 5 totius tributariae -is laborat illatio. HEGES. 1, 19, 4 quo -o regionum non vacillaret. 2, 9, 1 -um munera. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 2, 2, 27 immunis ab omnibus -bus (*ἀδεία τοῦ ἐπὶ πᾶσιν ἀτελοῦς*). *ibid.* modicas ... illis -es imposuit (*ὀλίγα ... αὐτοὺς ἐπράξατο*). 17, 2, 2, 28. 17, 8, 4, 204. 17, 11, 4, 319. 18, 4, 6, 108. 19, 1, 5, 28 (*graece φόροι vel εἰσφορά*). PS. AVG. serm. 82 ne ... publicam decipiant -em. SIDON. epist. 7, 9, 21 regum tributarias -es. ENNOD. epist. 1, 6, 5 p. 14, 22 ut -i publicae peraequatoris ... vota transcendens numerus non deesset. CASSIOD. var. 1, 26, 3 illius *dominii* subiaceat -i. 2, 17 nullum debere persolvere fiscalis calculi -em (12, 28, 6 dimidiam relaxare fiscalis calculi -em). 2, 24, 4 -em ... sustinere (*syn.* onera). 2, 24, 5 alienae -is pondere ... oppressum. 2, 25, 2 suas non implere ... -es. 2, 25, 3 gravatum ... in aliena calculi -e. 2, 26, 5. 3, 32, 1 *syn.* fiscalia tributa. 3, 40, 2 agnoscite tributariam -em (4, 36, 1 relinquere. 4, 50, 1. 5, 14, 1. 9, 11, 1. 12, 22, 1). 4, 14, 1 exsolvere debitas -es (12, 2, 5. 12, 8, 2 inferre. 12, 28, 10 reliquit *i. remisit.* 9, 21, 7 differendam). 5, 14, 1 -o publica (5, 39, 5 inferri. 5, 39, 13 revocare ... ad ... modum). 9, 10, 3 supra consuetudinariam -em. 11, 7, 3 suam compleat -em. GREG. TVR. Franc. 5, 26 exsolvere publicam -em. 5, 28 -es infligebantur. 9, 30 populis tributariam -em infligere. *nota prosopopoeiam*: CASSIOD. var. 7, 45, 1 ut universas tibi voraverit facultates hiatus ille vastissimus -is. *ipsa actio solvendi*: NOVELL. Valent. 13 (18), 5 (*a. 445*) Mauri ... v milia solidorum ... consueto tempore annua -e dependant (*syn.* pensio). DONATIO Tiburt. a. 471, 36 fiscalium -em. *cf.* GLOSS. exsolutio tributorum.

hoc symbolice vel spiritualiter: CASSIAN. conl. 5, 21, 3 interminabilem quandam solutionem iugi -e dependere atque inexplebile indictionibus eius inferre vectigal. 21, 29, 2 liberi sunt a decimarum legalium -e. inst. 3, 2 -es, quae canonica impulsione redduntur. MAX. TAVR. hom. 105 p. 495[B] *v. p. 1547, 20.* ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 6 dummodo psalmorum officia lacrimarum -bus annuis persolverentur. ENNOD. dict. 13, 7 p. 466, 11 hanc tributariam -em (21, 34 p. 492, 21).

3 *i. q. defunctio, mors*: ARNOB. nat. 2, 27 ad mortem ducens via et inevitabilem rebus afferens -em ⟨necessitas⟩. 2, 57 *animas* superesse mortalium ⟨corporum⟩ -i (pu- *trad.*). 2, 62 post hominis -em. INSCR. bull. de l'acad. des inscr. 1919 p. 249 ab ortu vitae in -is diem.

fūnctōrius, -a, -um *a* functor, fungi. VIRG. gramm. epit. p. 54, 8 in -o ... carmine *i. in epitaphio.* GLOSS. IV 519, 62 fructoria: transitoria. V 203, 37 functuria: transitoria (296, 30 frunctoria. 43 frinctoria). *cf.* defunctorie, perfunctorie *et* -um. *Vollmer.*

✖funda, -ae *f.* [*e gr. σφενδόνη deformatum esse videtur, quasi ductum sit a* fundere, *cf.* fundibulum. *Th.*]. fundia: GLOSS. V 297, 30. *forma graeca: p. 1549, 40 sqq. de etymol.* (*cf. p. 1549, 27*): ISID. orig. 18, 10, 1 -a dicta eo quod ex ea fundantur lapides id est emittantur. GLOSS. -a *σφενδόνη*. fundibalum. [*it.* fronda, *francog.* fronde. *M.-L.*]

I *i. q. genus armaturae, quo lapides vel glandes iaciuntur, σφενδόνη* (*cf. Daremberg-Saglio II 1363; Blümner, Röm. Privataltert. p. 524*): **1** *significatur in universum genus armaturae vel solum ea pars, qua mittuntur missilia*: PLAVT. Poen. 478 viscum legioni dedi -asque. 479. 481. TER. Eun. 786 -am tibi nunc nimis vellem dari (*cf.* DON. *ad l.* -a pugnant, qui comminus non possunt. *ibid.* non dixit 'hastam' aut 'lanceam', sed [sagittam] '-am', qua nimirum longe iactatur). VARRO frg. Non. p. 520 *accensos milites* quidam vocabant ferentarios, quia pugnabant -is et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur (*cf.* PAVL. FEST. p. 14. 85. 369). CIC. carm. frg. 13 (Quint. inst. 8, 6, 73) fundum Vetto vocat, quem possit mittere -a; ni tamen exciderit, qua cava -a patet. CAES. Gall. 5, 43, 1 ferventes fusili⟨s⟩ ex argilla glandes -is (*om. β*) ... in casas ... iacere coeperunt. BELL. Afr. 83, 2 bestiae stridore -arum ... perterritae sese convertere. VERG. georg. 1, 309 figere dammas stuppea torquentem Balearis verbera -ae (*cf.* SERV. *ad l.* Hispanicae ab insulis Balearibus, ubi inventa est funda [auct.: -is nemo figit, sed intra insidias cogit *eqs.*]. LVCAN. 1, 229 it torto Balearis verbere -ae ocior *Caesar*. STAT. Theb. 10, 857 CLAVD. 7, 50 SIDON. carm. 23, 345. *cf.* LIV. 38, 29, 6 Baliarica. OV. met. 2, 728. 4, 710. PLIN. nat. 3, 77 Baliares -a bellicosas. SIL. 3, 365 -a bella gerens Baliaris. VEG. mil. 1, 16). Aen. 9, 586 stridentem -am ... Mezentius ... ter adducta circum caput egit habena (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* quanto enim contorta fuerit -a frequentius, tanto ictus profectus ex ipsa fortius currit *eqs.*). Aen. 11, 579 -am tereti circum caput egit habena. PROP. 4, 3, 65 plumbea cum tortae sparguntur pondera -ae (VAL. FL. 3, 96 tortae pondera -ae. STAT. Theb. 7, 338 torta zephyros incidere -a. CLAVD. DON. Aen. 9, 585 p. 263, 22 -*a* dum torquetur, ut impetum colligat). LIV. 1, 43, 7 -as lapidesque missiles. 28, 37, 6 -is ut nunc plurimum, ita tum solo eo telo utebantur. 35, 27, 5 expeditos milites ... cum -is et iaculis et alio levi genere armaturae. 36, 18, 5 qui ex loco superiore -is, velut nimbum, glandes et sagittas simul ac iacula ingerebant. 37, 41, 4 umor arcus -asque et iaculorum amenta emollierat. 38, 20, 1 modicorum, qui -a mitti possent, lapidum. 38, 29, 4 a pueris ii more quodam gentis saxis globosis ... -a mare apertum incessentes exercebantur. OV. met. 4, 518 bis terque per auras more rotat -ae *Learchum Athamas.* 14, 825 sic lata plumbea -a missa solet medio glans intabescere caelo. fast. 3, 584 quantum novies mittere -a potest. CVRT. 4, 14, 5 -ā saxa librare. 5, 3, 19 -is ... excussi lapides et sagittae undique ingerebantur. 5, 6, 19 -a vinciunt frontem *Mardi*. SEN. nat. 2, 57, 2 sic liquescit excussa glans -a. epist. 74, 5 aves ... inanis -ae sonus territat. LVCAN. 9, 826 quae -a rotat. PLIN. nat. 7, 201 Syrophoenicas ballistam et -am *tradunt invenisse.* 37, 111 -is e longinquo incessunt *gemmas.* VAL. FL. 6, 193 obscura spargentem vulnera -a. STAT. Theb. 4, 66 teretes pars vertere (-ice *P*) -as adsueti. 8, 416 stridentia -ā saxa pluunt. SIL. 8, 522 alto adsuetae volucrem caelo demittere -ae. FLOR. epit. 3, 8, 5 tribus quisque -is proeliantur. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) addidistis ut et lapides -is mitteretis. ITALA (Tert. adv. Marc. 4, 39) *et* VVLG. Zacch. 9, 15 lapidabunt (subicient VVLG.) lapidibus -ae. PANEG. 9 (12), 5, 6 nec subitum (solum *cod.*) -is eminus telisque missilibus[que], sed hastis gladiis. HIER. epist. 18[A], 1, 3 *Goliath* -ae lapide ictus interiit (*cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 34, 5 misso -ā lapide). in Ier. 2, 90, 3 *σφενδονίσω* ...: 'instar -ae cum omni impetu abiciam'. *ib. iterum.* VVLG. iud. 20, 16 I reg. 17, 40. 49. 50. 25, 29 impetu et circulo -ae. I par. 12, 2 utraque manu -is saxa iacientes. II par. 26, 14. Iob 41, 19 lapides -ae (Zach. 9, 15). Sirach 47, 5. VEG. mil. 1, 16 lapides ... vel manibus vel -is iaciendos. *ibid.* lapides de -a ... destinati. *ibid.* -am portare nullus est labor. 2, 15 funditores, qui ad -as vel fustibalos lapides iaciebant. 2, 23 usus *libralium saxorum* non desiderat -am.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ibid. adsuescendum est etiam, ut semel tantum -a circa caput rotetur, cum ex ea emittitur saxum. *al.* AMM. 31, 6, 3 rotatis per -as lapidibus. 31,7,14 glande -is excussa. CLAVD. DON. Aen. 9,585 p. 263,28 species plumbi . . . emissa sinu -ae. HYG. fab. 273 p. 147, 23 *ludis Peliae* Cephalus Deionis filius -a *vicit.* *significatur pars fustibali et scorpionis:* VEG. mil. 3, 14 cui *fustibalo* per medium ligatur -a de corio. AMM. 19, 7, 7 per scorpionum ferreas -as rotundi lapides acti. 23, 4, 5 pendet stuppea vel ferrea -a. 23, 4, 6 lapide rotundo -ae imposito. 24, 4, 28 reverberato lapide, quem artifex titubanter aptaverat -ae. **2** *i. q. missile, quod funda mittitur* (*nonnulla possis referre ad 1*): CAES. Gall. 4, 25, 1 *a navibus* -is sagittis tormentis hostes propelli (*cf.* 7, 81, 2 -is sagittis lapidibus nostros de vallo proturbare. civ. 1, 26, 1 eminus -is sagittis reliquisque telis pugnabatur. LIV. 38, 46, 4 -is sagittisque [CVRT. 7, 6, 2. 8, 2, 22 SEN. epist. 82, 24 FLOR. epit. 2, 11, 5]). Gall. 5, 35, 8 in adversum os -a vulneratur. BELL. Alex. 20, 2 navigia hostium lapidibus ac -is a mole repellebant. PANEG. in Mess. 97 signata citā loca tangere -ā. LIV. 22, 49, 2 Paulus, . . . -a graviter ictus. CVRT. 3, 2, 16 equites . . . -is . . . et hastis igne duratis repellentur. SIL. 9, 337 saxis -aque alius iaculoque *ciet pugnam.* 10, 151 quem -a procul per inane voluta sopierat. EPIT. Alex. 14 *Besum* suspensum more Persarum -is necavit *Alexander.* AMM. 20, 11, 12 lapidum crebritas atque -arum. 20, 11, 17 -is telisque igniferis *incessebantur Persae.*

II *res fundae similes:* **1** *i. q. genus retis infundibuli formam habentis et glandibus plumbeis gravati* (*cf. Blümner, Röm. Privataltert. p. 531.* GLOSS. -a retia linea. V 209, 12 *al.* iaculum: genus retis piscatorii, qui et -a appellatur): *de etym.: a* fundere *derivat* SERV. georg. 1, 141 *v. l. 30. a* fundus: ISID. orig. 19, 5, 2 -a genus est piscatoriae retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. VERG. georg. 1, 141 alius latum -a iam verberat amnem (*cf.* SERV. *ad l.* genus retis, dictum a fundendo, id est retiaculum qui dicitur *βόλος*). AVSON. 393, 56 et iacula et -as. **2** *t. t., circulus auri vel alterius metalli, quo gemma includitur* (*Blümner, Röm. Privataltert. p. 260 adn. 4*): PLIN. nat. 37, 116 praestantiores *gemmae* -a cluduntur (*cf.* 37, 126 hae -a includuntur perspicuae). **3** *i. q. pera, sacculus, in quo pecunia et alia geruntur* (*Graecis litteris et terminatione v. l. 40*): PAPYR. Hamburg. I 10, 34 *καὶ φούνδανα* (*cf.* 10, 38). MACR. sat. 2, 4, 31 demissa in -am pauperem manu paucos denarios protulit. INSCR. Revue archéol. 9 (1907) p. 354 n. 29 *ἐάν τις ἔχων χαλκὸν μὴ παραδείξῃ ἤτε ἐν φούνδῃ ἤτε ἐν καμπίστρῳ αὐτὸν αἰτιάσεται.* **4** *i. q. fascia ventralis: de formis: plerumque graecis litteris scriptum. φεῦνδα v. l. 44.* EXC. Bob. gramm. I 554, 33 ventrale *φοῦνδα.* GLOSS. II 206, 3 ventrales (-e *g*) *κοιλιόδεσμος φοῦνδα.* III 21, 36 *φοῦνδα* ventrales. 92, 70 -a ventrales. 323, 31 *φεῦνδα* ventralis. II 548, 65 ventrale. *φοῦνδα.*

fundābilis, -e [*a* fundare, fundus. *Th.*]. *i. q. firmus, fundatus, stabilis:* MAX. TAVR. serm. 29 p. 907[B] fide -is *Stephanus.*

***?* fundālis,** -e *v.* funalis *p. 1545, 43* PRVD. psych. 293.

fundāmen, -inis *n.* [*cf. c.* fundamentum. *Th.*]. *cf.* DIOM. gramm. I 407, 18 a -e funditus. GLOSS. basis: -n. -n: fundamentum. *legitur apud* VERG. OV. MANIL. -a *et* -e, *tum denuo invenitur inde ab* ARNOBIO. [*dubia:* COMM. apol. 265 lapis immissus ipse est in -a (fundamenta *cod.*) Sion. 1027 terra tremens laxat fu⟨ndamina tota⟩.]

I *proprie de rebus corporeis:* **A** *de rebus exstructis, aedificatis:* **1** *favorum: i. q. πρόπολις:* VERG. georg. 4, 161 prima favis ponunt -a *apes* (*cf.* SERV. *ad l.* id est propolin collocant, duriorem ceram *eqs.* AMBR. hex. 5, 21, 69 de floribus, de herbis dulcibus -a castrorum prima ponuntur. SALV. gub. 4, 9, 43 apes, cum -a [*BTtv,* fundamenta *A*] favis ponunt). *cf.* VEN. FORT. vita Pat. 10, 32 spelunca . . . tantum coepit nobilis floris odore fraglare, ut velut de patris -e matrisque alveario . . . monachorum plurima funderentur examina. **2** *aedificiorum, murorum sim.: i. q. ima atque eadem firmissima pars:* OV. fast. 4, 835 iaciunt -a *muri* cives (PRVD. psych. 825 *trop.* metatura novum iacto -e templum *Concordia.* CORP. VIII 12285 porticu iactis fundaminibu(s) renovata). HIL. in psalm. 128, 10 *trop. aedificia* harenoso aedificata -e . . . efficiunt ingentem ruinam. IVVENC. 1, 716 viro solidis -a saxis ponenti. 1, 720 haerent immotae . . . -a petrae. ARNOB. nat. 6, 7 ex -um *Capitolii* sedibus caput hominis evolutum. AVSON. 300, 19 constructa moles saxeo -e *theatri.* VINC. VICT. ap. AVG. anim. 2, 4, 8 *habitationem* tecto tremere aut nutare pariete aut labare -e. AVG. civ. 18, 26 p. 290, 21 D. prima coepta -a *templi.* CYPR. GALL. Ios. 168 pignore multandus primo -a propter. ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 15 (*trop.*) firmissimo aliarum aedium -e cacumina nostra tutiora sunt. FVLG. aet. mund. p. 138, 16 turrem . . . famoso ambitu -e destinatam. p. 139, 18. 168, 3. INSCR. christ. Rossi II p. 151, 26, 4 hanc aulam domini formans -e claro. **3** *turbinis ima pars:* EVSTATH. Bas. hex. 5, 10 p. 920[C] sicut turbo pineus, acuto . . . -e semel defixus semet ipse circumfert (*πήξαντες τὸ κέντρον*).

B *de rebus naturalibus:* **1** *de caelo terra eiusque partibus:* OV. met. 5, 361 ambibat Siculae . . . -a terrae *Pluto.* MANIL. 1, 728 an . . . in cuneos alti cogat -a caeli. CLAVD. 26, 347 mons . . . tepidis -a subruit astris pendenti male fida solo. rapt. Pros. 2, 164 effossi subter -a campi transilit *miles muros.* AVG. civ. 22, 11 p. 587, 8 D. ut . . . haec (*sc. terra*) . . . imi velut -is mundi locum obtineat. serm. ed. Mai 28, 4 molis suae nutante -e fluctuabunda commotione iactatur *terra.* EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876[B] sive . . . aerem dixeris eius (*terrae*) subesse -i (*πλάτει*). **2** *de pedibus:* EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962[C] -a gressuum *elephantorum i. pedes* (*τὰ κάτω*). **3** *de radicibus arborum:* EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917[A] *radices* velut -a (*θεμελίους*) quaedam natura subiecit.

II ***translate,*** *de rebus incorporeis:* **1** OV. met. 14, 808 -e magno res Romana valet. 15, 433 *Dardania Roma* mole sub ingenti rerum -a ponit. EDICT. imp. Constant. Hil. coll. antiar. A VIII p. 94, 1 salus omnium . . . populorum hoc -e roboretur. ZACCH. 3, 1 verae salutis certa -a. OROS. hist. 2, 17, 14 haec prima -a recuperatae libertatis instaurant. CASSIAN. conl. 16, 6, 1 prima . . . verae amicitiae . . . -a. AVELL. p. 100, 23 tam caduco ac nullo -e criminationis. p. 622, 17 -a principatus. FVLG. aet. mund. 156, 2 cuncta bonorum operum . . . didicit exstirpare -a *inoboedientia.* **2** AVG. c. Iul. op. imp. 6, 35 ex hoc . . . quasi -e tota ratiocinationis tuae structura consurgit. CASSIAN. conl. 9, 3, 2 iacienda primum profundae humilitatis (inst. 12, 32, 1 GREG. M. moral. 34, 51) inconcussa -a. 10, 8, 3 non dubito quaedam institutionis inesse -a. SACR. Leon. p. 331 in veritatis tuae -e. **3** *apud* ECCL. *de ecclesia i. q. basis, 'Grundlage':* ARNOB. nat. 3, 1 veritatis propriae -bus nititur *religio Christiana.* HIL. syn. 2 o firmam fidelis petrae -e domum! trin. 5, 35 hinc euangelicae domus sunt ponenda -a. AMBR. (in psalm. 118 serm. 19, 44 nos . . . opus nostrum aedificemus supra fundamentum testimoniorum caelestium, . . . ut aeterno maneat nixum -e) epist. 2, 1 inconcusso adversum impetus saevientis sali perseverat -e *ecclesia.* HIER. in Gal. 4, 1—2 p. 446 in apostolorum -e constiterunt *patriarchae.* 4, 15—16 p. 461 nequaquam iacta -a. LEO M. epist. 103 p. 992 *Petrus* Ecclesiae -n et petra fidei nuncupatur (*cf.* CORP. XI 260, 12 -n Petrus, Petrus fundator et aula⟨e⟩). GREG. TVR. vit. patr. 3 prol. ISID. in exod. 56, 10 et bases, id est prophetae, suo -e structuram gestantes Ecclesiae.

fundāmentālis, -e. *ad fundamentum pertinens:* HIER. in Iob 38 p. 747[B] ipse *lapis* (*sc. Christus*) est . . . non solum -is, sed et angularis (AVG. serm. 337, 4 lapis ille -is). *adv.* **fundāmentāliter:** *i. q. funditus, prorsus:* SIDON. epist. 3, 8, 2 natione . . . Romanas vires . . . -r eruente.

***fundāmentum,** -ī *n.* [*ab* 1. fundare. *Th.*]. *de etymologia:* ISID. orig. 15, 8, 1 -um dictum quod fundus sit domui (*cf.* 19, 10, 2 -um dictum, quod fundus sit aedificii. *cf.* VARRO ling. 5, 37 *p. 1552, 27.* GREG. M. moral. 26, 68). *de formis: legitur abl. in* -ibus: INSCR. christ. Rossi suppl. 1704 (*a. 394*) p. 101 locum a -ibus marmore . . . adornavit. *de notione:* GLOSS. *θεμέλιος. θεμέλιον.* -a *θεμέλιοι. θεμέλια.* V 611, 49 sugrudia: -a. *legitur inde a* PLAVTO *apud scriptores totius fere latinitatis. nota pluralem persaepe inde a* CATONE *usurpatum pro singulari.*

I *proprie de rebus corporeis:* **A** *de rebus aedificatis, exstructis:* **1** *aedificiorum, murorum sim., item totarum urbium vel terrarum: i. q. ima atque firmissima pars, qua cetera nituntur,* *κρηπίς, κρηπιδοῖον, κρηπίδωμα* (*cf. Blümner, Technol. 3, 133; Röm. Privataltert. p. 9*): PLAVT. Most. 148 (*trop.*) non videor mihi sarcire posse aedes meas, quin . . . cum -o perierint. CATO agr. 14, 4 -a *villae* supra terram pede. 14, 15 sesquipedalem parietem -a faciat (18, 3 -a bona facito alta p. v. 18, 5. 6. 7. LEX vici Furf. Corp. I[2] 756, 4 utei extrema ⟨f⟩unda⟨menta sunt⟩ *templi* [*corrupta em. Mommsen*]. CORP. I[2] 1522 ce(n)s(ores) -a murosque ab solo faciunda coeravere . . . in terram -um est pedes altum XXXIII. 1523. 1524. 1525. 2271 pilas III et ⟨. . . a⟩ -t(o) ex caement(is) faciunda coeravere. *formula* a -o *vel* -is: *v. l. 79. p. 1551, 44 sq.* VITR. 1, 5, 1 LIV. 1, 53, 5). RHET. Her. 4, 15, 22 *Fregellarum* nunc vix -orum reliquiae maneant. 4, 50, 63 insanire et in isdem -is aedificare. Q. CIC. epist. 16, 27 tabernarum Cossutianarum -a. CAES. civ. 2, 11, 3 milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus -a continebantur, convellunt (COLVM. 1, 4, 10 torrens). VARRO ling. 5, 41 cum -a foderentur aedis Iovis. VERG. Aen. 1, 428 alta theatri -a locant alii (4, 266 PLIN. nat. 36, 95 MARCELL. chron. II p. 100, 518, 3. *cf.* col-: TERT. resurr. 42 p. 87, 24). 2, 611 Neptunus muros magnoque emota tridenti -a quatit (RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 3, 4 p. 145, 12). VITR. 1, 3, 2 cum fuerit -orum ad solidum depressio. 1, 5, 6 -um muri deprimendum est intra alveum fossae. 1, 5, 7 cum . . . -a ita distantia inter se fuerint constituta, tunc inter ea alia transversa, coniuncta exteriori et interiori -o, . . . collocentur. 2, 7, 5 a tempestatibus tacta laesa *saxa* . . . in -a coiciantur. 2, 9, 10 in palustribus locis infra -a aedificiorum palationibus crebre fixa *alnus* . . . permanet. *al.* LIV. 1, 12, 4 in Palatio prima urbi -a ieci (CVRT. 5, 1, 29 SEN. dial. 12, 7, 5 epist. 89, 21. 122, 8 COLVM. 1, 5, 10 TAC. hist. 3, 72 SVET. Cal. 22, 4 *passim*). 1, 38, 7 aream ad aedem in Capitolio Iovis . . . occupat -is. 1, 55, 5 aperientibus -a templi. 1, 55, 7 *opp.* culmen. 1, 55, 8. 24, 34, 14 saxum, cui imposita muri -a sunt. 42, 15, 5 semitam paulum extantem a -o. frg. 22 oppidi turris . . . subrutis -is dehiscere ingentibus rimis. VAL. MAX. 2, 4, 5 qui -orum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. CVRT. 4, 3, 10 totum opus *aggeris* quod stipitibus fuerat innixum, -o lapso sequebatur. 5, 1, 31 XXX pedes in terram t⟨ur⟩rium -a demissa sunt (*cf.* SEN. epist. 52, 5 in mollem et fluvidam humum missa. SI-

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

DON. epist. 2, 11, 1 *p. 1552, 61 et* LACT. mort. pers. 2, 4 *p. 1554, 32*). 7, 5, 33 ut deicerent, -a murorum ab imo moliuntur. SEN. benef. 3, 29, 5 innituntur -is suis templa. 7, 31, 5 -a tepente adhuc area ponimus (SIL. 13, 321 VLP. dig. 43, 24, 11, 5 PALLAD. 1, 8, 2 VVLG. I Esdr. 5, 16. 6, 3. *cf.* AVG. civ. 20, 1 p. 405, 16 D.). SEN. nat. 2, 9, 2 sparsio ... ex -is mediae harenae crescens. 3, 27, 6 in imum usque receptis aquis -a desidunt. epist. 91, 10 in Achaia clarissimarum urbium iam -a consumpt . COLVM. 1, 5, 9 cum ex depressiore loco fuerint orsa -a. 1, 6, 5 ut nec -a parietum corrumpantur (TAC. hist. 1, 86). PLIN. nat. 28, 15 in Tarpeio fodientes delubro -a. 35, 159 coctilibus laterculis -isque. 36, 73 in terram ... acta -a *obelisci*. STAT. silv. 3, 1, 120 immergere ... -a solo. SIL. 1, 447 -a deum (*sc. urbis a deo Hercule conditae*) ... cernis. 15, 418 primum orsi Carthaginis altae -a. QVINT. inst. 1 praef. 4 (*trop.*) operum fastigia spectantur, latent -a. TAC. hist. 4, 53 iniectae -is *Capitolii* argenti ... stipes. ann. 4, 55 vivoque in saxo -a templi *esse*. 4, 62 -a *amphitheatri* per solidum subdidit. 13, 31. APVL. met. 1, 10 cum tota domo, id est parietibus et ipso solo et omni -o. 2, 12 qui -a moenium perpetuet. ITALA (Tert. adv. Marc. 5, 6 p. 591, 10 Firm. err. 20, 21) *et* VVLG. Is. 28, 16 immitto (inicio Tert.) in (*om.* Tert., in -is VVLG.) -a Sion lapidem pretiosum (in -o fundatum *add.* VVLG.). IVST. 18, 5, 15. 28, 2, 10 PANEG. 4 (9), 18, 4. CARM. epigr. 893, 4 (*ca. a. 354*) moenibus ipse *Constantius* locum dixit duxitque recenti -a solo. PALLAD. 1, 8, 2 *ter*. 1, 39, 5. 12, 15, 2 si umidus locus, ad accipienda -a palandus est. CORP. III 10596 (*a. 365/7*) muros cum tur⟨r⟩ibus ... a rudimentis -orum consurgere imperarunt. AMBR. hex. 1, 4, 12 in aedificanda domo initium -um est. PAVL. MED. bened. 2, 3 per cuniculos -a murorum destruere (VVLG. Ezech. 30, 4 *Aegypti*). VVLG. lev. 5, 9 ad -um eius *altaris*. 8, 15. III reg. 5, 17 templi. 7, 9 psalm. 136, 7. prov. 10, 25 iustus ... quasi -um sempiternum. Sirach 3, 11 maledictio ... matris eradicat -a. Ier. 51, 26 non tollent de te lapidem in angulum et lapidem in -a. thren. 4, 11 devoravit -a eius *Sion dominus*. Hab. 3, 13 denudasti -um eius *domus impii* usque ad collum. Luc. 6, 49 aedificanti domum suam super terram sine -o. act. 16, 26 ut moverentur -a carceris (SERV. Aen. 2, 610 ipsi *Neptuno* ... -a *murorum* sunt consecrata, cuius et moventur arbitrio). Rom. 15, 20 ne super alienum -um aedificarem. VEG. mil. 2, 11 muris ... intra -a perfossis. 4, 15 ad subruenda murorum ... -a. AMM. 20, 6, 3 ad -a parietum ... subvertenda. 24, 4, 21 ima penetrasse -orum *cuniculis*. 28, 2, 6 fodere ... -a *munimenti*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 73 p. 57, 5 domus, cuius -a non usque ad soliditatem petrae deducta sunt. 7, 18, 6 p. 229, 13 Hierosolymorum ad -a usque destructio. SVLP. SEV. Mart. 14, 6 dum profanam aedem usque ad -a dirueret. SIDON. epist. 1, 5, 3 a -is *pontium* ad usque aggerem. ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 24 sine -o. CORP. VIII 23849 (*saec. IV*) a -is coeptum *aedificium* ex⟨truxit⟩. 24047 aram cum ⟨fu⟩ndamentis. 24106[a]. X 3750 diaeta ... cum suis parietibus et -is huic monumento cedet. XIV 2542 sub fund⟨amentis⟩.

2 *favorum*: PLIN. nat. 11, 16 prima -a commosin vocant periti *eqs.* PS. QVINT. decl. 13, 18 primum tenacibus vinculis -a suspendunt *apes* (*cf. p. 1549, 56*).

B *de rebus naturalibus*: **1** *de primordiis rerum*: LVCR. 1, 573 funditus omnis principio -i natura carebit. 2, 863 immortalia si volumus subiungere rebus -a. CHALC. comm. 292 nec ullam ... qualitatem propriam fore censet -i rerum omnium silvae *Zeno*. **2** *de corpore animantium eiusque partibus: i. q. pars firmissima, principalis, quae cetera continet*: LVCR. 3, 586 penitus quia mota loco sunt -a (*cf. Epicuri frg. 61 Us.* ἐξ ἕδρας τὰ σώματα μεθιστάναι). MANIL. 5, 133 *Amalthea* Tonanti -a dedit *nutriendo*. TERT. anim. 15 p. 321, 5 nec circa cerebri -um *cubare principale illud* (*cf. Aet. plac. p. 391 Diels*: βάσις). *aliter* SOL. 52, 43 quodam quasi -o (praesidio *SAP*[2]) utitur *psittacus rostro* extraordinariae firmitatis. **3** *de terra, caelo, mari, montibus sim.* (*modo praevalet ea significatio, quae est 'ima pars', modo ea, qua est 'firmissima pars'*): AETNA 172 hinc saevo quassat hiatu -a soli *venti rabies* (PROB. Verg. georg. 2, 478 ventis inclusis exitum quaerentibus terrae -a quassantur). 201 volvuntur ab imo -a *Aetnae*. MANIL. 3, 507 stent -a (*i.* ὑπόγειον) sub imo (*v. Housman ad l.*). 3, 597 [pr]imaque tricenos bis -a per annos censentur. SEN. nat. 3, 27, 9 magnarum promontoria regionum, quae -is lab[or]antibus a continenti recesserunt. 6, 1, 10 quis enim illis promittit melioribus -is hoc aut illud solum stare? 6, 14, 4 in ipsam ... cavernam -o spoliata considit *terra*. COLVM. 2, 4, 6. VAL. FL. 2, 31 trux ille *Typhoeus* eiectat adesi -a iugi *Aetnae*. ITALA Is. 14, 15 (Cypr. epist. 59, 3) tu vero ad inferos descendes in -a terrae (θεμέλια. psalm. 139, 9 [Clem. ad Cor. 28] si ibo in -a terrae. COMM. instr. 2, 29, 18 FIRM. err. 27, 3 VVLG. Iob 38, 4 psalm. 81, 5 prov. 8, 29 Mich. 6, 2). SOL. 53, 5 mare depressum adeo, ut nullae ... ancorae ad profundi illius -a potuerint pervenire. FIRM. math. 5 praef. 3 terrae soliditatem immoto -orum robore (labore *O*) roborasti *o deus*. err. 24, 2 terra ... -orum suorum stabilitate concussa. HIL. in psalm. 64, 10 maris (GAVDENT. serm. 21 p. 913) -a turbantur. AMBR. hex. 1, 4, 12. ITALA (Lugd. *al.*) *et* VVLG. deut. 32, 22 montium -a (VVLG. II reg. 22, 8 psalm. 17, 8). VVLG. Iob 36, 16 salvabit te de ore angusto et non habente -um subter se (*cf.* GREG. M. moral. 26, 68). Is. 14, 19 descenderunt ad -a laci. DRAC. laud. dei 1, 155 *aridam materiem* portant ceu -a liquores. **4** *de toto mundo eiusque partibus i. q. firmissimum quoddam, quo res nituntur, fulciuntur*: SEN. nat. 1, 1, 10 sine -o et sede certa sunt *stellae*. 6, 1, 5 si hoc, quod -um quidam orbis esse dixerunt (*sc. terra*), discedit ac titubat (VVLG. II reg. 22, 16. *cf.* psalm. 17, 16). frg. 16 *deus* cum prima -a molis pulcherrimae (*sc. mundi*) iaceret (CHALC. transl. 31 ignem terramque corporis mundani -a iecit deus). CHALC. comm. 123. FAV. EVL. p. 14, 27 terra ... velut -i vice defixa libratur. CLAVD. 5, 526 Chaos, qua noctis ... -a latent. EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876[B] si quidem ipsius etiam aquae -a (ἕδρα) quaerenda sunt. **5** *de arboribus et herbis*: **a** *de radicibus arborum*: COLVM. 3, 10, 11 *vitis* primum radices velut quaedam -a iecit. 4, 1, 5 altiore -o stabilienda sit *vitis*. 4, 2, 2 ut quaeque vitis suis radicibus tamquam propriis -is innitatur. 4, 3, 5. 4, 24, 4. **b** *de spica i. q. fultura*: TERT. resurr. 52 p. 108, 2 granum ... sine -o spicae. **c** *de semine i. q. origo*: CHALC. comm. 23 ut ... illis, quae lege naturae procreantur, -a sunt semina. **6** *i. q. fundus, praedium*: FIRM. math. 2, 19, 5 hic locus ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, -a mobilia (*cf. p. 1553, 24*). 2, 20, 13 domicilium, -a. 3, 10, 2 -orum multorum ... dominos. 4, 3, 1. 4, 12, 5 multorum -orum dominia (5, 3, 12. 55. 5, 4, 11). 6, 33, 6 de domorum aut -orum proprietatibus.

II *translate de* ***rebus incorporeis*** (*propria significatio hic illic sublucet*): **A** *spectat ad hominem*: **1** *de vita privata et publica eiusque condicionibus: i. q. firmissima pars, fultura, βάσις, θεμέλιον*: PLAVT. Most. 121 *parentes* -um substruunt liberorum (*comparatur vita hominis cum domo*). VARRO ling 5, 37 ager, quod videbatur pecudum ac pecuniae esse -um, fundus dictus. rust. 2, 1, 11 nam omnis pecuniae pecus -um. PS. VARRO sent. 25 precarium habet -um, qui ex alienis pendet. LVCR. 5, 1121 ut -o stabili fortuna maneret. CIC. Cluent. 146 *lex* -um libertatis (Balb. 31 haec sunt enim -a firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris et retinendi et dimittendi esse dominum. AMM. 14, 6, 5). leg. agr. 2, 29 ita ... ab his initiis (Sest. 5 SEN. epist. 124, 6) -isque nascuntur *xviri*, ut *eqs.* 2, 80 -um vectigalium *agrum*. Catil. 4, 13 ad evertenda rei publicae -a (Phil. 5, 30 ieci sententia mea ... -a rei publicae [6, 1 epist. 12, 25, 2]. PANEG. 6 [7], 2, 4 leges ... dicuntur -a rei publicae). Sull. 30 his -is ... adulescentiae iactis (*v. l. 79. p. 1550, 75*. Marcell. 25 tantum abes a perfectione maximorum operum, ut -a nondum ... ieceris. Phil. 1, 1 nat. deor. 3, 5 epist. 10, 29 IVST. 9, 8, 21. 15, 4, 20). Sest. 98 huius ... otiosae dignitatis haec -a sunt. Pis. 9 his -is positis consulatus tui (SEN. epist. 13, 16 vitae). leg. 1, 43 natura propensi sumus ad diligendos homines, quod -um iuris est. Cato 62 senectutem ..., quae -is adulescentiae constituta sit. off. 2, 71 -um ... est perpetuae commendationis et famae iustitia. ad Q. fr. 1, 1, 18 sint haec -a dignitatis tuae. MANIL. 2, 823 -a tenet rerum *proximus caeli locus* (*v. Housman ad l.*). 3, 98 -a domus *i. opes*. VAL. MAX. 1, 6, 4 quae victoria futurae eius amplissimae potentiae gradus et -um extitit. SEN. epist. 87, 41 paupertatem, -um et causam imperii *Romani*. PLIN. nat. 15, 78 sidentia imperii -a ... Curtius ... expleverat. GELL. 12, 5, 7 -um ... conservandae hominum perpetuitatis. APVL. met. 1, 2 originis maternae nostrae -a a Plutarcho ... prodita gloria⟨m⟩ nobis faciunt. Plat. 2, 26 originis *civitatis* principia et -a disponit *Plato*. TERT. nat. 1, 7 p. 68, 14 habet ... grande -um de vitio ingenii humani *fama*. IVST. 7, 1, 12 primus *Caranus* ... crescenti ... regno valida incrementorum -a constituit. PANEG. 10 (4), 10, 2 *concordiam* esse -um ac radicem otii. HIER. epist. 49, 7, 2 si -um matrimonium et aedificium vel culmen perpetuam castitatem *diximus*. VVLG. Is. 58, 12 -a generationis et generationis suscitabis. VEG. mil. 1, 7 vires regni et Romani nominis -um. VAL. CEM. hom. 6, 1 amicitiarum -a destruere. *cf.* SIDON. epist. 2, 11, 1 missa -a certantis amicitiae. *nota imprimis in re iudiciaria: i. q. ea pars, quibus cetera innituntur*: CIC. Cluent. 30 hoc uti initio ac -o defensionis, Oppianicum, hominem sceleratissimum et nocentissimum, esse damnatum (Cael. 5 videor mihi iecisse -a defensionis meae, quae firmissima sunt, si nituntur iudicio suorum. Mur. 14. 58 quod est -um [firmamentum *codd. dett.*] ac robur totius accusationis. Scaur. 21 PLIN. epist. 4, 9, 4). Flacc. 4 cui causae -a iaciantur ... non videtis (Phil. 4, 1 actionum. *cf. l. 38. p. 1550, 75*). Cael. 30 nullum est ... -um horum criminum, nulla sedes. QVINT. decl. 343 p. 354, 10 hactenus causa -a cepi[sse]t. 355 p. 387, 13 depositas, quae nullis -is niterentur, actiones. APVL. apol. 68 ipsum fontem et -um iudicii huiusce diligentissime cognoscatis. *apud iuris peritos i. q. gravissimum*: GAIVS inst. 2, 229 velut caput et -um intellegitur totius testamenti heredis institutio. *i. q. origo*: COD. Iust. 8, 53, 34, 4 (*a. 529*) an ex totius stipulationis -o et fonte eius ... unam esse eam dotationem putandam. *de genitura*: CENS. 11, 4 nec immerito senarius -um gignendi est. 11, 5 lacteum illud conceptionis -um. *ibid.* initium formati hominis et velut alterum maturescendi -um. FIRM. math. 3, 1, 18 quia ex hoc loco totius geniturae -a colligimus. *i. q. initium, fundatio*: SEN. contr. 2, 1, 17 a -is urbis.

2 *de ingenio et mente humana i. q. id, quo cetera innituntur, 'Grundlage'*: SEN. contr. 1 praef. 21 in illo *Latrone* cum omnes oratoriae virtutes essent, hoc -um superstructis tot et tantis molibus

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obruebatur. SEN. dial. 3, 20, 2 in ruinam prona sunt, quae sine -is crevere. 6, 2, 3 (*anteced. imag.*) nulli cessura ponderi -a. 8, 5, 5 acies nostra ...-a vero (*dat.*) iacit. epist. 10, 3 habent hae voces -um. 23, 1 *bonae mentis* -um quod sit quaeris. *ibid.* -um hoc esse dixi: culmen est. 23, 5 quodcumque invecticium (invent- *codd.*) gaudium est, -o caret. 52, 6 (*anteced. imag.*) quaedam ingenia ... in -is suis occupata. PS. APVL. Ascl. 16 -um est ... disciplinae in summa bonitate consistens. TERT. pudic. 18 p. 260, 27 hoc ... -um opinionis vestrae usquequaque pulsandum est. FIRM. math. 6, 11, 3 integra mentis et consiliorum -a. CHALC. comm. 160 tunc demum ... firmis erit -is locata Platonis sententia. VVLG. Tob. 4, 2 ea *verba* in corde tuo quasi -um construe. COD. Iust. 1, 17, 2, 11 (*a. 533*) totius eruditionis prima -a atque elementa ponere. GREG. TVR. vit. patr. 17 prol. credulitatis. GREG. M. moral. 5, 85 -um mentis lividae profundius suffoditur. *spectat imprimis ad virtutes ac vitia: i. q.* ***origo, fons, ex quo cetera nascuntur, ἀρχή***: CIC. Planc. 29 pietas -um est omnium virtutum (PANEG. 4 [9], 8, 2 litteras. AVG. serm. ed. Mai 161, 4 *sicut* albedo -um colorum, sic et fides virtutum). rep. 4, 4 ita sunt alte repetita quasi -a quaedam verecundiae. fin. 2, 72 *virtutum* -a vos in voluptate tamquam in aqua (*v. vol. I p. 362, 14*) ponitis. off. 1, 23 -um ... est iustitiae fides. 1, 31 (1, 42 POMER. 3, 21). ad Brut. 1, 17, 2 *novi* mali auctor ... -um et radices habituri altiores. SEN. contr. exc. 2, 7 muliebrium vitiorum -um avaritia est. SEN. dial. 7, 15, 4 non das virtuti -um grave, immobile. QVINT. inst. 12, 6, 2 -a iaciuntur impudentiae (TERT. pudic. 20 paenitentiae. PASS. Petr. 4 castimoniae. HIER. epist. 130, 11, 1 sanctae conversationis). TERT. pudic. 1 p. 219, 4 pudicitia ... -um sanctitatis. 17 p. 258, 17 -a *moechiae* ab apostolo effossa (effusa *cod.*). RVFIN. hist. 2, 17, 16 continentiam ... velut -um (*θεμέλιον*) quoddam primo in anima collocant *eqs.* MART. BRAC. superb. 1 vana gloria, ex cuius -o ruinosa illa superbiae celsitudo producitur.

B *spectat ad artes et litteras, librorum compositionem*: **1** ***generatim: i. q. initium, principium, βάσις***: CIC. leg. 1, 26 intellegentias †enudavit *natura* quasi -a quaedam scientiae (FIRM. math. 6, 32, 1 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 22 p. 66, 22). nat. deor. 1, 44 quod ... -um huius quaestionis est, id praeclare iactum videtis (SEN. dial. 12, 17, 4 disciplinarum omnium. LACT. inst. 4, 5, 10. 7, 1, 1 FIRM. math. 1, 7, 1. 5 praef. 1 DON. Ter. Andr. 28 HIER. in Ezech. 5, 16 p. 175 lib. 7, 24 p. 279). div. 2, 2 cum ... -um esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum (SEN. nat. 3 praef. 1 magnarum rerum. SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 177, 14). MANIL. 3, 207 -a ruunt artis *astrologicae*. SEN. epist. 31, 1. 88, 27 non est ... ars sui iuris, cui precarium -um est. GELL. 14, 1, 20 si *astrologia* ... -o aliquo veritatis nixa est. CHALC. comm. 355. HIER. tract. in psalm. I p. 222, 29 quasi -um est et *ὑποστήριγμα* ascendentibus ad maiora. in Is. 6 praef. p. 233 ut super -a historiae ... spirituale extruerem aedificium (in Ion. prol. p. 389/90). epist. 58, 9, 2. 64, 19, 1 (*in interpret. allegor.*) quaedam futurae domus stravimus -a. RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 10 velut elementis ac -is huiusmodi uti (*cf.* apol. Orig. 58). hist. mon. 1 p. 391[A]. AVG. serm. ed. Mai 7, 2 subtracto -o in aere velle aedificare. CASSIOD. gramm. VII 213, 11 origo et -um liberalium litterarum *ars grammatica*.

2 ***speciatim***: **a** *in grammatica et rhetorica: i. q. initium, principium*: VARRO ling. 9, 63 analogiae -um esse obliviscuntur naturam et usum (10, 72 omnis analogiae -um similitudo quaedam). 10, 3 *similitudo et dissimilitudo* est -um omnium declinationum ac continet rationem verborum. 10, 51 analogia -a habet aut a voluntate hominum aut a natura verborum aut re utraque. 10, 60. CIC. inv. 2, 19 hic locus *causae* sicut aliquod -um est huius constitutionis (*cf. p. 1552, 62 sqq.*). de orat. 2, 63 haec ... -a (*sc. historiae scribendae*) nota sunt omnibus. ipsa autem exaedificatio posita est *eqs.* 3, 151 hoc quasi solum quoddam atque -um est: verborum usus et copia bonorum. sed quid ipse aedificet orator (*cf.* Brut. 258 solum ... et quasi -um oratoris vides, locutionem emendatam et Latinam). orat. 70. part. 31 narratio est ... quaedam quasi sedes et -um constituendae fidei. opt. gen. 5 earum omnium rerum ut aedificiorum memoria est quasi -um. COLVM. 3, 3, 1 velut quoddam -um iacere disputationi futurae. QVINT. inst. 12, 8, 1 orationis. *add.*: TERT. orat. 10 p. 187, 13 praemissa legitima et ordinaria oratione quasi -o. *de verbi stirpe, quae vocatur*: VLT. SYLL. gramm. IV 239, 35 primae verborum syllabae in -o, non in declinationis flexibilitate consistunt. **b** *in philosophia (v. etiam p. 1552, 53): i. q. initium, origo, βάσις*: LVCR. 4, 506 -a, quibus nixatur vita salusque *sensus*. CIC. fin. 4, 42 rerum illarum pulchrarum ... -a subducere *sensus*. ac. 2, 37 paulo ante iacta sunt -a, *sc. quaestionis* (*cf.* CHALC. comm. 217 dogmatis). ac. 2, 40 rationis. 2, 95 dialecticae. SEN. epist. 58, 6 *οὐσία*, res necessaria, natura continens -um omnium. TERT. anim. 18 p. 329, 26 videtur intellectus duce uti sensu et auctore et principali -o. CHALC. comm. 23 ut ... illis, quae lege naturae procreantur, -a sunt semina (*v. p. 1552, 17*), ita eorum, quae deus instituit, -a sunt causae. 290. 291 essentiam ... operis esse -um. 292 rerum omnium silvae. transl. 46[D] licet ... corporea sint -a omnium sensuum. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 6, 7 accidens ... sine aliquo substantiae -o esse non potest (*cf.* 1, 6 p. 16, 1). 2, 28 p. 128, 5 accidentis. *huc fortasse referendum*: CIC. off. 3, 101 pervertunt homines ea, quae sunt -a naturae, cum utilitatem ab honestate seiungunt. **c** *in mathematicis, item in harmonia: α usurpatur in imagine*: CHALC. comm. 32 geometrica vicem obtinet -orum, cetera (*arithmetica et harmonica*) vero substructionis. *β i. q. primus numerus*: FAV. EVL. p. 7, 11 ut monas in primo versu, sic in secundo decas obtinet -um. BOETH. arithm. 1, 10 p. 23, 20. 2, 15 p. 99, 8 *coniunct.* radices (2, 16 p. 99, 22). *in harmonia, de sonis, quibus nititur cantus*: CHALC. comm. 44 hi ... soni prima sunt -a cantus (*cf.* FAV. EVL. p. 15, 9).

C *spectat ad actiones*: COLVM. 3, 5, 4 quasi -um est *vineta faciendi* probatissimum genus stirpis deponere. FRONTIN. aq. 2 neque ... ullum omnis actus certius -um, *quam nosse quod susceperis*. *c. gerund.* (*cf. p. 1552, 51*): CIC. epist. 1, 9, 12 -a iacta ... confirmandi senatus. VARRO ling. 5, 95 standi -um pes.

D *apud scriptores ecclesiasticos: de fide, ecclesia, Christo sim.: id, quo omnia innituntur, firmissimum* (*sublucet permultis locis propria significatio*): ITALA Eph. 2, 20 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 637, 22) domestici dei superaedificati super -um apostolorum (*item* VVLG.; *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 27. 28 PACIAN. epist. 3, 26). TERT. anim. 26 p. 343, 23 de tuo ... -o fidem aedifica. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 24 paraturam desiderabat *Christus* ... substructam -is dispositionis et praedicationis. 3, 8 p. 389, 25 *mortem Christi* -um euangelii ... et salutis nostrae et praedicationis suae. 5, 6 p. 591, 8 positurus unicum -um, quod est Christus (*cf.* p. 591, 15. 18. VVLG. I Cor. 3, 11 *sq.* -um enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Iesus Christus. AVG. civ. 15, 19 p. 98, 18 D. 21, 21 p. 526, 14. *ibid.* p. 526, 16. 21, 26 p. 539, 20 *al.* gest. Pelag. 3, 9 PASS. Andr. brev. 2). adv. Marc. 5, 17 p. 637, 25 ne et super veterum prophetarum -um (-a *al.*) aedificatio nostra constaret in Christo. COMM. instr. 1, 25, 10 *vetus testamentum* -um posterae legis. LACT. inst. 4, 21, 2 discipuli ... per provincias dispersi -a ecclesiae ubique posuerunt (*cf.* LACT. mort. pers. 2, 4. HIL. in Matth. 16, 7 o -um! trin. 6, 37 RVFIN. hist. 2, 18, 9 [*θεμελίους*]. 3, 37, 1. 5, 8, 2 AVG. serm. ed. Mai 52, 1 SACR. Leon. p. 331 OP. imperf. in Matth. 7 p. 676). FIRM. err. 20, 6 lapis ... hic sanctus, id est Christus ... fidei -a sustentat. 21, 4. HIL. dedic. eccl. p. 880[D] *trop.* haec -a sapientis architecti. myst. 1, 10, 4 p. 11, 30 Vind. Petrus, super quem ecclesiam tamquam vivo -o aedificabat *dominus*. p. 12, 10 fidei (AMBR. epist. 15, 12 AVG. civ. 21, 21 tit.). *et passim*. *nota versionem ex hebr.*: VVLG. II par. 23, 5 portam, quae appellatur Fundamenti (מְסִלַּת, LXX *τῇ μέσῃ*). *de principiis Manichaeorum*: AVG. c. epist. fund. 5 p. 197, 7 librum, quem Fundamenti epistulam dicitis, ubi totum paene, quod creditis, continetur (*cf.* nat. bon. 42 p. 877, 17. 46 p. 884, 26).

E *spectat ad universitatem rerum: i. q. βάσις, qua cetera continentur*: TERT. adv. Val. 9 p. 187, 21 *Horos* est -um universitatis. ARNOB. nat. 1, 31 *deus* -um cunctorum quaecumque sunt. HIER. in Eph. 1, 4 p. 548 Paulus, ... *καταβολήν*, id est initium -i ad *deum* rettulit.

adverbialiter **a fundamento**: *i. q. ab ima parte, a primordiis*: PLAVT. Rud. 539 a -o mi usque movisti mare. *cum verbis extruendi, aedificandi*: CORP. I[2] 2271 pilas II et ⟨... a⟩ -(o) caement(icia) faci(unda) coeravere. III 7450 (*a. 258*) portam praetoriam cum turre a -o ... fabricavit. VIII 21 a -o erexit *monumentum*. X 846 aedem Isidis terrae motu conlapsam a -o ... restituit. *adv.* cum -o: *i. q. prorsus*: PLAVT. Most. 148 *v. p. 1550, 51*. **a fundamentis** (a -a *l. 74*). **1** *cum verbis delendi, destruendi*: **a** *de aedificiis, urbibus sim.*: NEP. Hann. 7, 7 domum a -is disiecerunt (Timol. 3, 3). LIV. 26, 13, 16 Albam ... a -is proruerunt. 42, 63, 11 urbs diruta a -is (42, 67, 9). PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304[D] a -is parietem deiecit. CORP. VIII 14436 (*a. 326/33*) ⟨cu⟩riam a -is conla(psam). *nota*: VAL. MAX. 6, 3, 1 c penates ab imis -is eruti sunt. **b** *de montibus*: VVLG. Iudith 16, 18 montes a -is movebuntur. CARM. adv. Marc. 5, 175 a -is montes agitantur in orbem. **c** *de hominibus*: VVLG. sap. 4, 19 commovebit illos *impios* a -is (*θεμελίων*) *deus*. **2** *cum verbis aedificandi, extruendi*: CORP. XIII 3653 fanum et simulacrum a -is ... restituerunt (VII 715. VIII 12314. 20836). SVET. Iul. 46 villam in Nemorensi a -is incohatam ... totam diruisse Caesarem. CORP. III 14149 (*a. 292/305*) perfici. VIII 20834 (*a. 167?*) murum a fu⟨ndamentis⟩ ... exstruxerunt (IX 5649. X 6811). X 13734 Tropeensium civitas ... a -is ... constructa est (PS. AVR. VICT. epit. 11, 3 CORP. XIV 1937). INSCR. christ. Rossi suppl. 1704 (*a. 394*) p. 101 *v. p. 1550, 42*. CORP. III 6730 a -i⟨s⟩ fabrica⟨vi⟩t. VI 34090 Ti. Claudius Aprilis ... macerias a -is cum aediculis et ollaris ... circumclusit. VIII 9010 (*a. 328*) centenarium a -a (*sic*) ... fecit (X 7954 lacum a -is pecunia sua fecit). XIII 3255 thermas ... a -is coeptas ac peractas. *nota*: III 10596 (*a. 365/7*) a rudimentis -orum. **3** *verbum non extat*: CORP. II 3427 ⟨tur⟩ris XI, portam ⟨...; ... a fundame⟩nteis .... XIII 4134 ⟨a fund⟩amentis ⟨sua⟩ impensa. 8236.

iuncturae notabiliores: 1 -um (-a) *obi. verborum*: **a** *aedificandi extruendi sim.*: agere: PLIN. nat. 36, 73. collocare: TERT. resurr. 42 p. 87, 24 RVFIN. hist. 2, 17, 16. 3, 37, 3 PASS. Thom. p. 134, 22. constituere: VITR. 1, 5, 7 VAL. MAX. 2, 4, 5 TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 25 IVST. 7, 1, 12 PRISCILL. tract. 7, 112 AVG. quaest. hept. 2, 11. construere: VVLG. Tob. 4, 2. deducere: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 73

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 57,5. demittere: CVRT. 4,3,10. ducere: CARM. epigr. 893,4 *saec. IV* (ducere ab alqa re *transl.* SEN. epist. 124,6). facere: *v. p. 1550,53 sqq.* iacere: *v. p. 1550,75 sq. 1552,38 sqq. 68 sq. 1553,24. 35. 74 sq. 1554,13. cf. etiam* CIC. Cael. 5 Phil. 5,30. 6,1 epist. 1,9,12 SEN. dial. 8,5,5 *al.* iactare: FIRM. math. 5 praef. 1 OPTAT. 5,1 p. 119,8. locare: *v. p. 1550,65 sq. cf.* CHALC. comm. 160. mittere: SEN. epist. 52,5 LACT. mort. pers. 2,4 SIDON. epist. 2,11,1. ponere: *v. p. 1551,3 sqq. 1554,23 sqq. 31. cf. etiam* CIC. Pis. 9 TERT. adv. Marc. 5,6 p. 591,8 LACT. inst. 4,21,2 *al.* sternere: HIER. epist. 64,19,1. substruere: PLAVT. Most. 121. **b** *delendi, destruendi*: concutere: VVLG. II reg. 22,8 AVG. serm. ed. Mai 97,2 NICET. vigil. 7 p. 63,15. convellere: COLVM. 1,4,10. corrumpere: COLVM. 1,6,5 TAC. hist. 1,86. destruere: PAVL. MED. bened. 2,3 VVLG. Ezech. 30,4 VAL. CEM. hom. 6,1. eradicare: VVLG. Sirach 3,11 (*cf.* funditus *p. 1558,16*). evellere: GREG. TVR. vit. patr. 17 prol. evertere: CIC. Catil. 4,13 AVG. epist. 178,2. labefactare: CIC. off. 2,78. movere: LVCR. 3,586 VVLG. psalm. 81,5 act. 16,26 SERV. Aen. 2,610. obruere: SEN. contr. 1 praef. 21. quassare: AETNA 172 PROB. Verg. georg. 2,478. quatere: VERG. Aen. 2,611 RVFIN. Greg. Naz. orat. 4,3,4 p. 145,12. subruere: VEG. mil. 4,15. subvertere: AMM. 20,6,3 AVG. nupt. et concup. 3,9. volvere: AETNA 201.

2 *coniuncta*: caput: GAIVS inst. 2,229. causa: SEN. epist. 87,41. crepido: RVFIN. Adamant. 1,1. elementum: RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 10 apol. Orig. 1 p. 552[A] COD. Iust. 1,17,2,11 *a. 533*. fons: APVL. apol. 68 COD. Iust. 8,53,34,4 *a. 529. cf.* CIC. Cluent. 146. gradus: VAL. MAX. 1,6,4. initium: CIC. Cluent. 30 leg. agr. 2,29 Sest. 5 SEN. epist. 124,6 CHALC. comm. 217. *cf.* CENS. 11,5. origo: CASSIOD. gramm. VII 213,11. principium: APVL. met. 2, 26. radix: CIC. ad Brut. 1,17,2 PANEG. 10 (4),10,2 FIRM. err. 20,6 BOETH. arithm. 2,15 p. 99,8. 2,16 p. 99,22. sedes: CIC. Cael. 30 part. 31 SEN. nat. 1,1,10. solum: CIC. de orat. 3,151 Brut. 258.

fundānus, -a, -um *adi.* **1** *a* fundus (*II B*) *derivatum esse censuerunt Savigny, Mommsen, al.; cf. Marquardt, Staatsverw. I² p. 52 not. 3; Mommsen, Ges. Schr. 1, 302; Nissen, Rhein. Mus. 45 (1890) 105; Dessau 6085 not. 132; Schulten ap. Ruggiero, Diz: epigr. p. 348;* a Fundi *O. Gradenwitz, S.-B. d. Heidelb. Ak. d. W., phil.-hist. Kl. 1916, 14. Abhdl., p. 30 sqq.* **a** *de municipii genere*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 159 qui lege pl(ebei)ve sc(ito) permissus est fuit, utei leges in municipio -o municipibusve eius municipi daret. **b** *de municipibus*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 161 *id* municipieis (*i. municipes*) -os item teneto. 163 ea . . . quo . . . minus municipis -os tenea(n)t. **2** *a* fundus (*II A*): GLOSS. -us rusticus qui fundos (fundum) colit. -us (-as *trad. erasa* -s) qui pensiones colit. *coni. Goetz* GLOSS. V 548,10, *ubi* fundus possessionis administratur *traditur*. Fundanus *v. Onomast.*

fundātio, -ōnis *f. a* fundare. **1** *i. q. fundamentum*: VITR. 3,4,1 -es eorum operum fodiantur. 5,3,3 aedium sacrarum. 5,12,6 theatrorum et muri. 6,8,1 -es *hypogeorum concamerationumque* . . . fieri debent crassiores. ITALA Hab. 2,9 (Lucif. Athan. 1,36 p. 130,3) qui fundat -em (πλεονεκτῶν πλεονεξίαν) malam domui suae. **2** *i. q. actio fundandi, creandi, creatio: maris, urbium, aedificiorum sim.*: ITALA prov. 8,25 (Chalc. comm. 276) ante . . . profundi -em. FVLG. aet. mund. p. 138,14 Babyloniae. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2,18 Carchedonis. hist. 4,9 p. 960[D] Constantius decimo anno eam *ecclesiam* a tempore -is expleverat. *tropice*: HIL. trin. 12,36 anterior . . . creatione -o *sapientiae* (*cf. ibid.* ante saecula fundari. 12,37). **3** *i. q. firmitas, status rei fundatae, stabilitae*: ORIG. in Matth. 18,111 -em quandam et firmitatem regalem significat sessio *Christi ad dexteram patris*. EVSTATH. Bas. hex. 1,5 stabilitas et -o *naturae gignentium* (*gr.* ἱδρυμένον καὶ στάσιμον).

2 *umores corporis*: **a** *sanguinem: α proprium* (*saepe fere i. q.* mori): ACC. praet. 3 ⟨l⟩ue patr⟨i⟩um hostili -sum (-so *codd.*) sanguen sanguine. SALL. epist. Pomp. 2 totiens ob rem publicam -so sanguine. VERG. Aen. 2, 532 vitam cum sanguine (OV. met. 2, 610 HOMER. 515 PS. QVINT. decl. 9, 21). 4, 621 *v. p. 1566, 78.* 12, 690 CVLEX 323 HOR. epod. 7, 4 OV. met. 8, 417 LIV. 7, 30, 15. CELS. 2, 7, 18 ora venarum (*cf.* 5, 20, 5. 5, 26, 21[C]. 5, 28, 14 *bis.* 6, 18, 9. 7, 19, 3. 7, 22, 4. 7, 30, 3[A]). 2, 8, 16. 2, 10, 18 CVRT. 8, 8, 11. SEN. Phaedr. 552 cruor ... -sus (Tro. 1162 LVCAN. 7, 536. 566 HOMER. 266. 853 SIL. 3, 237 STAT. Theb. 9, 676 SER. SAMM. 1099). Herc. f. 1021 benef. 3, 19, 2. 6, 30, 5 epist. 57, 5 LVCAN. 2, 158. 6, 310 PLIN. nat. 11, 223 HOMER. 411 SIL. 3, 361 STAT. Theb. 7, 595. 9, 676 ARNOB. nat. 1, 6. 2, 40 HIL. in Matth. 31, 7 SER. SAMM. 132 AMBR. Iac. 2, 13 PS. AMBR. laps. virg. 5, 19 PAVL. MED. bened. 2, 5 HIER. in Is. 13, 15 p. 173 *passim.* *β alienum* (*saepe fere i. q.* necare): OV. trist. 2, 75 -so taurorum sanguine centum. CVRT. 3, 11, 5. 4, 4, 16 SEN. Med. 135. 930 prolis meae -am cruorem (LVCAN. 4, 392. 5, 267. 10, 423 HOMER. 356 SIL. 15, 581. 16, 689). clem. 1, 11, 2 benef. 5, 15, 4 dial. 10, 4, 5. 10, 13, 7 LVCAN. 2, 439. 4, 278. 6, 250. 7, 234 PETRON. 97, 9 STAT. Theb. 2, 87 QVINT. decl. 315 p. 241, 18 CALP. decl. 26 APVL. met. 8, 12 MIN. FEL. 25, 3. 30, 1 TERT. scorp. 13 PS. TERT. haer. 1 p. 215, 9 *et passim.* **b** *lacrimas, sim.*: CATVLL. 66, 17 quas *lacrimulas* intra limina -unt. CARM. epigr. 59, 13 desinite luctu, questu lacrumas -ere (VERG. Aen. 3, 348 TIB. 2, 5, 77 LYGD. 2, 25 PROP. 2, 8, 2 OV. met. 8, 541. 13, 490 epist. 11, 125 ars 1, 285 [*cf. p. 1565, 30*] SEN. contr. exc. 8, 69 SEN. Ag. 396 Herc. f. 1179 dial. 6, 1, 2. 9, 15, 6. 11, 2, 1 PLIN. nat. 8, 157 *et saepissime*). OV. met. 11, 672 fletus (SEN. Thy. 966 Tro. 131 apocol. 12, 2 LVCAN. 4, 183 STAT. Theb. 12, 582). SEN. Oed. 954 liquorem. *huc referendum*: PS. QVINT. decl. 16, 8 oculos in media orbitate -isti *lacrimando.* *nota*: AMBR. apol. Dav. I 11, 56 -sus in lacrimas (-mis *P′ D′ T′*). HIER. epist. 38, 1 -sus in lacrimas (-is *B*). *Ezechias.* **c** *varios corporis umores, qui emittuntur ex ore, ventre sim.*: LVCR. 4, 1028 totius umorem saccatum corporis -unt. CELS. 6, 7, 4[B] si *caro super ulcera increta* mali odoris saniem -ndit. PLIN. nat. 8, 85 uno ore -ndi venenum (11, 87 AMBR. hex. 5, 7, 19. 5, 21, 69). 10, 181 sues ... spumam ore -ere (PROB. Verg. georg. 2, 152). 11, 164 virus -ndit in morsus *vipera.* 11, 192 -ndit *iecur* in venas *sanguinem.* 24, 171 herba, iuxta quam canes urinam -unt. SER. SAMM. 75 fimus quod bucula fudit. 647 si puniceos -et vessica liquores. CAEL. AVR. acut. 2, 5, 24 ut ... stercora sive urinae -antur. 2, 14, 93 aliqua *sputa* ruptis vasculis -untur. chron. 4, 8, 120 animalia (*sc. lumbrici*) ... dimissa -entur. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 363[D] ut ex omnibus membris aquam -ret *puer.* *semina animalium*: PS. APVL. Ascl. 21 ut utraque in utramque -at natura progeniem. ARNOB. nat. 5, 5 voluptatem in lapidem fudit *Iuppiter.* ITALA (Lugd.) *et* VVLG. gen. 38, 9 semen -bat (*ἐξέχεεν*, fodit Lugd.) in terram. FAV. EVL. p. 9, 24 semen -sum et fomite matris exceptum. FVLG. RVSP. praedest. 3, 31 animata semina ... quae nocturna illusione -untur. *nota*: CELS. prooem. 63 p. 27, 23 compresserit aliquem morbus, an -erit (*i. an ventrem ei solverit*), quilibet etiam imperitissimus videt.

3 *umores, quos natura gignit, effundit*: **a** *imbrem, umorem aeris*: TIB. 1, 1, 47 gelidas hibernus aquas cum -erit auster (OV. Pont. 2, 1, 26 cum ... -erit assiduas nubilus auster aquas. GERM. frg. 4, 47 si ... victus ... aer ... ventos aut -et aquas. MART. 14, 112, 2 DRAC. laud. dei 2, 418). VITR. 6, 1, 3 roscidus aer in corpora -ens umorem. GERM. frg. 4, 39 modicos imbres ... ab aethere -et *Mars* (LVCAN. 1, 653 Aquarius. PANEG. 2 [10], 12, 6). SEN. nat. 3, 3 quicquid fudit pluvia. SIL. 15, 364 sanguineos fudit cum Iuppiter aethere rores. CYPR. GALL. exod. 124 deum mitem tutelam (*i. velut imbrem*) -ere caelo. ALC. AVIT. carm. 3, 327 grandineos ... -erunt nubila nimbos. PASS. Theclae C c 22 p. 59, 19 nubes plena aqua ... tantam fudit grandinem (C d p. 59, 25). *impersonaliter*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 2 p. 957[D] si pluvias largiores ... -erit (*ὗσῃ*). **b** *flumina,*

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fontes sim. (*item metallorum venas liquefactas l. 9, aliter l. 39 sqq.*): *α de orientibus*: LVCR. 5, 812 sucum venis . . . -ere *terram* (*ἀνισίσης Diog. Laert. 2, 17*). LIV. 44, 33, 3 scaturiges . . . multam . . . -ere aquam. OV. met. 15, 282 quas contingere nolis -ndit Anigrus aquas. am. 2, 16, 24 Charybdis -ndit et effusas ore receptat aquas. PAVL. FEST. p. 84 fons a -endo. SEN. nat. 3, 26, 6 fons, qui . . . foeda quaedam turbidus ex intimo -at. 3, 27, 1 an flumina tellus largius -at. 6, 7, 3 nisi ex reposito multoque -ret *flumina tellus*. epist. 90, 12 cum . . . tellus in summo venas iacentes liquefacta⟨s⟩ -isset. PLIN. nat. 2, 171 oceanus . . . omnes ceteras -ens recipiensque aquas. 4, 40 Odrysarum gens -ndit Hebrum. 6, 25 utrumque *amnem* -ndit ipsa *Armenia. ibid. montes* -unt Absarrum. S. C. Frontin. aq. 104 uti salientes publici . . . aquam . . . -rent. TAC. hist. 5, 6 *Libanus mons* amnem Iordanen alit -nditque. AVIEN. Arat. 496 cornu (*ungula Pegasi*) . . . camenalem fudit procul Hippocrenen (*cf.* AVSON. 413, 9). VVLG. Iob 29, 6 petra -bat mihi rivos olei. CLAVD. carm. min. 27, 106 quo tempore pontus -erit elatas scopulis stagnantibus undas. PRISC. periheg. 1045 scopuli -unt Acesinem. AVG. civ. 10, 8 p. 414, 23 D. virga percussam petram tantae multitudini abundantia fluenta -isse. IORD. Get. 32. 53. PASS. coron. 5 leones -entes aquam. *β de exeuntibus* (*in mare sim.*): VAL. FL. 8, 186 *Histrum* -ere non uno tantum . . . flumina cornu. AVSON. Mos. 433 communes . . . vias diversa per ostia -et *Rhenus*. *nota usum intrans.*: IVL. HON. cosmogr. A 7 -unt in flumen magnum *amnes*. A 12 -ndit in mare mortuum *Iordanes*. *cf. p. 1570, 58. 1572, 40 sqq.* *sing.*: COLVM. 2, 16, 4 ne statim praecipitem -at *aquam campus*. *γ maria fudit deus*: SEN. suas. 3, 1 non in aliam condicionem deus fudit aequora. CARM. de Iona 68 *deus* aequora fudit. *δ audaci translatione: aquas in textura veluti fundunt texentes*: VAL. FL. 1, 430 Eurotan molli bis -erat auro *Leda* (*v. Langen ad l.*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 255 ostro -ndit aquas *Proserpina*.

c *quae ex arboribus emittuntur*: OV. ars 1, 285 illius (*Myrrhae*) lacrimis, quas arbore -ndit odora, unguimur. COLVM. 4, 24, 7 plagae . . . commodius aquam -unt. PLIN. nat. 14, 122 in oriente optimam tenuissimamque *picem* terebinthi -unt. 16, 40 plurimum -ndit *resinae piceae*. 21, 95 sanguineum sucum *atractylis*. 22, 50. 24, 33. 47. 25, 117. 37, 31 *populos* lacrimis electrum . . . -ere. SER. SAMM. 162 fraxinea in flammis -ndit quem talea sucum. **d** *umores ex aliis rebus natos*: PLIN. nat. 2, 93 *cometas* venena -ere (*cf. p. 1563, 74*). 16, 53 sequens liquor *taedae* crassior iam picem -ndit. 36, 200 accipit harenas *ignis* ex quibus . . . medicamenta -ndit. **e** *metalla sim.*: *i. q. liquefacta emittere, liquefacere*: AETNA 406 -etur . . . lapis molaris. 516 posse exusto (post exustam *codd.*) cretam quoque robore -i. VITR. 2, 7, 4 ad aes -endum (SEN. nat. 2, 52, 2 PLIN. nat. 33, 94. 34, 96 *al.*). 8, 6, 11 cum -endo plumbum flatur. SEN. nat. 2, 52, 2 ferrum et aes -ndit *fulmen* (PLIN. nat. 33, 94 pineis optume lignis aes ferrumque -itur). LVCAN. 6, 404 fudit . . . argentum flammis. PLIN. nat. 2, 223 aliis siderum elementa cogentibus, aliis vero . . . -entibus. 34, 148 vitro -endo perinde utilis *lapis magnes. al.* ITALA Mal. 3, 2 (Aug. civ. 20, 25 p. 471, 21. 472, 16. 25 D.) -et *filios Levi* sicut aurum et argentum (*χεεῖ*, VVLG. colabit). VVLG. Iob 37, 10 rursum latissimae -untur (*οἰαχίζει*) aquae. *de rebus e metallis factis i. q. ex aere conflato formare* (GLOSS. -sum solidatum): BELL. Afr. 20, 3 glandes -ere. HOR. sat. 2, 3, 22 quid -sum durius esset. PROP. 4, 2, 63 *Vertumnum* -ere. VITR. 8, 6, 4 fistulae ne minus longae pedum denum -antur. SEN. epist. 65, 5 numquam . . . facta esset *statua* nisi fuisset id (*sc. aes*) ex quo -retur (IVST. 24, 7, 10 statuas cum quadrigis . . . solido auro -sas. CORP. III 214 ⟨statua⟩m ex aere -sam. VVLG. II par. 28, 2 HIST. Apoll. rec. A 47). PLIN. nat. 22, 44 cuius *vernulae* effigies ex aere -sa est. 34, 5 exolevit -endi aeris pretiosi ratio (34, 46. 35, 153 IVST. 36, 4, 4). 34, 81 Silanion Apollodorum fudit. 34, 83. 94 QVINT. inst. 2, 1, 12. 7 prooem. 2. MIN. FEL. 23, 13 -itur, fabricatur, sculpitur: nondum deus est. COMM. apol. 750 deos . . . aeramine -sos (instr. 1, 20, 6). LACT. epit. 20, 14 posteri . . . ex aere -erunt. FIRM. err. 28, 3 p. 74, 10 artifex . . . simulacrum aut sculpsit aut fudit. HIL. trin. 7, 37 exaequari possunt vel picta vel sculpta vel -sa nativis? LVCIF. non parc. 1 p. 210, 1 vitulo, quem illis -erat. ignis. AMBR. hex. 6, 9, 57. VVLG. exod. 26, 19 bases argenteas (36, 34. 36. 38. 38, 30). 26, 29 anulos aureos (38, 5). 36, 13 circulos aureos (37, 13). III reg. 7, 46 fudit ea *vasa* rex in argillosa terra (II par. 4, 17). Iob 37, 18 *caeli* solidissimi quasi aere -si. AVG. serm. ed. Mai 158, 1 si quis artifex . . . formas, quas -urus est, primo de cera componit. epist. 91, 5 tot locis . . . -itur . . . Iuppiter. *incertae interpretationis*: BAVDON. vita Radeg. 2, 4 p. 381, 6 felte -sum ex auro et gemmis . . . factum.

B ***res non liquidas*:** **1** ***res corporeas*:** **a** *res aridas, quae partibus minutis constant, frumento, pulvere, nummis sim* (*de cinere v. p. 1571, 22*): LEX luci Lucer. (Corp. I² 401) 2 stircus ne⟨qu⟩is fundatid (*v. p. 1563, 28*). VARRO rust. 2, 4, 20 hordeum -sum in longitudine. MORET. 16 -sus erat terra frumenti pauper acervus. LIV. 2, 5, 3 desectam cum stramento segetem . . . ēre in Tiberim. 23, 19, 12 nuces . . . -sae ab Romanis castris *in amnem*. OV. ars 3, 361 reticulo . . . pilae leves -antur aperto. VAL. MAX. 7, 2 ext. 16 Magone . . . anulos aureos -ente (SIL. 11, 533 -itur ante ora admirantum praefulgens anulus auro, *sc. anuli aurei caesorum*). PLIN. nat. 33, 67 *harenae genus* singulis diebus . . . quinquagenas libras (*sc. auri*) -ens. SVET. Cal. 42 *stipes* plenis . . . manibus ac sinu omnis generis turba -bat. PRAEDEST. 1, 46 p. 601^{C} Manichaeum . . . quasi manna -entem (*cf.* AVG. c. Faust. 19, 22 p. 521, 2). HIER. in Ier. 2, 12 p. 82, 7 ut -antur per circuitum aggeres (*cf.* VVLG. Ier. 6, 6 -ite circa Ierusalem aggerem). PETR. CHRYS. serm. 27 p. 278^{A} dum *lapis molaris* farinam -ndit. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256^{D} quingentos solidos in sinum illius -ens.

b *lucem, ignem sim. i. q. magna copia vel continuo flumine emittere* (NON. p. 312 -ere est emittere): ENN. ann. 600 -unt . . . elatis naribus lucem *equi Solis*. VERG. georg. 2, 432 lumina -unt *ignes*. Aen. 2, 683 visus . . . -ere lumen apex. SEN. Herc. f. 1057 per terras . . . -is radios *Titan*. Med. 792 face tristem pallida lucem -e per auras. benef. 4, 23, 2 quotiens per noctem ignes suos fudit *mundus*. PLIN. nat. 37, 94 lucem . . . non -entes *carbunculos*. 37, 96 feminas *carbunculos* fulgorem universum -ere extra se. 37, 122 -it . . . aspectum leniter blandum neque in oculos . . . vibrantem *amethystus*. VAL. FL. 1, 572 lumen . . . innoxia -ndit *fax*. 7, 180 sacras solita est ubi -ere taedas Colchis. MART. 8, 65, 4 -purpureum -ens Caesar ab ore iubar. STAT. Theb. 1, 381 emicuit lucem devexa in moenia -ens Larisaeus apex. SIL. 7, 373 an caecis rupta cavernis -erit . . . flammas . . . tellus? 9, 449 Aetnaea . . . -entem loricam *Martis* incendia. 11, 339 illa viri, quae vertice -ndit, fulmina? FLOR. epit. 3, 19, 5 flammam inter verba -bat *Eunus*. LACT. Phoen. 4 qua sol verno -ndit ab axe diem. AVSON. 369, 34 septeno cum lumina fudit ab astro *Sol*. AMBR. hex. 4, 2, 5 *deus soli* donavit -endi luminis potestatem. DRAC. laud. dei 2, 151 cum linguas -ret ignis spiritus, alme, tuus. GREG. M. moral. 10, 53 *trop.* tenebrosis nostris mentibus lucem per lignum fudit *redemptor*. 16, 28 *trop.* ut . . . iustitiae lumen -ant pii.

c *spiritum, aerem, ventum sim.*: LVCR. 3, 700 cum corpore -sa peribit *anima*. 3, 1033 animam moribundo corpore fudit (fugit *codd.* SEN. nat. 6, 16, 3 *anima*, quam per diem ac noctem ab omnibus partibus sui -ndit *terra*. ANTH. 649, 18 cognatorum animas . . . -ier. AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 18 PANEG. 12 [2], 28, 5). VERG. Aen. 2, 532 vitam cum sanguine fudit (*v. p. 1564, 25*. SIL. 15, 236 truncato instabiles -bant corpore vitam). GERM. frg. 4, 47 si . . . victus . . . aer . . . ventos aut -et aquas. SEN. dial. 1, 4, 10 *trop.* multum inter falsum ac verum mediae caliginis -ndit *intemperantia felicitatis*. PLIN. nat. 2, 102 omne quod inani simile vitalem hunc spiritum -ndit (2, 103 tellus . . . ut inani caelo spiritum -ndit. PANEG. 12 [2], 36, 2 MARCELL. chron. II p. 431, 1). PANEG. 3 (11), 3, 5 auras placido sinu -ndit *Iuppiter*. CLAVD. 7, 96 cui -ndit ab antris Aeolus armatas hiemes. GILD. Brit. 73 chron. III p. 67, 25 extremum halitum fudit. CARM. epigr. 887, 2 mirandum, an⟨i⟩mos -ere ⟨vacc⟩a potest. *nota i. q. infundere*: RVRIC. epist. 2, 46 p. 429, 3 animam nostram ille solus . . . ex corpore potest educere, qui fudit in corpore.

d *sonos quoslibet et animalium et instrumentorum* (*cf.* NON. p. 312 -ere est dicere. *exempla a* NON. *afferuntur*: VERG. Aen. 3, 344 *v. l. 76*; PLAVT. Asin. 902, *ubi codd. Plautini* funditat, *v. p. 1556, 81*): PLAVT. Pseud. 943 mera iam mendacia -es. CATO or. frg. 40, 4 ridicularia -ere (*cf.* 5 iocos dicit). TER. Ad. 769 verba -is hic sāpientia (*cf.* DON. *ad l.* utrum 'sine ulla cessatione proferes' an 'perdes' *v. p. 1569, 34*. CIC. fin. 4, 10 OV. met. 7, 248. 12, 469. 14, 429 MANIL. 3, 112 SEN. Oed. 572 SIL. 13, 706 AVG. quaest. hept. 2, 147 epist. 26, 3 [*opp.* effundere, *cf. p. 1567, 6*] GREG. M. moral. 16, 25). CATVLL. 64, 125 perhibent *Ariadnen* clarisonas imo -isse ex pectore voces (CIC. Arat. frg. 4, 3 modicas tremulo -ens e gutture voces *fulix*. 5, 2 Tusc. 2, 56. 3, 42 nat. deor. 2, 149 [profunditur B^{1}?]. VERG. Aen. 11, 482 VAL. FL. 5, 16 PAVL. NOL. carm. 23, 31 CARM. c. pag. 18 EVSTATH. Bas. hex. 4, 7 p. 910^{A} [*ἐκπέμπεται*] DRAC. laud. dei 1, 244). CATVLL. 64, 321 talia divino -erunt carmine fata (LVCR. 5, 110 -ere fata). LVCR. 1, 40 suavis ex ore loquellas -e (AVSON. 357, 14). 1, 413 largos haustus e fontibus magnis lingua meo suavis diti de pectore -et. 4, 585 querellas, tibia quas -ndit (5, 1385 HOMER. 1016). 4, 589 fistula silvestrem ne cesset -ere musam. CIC. carm. frg. 3 (de consul.), 29 multa . . . vates oracla furenti pectore -bant (nat. deor. 1, 66 haec ego nunc physicorum oracla -o. div. 1, 34. 115 AMBR. Iac. 2, 9, 42 parad. 14, 69 obit. Valent. 31). carm. frg. 3, 74 -erunt claras fecundi pectoris artes. 32 (Tusc. 2, 24), 14 clangorem -ndit vastum *aquila Iovis*. de orat. 3, 175 ille rudis *orator* incondite -ndit quantum potest. 3, 194 versus hexametros aliosque variis modis . . . -ere ex tempore. ac. 2, 74 sonum -ere (Tusc. 5, 73 inanis sonos -ere. SIL. 4, 173). 2, 119 flumen orationis aureum -ens Aristoteles (AMM. 27, 4, 8). Tusc. 1, 106 cum tam bonos septenarios -at ad tibiam. nat. deor. 1, 42 poetarum vocibus -sa. div. 2, 27 naturale *genus divinandi* . . . concitatione mentis edi et quasi -i videbatur. 2, 70 *sortes* quae vaticinatione -untur, quae oracla verius dicimus. 2, 110 Sibyllae versus observamus, quos illa furens -isse dicitur (SPART. Pesc. 8, 1). VERG. Aen. 3, 344 talia -bat lacrimans *Andromacha* (VAL. FL. 4, 707 SIL. 12, 292 PROSP. carm. de ingrat. 858). 4, 621 hanc vocem extremam cum sanguine -o (VAL. FL. 1, 504 SIL. 4, 526). 5, 284 ni . . . Cloanthus -isset . . . preces (6, 55 pectore ab imo. HOR. epod. 17, 53 *v. p. 1569, 35* HOMER. 552 STAT. Theb. 10, 516 TAC. ann. 14, 30 *passim*). 8, 584 haec genitor . . . dicta . . . -bat (AVG. civ. 17, 4 p. 204, 10 D.). CVLEX 120 -entes gaudia *nymphae* (*i. cantus laetos, cf.* PAVL. NOL. carm. 27, 143 licet . . . pia gaudia -ant). HOR. epist. 2, 1, 146 versibus alternis opprobria rustica fudit.

(Robert)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 2, 121 puro ... simillimus amni -et opes *poeta.* Liv. 7, 2, 5 iocularia -entes versibus. Ov. met. 13, 306 convicia (Sen. Med. 113). Sen. Herc. O. 1080 cum ... Orpheus carmina -ret (Lvcan. 1, 449 Val. Fl. 8, 69 Stat. silv. 5, 5, 34 Sil. 10, 230. 13, 539). Octavia 923 maestum -ere murmur (Prvd. perist. 1, 17). Sen. epist. 100, 2 Fabianus mihi non effundere (*cf. p. 1566, 52*) videtur orationem, sed -ere (*de leni orationis flumine*). Lvcan. 9, 631 stridula -erunt vibratis sibila linguis. 9, 989 vota ... turicremos non irrita fudit in ignes (Val. Fl. 5, 616 quisque suis tum vota deis et pocula -ndit. *v. p. 1564, 12.* Prvd. c. Symm. 1, 210 Pavl. Nol. carm. 18, 354 Prisc. Anast. 192). Petron. 91, 8 haec cum inter gemitus lacrimasque -issem. Val. Fl. 3, 697 non ... gemitus et inanis desinit iras -ere *Telamon.* 7, 610 Martius ... ter vomere -sus ab ipso clangor. Homer. 848 crudeles -ndit questus *Achilles.* 1016. Stat. Theb. 5, 275 supplex quae *dicta* plurima fudi. Sil. 1, 685 ritu vatis -bat ab alto pectore ... Fabius surgentia bella. 6, 408 -sis ululatibus aegra labitur *Marcia* (13, 313). 12, 597 -itur immixtus gemitu precibusque per altos ad caelum muros plangor (clangor *codd.*). 16, 437 lacrimae simul et questus ad sidera -si. Qvint. inst. 9, 4, 114 poema ... impetu (*Halm*, spiritu *Kroll*, peritu *codd.*) quodam initio -sum. *ibid.* ut ex tempore etiam similia -amus. Tac. ann. 6, 42 probra in Artabanum -bant. Gell. 9, 15, 9 verborum ... volumina vocumque turbas -ere. Porph. Hor. epist. 1, 18, 38 vinum et ira tormenta sunt, quibus multi eti⟨a⟩m inviti secreta -erunt. Lvcif. non parc. 11 p. 231, 27 -sam contra religionis hostes obsecrationem. Ps. Ambr. laps. virg. 10, 44 hanc lamentationem -e (Evgipp. Sev. 12, 6). Hier. in Zach. 1, 1 p. 779 post duos menses ... fudit vaticinium *Zacharia* (Mart. Cap. 1, 9). Rvfin. Orig. in exod. 11, 4 populus dei ... orationem -ens ad deum (epist. Clement. 14 in cant. 1 p. 84[B] *saepe*). Avg. in psalm. 99, 3 iubilationem. civ. 17, 4 p. 203, 8 D. gratulationem ... domino. Pavl. Nol. carm. 13, 4 grates. 15, 55 apostolicis -ens sua flumina linguis ... euangelii sonus. Prosp. in psalm. 118, 80 -sa precatione (Cassiod. var. 5, 29, 1). Mart. Cap. 9, 910 *melodia* in honorem cuiusdam ignis arcani ... -batur. Drac. Orest. 322 dulce venenum auribus attonitis. 568 flumine pectoreo dedit ubera lactea labris dulcia nectareum -entia mella saporem. Cassiod. inst. div. 23 p. 1138[A] quod os eius inoffensa velocitate -bat. Greg. M. in Ezech. 1, 5, 16 quod in publico operantes atque loquentes -unt, in secreto suo de fonte amoris hauriunt. 1, 11, 26 praedicationis. Inscr. christ. Leblant I 3, 8 -isti dulcem ... ore salem. *nota: i. q.* infundere: Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 10 quae -untur (*εἰσχεόμενα*) auditu *in animum.*

e *imagines rerum Epicuri*: Lvcr. 4, 53 imago cuiuscumque cluet de corpore -sa vagari. Cic. nat. deor. 1, 29 *natura* imagines -at ac mittat (Min. Fel. 19, 8).

f *animalia et herbas sim.*: **α** *magnam copiam hominum, i. q. emittere*: Verg. Aen. 2, 329 arduus armatos ... -ndit equus (*cf.* Serv. auct. Homerus *ἱππόθεν ἐχχύμενοι*: et ad velocitatem et ad multitudinem). Lvcan. 2, 51 -at ... Suebos ... Albis (*syn.* non alliget). 7, 507 fudit ... levis armatura maniplos (*syn.* diduxit). Val. Fl. 3, 499 citis Gradivus habenis -ndit equos. Stat. Theb. 8, 355 Hypsea Proetides et celsum -ēre Dryanta Electrae *portae.* Sil. 15, 369 caeca -ente latebra armatos ... globos. Clavd. 5, 23 abrupto gentes ... obice fudit *Rufinus.* **β** *i. q. (largiter) procreare, parere, gignere* (Gloss. V 297, 32 fudit: peperit): Varro ling. 5, 37 fundus ..., quod -ndit quotquot annis multa. Lvcr. 1, 351 fetus in tempore -unt *arbusta.* 5, 823 anima⟨l⟩ prope certo tempore fudit *terra* (5, 917). Cic. Pis. frg. 5 *mater* te beluam ..., non hominem fudit. fin. 2, 111 *bestiis* ipsa terra -ndit ex sese pastus varios. Tusc. 5, 37 flores aut fruges ... aut bacas. Cato 51 e quibus *vaginis* cum emersit *viriditas*, -ndit frugem spici ordine structam. nat. deor. 2, 127 *bacae* ex quaque stirpe -untur. 2, 129 *ova* fetum -unt. 2, 156 quae cum maxuma largitate -ndit *terra.* Verg. ecl. 4, 20 mixta ... ridenti colocasia -et acantho (*cf.* Serv. auct. dicendo '-et' abundantiam floris ostendit). 4, 23 ipsa tibi blandos -ent cunabula flores (9, 41 Petron. 127, 9). georg. 1, 13 cui prima frementem fudit equom magno tellus percussa tridenti. 2, 460 -ndit humo ... victum ... tellus. Aen. 8, 139 Mercurius ..., quem candida Maia ... fudit (*cf.* Serv. *ad l.* -it autem non incuriose dictum est ..., sed celeritatem parientis ostendit. Arnob. nat. 1, 36. 2, 16. 3, 32). 12, 207 sceptrum hoc ... numquam ... -et virgulta nec umbras (*Hom. Il. 1, 235 φύσει*). Ciris 504 lenta ... perpetuas -erunt bracchia pennas. Sen. benef. 7, 3, 3 *res*, quas natura beatissime -ndit. Colvm. 3, 2, 12 crebram quoque materiam -ndit *Aminea vitis* (*cf.* 4, 20, 5. 4, 22, 4. 5, 6, 31 Plin. nat. 17, 192). 3, 9, 3 sescenas urnas priscis cultoribus singula vinearum iugera -isse. 4, 6, 5 confestim alterum *nepotem* -ndit *vitis* (4, 22, 4). 4, 22, 3 pampinum -ere. Petron. 134, 12 vers. 3 -ndit opes *florida tellus.* Plin. nat. 2, 155 quae sponte -ndit *terra. ibid. terra* medicas -ndit herbas. 8, 108 quae *Africa* asinorum silvestrium multitudinem -ndit. 10, 44 colores -ere incipit in trimatu *pavo.* 13, 58 fructus quaternos -ndit *Cypria ficus.* 14, 36 etesiaca *vitis* quo plus tulit, hoc laudabilius -ndit. 15, 8 *pars Italiae* Licinianum -ndit oleum. 18, 51 radicem crassior pars grani -it. 18, 94 campi -unt *triticum. al.* Stat. Theb. 10, 805 mala pignora fudi. Ivv. 5, 142 Mycale pariat licet et pueros tres in gremium patris -at semel. Tert. adv. Val. 8 p. 185, 23 Sermo et Vita decuriam Aeonum simul -unt. Pavl. sent. 4, 9, 2 non ... ter peperisse, sed semel partum -isse videtur. Ser. Samm. 556 caules ... rubus quos -ndit acuta. Anth. 198, 62 me ... fudit Thetis ... sub auras. Arnob. nat. 2, 16 ex alvis -imur atque emittimur matrum. 5, 12. 21 ex partu virginis tauri specie -sa Iovialis monumenta pellaciae. Ivvenc. 1, 105 -ere partum ... in luminis oras (Hil. in Matth. 25, 6 partus sine totius corporis vexatione non -itur). Pallad. 12, 4, 1 -endi ubertate *olivae.* Pelag. in Rom. 9 p. 688[A] ex utero suo. Clavd. 22, 11 in lucem saecula fudit *Chaos.* carm. min. 32, 2 vox ... sensusque dei *Christus*, quem fudit ab alta mente pater. 53, 126 si te gratissima fudit in nostros Latona sinus. Serv. Aen. 9, 712 *mons* terrae motu de ea *insula* -sus. Prvd. ham. 193 locupletem -ere partum *naturam soli.* cath. 3, 51 -ndit opes ager ingenuas. Evstath. Bas. hex. 5, 6 p. 915[B] radices -unt. 5, 7 p. 917[A] de stirpibus suis oculos plures -entia *ligna.* Max. epist. p. 1 *trop.* boni odoris virentem palmitem -ens. Drac. laud. dei 1, 620. 2, 692. 3, 147 Alc. Avit. carm. 2, 285 Ennod. carm. 1, 6, 25 *al.* opusc. 6 p. 407, 23. Arator act. 1, 173 -sus genetricis ab alvo *deus.* Greg. M. in euang. 10, 4. Ven. Fort. vita Pat. 10, 32 *trop.* ut ... monachorum plurima -rentur examina. *nota*: Zeno 2, 8, 2 infans -sus *i. modo natus.*

g *crines, habenas, vestes: i. q. demittere, solvere*: Verg. Aen. 10, 137 -sos cervix cui lactea crinis accipit (Lvcan. 8, 739 Stat. Theb. 10, 110). 10, 837 -sus propexam in pectore barbam. Tib. 1, 7, 46 -sa ... ad teneros lutea palla pedes. 2, 5, 66 iactavit -sas ... comas (*cetera v. vol. III p. 1750, 84 sqq., ubi addas* Sil. 16, 519). 3, 8, 9 -sis decet esse capillis (Ov. met. 9, 90 ars 3, 236). Val. Fl. 6, 391 *trop.* omnes fluvium si -at habenas *Iuppiter* (Sil. 13, 172. *cf.* 4, 137 -sus habenas *Catus*). 8, 123 totos pellem ... -ndit in artus. Mart. 1, 31, 6 -sae ... iubae. Stat. Theb. 6, 194 tergo ... et pectore -sam caesariem. silv. 3, 4, 55 Tyrios sic -ndit amictus. Svet. Aug. 73 togis neque restrictis neque -sis. Tert. pall. 4 stolam -ere (*i. stola fusiore uti*). Hier. tract. in psalm. 132 p. 249, 6 non est laxa tunica, non -itur. Clavd. rapt. Pros. 1, 49 Parcae ... -ēre severam canitiem *more supplicum.* 2, 34 vestis Gortynia ... poplite -sa tenus. *de filo ex fuso currente*: Anth. 198, 25 lanas -ere fuso.

h *tela: i. q. magna copia emittere, iactare* (*cf.* Clavd. Dom. Aen. 9, 510 plus est 'effundere' *tela* quam mittere et ille -ndit cui magna est copia nec mittendi metuit finem); *de una sagitta vel hasta v. infra l. 44. 46*: Verg. Aen. 11, 610 -unt simul undique tela (*Hom. Il. 12, 159 βέλεα ῥέον.* Lvcan. 3, 670 Val. Fl. 3, 243 Stat. Theb. 6, 927 Sil. 5, 655. 11, 413. 14, 334 Flor. epit. 3, 11, 8 Amm. 19, 5, 6. 24, 2, 13). Prop. 4, 10, 42 -ere gesa. Stat. Ach. 1, 436 glandes (Sil. 1, 314). Sil. 1, 326 spicula (2, 109. 11, 394. 13, 211. 17, 132). 5, 214 -itur ... pilorum in Poenos nimbus (9, 580. 12, 176). 7, 647 volucrem post terga sagittam -ndit (13, 204 Amm. 30, 1, 7). 9, 11 Macae -ēre volucrem telorum nubem. 12, 260 hastam (17, 302). 14, 520 nec iaculo aut longe certatur harundine -sa (Amm. 16, 12, 46). *hic addas*: Avson. 191, 28 *bolos* -unt excisi per cava buxa gradus.

2 *res incorporeas*: **a** *i. q. emittere, proferre, procreare*: Cic. Tusc. 1, 64 poetam grave plenumque carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu ... -ere. Sen. dial. 9, 4, 7 virtus utilitatem ... -ndit. Qvint. inst. 10, 3, 2 profectus non a summo petitus studiorum fructus ... -ndit uberius. Avson. 396, 1 quae adulescens temere ... -eram. Cypr. Gall. exod. 124 mitem tutelam -ere (inf- *trad.*) caelo. Boeth. arithm. 2, 44 p. 148, 6 ex aequalitate diximus omnes inaequalitatis speċies -i. **b** *i. q. effundere, diffundere*: Stat. Theb. 5, 199 Somnus ... -ndit gravia otia cornu. Sil. 6, 97 sopor ... -ndit per membra quietem. **c** *i. q. expellere*: Avg. serm. ed. Mai 16, 4 confessio -ndit immunditiam. *ibid.* nisi ... per confessionem -deris interiorem iniquitatem.

II *i. q. diffundere*: **A** *i. q. dissipare*: **1** *res corporeas*: **a** *in re militari i. q. dissipare, spargere, vincere, fugare* (Non. p. 312 -ere est fugare. Avg. civ. 4, 29 p. 182, 18 D. exercitus -sus est, hoc est versus in fugam. Gloss. -sis fugatis): Acc. trag. 125 illorum copias -am in campo (Cic. Rab. perd. 29 *al.*; *v. vol. IV p. 908, 36 sqq. ubi addas*: Evtr. 10, 4, 3 Cod. Theod. 5, 6, 3 *a. 409 passim*). Cic. Phil. 14, 1 hostium exercitum caesum -sumque (Liv. 1, 10, 4. Elog. Appi Claudi Corp. I[2] p. 192 Tuscorum exercitum fudit. Elog. Mari Corp. I[2] p. 195 Cimbros fudit [Plin. nat. 17, 2]. Pavl. Fest. p. 7 Val. Max. 5, 4, 1 Flor. epit. 1, 13, 8. 2, 6, 10 Tert. orat. 29 Ivst. 1, 7, 5). Cic. rep. 2, 36 Sabinos ... equitatu fudit. fin. 2, 97 hostes (Phil. 14, 27 epist. 10, 14, 1 Sall. Iug. 101, 10 epist. Pomp. 1 Liv. 1, 11, 2 Ov. fast. 5, 578 *saepe*). Caes. civ. 2, 22, 1 Massilienses ... crebris eruptionibus -si. Sall. Iug. 88, 3. 94, 6 eo acrius Romani instare, -ere. 106, 3 epist. Mithr. 13. Nep. Arist. 2, 1 Mardonius -sus. Verg. Aen. 2, 421 si quos ... per umbram fudimus insidiis (Serv. 'fugavimus' ...; alibi 'interemimus' significat). 11, 366 sat funera -si vidimus. Tib. 1, 7, 3 Aquitanas posset qui -ere gentes. Eleg. in Maecen. 1, 87. Ov. met. 6, 425 *agmina. similia saepissime. inde translatum*: Liv. 3, 11, 8 *v. p. 1569, 5.* Sall. Iug. 65, 5 nobilitate -sa per legem Mamiliam (*quasi victa*). Tac. hist. 3, 82 plebs invectis equitibus -sa. Ps. Avr. Vict. epit. 42, 14 -si omnes optimates. *accedunt alia verba*: caedere: Cic. Phil. 14, 1 Liv. 2, 47, 9. 6, 2, 12 (*opp.*: 9, 39, 4). 10, 21, 5. 31, 48, 11. 35, 1, 8. 45, 1, 9 Mela 1, 98 Corp. VIII 20287 Paneg. 9 (12), 6, 5 Heges. 4, 32. occidere: Cic. Phil.

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14, 27. capere: Liv. 21, 50, 11 Tac. Germ. 37 ann. 4, 32. fugare (*cf. Wölfflin, Sitz.-Ber. d. Münch. Akad. 1881 p. 17. 60*): Tab. triumph. Acil. Glabr. frg. 1, 4. 3 Varro rust. 2, 4, 2 Cic. off. 3, 112 Bell. Hisp. 31, 8 Sall. Iug. 21, 2. 52, 4. 58, 3. 79, 4. 99, 3 Liv. 1, 10, 4. 2, 6, 11. 2, 31, 1 *passim. transl.*: Liv. 3, 11, 8 hoc duce ... -sa ac fugata plebes est. opprimere: Vopisc. Aurelian. 41, 9 Vir. ill. 76, 5. pellere: Liv. 29, 28, 8. sternere, prosternere: Tab. triumph. Acil. Glabr. frg. 3 Cic. Phil. 14, 27 Liv. 23, 42, 12. 39, 31, 10 Tac. hist. 3, 13. vincere: Tab. triumph. Acil. Glabr. frg. 1, 4 Sen. dial. 5, 16, 4 Tac. hist. 4, 17.

b *bona, opes sim.*: *α notione ad I B inclinante i. q. largiri, abunde donare, hic illic absolute* (*cf.* Non. p. 312 -ere est dare): Vitr. 8 praef. 3 sine quibus mortalium vita non potest esse tuta, fudit (eff- *SH*) ad manum parata per omnem mundum *deus*. Manil. 4, 737 alias aliis -entem collibus uvas *Bacchum*. Sen. benef. 4, 3, 2 munera ... sine intermissione diebus ac noctibus -unt *di* (Sedvl. carm. pasch. 2, 95 nascenti -erunt munera regi). 6, 43, 1 nesciunt quanto ... maius ac difficilius sit capere quam -ere. Carm. adv. Marc. 2, 238. Pavl. Nol. epist. 32, 3 vers. 9 p. 278, 9 -sis (sparsis Salv. gub. 7, 14) redimens sua crimina nummis. Canon. Migne 56, 828B dando pecunias opesque -endo (Drac. laud. dei 2, 772 Arator act. 1, 803 Ven. Fort. carm. 4, 21, 8. 4, 27, 15 Carm. epigr. 1378, 3). Ven. Fort. carm. 4, 16, 17 sic venerabilibus templis, sic fudit egenis. Inscr. christ. Rossi II 93, 62 -ere pauperibus quicquid concesserat annus. *β i. q. expendendo perdere, abicere, dissipare*: Cic. Phil. 3, 31 -ndit apothecas Antonius. Sen. benef. 7, 10, 6 per quae divitias suas disposuit ac fudit. Ivv. 12, 37 -ite quae mea sunt. Apvl. Plat. 2, 4 immoderatius -endo patrimonia. Ser. Samm. 520 frustra ... immensa nomismata -es. Paneg. 11 (3), 18, 6 molestius esse pecuniam quam preces -ere. Amm. 28, 2, 10 latrociniorum rabies -ens indubitanter quidquid inciderat fructuosum. Pavl. Nol. carm. 21, 514 pecunia ... -sa ... damno est. 21, 515 sua -ere.

2 *res incorporeas*: **a** *i. q. spargere, perdere*: Ter. Ad. 769 verba (*v.* Don. *supra p. 1566, 50.* Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 123, 8). Hor. epod. 17, 53 quid obseratis auribus -is preces? Verg. Aen. 7, 421 tot incassum -sos patiere labores (Ambr. hex. 6, 3, 13 Pavl. Nol. carm. 19, 499). Greg. M. moral. 8, 83 foras ab eius *dei* conspectu iam -sa sunt *opera*. *inde i. q. declinando irritum facere, repellere*: Clavd. Don. Aen. 5, 437 ictus -bat (*LR*, vitabat *ed.*) crebro venientis *Entellus* (*cf.* 7, 421 -itur enim, quicquid uno impulsu contemtum traditur terrae. 5, 442 *coniunct.* evitaret. 5, 456 declinando -bat [10, 415]). **b** *fere i. q. dividere*: Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 37, 28 una significatio generis esset et ea quae in species -itur et ea quae in cognatione dividitur. sec. 2, 4 p. 93, 8 quas *differentias* in suas species -ndit *genus*.

B *i. q.* ***extendere***: **1** *res sensibus subiectas*: **a** *res non liquidas*: *α ignem, lucem, aëra, umbram, odorem sim.* (*cf. quae sunt sub I B 1 b c*): Lvcr. 2, 115 cum solis lumina cumque inserti -unt radii per opaca domorum *lucem*. Manil. 1, 846 ignis ... lampadas ... fissas ramosos -ndit in ignes. Cvrt. 4, 3, 3 navis ... igne concepto latius -ere incendium coepit (5, 7, 5). 8, 10, 8 conceptum ... ignem late -ēre *sepulcra cedro facta*. Sen. Oed. 155 non silva ... -ndit opacis montibus umbras (Avson. 346, 3). nat. 1, 15, 1 cum late -sus sit ignis. 5, 6 sol causa est venti -ens rigentem aëra. Plin. nat. 2, 134 *prester* late -itur flatu. 11, 126 lumen inclusum latius -unt *cornua urorum in lamnas secta*. 21, 92 urtica etiam odorem -ndit (Heges. 4, 17 paradisi suaves -unt odores). Sil. 16, 39 vesper ... umbram (Arator act. 1, 466). *nota i. q. perfundere*: Pavl. Nol. carm. 6, 85 fragrantem ... sacro procul aëra -ndit odore *angelus*. *β arbores, herbas*: Moret. 71 late -entes bracchia betae. Sil. 13, 595 vasta comas nemorosaque bracchia -ndit taxus. *γ membra* (*cf. p. 1570, 15*): Gratt. 503 ardua -et in auras crura *equus*. Plin. nat. 11, 123 aliorum *animalium arma* fudit in palmas *natura* (*antea* sparsit). Stat. Ach. 1, 369 quantum *Achilles specie virginis* umeros ac pectora -at. **b** *res liquidas*: Avson. Mos. 146 exclusum -ndit mare *ballaena* (*sc. facit, ut inundet mare*). **2** *res a sensibus revocatas*: Sen. epist. 114, 9 luxuriam late felicitas fudit. Qvint. inst. 10, 5, 11 -ere quae natura contracta sunt *in arte oratoria*. 11, 2, 14 Cicero hanc famam latius fudit.

III *i. q.* ***prosternere*** (Gloss. prosternat, occidat. fudit stravit, prostravit. -sis prostratis, occisis): **A** *animalia* (*plerumque i. q. necare*): Cic. Verr. 6, 28 ut ... plerique ut -si sine mente ac sine ullo sensu iacerent. Verg. Aen. 1, 193 ingentia ... corpora *cervorum* -at humo *Aeneas* ([Gloss. deicit]. 9, 315 somno vinoque per herbam corpora -sa. 9, 719 Pandarus ut -so germanum corpore cernit. 11, 102 corpora per campos ferro quae -sa iacebant [*cf.* Serv. *ad l.* -sa modo interempta, alias fugata; sed discernuntur epithetis, ut si dicas 'ferro -sus' vel 'metu -sus']. 11, 665 Lvcan. 7, 652 Homer. 528 Sil. 4, 663. 5, 428. 12, 471. 15, 767 Paneg. 5 [8], 16, 3). 9, 589 fortem ... manu -isse Numanum. Prop. 4, 10, 8 Acronta ... victor ⟨i⟩n eversum cuspide -is equum. Ov. met. 5, 141 matre satos una diverso vulnere fudit *Abantiades*. 12, 292 puero ... -so. 13, 86 hunc ego ... fudi. 13, 256 cum multo sanguine fudi Coeranon. epist. 3, 49 -sum tellure cruenta. Ib. 393 Aonio luctator ab hospite -sus. Nepotian. 7, 7 eo proelio -sa (Val. Max. 1, 6, 6 caesa) sunt mil. xv (Paris 2, 8, 1 Lampr. Alex. 56, 5 Amm. 29, 1, 25). Sen. Herc. f. 45 pro telis gerit ... quae fudit. 895 dextra -sus adverso Lycus terram cecidit ore. Herc. O. 29 quodcumque tellus genuit ... mea ... -sum est dextera. 61 quanta fudi monstra. 1516 Lvcan. 9, 664 Val. Fl. 1, 446. 4, 746. 6, 582 arma (*sc. viros armatos*). Homer. 434. 443 *al.* Mart. epigr. 15, 2 aper (Rvt. Nam. 1, 625 Drac. Romul. 2, 99 Carm. epigr. 238, 1). 5, 65, 4 Stat. Theb. 4, 675. 5, 229. 7, 725 *al.* Sil. 2, 113. 2, 689. 4, 233. 390 *al.* Tac. hist. 4, 33 ann. 12, 13 Anth. 46, 1. 2 Sol. 1, 106 Ps. Avr. Vict. epit. 34, 2 Dict. 4, 12 (*PV*, interficiunt *B, om. G*) Heges. 1, 17, 2. 1, 21, 1. 4, 22, 2 (*gr. ἀναιρεῖ. cf.* 5, 53, 1). 5, 53, 2 Pavl. Med. vita Ambr. 30 Amm. 24, 2, 14. 24, 4, 5. 29, 5, 14 Clavd. carm. min. app. 2, 83 Prvd. c. Symm. 1, 380 Sedvl. carm. pasch. 5, 55 Oros. hist. 4, 20, 31. 5, 20, 9 Petr. Chrys. serm. 3 p. 193B Drac. laud. dei 3, 386 Orest. 508. 604 Coripp. Ioh. 1, 185. *membra (cf. p. 1569, 61), i. q. discumbere*: Stat. Theb. 2, 91 -erat ... alto membra toro *Eteocles*. Clavd. 2, 2 membra ... iugo. carm. min. 25, 3 per gramina -erat artus *Venus*. *equitem* (*i. q. effundere*): Paneg. 10 (4), 24, 4 *equi* ... equitem ... -bant. **B** *res: i. q. diruere, elidere*: Sen. Herc. f. 1185 quis fudit domum? Val. Fl. 4, 167 disiecta ... fudit lumina. Clavd. carm. min. app. 2, 107 *aper* -bat dentibus ornos. *i. q. disicere*: Ivv. 3, 258 *vehiculum lapsum* eversum fudit super agmina montem.

med. **fundī** *reflexive*. **I** *i. q.* ***effundi***, *emitti, effluere*: **A** *de rebus non liquidis*: **1** *de animalibus, item de curribus*: **a** *i. q. magna copia exire, celeriter excurrere, ruere*: Enn. ann. 484 e carcere -si currus. Stat. Theb. 2, 494 densi ... altis -untur ... portis. 11, 439 ad proelia -sos ... cornipedes. Sil. 5, 208 rupto ceu turbine -sa agmina. 12, 464 obvius huic sparso Centenius agmine raptim -itur. Flor. epit. 4, 2, 48 cum ... -sus (fisus sui *B*) a cornu erupisset equitatus. Clavd. rapt. Pros. 2, 124 credas examina -i. Pavl. Nol. carm. 15, 275 -sus in amplexum. Victric. 2 omnis aetas in sanctorum -itur famulatum. Greg. M. moral. 9, 47 *pii* ad incarnationis eius mysterium repente -untur. *nota*: Greg. M. dial. 4, 1 p. 317C *Adam* peccando extra semet ipsum -sus (*ἐξω ἑαυτοῦ ἐξενεχθείς*). **b** *in partum* (*cf. p. 1572, 34*): Ambr. Cain et Ab. 1, 10, 46 ut uterque *sexus* corporeos -atur in partus (*cf.* hex. 5, 1, 2 aqua iussos -batur in partus). **2** *de luce, igni, calore*: Verg. Aen. 10, 271 cristis ... a vertice flamma -itur (Liv. 25, 39, 16). Vitr. 9, 1, 13 radii per omnem mundum -si. Manil. 5, 217 per sidera fervor -itur. Sen. epist. 65, 19 unde lux tanta -atur. Pavl. Nol. carm. 31, 430 *trop.* tu *Christe* fons, ... quo lux ... -itur in populos (Sedvl. carm. pasch. 2, 153 in ... tenebras. *cf. infra l. 61*). **3** *de vento, anima, spiritu*: Lvcr. 3, 700 cum corpore -sa peribit *anima*. Sil. 6, 176 e gurgite -sa tempestas. Clavd. Mam. anim. 2, 10 p. 140, 6 *spiritus* in mollem -i aërem dicitur. **B** *de rebus liquidis, intestinis sim. i. q. effluere*: Varro ling. 5, 123 fons unde -itur e terra aqua viva. Verg. Aen. 11, 646 ater ... cruor (Ov. met. 10, 210 Liv. 8, 7, 21 Sen. Tro. 1162 Sil. 3, 237). Ov. met. 1, 269 densi -untur ab aethere nimbi. Liv. 6, 8, 7 ingentibus procellis -sus imber (6, 32, 6 Cvrt. 8, 14, 4 Sil. 3, 474 Tac. hist. 3, 69. 5, 18 Avien. orb. terr. 1277 *al.*). 38, 21, 9 plus sanguinis ex multa carne -batur (Cels. 6, 18, 9 Tac. hist. 4, 11 Ser. Samm. 627 Alc. Avit. carm. 5, 136). Sen. nat. 4, 2, 7 scopuli, ... ex quibus magna vis *aquae* -itur. Plin. nat. 4, 38 in septem lacus ... -i *Strymona*. Lvcan. 7, 620 -sa solo vitalia. Homer. 481 -so super arma cerebro. Sil. 3, 361 cornipedis -sā ... venā. Ps. Qvint. decl. 13, 3 -sus ex proximo fonte rivus. Lampr. Comm. 10, 5 ut ... intestina -rentur. Ambr. hex. 2, 4, 16 nix -itur. Amm. 14, 8, 10 Orontes ... -itur ⟨in⟩ Parthenium mare (15, 11, 3 *Matrona et Sequana* -untur in mare. 22, 8, 14. 23, 3, 7 Belias fluvius -itur in Euphraten. *cf. p. 1565, 23*). Avg. civ. 22, 8 p. 573, 18 D. oculus eius in maxillam -sus. Mart. Cap. 2, 184 fons quidam lucis aetheriae ... in totius mundi lumina -batur. Drac. laud. dei 2, 575 viscera -sa iacent *Iudae*. **C** *de rebus incorporeis*: Comm. apol. 1024 ira ... -itur omnis. Pavl. Nol. carm. 17, 289 caritas Christi bene -sa caelo. Merob. Christ. 4 verbi ... in semina -sum *Christum*.

II *i. q.* ***diffundi***, *extendi, dilatari, spargi*: **A** *de rebus corporeis, animalibus*: **1** *de rebus non liquidis*: **a** *de sideribus*: Cic. Arat. 99 pars inferior Delphini -sa (*cf. Arat. 320 κέχυται*) videtur inter Solis iter. 156 *stellae* inter Pistricem -sae (*εἱλίσσονται*) sparsaeque videntur atque Gubernaclum (164). 419 vis *Nepai* late -sa volat. Manil. 1, 305 has inter -sus ... Anguis. Avien. Arat. 246 *Scorpios* plurimus ... -itur. 802 -sa ..., quae geminos astringunt vincula Pisces. 1134 iam mundo -itur Hydra longior. **b** *de aere, vento, spiritu, igne sim., item de odore*: Cic. nat. deor. 2, 28 calidum illud atque igneum ... in omni -sum esse natura. 2, 65 (= carm. frg. 43) sublime -sum ... aethera. 2, 101 *aer* -sus et extenuatus sublime fertur (Plin. nat. 2, 33 Hier. epist. 64, 18, 3 Drac. laud. dei 2, 34). Vitr. 9, 1, 13 radii per omnem mundum -si. Liv. 10, 43, 11 flamma late -sa (34, 39, 11 Sen. dial. 12, 8, 6 nat. 1, 15, 1). Sen. Oed. 311 summam in auras -sus explicuit comam *ignis* (nat. 5, 14, 4. 7, 11, 2). nat. 5, 12, 2 quia non -sus ... venit *spiritus* (Qvint. decl. 314 p. 235, 27). Plin. nat. 37, 83 fulgor ... lucis in digitos -itur (Val. Fl. 5, 242 falso -sus ab auro ... fulgor). Heges. 3, 6, 3 suaviores solito -untur odores (Clavd. 10, 239 comarum). **c** *de locis, terris*: Verg. Aen. 6, 440 partem -si ...

[Robbert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in omnem ... campi. MANIL. 4, 782 -sas ... per aequora terras. SEN. dial. 6, 18, 4 camporum ... -sa planities. PLIN. nat. 4, 110 Pyrenaei iuga, ab exortu aequinoctiali -sa in occasum brumalem. 5, 70 Iudaea longe lateque -itur (MART. CAP. 6, 679). CYPR. epist. 48, 3 quoniam latius -sa est nostra provincia (AVSON. 297, 2). AVIEN. ora 610 Setii iugum radice -sa in ... Taurum pertinet. 623 Cimenice regio ...-sa multo caespite. **d** *de arboribus, herbis sim.*: LVCR. 1, 175 vites autumno -i suadente. CIC. Cato 52 ne *vitis* ... in omnes partes nimia -atur. PRIAP. 51, 18 cucumeres ... humi -sos. PLIN. nat. 18, 130 in latitudinem -i *rapa*. PALLAD. 12, 4, 2 ut ... rami fluentes per latera prona -antur. **e** *de corpore eiusque partibus, item de rubore oris*: CIC. nat. deor. 1, 75 nec ille -sus ... rubor sanguis est (DRAC. Romul. 8, 106 -sus in ora rubor). CELS. 6, 6, 37 pupilla -itur et dilatatur. PLIN. nat. 11, 179 *stomachi carnosa inanitas* ad latitudinem ac longitudinem lagonae modo -sa. STAT. Theb. 1, 566 Castaliis dum fontibus ore trisulco -sus hiat *Python*. 2, 231 -sae super ora pudorem. LACT. opif. 10, 24 in diversum maturius -itur *pollex* (*cf. Stangl, Rh. Mus. 70, 241*). MART. CAP. 5, 543 manus in contentionibus -sa porrectius. **f** *de aedificiis, item de trabibus*: SEN. benef. 3, 29, 5 trabes ... latissime -sas. PAVL. NOL. epist. 13, 13 p. 94, 25 *basilica* praetento ... -sa vestibulo. BOETH. in top. Cic. 2 p. 309, 33 tecta latius -i. *sim. de linea*: MART. CAP. 7, 732 licet *monadis* linea ... sine latitudinis significatione -atur. **g** *de cinere sparso*: LVCAN. 9, 1092 cineres ... in littore -sos colligite. SIL. 17, 594 pelago et terris -sa est Vulcania pestis. **h** *de armamentis*: SVET. Aug. 17, 3 -sis (*i. dispersis*) armamentis *navigii*.

2 *de rebus liquidis sim.*: **a** *de umoribus corporis*: CIC. nat. deor. 2, 18 *umor* est -sus in corpore. LVCAN. 9, 743 umorem circum vitalia -sum. PLIN. nat. 7, 78 aquae subter cutem -sae. SIL. 13, 273 -so per membra Lyaeo. ARATOR act. 1, 572 -sae per membra dapes. **b** *de maribus, fluminibus sim.* (*inest interdum vis inundandi*): MANIL. 4, 648 patulis ... -itur arvis *aequor* (HIER. epist. 14, 6, 3). CVRT. 9, 2, 17 quo latius -sum est *flumen*. MELA 1, 27 iam mare latius -itur (APVL. mund. 6). SEN. dial. 5, 21, 1 Gynden late -sum amnem. nat. 6, 24, 3 supra quae -sa sunt *maria*. LVCAN. 1, 410 cum -itur ingens Oceanus (4, 134). PLIN. nat. 6, 1 pontus Euxínus in⟨ter⟩ Europam Asiamque -itur. AMPEL. 7, 2 *mare Atlanticum* latissime simul et longissime -sum. TIBERIAN. carm. 1, 1 amnis ... valle -sus frigida. AMM. 15, 4, 2 ut ⟨per⟩ cataractas -itur Nilus. 18, 7, 9 Euphraten late -sis gurgitibus evagari. AMBR. hex. 3, 3, 14 terras, quae ante -so per universum flumine stagnabantur. CLAVD. 24, 236 potuere lacus et flumina -i. carm. min. 26, 29 lacus ingenti -sus spatio. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 *in paradiso* fluminum pigra velocitas ... delicatis nemorum -itur spatiis. PRISC. periheg. 505 aequoris ... Siculi quod vastis -itur undis. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 283^{D} lacum ad speciem maris -sum. **c** *de colore*: PLIN. nat. 35, 198 fucatus *color* (*sc. vestis ablutae cretā Sardā, dein sulpure suffitae*) ... -itur sulpure.

3 *de animalibus*: CIC. Sest. 91 ut ... homines ... -si per agros ... vagarentur. VERG. Aen. 2, 252 -si per moenia Teucri (SERV. auct. '-si': dispersi per sua quisque). LIV. 5, 37, 5 longe ac late -so agmine. PETRON. 131, 8 vers. *Aedon atque Procne* circum gramina -sae. LVCAN. 9, 30 per littora -sas *partes Pompei*. VAL. FL. 3, 147 pergunt rupta testudine -si, qua *eqs*. STAT. Theb. 5, 186 domibus -si et nemorum per opaca sacrorum. SIL. 2, 689 late -sa iacent pecudes custosque Molossus. 9, 487 -sos ... per aequor ipse ... restituit pugnae *Gradivus*. PRISC. periheg. 299 hos equites supra celeres -untur Agaui (ἐκτέτανται). *translate*: TAC. ann. 13, 27 late -sum id corpus *libertinorum*. AVSON. 470, 9 hinc late -sa est cognatio. GREG. M. moral. 5, 20 in exterioribus voluptatibus -si.

B *de rebus incorporeis*: CIC. de orat. 2, 64 genus orationis -sum atque tractum et cum lenitate quadam aequabiliter profluens (AQVILA rhet. 18 p. 27, 20). 2, 218 *genus facetiarum* aequabiliter in omni sermone -sum (2, 310 sicuti sanguis in corpore, sic illae *res* in perpetuis orationibus -sae esse debebunt. 3, 96. orat. 106 aequabiliter in omnia genera -sae orationis. *cf.* 126). orat. 210 in amplificanda re -itur numerose et volubiliter oratio. part. 16 unum genus est eloquendi sua sponte -sum. fin. 3, 48 utrumque eorum (*sc. virtutum et vitiorum*) -i quodammodo et quasi dilatari putant *Stoici*. 5, 92 ex eo, quod ... latissime ... -itur, tota res appellatur. Tusc. 1, 21 vim *sentiendi agendi* ... in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse -sam. 5, 72 *disserendi ratio* per omnes partes sapientiae manat et -itur. nat. deor. 2, 115 quae *natura* per omnem mundum ... -itur. 2, 141 tactus ... toto corpore ... -sus est. div. 2, 148 superstitio -sa per gentis. off. 1, 98 illud ... decorum quam late -sum sit. LIV. 29, 35, 4 late -so terrore belli. SEN. epist. 74, 28 modo latius virtus -itur. 102, 12 gloriam ... latius -sam intellego (CLAVD. 1, 32). 116, 2 ab hoc latius -itur *vitium*. STAT. Theb. 2, 201 -so rumore per urbem. SIL. 2, 516 -sa medullis *Fides*. 13, 618 -sa sensim per pectora ... flamma *amoris*. TAC. dial. 28 quae mala ... per Italiam -sa iam in provincias manant. QVINT. inst. 3, 9, 2 dispositio ... per omnes materias totumque earum corpus aequaliter -sa. AMM. 21, 9, 3 fama per Illyrios -batur. CLAVD. carm. min. 17, 12 per ... metallum (*sc. statuarum*) -sus ... tremor. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 3 p. 293, 12 non in tantum haec praedicatio (*sc. differentiae, i.* τοῦ εἴδους) -itur, quantum ... generis.

III *i. q.* ***labi, cadere, discumbere*** (*saepe part. perf. med. i. q. discumbens, iacens, cf. Langen ad Val. Fl. 1, 252*. GLOSS. -si iacentes, discumbentes. -sa iacentia): VERG. georg. 2, 527 -sus ... per herbam *agricola* (Aen. 1, 214. *cf.* SERV. -si polysemus sermo est. significat enim et discumbentes, ut hoc loco, et fugatos et occisos. *cf.* 5, 102 [SERV. auct. *ad l.* -si i. e. strati]. 9, 162. 315. OV. met. 3, 438 -sus in herba. HOMER. 731). Aen. 5, 837 -si per dura sedilia nautae. 6, 423 -sus humi *Cerberus* (OV. met. 8, 530 SEN. Herc. f. 1082 VAL. FL. 1, 710 STAT. Theb. 1, 407 silv. 2, 1, 70 MART. 8, 75, 4 TAC. ann. 11, 37 AMM. 16, 12, 65 PAVL. NOL. carm. 18, 251). OV. met. 12, 319 -sus in Ossaeae villosis pellibus ursae. ars 3, 782 in obliquo -sa sit ipsa toro (Pont. 3, 3, 8 -sa ... erant toto languida membra toro). fast. 2, 739 -sis per colla coronis (CARM. de mens. 2, 24 lilia -sa). SEN. Ag. 444 -sus ... transtris miles (SIL. 3, 57). Phaedr. 1085 praeceps in ora -sus. LVCAN. 9, 882 nuda -sus harena *dux*. VAL. FL. 1, 252 molli iuvenes -untur in alga. 1, 295 quibus ordine -sis. MART. 9, 34, 3 *Iuppiter* inter mensas largo iam nectare -sus (*cf. p. 1569, 70 sqq.*). STAT. Theb. 8, 488 -untur (find- *v. l.*) utroque tempora *pueri occisi*. 10, 50 ad patrias -sae Pelopeides aras. SIL. 7, 31 -sus ... ruentis vulnere equi *Cilnius*. 7, 303 socios ... in caespite -sos. *et passim*.

IV *i. q.* ***circumfundi, amplecti***: PROP. 2, 16, 24 candida ... bracchia -sa (*fem.*) viro. STAT. Ach. 1, 930 cara cervice mariti -sa. SIL. 6, 572 sollicite laeti -untur.

se fundere. **I** *i. q. se effundere, se emittere*: **A** *de rebus*: **1** *non liquidis*: **a** *de luce, vento*: LVCR. 4, 375 semper ... nova se radiorum lumina -unt. SIL. 1, 590 ubi se terris glaciali -ndit ab Arcto *Boreas*. **b** *de oratione sim.*: QVINT. inst. 11, 3, 84 ipsa quodam modo se cum gestu -ndit oratio. HIER. epist. 22, 22, 3 tanto se fudit (effudit *al.*) eloquio *Ambrosius*. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 906 cum ... in luxuriosam orationem dicentis se sermo -erit. GREG. M. moral. 11, 49 totos ... se in verbis proximorum -unt *hypocritae*. **c** *de partu animalium atque herbarum* (*cf. p. 1570, 35 et infra l. 56 sqq.*): AMBR. hex. 3, 8, 34 novos se fudit in partus. Iac. 2, 4, 19 vitis adnectitur platano, ut eius laeta consortio in partus sese uberes -at. Noe 14, 48 terrarum pariter atque animantium fetura se -ndit. PETR. CHRYS. serm. 164 p. 631^{A} dum parvulus in gremio se -ndit et resolvit humano. **2** *de liquoribus, fluminibus sim.*: MANIL. 4, 606 hac ubi se primum porta mare fudit. PLIN. nat. 3, 6 modo in stagna se -ens *Anas amnis*. 5, 71 in lacum se -ndit *Iordanes*. 6, 130 in lacus Chaldaicos se -ndit *Tigris*. 11, 193 cum se -ndit in animum *virus*. COSMOGR. 1, 7 -unt se in flumen magnum *flumina*. 1, 9 -ndit se mari Oceano. *cf. p. 1565, 23*. HEGES. 5, 41 v. 33 petra solvitur ac sese -ndit in potus. **3** *de rebus incorporeis*: CIC. fin. 5, 66 iustitia ut ipsa se -et in ceteras virtutes. CLAVD. 24, 187 publica ... numquam tanto se gratia fudit assensu. **B** *de animalibus*: VERG. Aen. 12, 122 plenis agmina se -unt portis. VAL. FL. 1, 610 -unt se carcere laeti Thraces equi. 2, 661 utinam ... se ratibus -at manus. SIL. 6, 648 Palladios se -ndit in agros *Hannibal*. MACR. sat. 6, 4, 3 glomeratim ingredientes in sedilia se -unt.

A *strictiore sensu*: *i. q. insanire, morbo comitiali insania furore corripi, lymphari, mente captum esse* (GLOSS. II 363, 27 -o: *λυσσῶ*. V 105, 26 -ui: furorem passus sum): 1 *generatim*: TRAG. inc. 57 -ere assimulare . . . institit *Vlixes* (*cf.* CIC. off. 1, 108 *Solon* -ere se simulavit. SEN. Herc. O. 429 donec -entem *Hercules* simulet). CIC. Verr. 5, 39 usque eo commotus est, ut . . . insanire omnibus ac -ere videretur (CAPITOL. Gord. 13, 4 *al.*). Cael. 60 -ere incipientem (QVINT. decl. 290 p. 158, 9. 314 p. 232, 8 IVV. 6, 614 PROC. dig. 41, 2, 27 IVLIAN. dig. 4, 8, 47, 1. VLP. dig. 43, 26, 6 pr. si -ere coeperit vel decesserit. *saepe apud* ICTOS. *cf. l. 50. 55*). har. resp. 39 qui -entes *in tragoediis* inducuntur. *ibid.* tum baccharis, tum -is. Pis. 47 quid est aliud -ere? non cognoscere homines *eqs.* 50 si non acerrime -ret (*cf. ibid.* si mentis esset suae). ac. 2, 52 *insani* incipientes -ere. 2, 90. Tusc. 3, 11 Alcmaeonem, Aiacem, Orestem -ere dicimus. div. 1, 81 Aristoteles . . . eos etiam, qui valetudinis vitio -rent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens. Ov. met. 15, 321 *aquas* siquis faucibus hausit, . . . -it (*cf.* fast. 2, 365. 366 qui bibit inde, -it. PAVL. FEST. p. 95 qui ex eo biberint, in hoc -ere incipiant, ut *eqs.*). fast. 4, 233 *Attis* -it. PAVL. FEST. p. 120 -endi non fecisse finem. SEN. contr. 2, 1, 31 ⟨si perseverav⟩erint -ere (*opp.* si emendati fuerint). 2, 3, 12 dementiae non posse agi nisi cum eo, qui morbo -ret. SEN. Herc. f. 109 vobis prius insaniendum est — Iuno, cur nondum -is? Phoen. 427 vadit -enti similis aut etiam -it. Herc. O. 1452 *de Hercule.* dial. 7, 12, 1 hilarem insaniam insanire ac per risum -ere. epist. 114, 3 si -it aut, quod furori simile est, irascitur (*cf. l. 67*) *al.* CVRT. 9, 8, 7 -ere clamitantes. LVCAN. 7, 780 cum -ret Pentheus aut cum desisset Agave. PETRON. 3, 2 cum insanientibus -ere (*proverbialiter cf. p. 1624, 17*). QVINT. decl. 256 p. 48, 10 -ere et agi dementia. IVLIAN. dig. 39, 5, 2, 6 sive -ente eo sive mortuo. VLP. dig. 23, 2, 9, 1 si pater -it, avus sapiat. *al.* ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 14 quid est . . . aliud irasci quam insanire, quam -ere (*cf. supra l. 62*)? VVLG. I reg. 21, 15 ut -ret (*ἐπιλημπτεύεσθαι*) me praesente. *al.* *in ebrietate*: VVLG. Os. 7, 5 coeperunt principes -ere (*θυμοῦσθαι*) a vino. *inde explicandum* (*cf. l. 73 sqq.*): MART. 10, 19, 19 cum -it Lyaeus, cum regnat rosa.

2 *speciatim*: *i. q. bacchari, passim cum furore vagari* (PROB. Verg. georg. 2, 2 bacchari est -ere): *de bacchantibus*: CATVLL. 64, 254 passim lymphata mente -bant euhoe bacchantes euhoe capita inflectentes. MART. 11, 84, 4 cum -it ad Phrygios enthea turba modos. AVG. civ. 3, 31 p. 143, 29 D. sacrificabatur, ludebatur, -batur in templis. CLAVD. 8, 605 dubitassent orgia Bacchi, cui -rent. *de furiis*: PROP. 3, 5, 40 Tisiphones atro si -it angue caput. *de hominibus more bacchantium vagis*: VERG. Aen. 2, 771 tectis (SERV. per tecta) urbis sine fine -enti (ruenti *P*). 7, 377 -it lymphata per urbem. *sensu stoico i. q. delirare, desipere, inepte loqui vel agere*: HOR. sat. 2, 3, 41 primum . . . inquiram, quid sit -ere (*v. totum locum*). ars 472 certe -it *poeta*. LIV. 35, 31, 15 suo quemque periculo -ere. VELL. 2, 107, 2 -it iuventus, quae cum vestrum numen absentium colat, praesentium . . . arma metuit. SEN. epist. 79, 14 quamdiu videbatur -ere Democritus! MART. 6, 84, 2 hunc tu si sanum credis, . . . -is. *de vatibus et poetis i. q. divino quodam furore incitari*: CIC. ac. 2, 14 physici . . . quasi mente incitati, Empedocles quidem ut interdum mihi -ere videatur (2, 74). HOR. sat. 2, 5, 58 num -is, *Tiresia*? BVC. Eins. 1, 25 carminibus virgo -it et canit ore coacto. STAT. Theb. 7, 679 utinam ipse (SCHOL. Liber, in cuius honorem furibundus advenis) veniret, cui -is. PLIN. epist. 7, 4, 10 poetis -ere (*ed. Ald.*, fruere *vel* fuere *codd.*) concessum est. PORPH. Hor. carm. 1, 16, 1 non magis . . . Apollinis numine instinctos -ere, quam eos qui iracundia sint incitati. *de Medea artem magicam adhibente*: SEN. Med. 673 vidi -em saepe et aggressam deos, caelum trahentem. *sim.: de oratoribus nimis inflammatis, tumultuosis*: CIC. Brut. 233 *Fimbria* omnia magna voce dicens verborum sane bonorum cursu quodam incitato ita -bat . . . , ut *eqs.* 276 quod eos, quorum altior oratio actioque esset ardentior, -ere atque bacchari arbitraretur. orat. 99 -ere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur.

B *latiore sensu i. q. affectibus nimis concitatis quasi insanire, nimis efferri*: 1 *de animantibus: in administranda re publica i. q. rebus novandis studere, tumultus cogitare*: CIC. Catil. 2, 20 desinant -ere ac proscriptiones et dictaturas cogitare. de orat. 2, 91 qui nunc etiam amissa voce -it in re publica, Fufius. Phil. 3, 31 nec ruere demens nec -ere desinit. Att. 2, 22, 1 volitat, -it, nihil habet certi. 7, 8, 4 sin autem ille -ret. LIV. 5, 25, 4 -ere civitatem. 22, 39, 6 ille consul demum et in provincia et ad exercitum coepit -ere. VELL. 2, 66, 1 -ente . . . Antonio simulque Lepido. *de militibus seditiosis*: FRONTIN. strat. 1, 9, 2 cum legiones . . . perniciosa seditione -rent (2, 5, 18). *apud Christianos de haereticis*: COD. Theod. 16, 5, 38 (*a. 405*) -ere non desinunt. *efferri laetitia, gaudio*: HOR. carm. 2, 7, 28 recepto dulce mihi -ere est amico. *praesertim amore*: Ov. fast. 2, 762 caeco raptus amore -it. SEN. Ag. 189 amore Phrygiae vatis incensus -it. CALP. ecl. 6, 88 quid -itis, quo (quae *dett.*) vos insania tendere iussit? VAL. FL. 2, 146 -it et captae indigno famulatur amore. 7, 315 quem propter -it *Medea*. DRAC. satisf. 227 non -it in venerem . . . iuvenis. *metu, timore*: CIC. Phil. 2, 68 necesse est . . . perterritum te de somno excitari, -ere etiam saepe vigilantem. *singulariter*: MART. 8, 59, 6 tunc -it *conviva furacissimus*. *ira, iracundia, rabie, luctu, dolore concitari, permoveri* (GLOSS. IV 345, 45 -it: saevit, irascitur, insanitur. IV 520, 41 fremit): CIC. Att. 4, 3, 3 Sestius -ere. 11, 9, 2. LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 -ere eos *Rhodios* inveni (*om. M*). VERG. Aen. 2, 595 quid -is . . . ? 10, 385. 801 -it (SERV. auct.: dolore scilicet) Aeneas. 12, 607 cetera circum turba -it. Ov. epist. 14, 93 quid -is, infelix? met. 3, 623. 11, 791. 13, 967. fast. 2, 177 laesa -it Iuno. LIV. 2, 27, 10 -ente Appio. 2, 54, 2 agrariae legis tribuniciis stimulis plebs -bat. 4, 44, 3. SEN. contr. 1, 1, 21 patrem non irasci tantum debere, sed -ere. SEN. Herc. f. 1254 quisquis in toto -it rex saevus orbe. Med. 445 -it, fert odia prae se: totus in vultu est dolor. Oed. 970 saevitque frustra plusque quam satis est -it. Phaedr. 1124 minor in parvis Fortuna -it. Phoen. 41 Herc. O. 250. clem. 1, 5, 5 muliebre est -ere in ira. epist. 95, 30 non privatim solum, sed publice -imus. VAL. FL. 4, 5 solisque -it Tirynthius oris. STAT. Theb. 3, 125. 11, 630 -it inde senex. MART. 1, 68, 8. 8, 61, 1 livet Charinus, rumpitur, -it. TAC. hist. 3, 83 civitatem et -ere crederes et lascivire. ARNOB. nat. 3, 16 p. 123, 12 non insanire, non -ere *deos remini? al.* PS. RVFIN. in Am. 1, 11/12 p. 1063^{A} ita -uit quasi celeriter desiturus. *al.* DRAC. Orest. 809. *cupiditate pugnandi*: VERG. Aen. 7, 625 pars arduus altis pulverulentus equis -it. 10, 544 Dardanides contra -it. Ov. met. 3, 122 exemploque pari -it omnis turba. 5, 170. LVCAN. 10, 413 acies . . . more -it patrio. SIL. 1, 429 Hannibal . . . passim -it et quatit ensem. 2, 633 medios inter coetus. 5, 276 -it et diffulminat . . . turbam. 10, 27 -ere . . . et saevire iuvat. HOMER. 403 dumque -it (ferit *e cod. Utr. Vollmer*) sternitque viros. 773 STAT. Theb. 6, 809. 810. 9, 393. FLOR. epit. 1, 16, 12 ultionem flagitans miles . . . strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam -it (*Rehd.*, fuit *codd. mell.*).

de bestiis (*praesertim ira, cupiditate pugnandi. cf. p. 1625, 84*): VERG. georg. 3, 100 *equus senior* siquando ad proelia (*sc. amoris*) ventumst, ut quondam in stipulis magnis sine viribus ignis, incassum -it. CVLEX 179 -it *serpens* stridoribus (SEN. Phoen. 317. SIL. 6, 253 irā. STAT. Theb. 5, 521 siccique nocens -it igne veneni *serpens*). Ov. met. 3, 83 -it *draco* (VAL. FL. 7, 528 vacuo -it ore per auras). 13, 547 utque -it catulo lactente orbata leaena. SEN. Ag. 894 ut . . . aper . . . in cassum -it. VAL. FL. 7, 581 *taurus* cunctatus paulum subito -it. DRAC. satisf. 140 *leo*.

2 *de rebus*: a *de motu vehementi rerum corporearum*: LVCR. 6, 111 *carbasus* interdum perscissa -it petulantibus auris. 6, 1045 exultare . . . ferrea vidi et ramenta simul ferri -ere. AETNA 530 lapides . . . -ere accensos. SEN. dial. 6, 26, 4 nulla hic arma mutuis -ere concursibus. SIL. 2, 657 -it ensis et ignis. *de igni* (*cf. l. 70*): LVCR. 2, 593 eximi⟨i⟩s . . . -it ignibus impetus Aetnae. VERG. Aen. 2, 759 exuperant flammae, -it aestus ad auras. 5, 662 (*metonymice*) -it immissis Vulcanus habenis transtra per et remos.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. Herc. f. 106 qui caminis ignis Aetnaeis -it (Med. 886 per omnem regiae partem. Herc. O. 285 in caelum. SIL. 2, 657). Herc. O. 1958 cum plurimus in caelum -ret flammae metus. LVCAN. 1, 155 fulmen ... in sua templa -it. 10, 447 flamma. AVSON. 438, 1 -it vis ignea Martis. *sim.*: HOR. carm. 3, 29, 18 iam Procyon -it et stella vesani Leonis. STAT. Theb. 11, 238 -it per viscera Nessus (*i. venenum*). *de aestu, undis sim.*: VERG. Aen. 1, 107 -it aestus harenis (VAL. FL. 2, 614 brevibus -it aestus aquis). 7, 464 exultantque aestu latices, -it intus aquai ... atque ... exuberat amnis (STAT. Theb. 7, 320 AVIEN. orb. terr. 1277). SEN. nat. 3, 30, 7 terra pelagus stare aut intra terminos suos -ere coget (AVIEN. orb. terr. 294). CVRT. 4, 2, 16 fretum ... acrius -ere. LVCAN. 5, 599 pontus. SIL. 4, 640 -it unda sonoris verticibus (14, 144 Euripi. DRAC. laud. dei 1, 298 maris). 13, 567 Cocytos sanguinis atri verticibus -it et spumanti gurgite fertur. 13, 837 fornacibus atris fons rapidus -it. AVIEN. Arat. 1076 *oceanus* Atlantei vel qua -it aequoris aestu. 1397 sali -it implacabilis horror. orb. terr. 466 Hellespontus. 643. *de tempestate, ventis sim.*: VERG. Aen. 5, 694 tempestas sine more -it. SEN. nat. 6, 14, 4 *spiritus* illic -it et hoc atque illo circumagitur (PETRON. 120 vs. 70 spiritus, extra qui -it effusus). PLIN. nat. 2, 133 *typhon* dum -it. 2, 155 aër densatur nubibus, -it procellis. SIL. 8, 663 turbinibus -it insanis ... ventus (CLAVD. rapt. Pros. 1, 174). COMM. instr. 2, 2, 13 -et (*C*, -it *al.*) ira caelestis (*fort. ex Is. 13, 13, cf. l. 26*). LACT. Phoen. 21 vis -it horrida venti. DRAC. laud. dei 1, 191 -it illic turbo procellis. *sim.*: ITALA Is. 13, 13 (Hier. in Is. 13, 13 p. 242) caelum ... -iet (θυμωθήσεται, VVLG. *aliter*) et terra movebitur (HIER. *ad l.* μετωνυμικῶς accipiendum pro his qui versantur in caelo). **b** *de affectibus*: VERG. georg. 3, 457 dolor balantum ... cum -it (SER. SAMM. 399 insanum [*Burmann*, insanus *codd.*] -it). OV. met. 8, 828 -it ardor edendi. VELL. 2, 47, 3 in gladios caedisque civium -ente (*i. vehementer intendente*) ambitu. OCTAVIA 189 iuvenilis ardor impetu primo -it. SEN. dial. 5, 3, 6 per quae -it *ira* (5, 19, 5 viritim -it. VEN. FORT. carm. 4, 12, 3 -it ira necis. *cf. l. 23*). PLIN. nat. 34, 6 mireque circa id (*aes Corinthium*) multorum affectatio -it. SIL. 13, 392 pietas irata sinistris caelicolis -it. STAT. Theb. 12, 457 animosa ... leti spes -it. RVT. NAM. 1, 362 auri flagitiis ambitus ipse -it. *nota*: AMM. 26, 10, 17 elementorum -ente discordia. *de clamore sim.*: STAT. Theb. 6, 625 -it undique clamor dissonus (MART. 9, 68, 7). PLIN. nat. 2, 193 *sono* -ente (*Detlefs.*, fervente *codd.*) contra solida. CLAVD. carm. min. 9, 28 tantus ... strepitus -et. SEDVL. carm. pasch. 1, 212 -uerunt iussa tyranni. *per enallagen*: VERG. georg. 3, 150 -it mugitibus aether (SERV. auct. *ad l.* poetice convertit *eqs.*). PETRON. 122 vs. 134 armorum strepitu caelum -it. *etiam audacius*: MART. 8, 55, 2 innumero quotiens silva leone -it. *de bellis sim.*: SEN. clem. 1, 25, 3 *pernicies* quod late -ere coepit. SIL. 7, 41 vicino Marte -bat ad portas bellum. LACT. inst. 1, 20, 25 publice bellis saevientibus, privatim vero inimicitiis usque ad sanguinem -entibus. CORIPP. Ioh. 2, 298 pectore pugna -it. PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 15 in qua *regione* persecutionis tempestas turbulentius -ret. CARM. epigr. 1391, 4 (*Romae, a. 607*) quid victa -is, *mors*, nil nocitura piis.

structurae: *accedit ablat. (cf. p. 1623, 58. 1624, 72 al.):* *affectuum*: CIC. Verr. 3, 92 dolore ardere atque iracundia -ere coepit. Mil 26 qua spe -ret Milone vivo. de orat. 2, 193 quin mihi Telamo iratus -ere luctu filii videretur. OV. met. 12, 478 dolore. MANIL. 4, 79 -it alter amore (SEN. Phaedr. 645 AVSON. 96, 1 SERV. Aen. 1, 41). SEN. contr. 9, 6 (29), 20 cum ira, cum odio -re⟨m⟩ (SEN. Oed. 957. benef. 7, 19, 8 nec ira, sed aviditate quadam saeviendi -it [*edd.*, fuerit *codd.*]. SERV. Aen. 1, 41). VAL. MAX. 5, 1, 3 publica impietate -ere. SIL. 16, 328 hic studio -it acris equi, -it ille magistri. TAC. hist. 4, 55 proclamant -ere discordiis populum R. PS. RVFIN. in Am. 3, 9/10 quibus ... plebs ... squaleat sordibus -iatque criminibus. AVG. c. Pelag. 1, 1, 2 rabies, qua -iunt ..., sanetur. *adde*: SEN. Phoen. 484 -ere si bello placet. STAT. Theb. 9, 303 ense -it. *causae, qua affectus concitantur*: CIC. Pis. 78 Torquatus ... -bat contumacia responsi tui. VERG. Aen. 11, 638 quo sonipes ictu -it arduus. SEN. Phoen. 302 regno pectus attonitum -it. PLIN. nat. 33, 147 copia argenti ... -it vita. TERT. spect. 16 quibus circus -it. *aliquo i. q. amore alicuius flagrare*: HOR. epod. 11, 6 Inachiā -ere. *sim.* in *aliquo*: QVINT. decl. 289 p. 157, 15 filiam, in qua pater -bat. *alicui i. q. saevire, furorem exhibere; aliter p. 1624, 8*: STAT. Theb. 10, 753 pugnantibus idem supplicibusque -it. 12, 444 cui -itis? APVL. apol. 52 Thallus sibi, tu etiam aliis -is. ARATOR act. 2, 1171 cui pelagus tellusque -unt. *aliquid*: VERG. Aen. 12, 680 hunc ... -ere ... furorem (SERV. *ad l.* figura antiqua ut ... 'dolet dolorem'. *cf.* ARVS. gramm. VII 474, 20). LIV. 8, 31, 4 id -ere, id aegre pati, quod *eqs.* (*cf. p. 1626, 18*). DRAC. Romul. 9, 143 quidquid in hoste -is. STAT. Theb. 9, 5 praecipuum tunc caedis opus, Gradive, -bas (ferebas *P*). *acc. neutr. adi. quasi adv.* (*cf. l. 29 et p. 1628, 72*): CYPR. GALL. iud. 649 excitus immane -it *Samson*. *accedunt praepos.* (*cf.* ab *p. 1623, 70*; ex *p. 1626, 20*), propter *p. 1624, 35*, circa *supra l. 34*): CIC. Att. 14, 19, 2 Pansa -ere videtur de Clodio itemque de Deiotaro (EVGRAPH. Ter. Hec. praef. p. 259, 20 *ubi praepositionem om. B*). OV. met. 14, 451 pactaque -it pro coniuge Turnus. SEN. nat. 5, 18, 10 intra orbem suum -ere. VERG. Aen. 9, 549 ut fera ... contra tela -it. LIV. 8, 27, 2 ira atque invidia in Romanos -ere eo etiam, quod *eqs.* SEN. Thy. 739 in quem -ret. Tro. 914 in me victor et victus -it. Herc. O. 420. dial. 5, 1, 3 in occurrentia ob iter. 6, 2, 5. CVRT. 8, 14, 16 in suos acrius -it. LVCAN. 5, 319 in absentem voltu dextraque -bas. VAL. FL. 4, 151 in advectos. 6, 616. HOMER. 424 in Teucros armis -it alter Atrides. TERT. spect. 27 diabolus in ecclesiam. CARM. adv. Marc. 2, 30 -iebat in extima verba. ANTH. 412, 10 inque tuam rabiem publica Musa -it. PANEG. 3 (11), 17, 1 -it in viscera sua gens effrena. *cf. p. 1624, 36. 1625, 2. 4.* SEN. contr. 1, 7, 14 te morbo quodam adversus tuos -ere. SVET. Tib. 61, 1 -ere adversus liberos. VVLG. Is. 37, 29 cum -res (ἐθυμώθης) adversum me. *sequente acc. c. inf. vel enuntiato c.* quod *i. q. saevire, irasci*: CIC. Cluent. 177 -ere crudelis ... mulier ... sibi nequaquam ut sperasset ... procedere. ad Q. fr. 2, 1, 3 -bat a Racilio se ... vexatum. CAEL. Cic. epist. 8, 14, 1 -it tam gavisos homines suum dolorem. SEN. Med. 597 -it vinci dominus profundi regna secunda. OCTAVIA 362 -it ereptam pelagoque dolet vivere matrem. FLOR. epit. 4, 4, 1 Antonius praelatum sibi Octavium -ens. LIV. 8, 31, 2 -ere, quod ... res publica egregie gesta esset (*cf. l. 1 et p. 1625, 75*). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 4 ex hoc -entes, quod *eqs.* *i. q. ardenter cupere*: HOR. carm. 1, 15, 27 -it te reperire atrox Tydides. STAT. Theb. 9, 843 comitesque odisse Dianae inde -it (*sed dubium, an inf. huc referendus*). 11, 356. ANTH. 844, 2 phalanx patulis exire ruinis dum -it. DRAC. laud. dei 2, 323 -it impia mater conceptus damnare. *de re personata*: SEN. Ag. 65 aequor -it alternos volvere fluctus. *singulariter*: SIL. 7, 504 fama -it (*i. rapide fertur*) versos hostis *eqs.*

syn. et iuxta posita: *ad A*: bacchari (*v. l. 79. p. 1623, 47. 73. 1624, 17 sq.*), dementia agi (*v. p. 1623, 65*), desipere (HOR. sat. 2, 3, 47 IVV. 6, 612 *al.*), insanire (*v. p. 1623, 42. 59. 64 al.*). *ad B*: ardere dolore (CIC. Verr. 3, 92), dolere (*v. supra l. 17*), exultare (*v. p. 1624, 79. 1625, 8*), exuberare (*v. p. 1625, 9*), irasci (*v. p. 1624, 47. nota p. 1623, 62. 67*), saevire (*v. p. 1624, 50. 63 al.*). *opp.: ad A*: compotem mentis esse (VLP. dig. 24, 3, 22, 7), suae mentis esse (*v. p. 1623, 49*), sapere (*v. p. 1623, 67* TERT. anim. 45).

deriv.: furia, furiax, furibundus, furiolus, furor.

comp.: de-, inter-, per-, praefuro.

part. praes. pro adi. ✖**furēns**, -tis. *compar.*: [SEN. contr. 2, 1, 15 *coni. Novák, Gertz*] CLAVD. 11, 26. *abl. sing. in* -ĕ: CIC. div. 1, 4 LIV. 2, 27, 10 VELL. 2, 47, 3. 2, 66, 1 SEN. Med. 864 Herc. O. 273 *al.* *in* -i *traditur*: CIC. carm. frg. 3, 28 STAT. Theb. 8, 660 CLAVD. 5, 233. *metro probatur*: CATVLL. 63, 4 DIRAE 57. *genet. plur. in* -ium *inde a* CIC. *in* -um (*semper in fine hexametri*): VERG. Aen. 11, 838 LVCAN. 1, 250. 4, 26 SIL. 13, 344. 14, 108 STAT. Theb. 10, 723. 11, 440 AVSON. Mos. 292 PROSP. carm. de ingrat. 783. *saepe nude ponitur subst. vice.* *de differentia inter* furibundus *et* -s *cf.* ISID. diff. 1, 554, *inter* furiosus *et* -s ISID. diff. 1, 212 DIFF. ed. Beck p. 59, 40.

A ***strictiore sensu:*** *i. q. insanus, vecors, amens, lymphatus, mente captus, delirus* (GLOSS. II 363, 63 μαινόμενος): **1** *generatim*: CIC. Cael. 60 -i fratri suo (*i. Clodio. cf. p. 1627, 11*). de orat. 3, 55 virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus ..., -bus quaedam arma dederimus (*proverbialiter. cf.* VLP. dig. 9, 2, 7, 6). div. 1, 118 *signa* alia in -ium vocibus (2, 16). EPICED. Drusi 317 quo raperis laniata comas similisque -i? (SEN. Herc. f. 1009 Phoen. 427 Herc. O. 240. nat. 6, 29, 2 similisque est -is quisquis timet. CVRT. 10, 5, 8 FLOR. epit. 4, 2, 82 Verg. p. 184, 22 *al.* *sim.*: PETRON. 82, 1 -isque more [EVGRAPH. Ter. Eun. 797]. IVST. 13, 6, 17 exemplo -ium). SEN. contr. exc. 3, 7 filio -i et membra sua lanianti. SEN. Herc. f. 1005. 1053. dial. 3, 1, 3 -ium certa indicia sunt audax ... voltus *eqs.* PLIN. nat. 25, 47 sanasse Proetidas -es. 28, 98. 30, 95 VLP. dig. 24, 3, 22, 7 ANTH. 412, 5. AVSON. 226, 4 Orestes. AVG. civ. 6, 10 p. 268, 18 D. PHYSIOGN. 15, 4 nulla existente furoris causa -i habere proximum vultum. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 152. 153 -s strictura afficiatur, manifestum ... est. CIC. div. 1, 4 cum duobus modis animi ... motu ipsi suo soluto et libero incitarentur, uno -e, altero somniante. **2** *speciatim:* *de bacchantibus i. q. cum furore vagus* (GLOSS. IV 79, 39. 520, 40 cum impetu ruentes, id est lymphati. V 499, 10 evantis: -es bacchantes): OV. met. 3, 716 ruit omnis in unum turba -s. SEN. Herc. f. 758 errant -es impiae Cadmeides. Oed. 1005 Iocasta vecors, qualis attonita et -s *Agave*. FIRM. err. 6 p. 17, 10 (*ibid.* mente captas). IVV. 6, 511 -is Bellonae matrisque deum chorus. *sim. de hominibus vagis*: VERG. Aen. 4, 42 lateque -es Barcaei. *sensu stoico i. q. delirus, demens, fatuus*: SIL. 14, 108 nec turba -um defit, quae neutro sociari foedere malit. *de vatibus et poetis i. q. deo plenus (cf. l. 83), entheus, divino furore tactus*: CIC. div. 1, 85 Cassandra -s futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat (*cf.* VERG. Aen. 2, 345 sponsae ... -is [SERV. vaticinantis]. OV. epist. 5, 121 SEN. Ag. 199. 724 cui bacchor -s [*verba Cassandrae*]. Tro. 34 Phoebas ore lymphato -s). 2, 110 *versus Sibylla* -s fudisse dicitur (VERG. Aen. 6, 100. LACT. inst. 7, 24, 2 vaticinans -sque). 2, 111. 112 hoc scriptoris est, non -is, adhibentis diligentiam, non insani. VERG. Aen. 6, 262 *Hecate* -s (SERV. deo plena: aut certe similis -i). STAT. Theb. 10, 723 vatum exorsa -um. MIN. FEL. 27, 3. *nota sensu ambiguo*: PHAEDR. app.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 16 concidit virgo (*sc. Pythia*) -s. -s profecto, namque dixit perditis. CIC. carm. frg. 3, 28 vates oracla -i pectore fundebant. div. 2, 111 id certe magis est attenti animi quam -is (PETRON. 118, 6 potius -is animi vaticinatio ... quam religiosae orationis ... fides). *apud Christianos i. q. daemoniacus, arrepticius*: SVLP. SEV. Mart. 17, 5 Martinus se -i obiecit. *de oratoribus, rhetoribus*: QVINT. inst. 2, 12, 9 *oratores* multo discursu ... motu capitis -es (*BP*, frequentes *A*).

B *latiore sensu i. q. affectibus nimis indulgens*: **1** *de animantibus*: **a** *i. q. rerum novarum cupidus, turbulentus, acer, audax*: CIC. dom. 113 tribuno -i. har. resp. 1 hominem (*sc. Clodium. cf. p. 1626, 50*) -em exultantemque continui. 4 adulescentis -is. Phil. 2, 68 quamvis sis, ut es, violentus et -s. 5, 23 ille -s. 10, 11 -is hominis conatum atque audaciam. 11, 4 impetumque -is atque omnia divexare ac diripere cupientis. 11, 7 -is introitum Dolabellae. 14, 33 -em Antonium. leg. 3, 26 multitudinis -is ... invidia. LVCAN. 2, 551 *Caesari*. TAC. hist. 4, 70 *Valentinus* -s cunctaque rursus in turbas ... conversurus. FIRM. math. 4, 7, 1 -es animos et concitatos (MAXIMIN. c. Ambr. 96 -es animos ... lenire). *de deorum contemptoribus*: VAL. FL. 1, 662 Salmoneus, nondum ille -s, cum fingeret ... tela Iovis. STAT. Theb. 3, 618 *Capaneum* (10, 907). *apud Christianos de haereticis et paganis*: TERT. adv. Marc. 3, 1 p. 377, 25. FILASTR. 75, 1 insanis mentibus more gentilium -es (*ibid.* insanientes potius et bacchantes). MAXIMIN. c. Ambr. 95 aemula dissensione -i congregationi. PROSP. carm. de ingrat. 783. *de militibus seditiosis*: TAC. hist. 1, 9 *legato* ne quieto quidem milite regimen: adeo -es ... accendebantur. ann. 1, 35. 40 inter -es et omnis humani iuris violatores. 1, 42. **b** *amore, libidine quasi demens, vecors*: VERG. Aen. 1, 659 donisque -em incendat reginam (*proleptice, cf.* SERV. incendat et -ere faciat. *sim.*: 4, 298. 7, 350). 4, 65 quid vota -em ... iuvant? 4, 69 Dido tota ... vagatur urbe -s. 4, 283 reginam ... -em. 4, 465. 548. 5, 6 femina. 11, 486 cingitur ipse -s (SERV. amore Laviniae) certatim in proelia Turnus. CVLEX 272 nec timuit Phlegethonta -s *Orpheus*. HOR. carm. 1, 13, 11 puer -s (SCHOL. scilicet impatientia amoris) impressit ... notam. SEN. Phaedr. 711. Herc. O. 273 utere -e. PETRON. 108, 14 vs. 4 Medea -s. VAL. FL. 2, 191 -s festinaque coniunx. 7, 337 sese mirata -em est *Medea*. NEMES. ecl. 4, 7 lusere -es. CLAVD. carm. min. 30, 31 Penelope trahat arte procos fallatque -es. TAB. devot. Audollent 265 A 6 faciatis Victoria⟨m⟩ ... amante⟨m⟩ -e⟨m⟩ pre amore meo. 270, 6 *ουραθουρ φουρενς*. SEN. Phaedr. 112 quo tendis anime? quid -s saltus amas? *expresse*: MART. 11, 50, 1 quā *hora* non me, Phylli, -em despolies. **c** *ira, rabie, dolore percitus, commotus* (COMMENT. Lucan. 7, 797 ferox. GLOSS. V 552, 16 -i: nimium dolenti): CIC. Tusc. 4, 54 iracundus non semper iratus est; lacesse: iam videbis -em. ad Q. fr. 2, 3, 2 -s et exanguis. VERG. Aen. 2, 613 Iuno ... saevissima portas prima tenet sociumque -s a navibus agmen ferro accincta vocat (SERV. irascens). 3, 313 -i (SERV. insolabiliter et impatienter dolenti). 11, 709 -s acrique accensa dolore. MORET. 108 -s dicit convicia fumo. HOR. sat. 2, 7, 66 dominoque -i committes rem omnem. carm. 1, 16, 25 me ... fervor ... in celeres iambos misit -em (SCHOL. scilicet propter iram). TIB. 1, 5, 53 *lena* fame stimulante -s. SEN. Ag. 552 *Aiax*. Thy. 682. Herc. O. 1668 in luctum -s diduxit avidum pectus. 1930 vaesana -s. dial. 3, 16, 5 non -s nec infestus (*ibid.* iratus). 3, 18, 4. 5, 6, 2 traditus dolori et -s. OCTAVIA 163 Erinys saeva ... -s. LVCAN. 5, 157 Appius. PETRON. 105, 4 nautae. PLIN. nat. 7, 56 a -e increpitus Antonio est. VAL. FL. 1, 318 SIL. 5, 106. 12, 267. 281 STAT. Theb. 5, 245. 281 *al.* MART. 7, 45, 7 domini -is iras. APVL. met. 4, 3. ARNOB. nat. 1, 42 p. 28, 9 inquiet aliquis -s iratus et percitus. *al.* RVFIN. hist. 5, 1, 27 -um saevitia (*ὀργιζόμενοι*). *passim*. *de animo*: OCTAVIA 99. PASS. Mar. Iac. 9 p. 58, 11 turbulentis et -bus animis. *de rebus personatis*: SEN. dial. 12 (11), 2, 7 *fortunam* sine ullo dilectu -em. TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 5 voluptates circi -is et caveae saevientis et scenae lascivientis. CARM. epigr. 773, 3 (*Treveris*) quem nec Tartarus -s nec poena saeva noceb⟨it⟩. **d** *cupiditate pugnandi agitatus*: VERG. georg. 2, 455 -is Centauros. Aen. 1, 491 Penthesilea -s (SERV. furor bellicus intellegitur. *v. totum locum*). 9, 688 diversa in parte -i. 10, 603 *Aeneas* torrentis aquae vel turbinis atri more -s. 11, 762 virgo. 11, 838 iuvenum in clamore -um. 11, 901. OV. met. 5, 13 quae te, germane, -em mens agit in facinus. SEN. Ag. 897 armat bipenni Tyndaris dextram -s. Herc. f. 120 regam -is arma. 968 Titanes. Phoen. 290. epist. 14, 12 -ium principum. LVCAN. 1, 68 quid in arma -em impulerit populum. 1, 116. 250 nos praeda -um ... sumus. 2, 249. 4, 26 arma -um. PETRON. 122 vs. 168 victores ite -es. VAL. FL. 1, 14 *Titum* in omni turre -em. 3, 71. 86 occupat arva -s. 4, 204. 6, 543. 719. 7, 640 SIL. 1, 545. 4, 250. 9, 138 -em Varronem. 9, 528 *Gradivus*. 10, 220 -is ... Pauli. 13, 344 corda -um. *al.* HOMER. 557 STAT. Theb. 3, 643. 5, 661. 6, 538. 778. 11, 196 mulcere -em. TAC. hist. 3, 71 -s miles. FLOR. epit. 1, 1, 14 AMM. 25, 4, 10 *al.* *de partibus corporum, animo*: LIV. 7, 33, 17 vesanosque vultus et -ia ora. SIL. 9, 386 manus. 12, 183 membris. LVCAN. 4, 505 -is et morti faciles animos. *de terris sim.*: PETRON. 124 vs. 247 turba deum terras exosa -es. VAL. FL. 4, 742 ira -is Bebryciae (5, 501). STAT. Theb. 3, 220 urbes. **e** *de bestiis i. q. acer, ferox, rapidus, pugnandi cupidus*: VARRO Men. 118 -em ecu-

leum. VERG. Aen. 11, 609 clamore -isque (*proleptice, cf. p. 1627, 29*) exhortantur equos (12, 332. PETRON. 134, 12 vs. 13 -es flectere Phoebus equos. STAT. Theb. 8, 660). SIL. 3, 703 flammam expirare -is cornipedes. OV. epist. 12, 163 tauros (STAT. Theb. 6, 866. PROB. Verg. georg. 3, 113/5 -em taurorum gregem). met. 8, 343 -i *apro* (APVL. met. 8, 5). SEN. Herc. f. 815 *Cerberus*. PLIN. nat. 11, 137 subrectae *sunt aures* -bus *iumentis*. VAL. FL. 2, 480 -i *monstro*. APVL. met. 7, 16 *asini* (7, 21). PANEG. 12 (2), 24, 6 impetum beluae -is.

2 *de rebus*: **a** *corporeis*: SEN. suas. 6, 6 vidimus -ia toto orbe civilia arma. LVCAN. 6, 300 gladios. CLAVD. 5, 233 mucrone -i (*cf. l. 56*). *de igni*: VERG. Aen. 4, 670 flammaeque -es (CLAVD. carm. min. app. 2, 122). AMM. 18, 7, 4 -is elementi vis. AETNA 274 Aetnaei montis fremitus animosque -is. SEN. Phaedr. 190 -es ... Aetnaeis iugis ... caminos. *sim.*: SIL. 15, 50 -is ardorem Cancri. *per enallagen*: AVSON. 413, 21 triplici -em ... Chimaeram incendio. *de tempestate, ventis sim.* (GLOSS. -bus austris: saevientibus ventis. IV 345, 43 -bus: rapidis [rabidis? *Goetz*]): ENN. ann. 594 -bus ventis (LVCR. 6, 687 *ventus* omnia circum saxa -s. VERG. Aen. 1, 51. 10, 37 SEN. dial. 10, 7, 10 nat. 5, 18, 11 COLVM. 10, 340 LVCAN. 5, 578 STAT. Theb. 12, 728). VERG. Aen. 2, 304 -bus austris. AETNA 299 summota -s torrentibus aura pugnat. 328 -s *spiritus* totā vomit igneus Aetnā. NVX 102 Boreae (*cf.* SEN. Phaedr. 937 Boreae minas ... -es). LVCAN. 9, 321 auster in sua regna -s (*cf. l. 34*). SIL. 14, 74 cauros (AVSON. Mos. 292). AMM. 17, 7, 3 magnitudo -ium ... procellarum (VEG. mil. 41 p. 160, 3). *sim.*: SIL. 3, 491 ventique -ia regna Alpina posuere domo. *de aestu, undis sim.* (*cf. p. 1627, 67*): VERG. Aen. 2, 498 cum spumeus amnis ... fertur in arva -s cumulo. DIRAE 57 -i ... ponto (MANIL. 5, 660 pontum vinclis armare -em). HOR. epist. 1, 11, 10 Neptunum ... -em. SEN. Phaedr. 1012 -s Ionius (*Bothe*, -i pontus *codd.*) exurgit sinus. LVCAN. 3, 195 cum ventis pelagique -bus undis (STAT. Theb. 9, 446). 6, 27 Ionium. 6, 274 cumulumque -em (frequentem *G*) undarum. SIL. 10, 320 Aufidus. STAT. silv. 1, 4, 122 aquas. IVST. 44, 4, 7 inter -es aestus (DRAC. laud. dei 2, 352 in sua regna -s. *cf. l. 23*). AVIEN. orb. terr. 49 pelago. **b** *incorporeis*: *de actione, statu, motu*: CIC. har. resp. 46 *Clodii* -is ac volaticos impetus (Phil. 3, 5). SEN. Med. 864 tigris ... cursu -e lustrat Gangeticum nemus. LVCAN. 7, 764 quos agitat vaesana quies somnique -es. *de morbis*: GRATT. 476 e⟨s⟩t morbo Liber medicina -i. PETRON. 119 vs. 55 veluti tabes tacitis concepta medullis intra membra -s. APVL. met. 10, 26 perniciem caecam totis visceribus -em. apol. 50. *de bello*: SIL. 7, 571 bella -ia. AMM. 31, 13, 1 Bellona (*i. bellum*) ... solito immanius -s. *de affectibus* (*cf. l. 13*): CIC. phil. frg. 10, 3 -em petulantiam consedisse. CATVLL. 63, 4 -i rabie. PHAEDR. 3, 10, 25 irae -is impetum (DRAC. laud. dei 2, 810 ira -s). SEN. Phaedr. 195 vitio -s ... libido. dial. 5, 3, 3 -i malo (*i. vitio*). OCTAVIA 432 saevit impietas -s. LVCAN. 10, 157 luxus inani ambitione -s. *cf.* PETRON. 120 vs. 86 censum in damna -em.

structurae: accedit abl.: affectuum effrenatorum: CIC. Catil. 2, 1 L. Catilinam -em audacia. Tusc. 5, 16 quem libidinibus inflammatum et -em videmus (nat. deor. 1, 42 et ira inflammatos et lubidine -is induxerunt deos. PS. AVR. VICT. epit. 11, 7). VERG. Aen. 8, 228 animis (*cf. l. 64*). 10, 577 tanto fervore -is. OV. met. 13, 322 morbisque ira que -em (LIV. 38, 31, 5. 40, 8, 20. 41, 10, 7. SEN. Herc. f. 820 canem ira -em [Oed. 580]. CVRT. 10, 9, 9 LVCAN. 7, 124 VAL. FL. 5, 268). LIV. 37, 32, 6 -bus desperatione ac rabie. VAL. MAX. 8, 9, 2 mucrones civilis profundendi sanguinis cupiditate (SEN. dial. 3, 1, 1) -es. SEN. Ag. 177 ardore sacrae virginis -s *Agamemno*. benef. 6, 31, 4 nimia aestimatione sui -em *Xerxen*. CVRT. 8, 1, 45 linguae intemperantia. LVCAN. 9, 147 iustaque -s pietate. PLIN. nat. 7, 56 animus ... contumelia -s. VAL. FL. 5, 426 amore (TAB. devot. Audollent 270, 10). SIL. 7, 146 dolore *al.* *sim.*: VERG. Aen. 2, 499 -em caede Neoptolemum (SEN. Tro. 446 SIL. 5, 173). SEN. Tro. 185 inter acies Marte violento -s *Achilles*. VAL. FL. 1, 144 ense -s ... Aeson. HOMER. 602 animis teloque -s Telamonius Aiax ... petit Hectora. *causae, qua affectus inflammantur*: VAL. MAX. 9, 3, 8 alitā miseriis rei publicae impotentiā -s. *in zeugmate*: VAL. FL. 6, 211 luctuque -s visuque Medores (*cf. Langen ad l.*). *loci vel limitationis*: CATVLL. 64, 124 *Ariadnen* ardenti corde -em. CLAVD. 11, 26 quis beluarum corde -ior. *sim. genet.*: VERG. Aen. 5, 202 -s animi (SERV. auct. figurate dixit. SIL. 10, 210 APVL. met. 6, 2 HEGES. 1, 38, 5. 5, 40 l. 14 SVLP. SEV. chron. 1, 15, 4). *accedit acc. neutr. adi. quasi adverb.*: VERG. Aen. 8, 489 infanda -em. SIL. 15, 452 vix credenda -em. STAT. Theb. 4, 533 inane -es Centauros. 7, 640 alterna -es. 12, 760 letale -s. IVVENC. 4, 194 servum ... incauta -em (*i. vesana incuria agentem*). PROSP. carm. de ingrat. 783 vana -um. PRISC. Anast. 79 per varios ... casus non fanda -es. CORIPP. Ioh. 3, 439 acerba -s (5, 345. 441. 6, 638. 8, 116). *praepositiones*: OV. met. 8, 391 -s contra sua fata ... Arcas. VELL. 2, 111, 4 intra se -s viribus hostis elanguesceret. SEN. contr. 1, 7, 8 prodigia ... inter se et ⟨in⟩ me ... -ia. SEN. dial. 5, 3, 2 homo in hominem -s. PANEG. 11 (3), 13, 1 in propria -es. CLAVD. 18, 184 servi rabies in libera terga -is. DRAC. laud. dei 3, 434 in sua membra -s (*cf. l. 23. 34. 40. 47*). *aliter*: COLVM. 6, 37, 1 genus admissarii -is in libidinem. LVCAN. 2, 439 Caesar in arma -s.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: *ad A*: insanus (ANTH. 412, 7 *al.*), mente captus (*v. p. 1626, 71*), phreneticus (PLIN. nat. 30, 95), vecors (*v. p. 1626, 70*). *ad B*: bacchans (MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 4 *cf. p. 1627, 24*), exultans (*v. p. 1627, 12*), inflammatus (*v. p. 1628, 50*), iratus (*v. p. 1627, 46. 54. 58*), percitus (*v. p. 1627, 59*), turbulentus (*v. p. 1627, 60*), vesanus (*v. p. 1627, 53. 80. 1628, 37*), violentus (*v. p. 1627, 13*). *opp.:* *ad A*: compos mentis (VLP. dig. 24, 3, 22, 7), emendatus (SEN. contr. 2, 1, 31), sanatus (QVINT. decl. 290 p. 158, 9), sanus (SEN. frg. 34 AVG. c. acad. 3, 11, 25), sapiens (*v. p. 1626, 77*). *ad B*: quietus (*v. p. 1627, 26*), sobrius (MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 4).

adv. **furenter**. *i. q. furentium, insanorum more*: SANTRA trag. 1 oppletum sono -r (furente *Bücheler*) ab omni parte (omni a parte *Ribb.*) bacchatur nemus. CIC. Att. 6, 1, 12 eum -r irasci. AMM. 26, 5, 7 -r agentes.

2. fūro, -ōnis *m.* [*a* fur *vel* furari. *Th.*]. ISID. orig. 12, 2, 39 -o a furvo dictus ... tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit et eicit praedam. GLOSS. III 90, 62 furio *αἴλουρος*. [*dub.*: III 431, 51 suro (*cod.*, sorex *David*, -o *Götz*) *γαλέαγρος*.] [*francog. vet.* furon, *hisp.* huron. *M.-L.*] *nomen bestiae*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 12 -o. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 81 (*deficiunt graeca*) cum non sit deterior asinus -bus et hircis et aliis, quae sunt apud eos dii. GLOSS. V 214, 18 capistrum. quod agnis aut -bus in caput imponitur. *i. q.* fur: DAMIG. lapid. 24 *optallium* -es usi sunt gestare.

3. fūro *v.* 2. furor.

fūrōnia fur deminutivum GLOSS. II 580, 58. furonia *κλέπτρια* 350, 30. [*cf.* 2. furo. *Th.*]

***1. furor,** -ōris *m.* [*a* furere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 127, 24 furo (unde furens) -r. EVTYCH. gramm. V 453, 13. EXC. Bob. gramm. I 551, 2 singularia semper sunt ... -r; pluraliter dicitur. *pluralis (tam de passionibus plurium, quam de renovatis affectibus singulorum) legitur apud poetas inde a* CATVLLO (*ter*) VERG. *passim; in prosa oratione apud* CIC. orat. phil. (*9ies*) LIV. 4, 2, 1 VAL. MAX. [9, 11 ext. 4] 9, 13, 3 SEN. epist. 17, 7. 68, 8 TAC. ann. 16, 28 FLOR. epit. 3, 12, 7 PANEG. 12 (2), 46, 1 SPART. Sept. Sev. 2, 1 ARNOB. nat. 2, 11. 7, 30 FIRM. math. 6, 29, 15 HIL. c. Const. 11 *al.* *legitur inde a* CIC. (*at cf. infra l. 59. p. 1630, 44*) CATVLLO, *adamatur* CIC. (*fere 180ies*) SEN. poet. (*70ies*) pedestr. (*50ies*) LVCAN. (*50ies*) SIL. (*55ies*) STAT. (*66ies*) ICTis (*60ies*) VVLG. vet. testam. (*ducenties*), *deest* NEP. VITR. MELAE PERS. FRONTINO. *trisyllabae formae ultimam hexametri sedem occupant exceptis* LVCR. 3, 828 VERG. Aen. 10, 63 SIL. 9, 464. 11, 66; *quadrisyllabae non nisi ante sextum pedem extant.* [*dub. vel corr.*: PACVV. trag. 393 -r *trad. pro* feror. LVCR. 6, 49 -e *Lambin. pro* favore (*cf.* OCTAVIA 786. 792. 827). SEN. suas. 2, 4 rumori (*Gronov.*, -i *cod.*) terga vertitis? VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 domestico sanguine manantis mucrones (*dubitanter coni. Kempf*, acies *Gertz*, -is *codd.*). PLIN. nat. 21, 178 *v. p. 1634, 38*. STAT. Theb. 2, 84 *v. l.* cruorem.] [*it.* furore, *francog.* fureur. *M.-L.*]

i. q. ***insania, vecordia, mentis alienatio***: **I** ***strictiore sensu:*** *i. q. morbus comitialis* (PAVL. FEST. p. 195 oestrum -r Graeco vocabulo. GLOSS. *λύσσα. μανία.* insania. II 24, 10 asilus. *οἰστρομανία.* *distinguitur ab insania sensu stoico*: CIC. Tusc. 3, 11 insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a -e disiungimus, ... quem nos -em, *μελαγχολίαν* illi *Graeci* vocant. *v. totum locum et cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 151. *aliter*: DIFF. gramm. suppl. p. 279, 13 -r temporale vitium est, insania perpetua. *cf.* ISID. diff. app. 30. DIFF. ed. Beck p. 56, 12 inter fervorem et -em): **A** *proprie*: **1** *generatim*: AMM. 15, 12, 4 *ebrietatem* -is voluntariam speciem esse Catonia sententia definivit. CIC. ac. 2, 48 sapientem in -e sustinere se ab omni assensu. 2, 88 quae essent sibi visa in -e. Tusc. 3, 11 -r in sapientem cadere possit, non possit insania. 4, 52 semper Arax fortis, fortissimus tamen in -e. LVCR. 3, 828 adde -em animi proprium. HOR. epist. 1, 2, 62 ira -r brevis est. OV. ars 2, 106 philtra nocent animis vimque -is habent (*cf.* SVET. Cal. 50, 2 PROB. Verg. georg. 3, 282 HIER. chron. a. Abr. 1630 *al.* GLOSS. V 297, 3 -r amatoris insania, quae de veneficiis [ventre ficis *cod.*] nascitur, quae viris ab uxori⟨bu⟩s propter au⟨g⟩mentum amori⟨s⟩ dari solent). met. 13, 43 aut verus -r ille *Vlixis* aut creditus esset. 13, 58 convicti nimium memor iste -is. SEN. contr. 1, 6, 9 beneficium esse quod iudicio detur, non quod -e aut morbo. CELS. 2, 7, 26 periculum affert primum -is, deinde interitus. *al.* SEN. Herc. f. 1049 vivis an leto dedit idem tuos qui misit ad mortem -r? 1098. 1240 -e cessit extinctus pudor. Herc. O. 823 non -r mentem abstulit. *al.* dial. 3, 13, 3 dic et phrenesin atque insaniam viribus necessariam, quia saepe validiores -r reddit (*cf. p. 1630, 30*). epist. 18, 15 ingentis irae exitus -r est. LVCAN. 3, 315 si caelicolis -r arma dedisset (*an trahendum ad II?*). PLIN. nat. 34, 140 Athamae. *al.* STAT. Theb. 7, 788 *Alcmaeonis*. MART. 3, 76, 3 hic, rogo, non -r est, non haec est mentula demens? QVINT. decl. 290 p. 158, 8 abdicans reductum ob -em. *al.* POMPON. dig. 26, 7, 61 quod per -em alicuius accidit. GAIVS dig. 23, 1, 8 -r ... sponsalibus impedimento sit. MEN. dig. 49, 16, 6, 7 -e ... mori maluit. VLP. dig. 26, 5, 8, 1 in -e aut dementia constitutus. PAVL. dig. 23, 2, 16, 2 -r contrahi matrimonium non sinit: *saepe* (*cf. Leonhard, PW. VII 380 sqq.; Daremberg-Saglio s. v.*). VVLG. Marc. 3, 21 in -em versus est (*ἐξέστη*). AVG. in psalm. 87, 7 -r ... non solet esse sanorum. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 144 *sqq.* SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 5 cum -is incommodo. COD. Iust. 3, 33, 12, 1 (*a. 530*) *al.* *de mente, animo* (*cf. l. 56. 57 al.*): SEN. contr. 2, 6 (14), 9 subito -e collapsam patri mentem. **2** *speciatim*: **a** *bacchantium, a daemone possessorum*: CATVLL. 63, 38. 92 procul a mea tuos sit -r omnis, era *Cybebe*, domo. CVLEX 110 tuo (*sc. Dianae*) ... victa -e Agave (*cf.* STAT. Theb. 3, 189). VAL. FL. 1, 727 infelix iam mille -bus Haemus. 3, 233 tunc ensis placeatque -r. STAT. Theb. 1, 328 Ogygiis ululata -bus antra. 2, 667 hic aliae caedes, alius -r. 4, 396. 7, 651 assuetum Bromio mutare -em. Ach. 1, 597 gratosque deo praestare -es. MART. 4, 43, 8 iuro per Berecynthios -es. APVL. apol. 52 Thalli. PORPH. Hor. carm. 3, 15, 8—10. PROB. Verg. georg. 2, 2 Bacchus vocatur a -e *eqs.* CLAVD. 18, 278 *al.* PAVL. NOL. carm. 19, 171 sacra celebrabat sociata libido -i. AVG. civ. 18, 13 p. 273, 20 D. Bacchae ... non tam virtute nobiles quam -e. **b** *somniantium, vaticinantium, poetarum sim.* (CIC. div. 1, 1 *vocem μαντικήν* Graeci, ut Plato interpretatur [*Phaedr. 244 E*], a -e duxerunt. 1, 66 *praesagitio* si exarsit acrius, -r appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. *cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 144 *ex definitione Platonis*. 1, 5, 150): CIC. de orat. 2, 194 poetam bonum neminem ... existere posse sine quodam afflatu quasi -is. div. 1, 4 -is divinationem Sibyllinis (*cf. l. 36*) maxime versibus contineri. 1, 5. 34. 67 ut vaticinari -r vera soleat. 1, 70 somnii et -is oracla (*cf.* MART. CAP. 5, 501). 1, 80 negat ... sine -e Democritus quemquam poetam magnum esse posse *eqs.* 1, 126 *al.* PROP. 3, 13, 65 *Cassandrae* (SEN. Ag. 720. 872. Tro. 977 -r ... Phoebusque. *al.*). SEN. dial. 10, 16, 5 poetarum -r. LVCAN. 1, 695 lasso iacuit deserta -e *vates*. 5, 118. 150. 184 vates Cumana ... indignata suum multis servire -em gentibus. LAVS Pis. 217 vires dabit ipse -r. STAT. Theb. 3, 648 tuus o -r auguret uni ista tibi. 12, 808 -r veniensque ... Apollo (*cf. l. 27*). Ach. 1, 525 oppositum vox eluctata -em est. 1, 536. silv. 2, 7, 76 cedet ... docti -r arduus Lucreti. TAC. ann. 14, 32 feminae in -em turbatae. TERT. anim. 3 Empedoclis -r. IVST. 43, 1, 8 *v. p. 1638, 14*. AVIEN. Arat. 67. SERV. auct. Aen. 3, 443 *genus* vaticinandi ... per -em ut Sibyllae (*cf. l. 23*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 5 iam -r humanos de nostro pectore sensus expulit. *al.* *sim. de oratoribus*: SEN. contr. 2, 1, 25 lenocinium ingeni -em putat. 9, 2 (25), 26 illi, qui tument, ... plus habent -is. 9, 2, 27 hoc genus -is. *al.*

B *per hyperbolen i. q. insipientia, dementia, stultitia, deliratio* (*secundum doctrinam stoicam. cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 144 Stoici duplicem -em dixerunt, alium insipientiae genus, quo omnem imprudentem insanire probant *eqs. sed cf.* CIC. Tusc. 3, 11 *p. 1629, 52*): PORPH. Hor. sat. 2, 3, 41 ostendit, quid sit -r, ut Lucilius (*cf. Marx ad 1178*). VERG. georg. 4, 495 quis et me ... et te perdidit, Orpheu, quis tantus -r (*cf.* 4, 488 dementia). OV. met. 3, 641 quid facis, o demens? quis te -r? trist. 4, 1, 37. Pont. 2, 3, 46 mea non minimum culpa -is habet. *al.* LIV. 7, 20, 5 consilio id magis quam -e lapsos fecisse ...? SEN. Herc. O. 439 quis iste -r? dial. 7, 27, 1. 11, 10, 6 nonne -r et ultimus mentium error est *eqs.*? STAT. Theb. 3, 662 nunc eat iste -r. *al.* VAL. CEM. hom. 5, 7 nimia taciturnitas stultitiae ascribitur, sicut et verborum nimietas ad -em refertur. *i. q. caecitas mentis, quae quasi poena a deis hominibus imponitur, ut ad superbiam, temeritatem progrediantur*: CIC. S. Rosc. 62 summus -r atque amentia (66). Verr. 2, 7 religiones ... violatae ... consistere eius (*sc. Verris*) animum sine -e atque amentia non sinunt. har. resp. 39 a dis ... quae potest homini maior esse poena -e atque dementia? Pis. 50 hic si mentis esset suae, nisi poenas patriae disque immortalibus ... -e atque insania penderet. *al.* LIV. 24, 22, 15 quoniam eum ... suus -r absumpsisset (37, 25, 12). 29, 18, 11 *al.* SIL. 15, 523 spernor contempta (*sc. Italia*) -e Sidoniae gentis. PANEG. 11 (3), 13, 2 huiusmodi -e vecordes (12 [2], 20, 4). IVST. 3, 6, 11 tantus -r Spartanorum erat, ut *eqs.* HIL. c. Const. 6 non est istud temeritas, sed fides ... neque -r, sed fiducia. VVLG. deut. 28, 28 percutiat te dominus amentia et caecitate ac -e mentis (*ἐκστάσει διανοίας*). *apud Platonem sensu ethico*: APVL. Plat. 1, 18 -em ... pessima consuetudine et libidinosa vita solere evenire (*syn.* insaniam, *opp.* imperitiam. *v. totum locum*). *apud Christianos i. q. doctrina falsa, error haereticorum et paganorum*: TERT. anim. 50 haeretici magis Menandri Samaritani -r conspuatur. adv. Marc. 3, 23 p. 417, 13. FIRM. err. 21 p. 55, 4 ad contaminata -is sui scelera. HIL. trin. 6, 10 Manichaeus ... abrupti in improbanda lege ... -is. 7, 6 haereticorum. *al.* PRVD. apoth. 552 Iudaico cognatum dogma -i. 979 obmutesce, -r! AVG. c. Parm. 1, 8, 13 *al.* PHOEBAD. c. Arrian. 22 COD. Theod. 16, 5, 6, 3 (*a. 381*). 16, 5, 25, 1 (*a. 395*) quibus etiam communis est religionis -r (*ibid.* vesaniam). 16, 5, 32 (*a. 396*) *al.* ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 20, 1. DRAC. laud. dei 2, 117 mentibus obsessis insana clade -is. ARATOR act. 2, 691 prisci monumenta -is.

II *latiore sensu i. q. mentis alienatio, quae fit ex nimietate, intemperantia affectuum*: **A** *proprie*: **1** *hominum*: **a** *i. q. studium invertendarum rerum, audacia, temeritas (cf. supra l. 53), scelus, interdum res cum impetu, temeritate gestae, novatae* (*cf.* GLOSS. IV 443, 35 discordia): CIC. Rab. perd. 22 improbitas et -r. Catil. 1, 1 quam diu etiam -r iste tuus nos eludet? 1, 15 sceleri ac -i (3, 4 *al.*).

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 31 omnium scelerum ac veteris -is et audaciae maturitas ... erupit. 2, 25 hinc constantia *pugnat*, illinc -r. 4, 11 versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et -r in vestra caede bacchantis. Sull. 56 ante -em Catilinae (Val. Max. 4, 8, 3 *al.*). dom. 2 -e improborum, timore bonorum re publica ... oppressa. Cael. 15 qui ... tantus -r in Caelio ...? Mil. 3 P. Clodi -r (*cf. p. 1632, 53*). Att. 4, 3, 2. 11, 10, 12 *saepissime*. Cael. Cic. epist. 8, 11, 1 quod -e Pauli adeptus esset boni. Sall. Catil. 24, 2 Catilinae -r ... in dies plura agitare. Verg. Aen. 1, 150 -r arma ministrat. Ov. fast. 4, 116 a nobis sit -r iste procul. Liv. 2, 34, 10 annona, quam -e suo fecere. 2, 42, 6 satis superque gratuiti -is in multitudine esse. *al.* Vell. 2, 80, 2 in id -is processerat. 2, 112, 7 *al.* Val. Max. 6, 8, 4 alia nobilitas, alius -r. Sen. Phoen. 353 iuvenum. Tro. 670 busta transierat -r. *al.* Octavia 465. 781 populi (846. 866). Lvcan. 7, 551 hic -r, hic rabies, hic sunt tua crimina, Caesar. *saepe*. Petron. 119 vs. 60 Romam ... quae poterant artes ... movere ni -r et bellum ...? Sil. 11, 29 Capuaene -em ... placuisse (*cf.* 13, 304). Mart. 9, 84, 1 cum tua sacrilegos contra, Norbane, -es staret ..., fides. Tac. hist. 3, 72 sedem Iovis ... -e (*i. factione*) principum excindi. ann. 16, 28 Thraseam desciscentem ..., ... Priscum in isdem -bus. Plin. epist. 4, 7, 4 eo impudentia ipsoque illo -e pervenit. 5, 9, 7 eadem facta ... modo libertatis, modo -is nomen accipiunt. Paneg. 12 (2), 46, 1 scissus in partes civium -r. Clavd. 15, 238. 22, 80. 305. Cod. Theod. 7, 16, 2 (*a. 410*) tyrannici -is et barbaricae feritatis occasio. *speciatim i. q. seditio, rebellio militum*: Liv. 28, 25, 12 civis ..., cum quo -em suum consociarent. 28, 27, 6 paucorum eum -em atque amentiam esse. Tac. hist. 1, 81 fortuitusne militum -r an dolus imperatoris ... foret. 3, 10 *syn.* discordiam. 4, 27 mixtus obsequio -r. ann. 1, 18 eo -is venere. 1, 49 cupido ... eundi in hostem, piaculum -is. Plin. paneg. 5, 7 -em motumque castrensem. Svet. Cal. 9 tumultuantes et in -em usque praecipites.

b *i. q. ira, iracundia, rabies, acerbitas, saevitia, immanitas, crudelitas* (Non. p. 233, 19 anima iterum significat iracundiam vel -em. Serv. Aen. 4, 302 *ἀπὸ τῆς ὀργῆς* id est a -e. Gloss. *θυμός*. irati animositas. iracundia, temeritas. *cf.* Hier. in Hab. 1, 2 p. 622 *ἐξ ἐπιτρίψεως χόλου σου* quod possumus vertere de immissione -is tui [Vvlg. Hab. 2, 15 mittens fel. LXX *ἀνατροπῇ θολερᾷ*]. Avg. in psalm. 87, 7 *de interpretatione graecorum vocabulorum ὀργὴ et θυμός. de differentia inter iram et -em statuta cf.* Hier. in Eph. 4, 31 p. 636 Rvfin. Basil. reg. 159): Cic. Cluent. 191 ex eodem -e ... exectio linguae. 194 -em atque crudelitatem deos ... aspernatos esse. Catil. 1, 2 si istius -em ac tela vitemus. Flacc. 2 *accusatio* sceleratorum civium odio et -i ... conveniret. Phil. 13, 18 se quo -e, quo ardore ad urbem ... rapiebat. Pvblil. F 13 -r fit laesa saepius patientia. Verg. catal. 13, 5 valent mihi ira et antiquus -r. Aen. 10, 63 (*cf.* Clavd. Don. *ad l.*). 10, 903 (*ubi* Serv. -em: inimicorum iram). *al.* Ov. am. 1, 7, 3 -r in dominam temeraria bracchia movit. Liv. 31, 18, 7 obstupefactus eo -e. Val. Max. 3, 8 ext. 3 ne consternatae patriae undecimus -r mors ipsius existeret. Sen. Herc. O. 434 quid stupes, segnis -r? Med. 852 *al.* dial. 4, 12, 6 effugere ... cum illa *ira* rabiem, saevitiam, crudelitatem, -em. *al.* Sil. 1, 71 hanc rabiem in finis Italum ... addiderat ... puero patrius -r. 1, 150 nec nota docilis poena satiare -es. *al.* Stat. Theb. 5, 298 patuere -es nocturni. 7, 515 vestros etiamnum excuso -es. 7, 525 si qui nostros vicere -es. 9, 14 pro -r! 11, 468 o -r, o homines! (*versum om. P*). Ivv. 15, 36 summus utrimque inde -r volgo, quod *eqs.* Tac. hist. 1, 63 non ob praedam aut spoliandi cupidine, sed -e et rabie. Plin. paneg. 43, 1 *syn.* iracundia, impietas. Itala Soph. 2, 2 (Ps. Cypf. exhort. paen. p. 24, 3 Aug. spec. 16 p. 84, 2) dies -is (*θυμοῦ*, Vvlg. indignationis) domini (Vvlg. Iob 20, 28. 21, 30 *al.*). Itala (Lugd.) *et* Vvlg. gen. 49, 6 in -e (*θυμῷ*) suo occiderunt virum. Evagr. sent. virg. (Rev. Bénéd. 28) p. 148, 12 -em (animositatem *rec. altera Migne p. 1185^{D}*) et iram longe facito abs te. Vvlg. deut. 29, 20 quam maxime -r (*ὀργή*) eius fumet. *saepe*. Rvfin. hist. 4, 15, 26 cum ingenti -e (*ἀκαταστάτῳ θυμῷ*) acclamabant. Clavd. carm. min. 22, 22 pascatque -em. *al.* Greg. M. moral. 5, 79 -r membra foras in ictibus exercet.
apud Christianos i. q. persecutio: Hil. c. Const. 11 quos ... in ecclesiam Tolosanam exercuisti -es! Prvd. perist. 4, 85. 10, 25 -e pestis peior in novissimo. 11, 5 tantos iustorum populos -r impius hausit. Avg. civ. 22, 7 p. 565, 31 D. donec orbis terrae, qui persequebatur -e, sequeretur fide. Cod. Theod. 16, 8, 1 (*a. 315*) saxis aut alio -is genere ... attemptare. Pass. Mar. Iac. 2 p. 49, 1 dilectos dei ... praesidis -r ... requirebat.

fūstibalus, -ī *m.* [*a* fustis *et gr.* *βάλλειν*, *cf.* fundibalus, -um. *v. M. Leumann, Glotta 11 (1921) 188 sqq. Th.*]. *legitur apud unum* VEG. mil. *i. q. instrumentum bellicum ad lapides emittendos*: 3, 14 p. 98, 20 in quinta acie ponebantur ... carroballistae et manuballistarii, fundibulatores, funditores. fundibulatores sunt qui -is lapides iaciunt. ⟨fustibalus⟩ fustis est longus pedibus quattuor, cui per medium ligatur funda de corio et utraque manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa. funditores sunt qui fundis *eqs.* *defenduntur -o muri vel naves*: 3, 3 p. 70, 18 ut urbes atque castella ... armis, sagittis, -is, fundis etiam et saxis, onagris ballistisque defendantur. 4, 22 p. 143, 13 obsessos defendere consueverunt ballistae, onagri, scorpiones, arcuballistae, -i, [sagittarii], fundae. *ibid.* p. 144, 9 -os, arcuballistas et fundas describere. 4, 44 p. 162, 16 praeter ... alia ... navalia genera telorum sagittis missibilibus, fundis, -is, plumbatis, onagris, ballistis, scorpionibus, iacula invicem diriguntur et saxa. *usurpant funditores in acie*: 1, 16 teretes lapides de funda vel -o destinati; *seq.* funditores (2, 23 p. 58, 7 lapidibus ex -o destinatis; *anteced.* funditores. 3, 24 p. 118, 1 funditores cum -is et fundis ... lapidibus destinatis Indos ... mactarent). 2, 15 p. 50, 1 funditores qui ad fundas vel -os lapides iaciebant (4, 8 p. 133, 22 *saxa* minima ad fundas sive -os vel manibus iacienda. 4, 29 saxa manibus fundis sive -is directa).

fūsticellus, -ī *m.* *a* fusticulus *per deminutionem, cf.* fustellus. GLOSS. II 589, 17 pistillus -us tribulator. *cf. W. Meyer-Lübke, Roman. Etymol. Wörterb. p. 269 n. 3615.*

fūsticulus, -ī *m.* [*a* fustis *deminutive. Th.*]. [*sard.* fustiu. *M.-L.*] *i. q. fustis parvus*: PAVL. FEST. p. 50 culcitula -us quidam ligneus in sacris. APVL. met. 6, 18 sarcinae -os aliquos. PALLAD. 1, 35, 6 -os allii sine capitibus. GLOSS. V 515, 61 stibium tinctura vel -us aeris cum quo tingitur. NOT. Tir. 74, 37.

fūstigo, -āre [*a* fustis, *cf.* *μαστιγοῦν? Th.*]. *vocalis* i *correpta an producta sit, dubium; productam antea censuit ex necessitudine verbi* castigare *Thurneysen, Indog. Forsch. 31 (1913) 279.* GLOSS. III 406, 45 *sq.* -at *ῥαβδίζει* -atus est *ἐράβδισται*. II 74, 57 -atus *βακλισθείς*. *cf.* 378, 29 *ξυλοκοπῶ ὅ ἐστι τύπτω ξύλῳ*· defusto fustuo (fustigo *Steph.*). [*hisp.* hostigar. *M.-L.*] *i. q. fustibus castigo* (*cf. p. 1659, 64*): COD. Theod. 9, 29, 2 (*a. 383*) int. siquis ... latronem susceperit ... si ingenua et vilior persona est, -etur; si vero melior, damno ... feriatur. 9, 34, 1 int. qui famosam cartam ... conscripserit ...-etur. VICT. VIT. 2, 45 venerabiles et multos alios ... -vit (PS. AMBR. act. Seb. 23, 88). PASS. Andr. long: 6 in cruce ... *Andream* -atum affigi. CONC. Aspasii a. 551 p. 114, 6 de incantatoribus ... humiliores vero ... vel servi ... -entur. CONC. Turon. a. 567 p. 127, 25 qui distulerit, -etur. LEX Burg. lib. const. 4, 5 (*de furto caballi*) si ingenuus est, caballum alium talem reddat; ... si servus tulerit, -etur (4, 7).

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fūstis, -is *m.* [*orig. inc. sunt qui conferant c. theodisc.* būsch '*fustis, plaga, vibix*'; *cf. Kluge, Etymolog. Wörterb. d. deutschen Spr. s. v.* Bausch. *Th.*]. ū *longum esse docent voces inde natae romanicae et cambr.* ffust, *hibern.* sūist. *de originatione*: ISID. orig. 5,27,16 -es ... appellati quod praefixi in fossis stent (*depravatum* 20,13,2 in terram st. *cf. infra l. 41*), quos palos rustici vocant. *de genere*: PHOC. gramm. V 418,28 generis masculini ... ut hic -is. PRISC. gramm. II 160,2. GLOSS. II 378,31 *ξύλον* ... hic -is. *de formis: abl. in* e *exeuntem firmat numerus* HOR. sat. 1,3,134. 1,5,23. 2,3, 112 PRIAP. 11,1 MART. 12,57,10. *praeterea traditur* CORP. IV 1824,4 GAIVS inst. 3,220 PRIAP. 63,9 SEN. contr. 1,5,5 PETRON. 70,5 IVV. 9,98 *al.* *abl.* -i *exhibent codd.* PLAVT. Asin. 427 Aul. 454 Capt. 896 SALL. hist. frg. 4,22 VELI. 2,78,3 TAC. ann. 3,21. 14,8. 44 APVL. met. 4,4. 7,18 *al. utraque forma diversis locis traditur apud* VAL. MAX. *et* VLP. dig. (*v. Neue-Wagener I³ 339*). · *acc. plur.* -is: PLAVT. Poen. 1320 HOR. carm. 3,6,41 *R*¹; *plerumque trad.* -es, *ut* PLAVT. frg. inc. 29 VARRO ling. 5,137 *al.* *secundae declinationis abl. v. infra l. 81.* *de sensu*: GLOSS. *βάκλον. ξύλον. ξύλον ἐν ᾧ τύπτομεν. ῥάβδος. ῥόπαλον. cf. Leumann, Hermes 55 (1920) 107 sqq.* *vox sermoni cotidiano addicta usurpatur inde a* PLAVTO (*dubia in* LEGE XII tab. *v. p. 1658, 61*); *frequentatur a* PLAVTO APVL. ICTIS; *apud poetas non legitur nisi apud* PLAVT. (*17ies*) AFRAN. com. 67 NOVIVM Atell. 93 COM. pall. inc. 71 HOR. sat. 1,3,101. 134. 1,5,23. 2,3,112 epist. 2,1,154 carm. 3,6,41 PRIAP. 11,1. 63,9 PHAEDR. 3,2,3. 4,18,12 CARM. epigr. 947,2. 4 MART. 12,57,10 IVV. 6,416. 9,98 IVVENC. 4,531 CYPR. GALL. num. 334. *ex prosae orationis scriptoribus non habent* CATO RHET. Her. CAES. NEP. LIV. [*locus dubius*: LVCAN. 5,524 *var. lect.* -e *pro* fune, *v. p. 1596, 37.*] [*val.* fust, *it.* fusto, *francog.* fût. *M.-L.*]

I *generatim: i. q. baculum, pertica, stipes, tignum: ad varios usus*: PLAVT. Asin. 427 tamquam si claudus sim, cum -ist ambulandum; *antea* utinam ... stimulus in manu mihi sit ... qui latera conteram tua (*sim.*: PETRON. 70,5 [*v. p. 1658, 26*]. GREG. TVR. Mart. 3,9 inciso -e ad mensuram geniculi ... gressum -e adminiculante perficiebat. 3,14 duobus in ascellis -bus additis). VARRO ling. 5,137 utuntur in vinea alligando ... incisos -es. HOR. carm. 3,6,41 recisos portare -is (SCHOL. cum lignis. APVL. met. 7,17 gravantis ruinae -es [*antea syn.* ligna]). FEST. p. 286 suri ... sunt -es (*cod.* rustes) et hypocoristicos surculi. PAVL. FEST. p. 73 delubrum dicebant -em delibratum ... quem venerabantur pro deo (*cf. vol. V p. 471, 51 sqq.*). p. 315 stipes -is terrae defixus (*cf. supra l. 6*). p. 377 ungustus -is uncus. CELS. 8,20,5 eorum -ium imas partes (*antea* ad valida bacula deligarint). COLVM. 2,20,4 spicae ... -bus cuduntur vannisque expurgantur. 12,19,4 fasciculos feniculi -bus illigatos (PELAGON. 348 peniculum in -e ligato). 12,44,2 in dolium ... transversos (*cf. infra l. 60*) -es arctato. PLIN. nat. 32,14 murenas ... iactato -i non interemi. CORP. IV 4502 -es LXII (*de significatione non constat*). MART. 12,57,10 balucis malleator ... tritum nitenti -e (*v. Hultsch apud Friedländer*) verberat saxum. DIFF. Suet. p. 316 mergae sunt -es deducti, quibus metitur in aquis profundi quantitas. APVL. met. 9,24 viminea cavea, quae -ium flexu teret⟨i⟩ in rectum aggerata cumulum *eqs.* ITALA Ios. 10,26 (Lugd.) *Iosue* suspendit eos *reges* super quinque -es (*ξύλων*, VVLG. stipites). NON. p. 163,20 palangae (*cf. p. 1658, 53*) dicuntur -es teretes, qui navibus subiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus. *ibid.* 23 palangarios dicimus, qui aliquid oneris -bus transvehunt. HIER. vir. ill. 2 fullonis -e, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit (RVFIN. hist. 2,23,18 fullo arrepto -e, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit; *gr. τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀποπίέζει τὰ ἱμάτια*). VEG. mulom. 2,28,6 *equus* -em transversum (*cf. supra l. 45*), ut apertum os habeat, debet accipere (CYPR. GALL. num. 334 transverso ... -e reportant *uvam*). mil. 3,14 ⟨fustibalus⟩ -is est longus *eqs.* (*v. supra p. 1656, 45*). SERV. auct. Aen. 2,19 alii -es curvos navium, quibus extrinsecus tabulae affiguntur, cavernas appellarunt. SERV. Aen. 5,177 clavum -em gubernaculi. CLAVD. DON. Aen. 7,505 p. 77,19 -em ex incendio sublatum (VERG. torre). 12,300 p. 588,30 rapuit ex ara -em ardentem. GLOSS. V 510,36 pistilio aereus vel plumbeus -is. 624,15 (*v. p. 1658, 49*). 624,33 transenna est -is cavatus vel *eqs.* *i. q. caulis, truncus*: PLIN. VAL. 2,45 herbam argimoniam cum -e roboreo evelles. LEX Sal. 27,19 si quis in silvam -em signaverit *occupandi causa* (-em *duo codd.*; arborem *rell.*).

II *speciatim:* *instrumentum ad verberandum (bestias p. 1658, 7. 14. 38. 40. 43, imprimis asinos p. 1658, 1. 17. 24. 39. 83) necnon ad dimicandum, gladii telive vice (p. 1658, 51 sqq. 63. 73. 1659, 12). saepe adiunguntur alia instrumenta caedendi*: ferrum *s.* gladius *p. 1658, 81*, gladius, lapis *p. 1658, 68*, lapis *p. 1659, 11*, manus *vel* pugnus *p. 1658, 60. 63*, saxum *p. 1658, 77* (*alia p. 1660, 19*). *ad verberandum*: PLAVT. Amph. 358 -em sumpsero (Aul. 48 -em cepero aut stimulum in manum. 469 capio [*cf. p. 1658, 68*]. PRIAP. 11,1 prenso ... -e [*attribuitur Priapo etiam p. 1658, 37*]. RVFIN. hist. 2,23,18 [*v. supra l. 58*] arrepto -e [VITA Desid. 1,18 -o, *v. l. 17*]. QVEROL. p. 47,11 -es et virgas tenent. *cf.* APVL. met. 3,27 rimatusque frondosum -em. 6,30 -em quatiens. 7,28 manibus eius -is esset elapsus [*antea* perticā ... arreptā]). Aul. 409 me ... -bus male contuderunt (APVL. met. 6,25 tundentes -bus *asinum* [8,21 *v. p. 1660, 14*]; *cf.* fustitudinus). 454 implevisti -i fissorum caput (*similia*: Capt. 896 -i pectito. Cas. 967 -i defloccabit ... lumbos meos. Rud. 816 amplectitote crura -bus [*cf. Leo, Plaut. Forsch.² p. 311 adn.*]. NOVIVS Atell. 94 unumquemque praelumbare -bus. POMPEIVS ap. CAEL. Cic. epist. 8,8,9 quid, si filius meus -em mihi impingere volet? HOR. sat. 1,5,23 nautae mulaeque caput lumbosque saligno -e dolat. CORP. IV 1824,2 Veneri volo frangere costas -bus et lumbos debilitare deae. 4 caput illae frangere -e. TAC. ann. 14,8 -i caput eius afflixit. IVV. 9,98 -e aperire caput [*cf. etiam p. 1657, 31 sq. 56 sq.*]). Cas. 971 lupina scaeva -i rem gerit. Mil. 1401 verberetur -bus (GREG. TVR. Franc. 5, 20 p. 218, 8. *cf.* CIC. Verr. 5,94 male mulcati clavis ac -bus. QVINT. inst. 9,2,12 -bus vapulasset. IVV. 6,417 illis [*sc. fustibus*] dominum iubet ante feriri, deinde canem. TAC. ann. 13,57 ictu -ium aliisque verberibus ut feras absterrebant *flammas* [COD. Theod. 9,12,1 (*a. 319*) si ... ictu -is aut lapidis occiderit *servum dominus*]. APVL. met. *de asino*: 4,4 ictibus ... -ium [7,17 crebris]. 7,18 me compilabat †cidit -i grandissimo. 7,25 concidi -bus. GAIVS inst. 3,225 si quis ab aliquo ... verberatus -busve caesus fuerit [AMM. 29,3,8 de -bus praeter solitum caesi. VVLG. num. 22,27 caedebat -e latera *asinae*. ROMVL. fab. 68,2 *asinum* flagello et -e]). Poen. 1320 ecferte -is (frg. inc. 29 ferte -es privos in manu. IVV. 6,416 afferte). CIC. Pis. 73 quid ... te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed -bus. BELL. Hisp. 27,6 -bus percussus *i. interfectus* (VAL. MAX. 6,3,9 -i percussam interemit [8,1 amb. 1 -e; *cf. etiam* PETRON. 70,5 amphoram -e percussit, *quod propter ea quae antecedunt etiam ad I p. 1657, 33 pertinere videtur*]. ITALA exod. 21,20 [Lugd.] si ... percusserit servum ... de -e, et mortuus fuerit [*ῥάβδω*, VVLG. virga]. CAPITOL. Gord. 13,9 -e ... percussus occisus est. Max. Balb. 9,3 -e percussus ... est *i. tusus*. HIER. vir. ill. 2 *v. p. 1657, 56*. PALLAD. hist. mon. I 7 gravi ... -e percussit. LEX Sal. 17,6 si quis ... ingenuum de -e percusserit. *cf.* PLIN. nat. 14,89 [*ex* VAL. MAX. 6,3,9 *v. supra l. 25*] interfectam -i. AMM. 29,3,3 necatus ad exitium -bus. HYG. fab. 130 p. 112,21 pastores ... -bus *Icarium* interfecerunt. *cf. etiam p. 1659, 73. 74 sq. 77*). HOR. sat. 1,3,134 *pueros* -e coerces (SCHOL. *ad l.* baculo). 2,3,112 vigilet cum longo -e. PRIAP. 63,9 (*cf. p. 1657, 80*) *Priapum* terribilem -e (*hiat numerus, fort.* terri⟨ta⟩bilem -e). PHAEDR. 4,18,12 *canes* propulsi ... -bus. SVET. Cal. 26,4 omnis -bus abegit. APVL. met. 4,5 non -bus, non stimulis ... exsurgere. COD. Iust. 12,50,1 (*a. 316*) equos ... non lignis vel -bus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus. COD. Theod. 8,5,2 (*a. 316*) quoniam plerique nodosis ac validissimis -bus ... animalia publica cogunt ... *vires* absumere, placet ut omnino nullus in agitando -e utatur, sed aut virga aut certe flagro. AVG. in psalm. 10,5 p. 134 violentias circumcellionum ... circumquaque volitare et terribiles -es Israeles vocare (Israelis vocari *var. lect.*). *ibid.* p. 135 cum in *Donatistarum* castris privati -es ignesque sic saeviant. 95,11 dicent se regnare a ligno (*subaudi* '*a cruce*'), quia -bus circumcellionum regnant. GLOSS. V 624,15 scorpiones sunt -es quaedam acumina habentes, ut graviores plagas inferant. *ad dimicandum* (*cf. etiam p. 1657, 74 sqq.*): PLIN. nat. 7,200 proelium Afri contra Aegyptios primi fecere -bus (HYG. fab. 274 p. 151,8), quos vocant phalangas (*cf. p. 1657, 53*). PAVL. sent. 5,6,4 -ium aut telorum aut armorum metu. AVG. quaest. hept. 7,55 *Samsonem* pugnasse tibia ... animalis tamquam -e. MART. CAP. 5,466 cum telo ... cum -e deprehensum. PAVL. FEST. p. 45 *cacula* a Graeco *κᾶλον*, 'quod -bus clavisque ligneis ... armari soliti sunt. CLAVD. DON. Aen. 11,680 p. 518,20 sparum dicunt ... -em nodosum, quo rustici utuntur, cum eunt ad bellum. *adiunguntur substantiva* (manus pugnus, ferrum gladius, lapis saxum *al.*): LEX XII tab. 8,3 manu (*cf. p. 1659, 1*) fust⟨ive si⟩ os (*Lachmann; dubitat Mommsen ad* Paul. coll. 2,5,5; manifestos *vel* -us *codd.*) fregit libero. HOR. sat. 1,3,101 unguibus et pugnis, dein -bus atque ita porro pugnabant armis (GAIVS inst. 3,220 pugno ... aut -e percussus vel ... verberatus. COLL. Mos. 2,6,4 verberatum ... pugno ... an -e an lapide. LEX Burg. lib. const. 5 tit. flagello -e calce vel pugno percutiunt. 102,1 pugno aut calce aut -e aut flagello aut saxo. *cf. p. 1659, 1*). PLAVT. Rud. 842 quin occidisti extemplo? :: gladius non erat. :: caperes (*cf. p. 1657, 79*) aut -em aut lapidem (COM. pall. inc. 71 [Cic. Att. 4,3,3] clamor, lapides, -es, gladii. CIC. Flacc. 73 membra, quae debilitavit lapidibus, -bus, ferro [EDICT. Theoder. 75]. GAIVS inst. 4,155 [dig. 50,16,41 INST. Iust. 4,15,6] armorum ... appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari ... sed et -es et lapides [dig. 47,2,55,2 teli ... appellatione et ferrum et -is et lapis ... significatur. VLP. dig. 43, 16,3,2 -es et lapides ... gladii hastae frameae]. APVL. met. 8,16 lanceam ... venabulum ... spicula ... -em ... saxa ... sudes *faces gerebant proterrentes feras*). CIC. Caecin. 60 glebis aut saxis aut -bus; *opp.* armati (64 non fuerunt armati, cum -bus et cum saxis fuerunt. PHAEDR. 3,2,3 alii -es congerunt, alii onerant saxis *pantheram*. FLOR. epit. 3,16,6 *Saturninum* -bus saxisque coopertum. AMPEL. 26,3). Sest. 79 gladiis adoriuntur ... fragmentis saeptorum et -bus (TAC. Germ. 45 *apud Aestios* rarus ferri, frequens -ium usus. APVL. met. 4,4 non -i tantum, sed machaera perfossus occumbere. 4,19 -bus, lanceis, destrictis ... gladiis armati. VLP. dig. 9,2,7,1 sive

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gladio, sive ... -e vel alio telo, vel manibus vel calce [*cf. p. 1658, 66*]. 43, 16, 3, 3 -em vel gladium tenuit. 48, 19, 8, 1 animadverti *in noxium* gladio ... non securi vel telo vel -i vel laqueo. ITALA Marc. 14, 43 *et* 48 [cod. k *al.*] turba ... cum gladiis et -bus [*gr.* *μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων*; VVLG. lignis; *cf.* VVLG. Matth. 26, 47. 55 Luc. 22, 52. IVVENC. 4, 531 ferro, -bus et gladiis]. VVLG. Dan. 14, 25 absque gladio et -e [*ἄνευ σιδήρου καὶ ῥάβδου*]. RVFIN. hist. 2, 6, 7 ne gladiis ... sed -bus uterentur [*ξίφει ... ξύλοις*]. AVG. c. Parm. 2, 3, 6 armatae ferro ac -bus. EPIST. syn. Sardic. occ. [Hil. coll. antiar. B II 1] 3 milites armatos [cum gladiis *alt. rec.*], populos cum -bus [*ὄχλους μετὰ ῥοπάλων*]. BAVDON. 2, 2). BELL. Afr. 87, 5 lapidibus -busque equites reppulerunt (VLP. dig. 29, 5, 1, 17 vel saxo vel -e vel lapide percussum. 43, 16, 3, 4 -es aut lapides sumerent. PORPH. Hor. epod. 5, 97 -bus et lapidibus insectari. CLAVD. DON. Aen. 2, 410 p. 203, 29. 9, 35 p. 192, 14. VVLG. II Macc. 4, 41 alii lapides, alii -es validos [*ξύλων πάχη*] arripuere. LEX Burg. lib. const. 48, 1 ictu -is aut lapidis [*cf. p. 1658, 16*]. 93 de lapide aut -e vel secure inversa cuicumque bracchium ... fregerit. ACT. Petr. 14 alii alapas in faciem eius dabant, alii vero -em, alii lapidem).

adhibetur in animadversione legitima in homines raro liberos, praecipue servos (*v. Mommsen, Röm. Strafrecht p. 983—985*): SVET. frg. p. 320 Tarquinius Superbus ... hominibus adinvenit lautumias, tormenta, -es, metalla, flagella, carceres, exilia (HIER. chron. a. Abr. 1473 ISID. orig. 5, 27, 23). CALL. dig. 48, 19, 28, 1 (*de poenarum gradibus*) ceterae poenae ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti ... cum -ium ictu subicitur. *ibid.* 2 non omnes -⟨bu⟩s caedi solent, sed ... qui liberi et quidem homines tenuiores (EDICT. Theoder. 75. 83 humiliores. 89 viliores); honestiores vero -bus non subiciuntur (*cf.* HERMOG. dig. 47, 10, 45 *l. 61*). *ibid.* 3 iuvenes ... -bus caesi. ISID. orig. 5, 27, 16 -es sunt, quibus iuvenes pro criminibus feriuntur (20, 13, 2). HOR. epist. 2, 1, 154 lex poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam describi: vertere modum formidine -is (PORPH. *ad l.* quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. *cf.* SCHOL. Pers. 1, 123 lege XII tabularum cautum est, ut -bus feriretur [-e feri⟨re⟩tur *cod. b 2 ed. Kurz*], qui publice invehebatur). PLIN. epist. 2, 11, 8 *eques Romanus* -bus caesus (SVET. Tit. 8, 5 delatores amendatoresque ... assidue in foro flagellis ac -bus caesos. CALL. dig. 48, 19, 28, 2 [*v. supra l. 27*]. *ibid.* 3. 4 servi [*om.* -bus]. 5 qui -bus caedi prohibentur [MEN. dig. 49, 18, 1 *veterani*. MARCIAN. dig. 49, 18, 3 *veterani et liberi veteranorum; cf. infra l. 66*]. 50, 13, 5, 2 plebeius [SPART. Sept. Sev. 2, 6]. MEN. dig. 49, 16, 4, 11 qui filium suum subtrahit militiae ... in pace. VLP. dig. 1, 15, 4 [*ex rescr. Antonini*] insularios et eos, qui neglegenter ignes ... habuerint ... -bus vel flagellis caedi [*cf. infra l. 67*]. PAVL. dig. 47, 9, 4, 1 [*ex rescr. Antonini*] liberos -bus, servos flagellis caesos [*bis.* MACER dig. 48, 19, 10 pr.]. 47, 18, 2 effractores [*ibid. syn.* -ium castigationem]. sent. 5, 18, 1 [= coll. Mos. 11, 3, 1] abactor. 5, 21, 1 vaticinatores. MARCIAN. dig. 49, 14, 18, 2. MACER dig. 48, 19, 10, 2 -bus *caesum* infamem non esse, quia et solus -ium ictus gravior est quam pecuniaris damnatio. MOD. dig. 37, 14, 7, 1 *libertus ingratus*. TERT. bapt. 11 p. 210, 12 HIL. c. Const. 11 COD. Theod. 16, 5, 21 [*a. 392*] EDICT. Theoder. 64. 73. 97. 111. GREG. M. epist. 3, 44 mulierem [LIB. pontif. p. 122, 5]. 3, 52. in Ezech. 1, 7, 13 Petrus). MARCELL. dig. 3, 2, 22 ictus -ium infamiam non importat, sed causa *eqs.* (CALL. *v. supra l. 26* MACER *supra l. 50*. LEX Burg. lib. const. *passim: tot* -ium ictus accipiant). CALL. dig. 48, 19, 7 (*sensum supplere temptavi, cf. l. 65 sq.*) veluti (*sc. superatur*) -ium (*sc. castigatione*) admonitio (*sc. per verba*), flagellorum (*sc. verberatione*) castigatio (*sc. fustium*), vinculorum (*sc. poena*) verberatio (*sc. per flagella*). 48, 19, 28, 2 -bus ... subiciuntur (*v. supra l. 29; ibid.* 5. HERMOG. dig. 47, 10, 45 servi ... flagellis caesi ... liberi ... humilioris quidem loci -bus subiciuntur. LAMPR. Alex. 51, 6 si quis ... in alicuius possessionem deflexisset, ... aut -bus subiciebatur aut virgis *eqs. cf. l. 79*). VLP. dig. 1, 12, 1, 10 -bus castigare *libertum* (12, 2, 13, 6. 47, 10, 15, 30. 47, 11, 7 *sacculariosderectarios*. 48, 2, 6 vel -bus castigare vel flagellis servos verberare. 50, 2, 2, 2 ne -bus castigetur *filius decurionis*. PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 eos qui neglegentius ignem habuerunt [*v. l. 44*]. GREG. M. epist. 3, 45. *cf.* VLP. dig. 1, 16, 9, 3 -ium castigatione [PAVL. dig. 1, 15, 3, 1. 47, 18, 2]). CORP. VIII 10570, 2, 14 (*a. 180—183*) cives ... Ro⟨manos⟩ ... virgis et -bus effligi iusse⟨rit⟩. TERT. scorp. 1 p. 146, 12 -bus ... et ungulis ... degustata martyria. CAPITOL. Maximin. 8, 7 in crucem sublatos ... alios feris obiectos, alios -bus elisos. LAMPR. Comm. 18, 15 (*bis*) delatoribus -em. ANON. Vales. 14, 87 cum -e occiditur (LIB. pontif. p. 153, 2 -bus interfecisti. PASS. Felicit. 4 -bus mactavit). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 4 flagris ac -bus urguere. COD. Theod. 7, 18, 8 pr. (*a. 383*) -bus coerceatur. 16, 2, 5 (*a. 323*) publice -bus verberetur. VICT. VIT. 3, 21 hos -bus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. 3, 22 -bus aptare. 3, 25 caedes innumerabilium -ium. 3, 33 flagellis et -bus ... debilitata. 3, 40 subdi iugiter -bus. *in milites poena antiquitus capitalis* (*cf.* fustuarium *et Polyb. 6, 37 ubi τὸ τῆς ξυλοκοπίας explicatur*): SALL. hist. frg. 4, 22 sorte ductos -i necat (TAC. ann. 3, 21 decumum quemque ... sorte ductos -i necat). SEN. contr. 1, 5, 5 non occidetur tamquam raptor *virginis* ... at ... eadem nocte qua te rapuit ⟨si⟩ stationem deseruit, -e ferietur, si sacrilegium fecit, occidetur (TAC. ann. 14, 14 decimus quisque -i feritur). VELL. 2, 78, 3 centurionem ... ob turpem ex acie fugam -i percussit (PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 34 Appius Claudius ex his qui loco cesserant decimum quemque militem sorte ductum -i percussit). MOD. dig. 49, 16, 3, 16 qui *miles in bello* agmen excessit, ... -bus caeditur vel *eqs.*

metonymice pro ictu fustium; eodem spectare videtur usus praecipue pluralis vocis -is *ex. gr. p. 1658, 8, praesertim* -bus caedere, *v. p. 1659, 37* (*cf. theodisc. 'Prügel' utraque significatione, altera tamen, fortasse mutuata, nonnisi pluraliter in certis iuncturis*): PLAVT. Aul. 414 neque ligna ego usquam gentium praeberi vidi pulchrius: itaque omnis exegit ... onustos -bus. 422 -bus sum mollior ... quam ... cinaedus (Mil. 1424 mitis sum ... -bus. AFRAN. com. 67 mitem ... faciant -bus. LIB. pontif. p. 24, 8 'afflictus' maceratus -bus). APVL. met. 8, 21 crebris tundentes -bus (*v. p. 1658, 1; aliter* 7, 17 *p. 1658, 18. cf. etiam* VICT. VIT. 3, 25 *p. 1659, 78*). VICT. VIT. 2, 45 impositis CL -bus. 2, 54 centenis -bus tundi. LEX Burg. lib. const. 5, 6 *et* 17, 5 C -es accipiat (6, 10 acceptis CCC -bus; *aliter p. 1659, 56*).

syn.: baculum, lignum, pertica, stipes. *copulatur cum* clava *p. 1658, 12. 57*, flagellum *p. 1658, 21. 41. 66 bis. 1659, 23. 38. 44. 46. 58. 61. 66. 79*, flagrum *p. 1658, 44. 364, 70*, gladius lapis pugnus saxum (*ad haec quattuor v. p. 1657, 76. 1658, 59*), lignum *p. 1658, 41*, stimulus *p. 1657, 32. 79. 1658, 40*, ungula *p. 1659, 71*, virga *p. 1657, 82. 1658, 44. 1659, 63. 70.*

coniungitur praecipue cum caedere (*c. plur.* -bus *praeter p. 1658, 21 sq.*), castigare (*c. plur.*), ferire (*c. sing. et plur.*), percutere (*semper c. sing.*), *passim cum* frangere, necare, tundere *al.*

epitheta rara, velut frondosus, nodosus, roboreus, salignus; grandissimus, gravis, longus, validus.

allitt. ferro ac -bus, flagellis ac -bus, -e ferire, formidine -is.

deriv.: defustare, fustare, fustellus, fusterna (*?*), fustiarius, fustibalus, fusticellus, fusticulus, fustigare, fustitudinus, fustuare (*?*), fustuarius.

fūstitudĭnus, -a, -um [*a* fustis *et* tundere *per iocum fictum. Th.*]. *i. q. ubi servi fustibus tunduntur* (fustibus tundere *v. p. 1658, 1*): PLAVT. Asin. 34 apud -as ferricrepinas insulas. *videtur servus de lapicidinis cogitasse, produxerit igitur* -ínas.

fūsto, -āre *a* fustis. *i. q. fustigo*: ANON. Vales. 14, 82 fustati (frustati *et* frustrati *codd.*) per publicum ducerentur. GLOSS. V 297, 15 -atus caesus fustibus. *cf. etiam Ducange s. v.*

fūstuārium, -ī *subst. n. et* **fūstuārius,** -a, -um *adi.* [*a* fustis *ductum mirabili derivatione; accepitne terminationem a* bustuarius *? Th.*]. *raro* fustiarius, *quod vide. subst. neutr. propria significatione apud* CIC. *et* LIV., *adi. (semel subst., si libris fides habenda est) notione translata de fustium castigatione saeculis posterioribus.*

1 *adi.*: -um supplicium: **a** *i. q. animadversio per ictus fustium* (*cf. p. 1659, 20*): PORPH. Hor. epist. 2, 1, 154 -um (fufarium *codd.*) supplicium ... in auctores carminum infamium. NOVELL. Maior. 4, 1 -o supplicio subditos manuum quoque amissione truncandos *apparitores*. CASSIOD. var. 4, 10, 3 in eum -o supplicio vindicetur (9, 2, 2 per -a supplicia laceretur). 8, 33, 2 -ae subdatur ... ultioni). EDICT. Theoder. 4 sub -a poena. LEX Burg. Rom. 6, 4 factum (12, 2 praesumptio) ... -o supplicio ... vindicetur. 19, 3 *servus* pro ingenua *stuprata* occidatur, pro ancilla ... -o supplicio subiacebit. lib. const. 70, 1 *pro furto* ingenuus triplum solvat ... servus vero -o supplicio deputetur. *cf. p. 1656, 36* fustiario supplicio. **b** *de supplicio capitali*: NOVELL. Maior. 7, 4 si ingenuus ... si servus est, -o supplicio interficiendum se esse cognoscat. 7, 14 *homo non servus* -ae subditus poenae servilibus suppliciis periturum se esse cognoscat.

2 *subst.*: **a** *i. q. supplicium militare supremum* (*cf. p. 1659, 80 et de executione Usener, Rhein. Mus. 56 [1901], 17*): CIC. Phil. 3, 14 -um meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt. LIV. 5, 6, 14 -um meretur, qui signa relinquit aut praesidio decedit. LIV. frg. Serv. Aen. 6, 824 *Torquatus* filium *iniussu suo victoriam consecutum*, ut dicit Livius, -o (supplicio *add.* Serv. auct.) necavit. **b** *i. q. fustium castigatio*: SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 154 (*cf.* PORPH. *ad l. p. 1659, 33*) -o multabantur auctores infamium carminum.

***?* fūstuo,** -āre *a* fustis *v.* fustigo *p. 1656, 74.* *Leumann.*

1. fūsum, -ī *n. v.* fundo *p. 1573, 30 et* fusus *p. 1661, 6.*

***?* 2. fusum** quando in gula tussem (tussis est *cod. Bern.*) et raucam vocem facit GLOSS. III 601, 20; *dubito utrum sit re vera* fusum *i. q. sputum, an φύσημα sim.* (pus quando in gula *Plasberg, conferens Cels. 2, 8, 36*).

fūsūra, -ae *f.* [*a* fundere. *Th.*]. *de metallis vel rebus cum iis comparatis*: MANIL. 1, 726 cicatrix -am faciens mundi '*i. conflaturam*' *Housman*. PLIN. nat. 33, 106 molybditis *fit* ex plumbi ipsius -a (quae fit Puteolis). 34, 100 lapis ex quo fit aes, cadmea vocatur, -is (*i. conflaturis*) necessarius. [PALLAD. 1, 41 *v. s. v.* fusorius.] CET. FAV. 7 p. 291, 6 M et CC libras *plumbi* -ae (*i. officinae*) accipiant *ut fiant centenariae fistulae* (*cf.* VITR. 8, 6, 4 PALLAD. 9, 12). VVLG. III reg. 7, 37 fecit decem bases, -a una et mensura (*τάξιν μίαν καὶ μέτρον ἕν*). SCHOL. Hor. ars 59 nummi in nova -a iuvant, *i. nove fusi.*

fūsūrārius fetialis LIB. gloss. Löwe Prodr. 386 (*inde* NOT. Tir. 37, 83[a]). *contaminata videtur.*

[Vollmer †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. fūsus, -a, -um *v.* fundo *p. 1572, 80 sqq.*

2. fūsus, -ūs *m. a* fundere. GLOSS. II 479, 27 *χύσις* fusio, -us. VARRO ling. 5, 122 fons unde funditur e terra aqua viva, ut fistula, a qua -us aquae. PS. AMBR. serm. 46, 2 āeris istius circumiectus et -us . . . libratus in medio *mundo.*

3. fūsus, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*], *post etiam* **fūsum,** -ī *n. de genere neutro cf.* ANON. IDIOM. gramm. IV 580, 9 apud Latinos neutra, apud Graecos masculina . . . -um *ἄτρακτος.* SYMM. orat. 3, 9 -a (*v. infra l. 23*). HIER. epist 130, 15 -a (*v. infra l. 49*). [ANTH. 198, 25 *corrigendum, v. infra l. 59.*] ISID. orig. 19, 29, 2 -um (*v. l. 14*). GREG. TVR. glor. conf. 104 p. 816, 11 -a (*v. infra l. 62*). GLOSS. -um, *item* NOT. Tir. 37, 59. *ex neutro plur. fem.*: GLOSS. V 392, 47 stilium vel -a: spinil (*anglos.*); *cf.* GREG. TVR. *infra l. 62. aliter flecti ac* lusus *dicit* QVINT. inst. 1, 6, 25. *de originatione*: ISID. orig. 19, 29, 2 -um, quod per ipsum fundatur quod netum est. *Walde, Indog. Forsch. 39 (1920) 83 sq.* [*val.* fus, *it.* fuso, *francog. vet.* fus, *hisp.* huso. *M.-L.*]

1 *instrumentum quo nebant* (*saepe de Parcis*): GLOSS. -us *vel* -um: *ἄτρακτος, ἄδρακτος, ἀδράκτιν. de re cf. Marquardt-Mau, Privatl. p. 517 sq.; Lafaye ap. Daremberg-Saglio II 2 p. 1424 sqq.* LVCR. 5, 1351 insilia ac -i, radii scapique sonantes. CATVLL. 64, 327 *sqq.* (*vers. intercal.*) currite ducentes subtegmina, currite -i. VERG. ecl. 4, 46 'talia saecla' suis dixerunt 'currite' -is . . . Parcae (SYMM. orat. 3, 9 iamdudum aureum saeculum currunt -a Parcarum). georg. 4, 348 dum -is mollia pensa devolvunt. CIRIS 446 gravidos penso devolvere -os. TIB. 2, 1, 64 pensa colusque, -us et apposito pollice versat opus. ELEG. in Maecen. 1, 73 torsisti pollice -os. OV. epist. 12, 4 tunc . . . sorores debuerant -os evoluisse meos. 18, 37 tortaque versato ducentes stamina -o (met. 4, 221). ars 1, 695 reice succinctos operoso stamine -os. met. 4, 229 et colus et -us digitis cecidere remissis. 6, 22 levi teretem versabat pollice -um. SEN. apocol. 3, 4 Clotho tum capsulam et tres -os profert: alter erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. 4 vers. 1 turpi convolvens stamina -o *Clotho.* vers. 13 mollia contorto descendunt stamina -o. Herc. O. 219 captiva colos -osque legam. Oed. 982 non . . . possunt curae mutare rati stamina -i. Phaedr. 324 manu . . . fila deduxit properante -o *Hercules.* PLIN. nat. 7, 196 -os in lanificio *invenit* Closter, filius Arachnae. 8, 194 lanam in colu et -o Tanaquilis . . . in templo Sancus durasse . . . auctor est M. Varro. . . . inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta et -us cum stamine. 27, 28 pagana lege in plerisque Italiae praediis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant -os aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, praecipue frugum. SIL. 2, 70 manus operata . . . -o. MART. 4, 54, 9 nil adicit penso Lachesis -osque sororum explicat. IVV. 2, 55 vos *viri* tenui praegnantem stamine -um Penelopa melius, levius torquetis Arachna. 11, 69 *asparagos* posito quos legit vilica -o. APVL. mund. 38 quod in -o perfectum est, praeteriti temporis habet speciem (*v. seqq.*). AVIEN. Arat. 208 decursis Parcarum ab origine -is. CHALC. comm. 73 axem caelitem -o circulosque axem ambientes . . . verticulis comparans. HIER. epist. 107, 10 rotare -um. 130, 15 ad torquenda subtemina in alveolis -a vertantur. VVLG. II reg. 3, 29 tenens -um (*κρατῶν σκυτάλης*), *i. vir effeminatus.* prov. 31, 19 *mulieris fortis* (*i. strenuae*) digiti . . . apprehenderunt -um (*ἐρείδει εἰς ἄτρακτον*). PRVD. c. Symm. 2, 455 ascribunt saxis Lachesis male fortia fila tectorumque trabes -is pendere rotatis credunt atque ipsis tribuunt decreta tigillis. CLAVD. rapt. Pros. 1, 53 ferratis evolvunt saecula -is *Parcae.* SIDON. carm. 22, 199 stamine fulvo praegnantis -i mollitum nesse metallum. CARM. epigr. 493, 9 ruptaque deficiunt in primo munere -i *pensa sororum.* 501, 6 ni Lachesis brevia rupisset stamina -o. ANTH. 198, 25 lanas fundere -o (-a *cod.*). VEN. FORT. vita Pat. 3, 11 ac si tunc -o torquente de manu pendula lanificae processisset *tela.* GREG. M. epist. 11, 59 p. 346, 3 ad -um manum nunquam misistis. GREG. TVR. glor. conf. 104 p. 816, 11 ecce -a (-as *corr. in uno cod.*), in quis . . . nere solebat.

2 *translate*: **a** *pars tortilis in machina*: VITR. 10, 2, 14 circa lapides -os sextant⟨al⟩es ab rota ad rotam . . . compegit ita uti -us a -o non distaret pedem nisi unum. deinde circa -os funem involvit. **b** *herba -o similis*: DIOSC. 3, 93 *RV ἀτρακτυλίς . . . Ῥωμαῖοι πρεσήπιουμ, οἱ δὲ φούσους ἀγρέστις* (*φουσαγρεστις codd.*).

*?***futātim** *adv. incertum.* PLAVT. Truc. 882 bene vale, Phronesium. :: ⟨an non et⟩iam tuom oculum vocas? :: id quoque interim -m nomen commemorabitur. *varia temptaverunt interpretes. si probum est, cf.* **1.** fūto.

fūtil- *v.* futtil-.

*?***futile** *nomen decani* FIRM. math. 4, 22, 11, *ubi codd. recc. dant* futie id est eisie (eysyce).

fūtio *v.* futtio *et* futuo.

futis, -is [*cf. esse videtur c.* exfuti effutire fut(t)ilis, *fortasse c. gr. χύσις χεῖν, ind.* juhóti 'fundit, libat, sacrificat' *et c.* fundere. *Th.*]. VARRO ling. 5, 119 vas aquarium vocant futim, quod in triclinio allatam aquam infundebant. GLOSS. V 599, 18 -is: quoddam vas in templo Vestae, ubi reponebantur quaedam sacrificia. 552, 19 fu[illegible]tis: vas lato ore, fundo angusto. 22, 16 fuctis (71, 1 fruitis. 71, 8 futtilis. 105, 22 f . . . s): vas aquarium perparvi oris. *vocabuli fides admodum dubia: redit ad solum codicem Varronis; nam glossae ad unam omnes fluxisse videntur ex* SERVIO (*v. s. v.* futilis *infra l. 24*) *et vereor ne omnibus restituendum sit lemma* futilis.

*?***futivus,** -a, -um. MARCELL. med. 36, 5 radicis cucumeris agrestis, quem futivum (fugitivum *Heraeus*) dicunt; *cf. Niedermann praef. p. VII.*

1. fūto, -āre [*orig. inc., sunt qui conferant c. ind.* dhūtāḥ '*quassus, concussus, tortus*', *island.* dýja '*quatere, quassare*', *gr. θύειν, θύνειν, θυνεῖν*; *cf. Osthoff, Morpholog. Untersuch. 4, 86. Th.*]. PAVL. FEST. p. 89 -are 'arguere' est, unde et 'confutare'. sed Cato hoc pro 'saepius fuisse' posuit (*cf.* 2. futo). GLOSS. V 600, 18 futo *ἐλέγχω.* II 74, 45 futat *ἐλέγχει.* V 297, 25 -at: arguet (*i.* -it). 458, 19 -at: reprimit. 458, 20 -are: redarguere.

2. futo, -āre [*cf. c.* fui futurus fore; *v. s. v.* sum. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 89 *v. supra l. 9.* GLOSS. V 22, 14 futavit: fuit (= 71, 7 futabit: foit. 105, 20. 202, 23 fotauit: foit). 22, 30 futauere: fuere (= 71, 6 futare. 105, 24). *male* fudit *et* fudere *in interpretamento coni. Corssen.*

1. fūtor *v.* fautor *p. 389, 57.* *?***2. futor** *v.* fututor *p. 1664, 55*

*?***futrix** *v.* fotrix.

futtilis *vel* **fūtilis,** -e [*cf. esse videtur c.* futis exfuti. *Th.*]. *de originatione*: PAVL. FEST. p. 89 -es dicuntur qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. sic et vasa -ia a fundendo vocata. SERV. Aen. 11, 339 'non -is auctor': non inanis; nam -e (-is *pars codd.*, futis *H*) vas quoddam est, lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua ad sacra ⟨Vestae⟩ hausta in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est; unde excogitatum vas est quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. inde et homo, commissa non retinens, '-is' dicitur, contra 'non -is' bonus in consiliis, non inanis (*inde ad verbum* SCHOL. Stat. Theb. 8, 297). *ex Servio* DON. Ter. Phorm. 746 'effutiretis': ab eo quod est effundere. ⟨nam⟩ translatio est a vase, 'futili' (fict- *RCV*) nomine, quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se (pre se *vel* presse *codd.*) continet. unde ⟨et⟩ '-is' dicitur eiusmodi homo qui nihil intra se contineat et semper inanis sit. Andr. 609 futili: levi, inani, a vase quod 'futilis' (-le *BF*) dicitur, quod non deponunt ministri sacrificiorum, quod est acuto fundo et patulo ore instabileque est. ut Vergilius ⟨*Aen. 11, 339*⟩. *similia breviter* SCHOL. Ter. Andr. 609. *cf. etiam s. v.* futis *p. 1661, 83.* ISID. orig. 10, 109 -is: vanus, superfluus, loquax, et est metaphora a fictilibus, quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris. *ego de veritate veteris originationis quam maxime dubito, quippe cum qua nec usus priscorum translatus nec* VERGILI *illud* glacies -is (*infra l. 54*) *convenire videatur. cf. M. Leumann, Die lat. Adj. auf -lis p. 76 sq.* PRISC. gramm. II 131, 25 utor, utīlis . . . futio . . . futĭlis. *scriplio* futtilis *legitur in codd. vetustis: in Ambrosiano* PLAVTI Stich. 398, *in Aurelianensi* SALL. hist. frg. 2, 87[D], 12, *in MPR* (*modo Ribbeckio sit fides*) VERG. Aen. 11, 339. 12, 740. futilis *in Murbacensi saec. VII—VIII* HIER. in psalm. 89, *in Lugudunensi saec. VI—VII* HIER. in Ier. 2, 85 (*ubi* fu[illegible]tilem *cod. Paris. saec. VIII*). *codices Carolini variant plerisque locis. nec comparativus nec superlativus leguntur. gen. plur.* futilum ENN. *p. 1663, 12. legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO.

I *de rebus corporalibus*: **1** *de vase v.* PAVL. FEST. *supra l. 22* SERV. *supra l. 23.* **2** *i. q. fragilis*: VERG. Aen. 12, 740 mucro, glacies ceu -is, ictu dissiluit. APVL. met. 3, 23 quam parvis quamque -bus tanta res procuretur herbulis. 6, 19 nec putes -e istud polentacium damnum leve. TERT. anim. 23 hominem . . . ab angelis factum primoque opus -e et invalidum et instabile in terra vermis instar palpitasse, quod consistendi vires deessent (*sublucet vocabuli vis propria, quam et veteres docti statuerunt*). resurr. 5 p. 31, 11 (*de eadem re*) -e et frivolum istud corpusculum. HIER. in psalm. 89 aranearum telae sunt -es (fict- *codd. Carol.*) et caducae et ad omnem tactum cito pereunt.

II *translate*: ISID. *v. supra l. 38.* GLOSS. *ἀδρανής, εἰκαῖος, ἀχρήσιμος*, vacuus, inanis, vanus, levis et inconstans, inutilis aut inanis, aut fluctuans, mendax; -li: fallaci. SCHOL. Ter. Ad. 3, 3, 41 nihil retinens, vanus. **1** *de rebus*: ENN. scaen. 309 ut quod factum est -e, . . . vos feratis fortiter (*nisi pro adv. est, cf. p. 1663, 26*). CIC. ac. 2, 59 quid . . . est tam -e quam quicquam approbare non cognitum? Tusc. 4, 37 alacritate -i. 5, 16 laetitiae. nat. deor. 1, 18 -is commenticiasque sententias. SALL. or. Lep. 20 opibus eius, quae -es et corruptae sunt. hist. frg. 2, 87 D 12 Servilius -em deditionem ratus. MANIL. 1, 876 nunquam -bus (*i. vanis*) excanduit ignibus aether. PHAEDR. 5, 2, 10 nunc conde ferrum et linguam pariter -em. PLIN. nat. 33, 32 -i paene de causa. VAL. FL. 8, 354 haud illi cantus et -e murmur proderit. SIL. 9, 376 virtus -e nomen, ni (*cf.* BOETH. *p. 1663, 9*). 10, 339 avidas ad -e votum spes. 11, 557 virus -e linguae *Hannibalis perfidi.* 15, 794 intorquet iaculum, nec -is ictus *erat.* STAT. Theb. 8, 297 nec -e maestis id visum Danais *est.* PLIN. epist. 3, 7, 14 temporis -is et caduci. GELL. 1, 15 lemm.: -is inanisque loquacitas. 7, 13, 7 captiones . . . -es atque inanes. 10, 22, 24 de illa -i atque puerili meditatione argutiarum. 11, 13, 10 frigidi et leves et -es sensus. 12, 2 tit. levi -ique iudicio (MACR. sat. 1, 16, 38). 13, 25, 19 hoc inane admodum et -e. 16, 12, 1 -ia et frivola (*opp.* curiose et sagaciter conquisita). APVL. apol. 42 argumentum . . . -e

[Vollmer †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et nihil⟨i⟩ futurum. TERT. pudic. 2 talia et tanta -ia (*sic ed. Gangnei*, sparsilia *cod. Clementis et Remensis*) eorum. IREN. 2, 19, 2 -e verbum et vanum. COMM. instr. 1, 27, 6 *te* iudicari tu -e (futale *trad.*) credis. LVCIF. Athan. 1, 34 tuo -i imperio. moriend. 1 armis -bus regni tui. HIER. in Ier. 2, 85 p. 129, 2 'legitima populorum vana sunt' omnem humanam sapientiam -em (fictilem *vel* inutilem *codd. Carolini*) esse demonstrat. PRVD. apoth. 249 perquam ridiculum est et -e, ... ut. CLAVD. 22, 108 Constantia *instruit* -e nequid infirmumque geras. BOETH. cons. 3, 6 p. 63, 19 P. quam sit inane, quam -e nobilitatis nomen (*cf.* SIL. *p. 1662, 75*).

2 *de hominibus* (*add. abl.* PANEG. *l. 25*): ENN. scaen. 307 saeviter suspiciones ferre falsas -um (*gen.*) est. TER. Andr. 609 servon fortunas meas me commisisse -i (EVGRAPH. id est levi et vano servo). [Ad. 395 tu ... nihil nisi sapientia es, ille (-is *om. AC*) somnium.] AFRAN. com. 35 istius temulentae -is. CIC. fin. 3, 38 quis non odit sordidos vanos leves -es? div. 1, 36 irrideamus haruspices, vanos -es esse dicamus. VERG. Aen. 11, 339 consiliis habitus non -is auctor. PHAEDR. 4, 18, 33 qui miserunt vos tam -es (*canes legatos*). SIL. 5, 297 Isalcas umbonem incerto detersit -is ictu. 13, 363 magnis fautor non -is ausis. 15, 298 Epirum cassis lustrabat -is ausis. 16, 655 puer ille et -is aetas ... Scipio. GELL. 1, 15, 1 leves et -es et importuni locutores. 4, 8, 4 competitores ... sunt imbelles quidam et -es. TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 3 o dominum -em, instabilem, infidelem, rescindentem quae instituit! PANEG. 10 (4), 24, 6 Antoninus imperator in toga praestans et non inermis nec -is bello.

adv. **futtile:** PLAVT. Stich. 398 provenisti -e, si neque ille adest neque hic ... subvenit. ENN. scaen. 309 *v. p. 1662, 66. aliter* PRVD. ham. 560 fera -e frendens.

adv. **fūtiliter** *sine exemplo affert* NON. p. 514, *cf.* APVL. apol. 3 ⟨f⟩utiliter blaterata.

futtilitās, -ātis *f. a* futtilis. *i. q. inanitas*: CIC. nat. deor. 2, 70 haec ... plena sunt -is summaeque levitatis.

futtio (*vel* futio), ex quo compositum effutio, futĭlis PRISC. gramm. II 131, 25.

futuo, -uī, -ūtum, -ere [*orig. inc. Th.*]. PRISC. gramm. II 556, 13 '-o' 'nubo', '-ens' 'nubens'... illud ad mares, hoc ad feminas pertinet solum. ... figurate licet *dicere* ... utpote 'bona anima -it illam feminam' pro 'bonae animae vir' ... et 'bona anima -ens feminam gignit bonam animam' et 'bonum corpus -ens gignit bonum corpus' III 473, 13 *similia, deinde* nemo dicit 'haec -ens' nisi in epicoenis nominibus animalium, ut 'haec aquila -ens'. 487, 1 naturaliter quaedam verba ad solos pertinent mares, ut '-o devirgino', vel ad feminas ut '-or nubo devirginor'. *similia* COMM. Einsidl. gramm. suppl. 262, 19. *formae vulgares in titulis Pompeianis* -es *pro* -is, -et *pro* -it, -e *pro* -i; *nota* CORP. XIII 95 futuvi (*p. 1664, 10*). [*val.* fute, *it.* fottere, *francog.* foutre, *hisp.* hoder. *M.-L.*]

verbum volgare i. q. coitum facere, aut absolute aut cum acc., etiam passive: CATVLL. 71, 5 quotiens -it. 97, 9 hic -it multas. HOR. sat. 1, 2, 127 nec vereor ne, dum -o, vir rure recurrat. IMP. AVG. Mart. 11, 20, 3 quod -it Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam Fulvia constituit, se quoque uti -am. Fulviam ego ut -am? ... 'aut -e aut pugnemus' ait. PRIAP. 13, 1 percidere puer, moneo, -ēre puella. [26, 7 fututurus *corruptum.*] MART. 1, 34, 10 deprendi veto te, Lesbia, non -i. 1, 84, 3 -it ancillas. 1, 94, 1 cantasti male, dum -uta es, Aegle. 2, 31, 1 saepe ego Chrestinam -ui. 2, 47, 4 irrumat aut -it. 2, 60, 1 uxorem armati -is. 3, 72, 1 vis -i ..., Saufeia. 3, 79, 2 hunc ego, cum -it, non puto perficere. 3, 87, 1 te ... nunquam esse -utam. 3, 96, 1 lingis, non -is meam puellam. 4, 84 a se Thaida qui probet -utam. 6, 31, 2 uxorem ... a medico -i. 6, 33, 4 iam miser et -it *pedico*. 6, 67, 2 vult -i Caelia nec parere. 6, 91, 2 non -is *sed lingis* (11, 85, 2). 7, 10, 3 centenis -it Matho milibus. 7, 70, 2 quam -is, vocas amicam (*de tribade*). 7, 75, 1 vis -i gratis (11, 62, 1 esse -utam).. 9, 2, 10 te -ente. 9, 4, 1 aureolis -i cum possit Galla duobus et plus quam -i (*i. fellare*). 9, 41, 1 nunquam -is, sed paelice laeva uteris. 9, 41, 5 semel -it, generaret Horatius ut tres, Mars semel, ut geminas Ilia casta daret. 9, 69, 1 cum -is ..., soles in fine cacare. 9, 80, 2 uxorem pascit Gellius et -it. 10, 29, 6 muneribus -is ... meis. 10, 81, 1 cum duo venissent ad Phyllida mane -utum. 10, 95, 2 se -isse negant. 10, 102, 2 qua factus ratione sit requiris, qui nunquam -it, pater Philaenus? 11, 7, 13 ire -utum. 11, 21, 11 hanc in piscina dicor -isse marina: nescio, piscinam me -isse puto. 11, 23, 5 nec -am quamvis prima te nocte maritus. 11, 40, 3 quam toto sibi mense non -utam cum ... quereretur. 11, 45, 8 vel pedicat ... vel -it. 11, 47 *quater* ne -at. 11, 62, 1. 2. 11, 71, 2. 12, 27, 1 a latronibus esse te -utam. 12, 38, 6. 14, 215 carius ut -ant *comoedi facit fibula. in titulis talia*: CORP. III 10716 (*scariph. in pariete*) Grate, qui -es (*i.* -is) ... ancilla(m) Lupi. XI 6730, 3 (*in opere artis musivae*) Aurelius pavimentarius bene -entibus vitam. XIII 10018 (*picta in poculis*) 92 -e me. 93 -i te. 94 -i. 95 futuvi ospita(m). INSCR. Rev. epigr. V (1904) p. 119 (*in orbiculo ex terra cocta*) ⟨be⟩ne -o. CARM. epigr. 954 (*Romae*) Crescens, quisque meam -it rivalis amicam, illum secretis montibus ursus edat. 1810 (*Romae*) hic ego me memini quendam -isse puellam. *saepissime Pompeis certis quasi formulis*: CORP. IV 2178 Facilis hic -it (2195. 2241. 4818). 1230 Fortunatus -et (*i.* -it) ... Anthusa(m). 2288 Synethus Faustillam -it. 2184 Phoebus unguentarius optume -et (*vel* -it). 2188 Scordopordonicus hic bene fu(tu)it quem voluit (2265). 5187 Messius hic nihil (*i. gratis?*) -it. 2192 XVII K. Iul. Hermeros cum Philetero et Caphiso hic futuerunt. 2193 Arphocras hic cum Drauca bene -it denario. 2258 Victor cum Attine (*i.* Attide) hic fu(tu)ít. 3935 Festus hic -it cum sodalibus (3938. 3942). 4816 Chryseros cum Successo hic terna -imus. 4884 *ille et* ...s bellissimum -erunt. 4977 Quintio hic -it ceventes et vidit qui doluit. 1516 (= CARM. epigr. 955, 1) hic ego nunc -e (*i.* -i) formosa(m) forma puella(m) (1517). 2246 hic ego cum veni, -i, deinde redei domi. 1574 et bene -e eam. 2175 hic ego puellas multas -i. 2191 -i. 2199 Felicla(m) ego f(utui). 2200. 2203 -i Mulam. 3932 Ampliatus ... hoc quoque fututui futui (*sic*). 4029 hic ego bis -i. 4260 hic -i XIX K. Sep. XIII K. Sep 2006 *illa* -uta a me. INSCR. Notiz. degli scavi 1914 p. 181 -i copo.nam. *ex persona puellae*: 2176 Felix bene -is (2185. 2186. 2218. 2219. 2187. 1645^{b}?). 2260 Victor valea(s), qui bene -es (2274). 2217 -uta sum hic. *liberius concepta*: 1261 futebatur (*sic*), inquam, -uebatur civium Romanorum at(t)ractis pedibus cun(n)us. 1751 si qui -ere volet, Atticen quaerat a. XVI. 1830 (= CARM. epigr. 230) -itur cunnus ⟨pil⟩ossus multo melius quam glaber. *non certo intelleguntur* 2197 futere *et* 2198 -uere.

compos.: defutuo, effutuo.

futūrus, -um *v.* sum.

?**futus** (forus *margo cod. Periz.*): abacion (*ἀβάκιον*) GLOSS. II 515, 16.

futūtio, -ōnis *f. a* futuere. CATVLL. 32, 8 paresque nobis novem continuas -es *o puella*. MART. 1, 106, 6 numquid pollicita est tibi beatam noctem Naevia sobriasque mavis certae nequitias -is? *cf.* ANTH. 460, 7 nil est deprensa mel⟨ius -e *expl. L. Müller*⟩.

futūtor, -ōris *m. a* futuere. PRIAP. 57, 6 ne desim sibi, me rogat *anus*, -r. 58, 4 puella nullum reperiat -em. 63, 16 *huc* puella ... solet venire cum suo -e. 68, 30 utque -um sit tua plena domus. MART. 1, 73, 4 ingens turba -um est. 2, 28, 3 nec pedico, es nec ... -r. 3, 96, 2 garris quasi moechus et -r. 7, 18, 3 cur te tam rarus cupiat repetatque -r ..., Galla. 7, 30, 3 tibi de Pharia Memphiticus urbe -r navigat, *o Caelia*. 11, 87, 4 dives eras quondam, sed tunc pedico fuisti ... egestas ... -em te ... facit. 12, 43, 6 veneris novae figurae, quales perditus audeat -r. ANTH. 148, 8 turdumque (*i. cunnum*) caballae atterit assiduo pene -r hebes. CORP. IV 1503 Ephesus -r (2242). 2248 Phoebus bonus futor (*sic*). 2145 C. Valerius Venustus m(iles) ch(ortis) I pr(aetoriae) c(enturia) Rufi fututulor (*sic*) maximum (*sic*). 4815 -r *nil amplius*. XIII 10008, 7 (= Audollent defix. 103) Art. ligo Dercomogni -r. Artus -r. *pro tribade*: MART. 1, 9, 6 tu ..., Bassa, -r eras.

f. **futūtrīx,** -icis. MART. 11, 22, 4 inguina ... parce -i sollicitare manu. 11, 61, 10 arrigere linguam non potest -em. *de tribade* (?): CORP. IV 2204 *Μόλα* (*i.* Mula) *φουτούτριϛ*. 4196 Miduse -x. 4381 ⟨futut?⟩rix salve. INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 429 -x. *v. etiam* fotrix *p. 1215, 67*.

1. fy *v.* 1. fu.

?**2. fy:** licitum GLOSS. IV 412, 3 *contaminata videtur*.

fygas, fylarchus, fyle, fysalis, fysarius, fysicus, fysis *sim. v. sub* phy-. *Vollmer f.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae